Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENTARIORVM
IN
PORPHYRIVM
ET IN VNIVERSAM
ARISTOTELIS LO-
GICAM,

VNA CVM QVAESTIONIBVS, QVAE
à grauissimis viris agitari solent;

Tomi Duo.

AVCTORE
R.P. FR. DIDACO MASIO, VALENTINO, ORD. RÆdicatorum, Ingenuarum Artium, & S. Theologiæ Doctore, eiusdemque in florentissima Valentinorum Academia publico Professore.

CVM INDICE LOCVPLETISSI



T. II
S.I.P. PROV. GERM. INF. DOM. COLON.
163[illegible]

MOGVNTIÆ,
Sumptibus Conradi Butgenij Bibliop. Colonienſ.
M. DC. XVII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ADMODVM REVEREN-DO, VIRTVTE, DOCTRINAQVE

PRÆSTANTISSIMO VIRO, AC DOMINO HENRICO Coffræo Ercklenſi, Artium liberalium, & SS. Theologiæ Doctori, Eximio Magiſtro noſtro, Illuſtris Eccleſiæ ad D. Gereonem Preſbytero, Canonico optime merito, Almæ Vniuerſitatis Colonienſis Rectori perquam Magnifico, &c. Domino & Patrono ſuo colendiſſimo.

EA eſt Logicæ dignitas, ea præſtantia, admodum Reuerende & Magnifice Domine, vt non tantum inter cæteras Philoſophiæ partes, & ſcientias ſuum ſibi vendicet locum, ſed earum etiam clauis iure meritiſſimo nuncupetur. Nam veluti materialis clauis eſt proprium, occluſas reſerare domos & ianuas, ita profecto Logicæ congruit alias ſcientias, quas ex protoparentis noſtri peccato contracta nobis occluſit ignorantia, recludere, & ad perfectam cognitionem earum nobis patefacere aditum. Ita quidem, vt, ea duce vel comite deſtitutus, fruſtra reconditas aliarum ſcientiarum (ſiue naturalis duntaxat rationis acumen, ſiue diuinum quoddam illæ requirant lumen) veritates ſcrutari & indagare videatur. Licet enim vel ipſum Promethea mentis ſolertia & interiore cura (quam per aquilam cor eius exedentem perpetuo, ſapienter denotarunt Poetæ) licet vel ipſum Herculem aut Siſyphum continuis laboribus deuotos, indefeſſo ſuo, quod certæ ſcientiæ conſecrarit, ſtudio, multis ſuperet paſſibus, nihilominus tamen face Logices deſtitutus in denſas errorum tenebras ruet præceps. Veteres illud teſtantur Philoſophi, quos ob huius diſciplinæ ignorantiam turpiſſime ſæpius hallucinatos eſſe, docet Ariſtoteles; Et Epicurei quidem hac orbi regula in tantum ab humanæ naturæ præſtantia degenerarunt, vt brutorum inſtar ſummam hominis felicitatem in voluptate collocarint; Quo quid

turpius? quid indignius Philosopho? Medicinam etiam & Iurisprudentiam Logicæ destitutas consortio hærere penitus trita vetustate probant adagia, quæ illius quidem Physicam, huius vero Ethicam principium & fundamentum constituunt. Quis autem est tam tenui cogitatione præditus, aut ita rudis & hebes, vt à sola Physices, Ethicæve cognitione Logicam separari posse iudicet? Quod ad Theologiam, reliquis vt dignitate, sic etiam difficultate superiorem, attinet, illam Logices indigere præsidio negarit nemo, qui diuinam hanc sapiẽtiam vel à limine tantum salutarit. Subtiles enim Theologorum disputationes non fidei tantum, sed Logicæ quoque nituntur fundamentis, ita, vt huius artis imperitus, rudis etiã euadat Theologus, sed in ea quisquis bene fuerit versatus, summam etiã in Theologia mereatur gloriam. Quare non iniuria Clemens Alexandrinus Logicam propugnaculum & vallum Theologorum, contra dolosas aduersus veritatem insidias iuuans veræ & antiquę religionis cultores, ne circumueniantur ab hæresibus, ne spinosis hæreticorum sophismatis circumscribantur, eisdem, quæ dixi, verbis appellat. Quæ cum ita sint, manifeste profecto sequitur, illi, qui ad perfectam aliarum scientiarum anhelat cognitionem, accuratam Logices notitiam esse perneccssariam, ideoq; nos illis debere plurimum, qui eam nobis quam clarissime, breuissimeq; conscriptam reliquerunt. Inter hos autem non infimũ sibi vendicat locum R. P. Didacus Masius Peripateticæ, Thomisticæq; veritatis non vulgaris interpres, qui omnes hac tempestate agitari solitas quæstiones tanta cum facilitate & claritate ad Doctoris Angelici mentem resoluit, vt non tantum nouitios & tyrones instituat, sed etiam promoueat adultos. Vberrimos enim philosophiæ totius flores suo hoc Logices inclusit opere, quod sterili obscuritate verborum resecta, præclarissimis eximiarum veritatum, facillimo, quo fieri potuit, modo explicatarum, sententiis ditissime fœcundauit. Quapropter illud Ariadnes filo, cuius ductu Labyrinthæos Logices anfractus ingredi, & parta de Minotauro victoria, magnis cum spoliis egredi detur, non iniuria compararim. Verum quoniam meæ laudis non eget præconio, sed sua iam ante pluribus in locis cognita virtus & vtilitas, multorum mentes sui desiderio inflammauit, hic abrumpo filum, & opus illud, quod, vt iustissimis aliorum votis responderem, ex Germania hac nostra diutius exulare nolui, sub splendido admodum

Reue-

Reuerendæ & Eximiæ Magnificentiæ tuæ nomine in publicum emitto. Primum quidem, quoniam rationi cumprimis est consentaneum, vt ei, qui diuinis humanisq; scientijs quam ornatissimus est, & supremum in florentissima Vbiorũ Vniuersitate sibi ob singularem virtutem & industriam delatum, & sæpius sæpiusque prorogatum, summa cum laude, totiusque Reipublicæ literariæ ornamento & emolumento administrat magistratum, illud offeratur opus, quod ad omnes diuinas, humanasque scientias comparandas est perneccssarium: Deinde vero vt singularem meam, qua in Reuerendam Magnificentiam tuam feror, obseruantiam incredibilis virtutis & sapiẽtiæ suæ meritis in me, omnibusq; alijs excitatã, hoc exiguo munusculo demonstrem. Quare eandem Reuer. Magnif. tuam, qua par est animi submissione, rogo, vt hanc Masij Logicam meæ in suam Magnif. obseruantiæ testimonium læto vultu, & affectu suscipiat beneuolo, eamque suæ auctoritatis præsidio tueatur, & nominis sui splendore illustret, meque etiam patrocinio suo non dedignetur. Quod superest, Reuer. Magnif. T. Deus immortalis quam diutissime sospitet. Coloniæ Agrippinæ Anno MDC. XVII. 13. Calend. Martii.

Admodum Reuer. & Magn. Dom. T.

Obseruantissimus

Conradus Butgenius Bibliopol. Colon.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FRATRIS DIDACI MASII, IN SVA IN DIALECticam Commentaria.

CELEBERRIMÆ ACADEMIÆ VALENtinæ, Parenti Optimæ, & bonorum ingeniorum altrici dicata.

PRÆFATIO.

OPERÆ pretium me facturum existimaui ô veneranda mater, & literatorũ fœcundissima parens, si hæc mea in Dialecticam Aristot. commentaria in publicum emissurus, tibi, tuisque alumnis, instituti mei rationem, & genus interpretandi, quo in Arist. explicando sum vsus, in ipsius operis quasi vestibulo aperirem. Quod enim ad institutum spectat, illud nullum aliud intelligas esse velim, quam tibi aliquo officii genere gratam animi significationem exhibere, tuisque alumnis pro ingenii tenuitate his meis commentariis aliquo modo prodesse. Cum enim à primis literarum rudimentis me ipsum genueris, genitumque Philosophiæ, & sacræ Theologiæ studiis tuo lacte, & syncera doctrina alueris, deindeque in choro doctorum, & Philosophiæ professorum primum, nunc vero sacræ Theologiæ interpretum cooptaueris, ingratus profecto iudicarer, tot tuis, tantisque cumulatus beneficiis, nisi hæc commentaria tibi, tanquam parenti optimæ, in perpetuum obseruantiæ monumentum consecrarem. Inter varias autem maximeque diuersas interpretandi rationes à superioribus Philosophis acuratissime obseruatas, illam scito mihi maxime placuisse, quæ neque solius literæ Arist. interpretatione, neque solis quæstionibus contenta, vtramque rationem, tanquam illustriorem, captuique & vtilitati Philosophorum magis accommodatam complectitur: hanc enim in florentissimis Academiis ab omnibus fere Aristot. interpretibus nunc religiosissime conspicimus obseruari. Etenim prætermisso Aristot. in solis quæstionibus explicãdis omne studium conuertere, omnemque industriam in hac vnica re collocare, non vitium, sed scelus prope maximum esse dixerim in Philosophia, qui enim sine Aristot. philosophantur, nihil aliud, quam supremam Philosophiæ perniciem, & interitum mihi moliri videntur. Nam quid rogo sine hoc Philosophiæ splendidissimo sidere, in ipsa,

L. Simpl. in præf. categ. & Pas. 11 & 12. lib. discus. peripat.

Aduersus eos qui neglig. textum Arist.

ipsa, nisi atra quædam menti circumfusa caligo, poterit supereſſe? A superioribus illis corporibus solem amoue, an non illico densissimas tenebras totam hanc nostram regionem occupent est necesse? A Philosophia etiam Aristot. è medio tolle, quid putas nisi altissimas ignorantiæ tenebras, & supremam inscitiam remansuras? Merito igitur, & acerbe sunt illi reprehendendi, qui solis disputationibus incumbentes, Aristot. ita negligunt, vt inanes prorsus esse omnes labores, qui in illo intelligendo consumuntur esse putent, quorum quam sit sinistrum iudicium, & deprauata sententia, non est cur hoc loco à nobis demonstretur, cum sint potius hi homines contemnendi, quam vi, & pondere argumentorum confirmandi, essent tamen illi à choro, & Philosophorum consortio, communibus suffragiis merito expellendi, & ab his qui in Academiis supremam tenent regendi auctoritatem, seueriſſime puniendi. Enimvero ferendum non est, vt ingenui adolescentes illorum curæ commissi qui in sinu semper gestare deberent Aristot. illumque nocturna, & diurna manu assidue euoluere, ob præceptorum vitium, non tantum Aristot. respuant, & fastidiant, verum num ipse aliquid scriptis mandauerit, prorsus ignorare videantur. Sola etiam, & nuda literæ Aristot. narratione, absque vllis quæstionibus insistere, neque quippiam Aristot. addere, ad plenam, & absolutam philosophandi rationem sufficere nequaquam puto, multa enim à posterioribus Philosophis fuerunt excogitata, multæ quæstiones & difficultates, multæ obseruationes superadditæ, quarum accessione ita creuit Philosophia, vt fastigium ipsum attigisse visa fuerit, & ita feliciter post Aristot. multi philosophati fuerunt, vt si ipse ab inferis vocaretur, se a quamplurimis, si non victum, saltim æquatum ingenue fateretur. Magnum virum fuisse Aristot. in Philosophia, & quem tota posteritas, & Philosophorum schola tanquam Antesignanum, propter ingenii subtilitatem, eruditionem eximiam, & varia ornamenta naturæ suscipiat, sequatur, veneretur, non diffiteor, non tamen puto in eum naturam ita omnes suas opes effudisse, vt quid in alios suis quoque temporibus effunderet, sibi non retinuerit. Valeant igitur qui posteriorum laborib. inuidentes, omnia Arist. inuenisse, omnia docuisse, & posteritati tradidisse, nihilque absque piaculo addi posse, pleno ore clamant, & vociferantur, qui certe omnem viam inuenrendæ veritatis intercludere molinntur, liberumque hominis ingenium, & ad infinita propemodum inuestiganda natum, seruum reddere conantur, imo nihil aliud mihi, quam naturam ipsam (post editum Arist.) tanquam effœtam, & sterilem accusasse videntur, quasi non potuerit ipsa, alterum Aristot. aut eo maiorem suscitare. Imitemur igitur Aristot. quasi hominem tamen, cuius ingenium potuit esse fallax, & quem multa latere potuerunt, ac proinde qui multa reliquerit posterioribus, quæ ipsi inuenire, docere & tradere cum maxima Philosophiæ laude, & Philosophorum vtilitate potuerint. Vtramque igitur interpretandi rationem amplectens (ne si alterum tantum sequeremur merito reprehendi possemus) in primis literam Arist. aperto sermone (vt à quouis quantumuis rudi intelligi possit) interpretabimur, proposito prius cap. argumento, & in partes potissimas distributione, mox scholia subiungemus, in quibus

Aduersus eas lum. quæst.

eas ob-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ea s obseruationes, quas ad Aristot. intelligendum necessarias esse ducimus proponemus, quas extra contextum libuit seorsum, & sigillatim proponere, vt norint ingenui adolescentes, quænam sit litera Arist. quæue eius mens, & doctrina. Sæpe enim tot à quamplurimis, intra literam digressiones, annotationes obiectiones, & disputationes inseruntur, vt post longam illius capitis, & attentam lectionem, quid Arist. & quid ex ipsis sit hauriendum, vix, ac ne vix quidem valeas iudicare: ne igitur candidis lectoribus caliginem circumfunderemus, hæc omnia ita diuisimus, vt seorsum post Arist. explicatum, nostra Scholia disputationes, & quæstiones adderemus. In commentariis præterea, & Scholiis literarum elementa proposuimus, eo consilio, vt qui Scholia legerit, cui parti textus correspondeant possit intelligere, nam Scholium cui in margine similis litera textui est appolita, ad illum locum intelligendũ appositum fuisse putare debemus, verum quia circa eundem locum sese variæ nonnunquam offerunt obseruationes, illas, additis numeris, designauimus, ita vt primus numerus, primam obseruationem, secundus secundam (sicque in aliis) designet. His igitur ita prius explicatis, subnectimus deinde quæstiones, & disputationes à grauissimis viris agitatas, quibus illustriora multo ea, quæ ab Arist. traduntur reddi possint. Ad quarum explicationem, nouit Dominus, quam laboriosa, & assidua Dialecticorum, & Metaphysicorum lectione vsi fuerimus, omnium fere sectas Thomistarum, Scotistarum, & Auerroistarum percurrimus, per omnia illorum placita sumus peruagati, neque Theologos Scholasticos in rebus Philosophicis apprime versatos prætermisimus, nimirum D. Thom. illorum, & nostrum ducem, & Antesignanũ, B. Albertum Sueuum, illius præceptorem, in omnibus vere magnum, & admirabilem, Durandum profundissimum, Scotum acrem, & subtilem disputatorem, eiusque alumnos doctissimos, Herueum acutum, Ægidium eruditum, Capreolum in omnibus vberrate fluentem, Argentinam tolertem, Gregorium laboriosum, & Caietanum Cardinalem, in quem vnum, hæc quæ in alios dispersit, transfundere est visa natura: hic enim vnus est, in quo eruditio & ingenii subtilitas, ita inter se contendere videntur, vt quid alteri præferas, num eruditionem subtilissimam, vel subtilitatem eruditissimam, prorsus ignores. In his multa Dialecticorum, Physicorum, & Metaphysicorum placita legimus consignata, illi enim veterum Patrum, Cypriani, Tertulliani, Arnobii, Hilarii vestigiis insistentes (qui vt ad Magnum vrbis oratorem conscriptum reliquit Hieronym. Philosophorum placitis omnia sua opera consperserunt) ex Philosophorum, maxime vero Arist. lectione ditati, sapientiæque vasa aurea, & argentea inde transportantes, Theologiam sacram, his spoliis locupletissimam reddiderunt: Ex illorum igitur fontibus hunc nostrum hortum rigauimus, & ex illorum floribus, pro maiori parte hunc fauum mellis composuimus.

Quos auth. sequamur in interp. Arist. secuti sum. Versio. Per

In interpretatione autem Aristot. grauissimos viros Græcos, Latinos, & Arabes consuluimus, quorum vel in aliquam partem, vel in totam Dialecticam extant præclarissima commentaria, ex Græcis Alexandrũ, Themistium, Simplicium, Ammonium, Philoponum, Porphyrium, & Dexippum, ex Latinis D.

tinis D. Thom. B. Albert. M. Seuerinum Boetium, Caietanum Cardinalem, Ferrarienſem, Ægidium, Sotum, Venetum, Louanienſes, & innumeros recentiores, quos certe omnes velle numerare, fastidiosum esset, & minime necessarium, ex Arabibus tandem Auerroem, & Auicennam. Varia etiam manuscripta commentaria clarissimorum virorum, in quibus hæc ars maxime fulget, auidissime legimus, ex quorum omnium monumentis quantum profecerimus, qui hæc nostra legerit, facile poterit iudicare. In omnibus autem secuti sumus D. Thom. Quintum Ecclesiæ Doctorem, Peripateticorum omnium absque vlla controuersia principem, & totius Philosophiæ, & Theologiæ singulare decus, & ornamẽtum, qui certe, bona venia aliorum dictum sit, in interpretando Aristot. & eius vero sensu eruendo, omnes Græcos, Latinos, & Arabes longo post se reliquit interuallo, ita enim Arist. legerat, hauserat, deuorauerat, concoxerat, vt Thomas, nihil aliud, quam Aristot. aperte loquens esse videatur. Quæ enim ab Arist. obscuro sermone proposita fuerunt, ita dilucide, ita distincte, & perspicue D. Thom. proponit, vt non immerito à quibusdam lingua Arist. nuncupetur, vt enim linguæ munus est sensa animi, & latentes intra mentem conceptus aperire, hoc eodem munere functus D. Thom. abstrusos & veluti in tenebris delitescentes sensus Arist. apertissimo sermone aperit, & nobis clarissimos reddit. Tolle, inquit ingeniorum ille sui temporis Phœnix noster Mirandul. Thomam & mutus manebit Aristot. Et hinc effectum fuit, vt à veteribus Expositor per antonomasiam appelletur, quasi explicandi iura ipse sibi inter cæteros Arist. interpretes vendicare visus fuerit. In quæstionibus etiam, & difficultatibus dissoluendis eiusdem vestigia sumus imitati, illius enim eruditio est, quæ firmioribus nitens fundamẽtis, in omnibus fere Academiis aliis reiectis, nunc floret, & maxime viget, vix fere in lectionibus, vel in congressibus, aut literarum certaminibus aliud auditur, quam quid in illa re sentiat D. Thom. quæ de proposita disput. sit illius sententia, quæ mens, quę doctrina, quod sane singulari Dei beneficio effectũ esse possumus iudicare, est enim D. Tho. Ecclesiæ columen, & firmissimum fundamentum, cuius doctrina instar solis, omnem hæresum, & errorum prorsus dissipat caliginem, purosque & sinceriſsimos veritatis radios manifestat: Vnde æquum est, vt ingenui adolescentes, qui puro & syncero veritatis lacte sunt alendi, huius veritatis alumni, & acerrimi vindicis, in dialect. & Philosoph. placitis imbuantur, illumque in his ducem sequantur, quem deinde in sacris Theologiæ studiis, sunt præceptorem habituri. Sat scio multos ex tuis alumnis ô clarissima Academia, fœliciori fortassis sidere, hoc onus susc ipere potuisse, verum cum omnes silere intuerer, nullumque operi manum apponere viderem, in medium prodii, aliorum silentium, & taciturnitatem inique ferens: Vtinam de tuis filiis conceptæ opinioni pro dignitate satisfaciam, tibique hoc exili munere placere valeam, esset enim illud meorum laborum haud leue solatium, eorundemq; singularis quædam merces, & cumulatissimum præmium.

à Gruchio correct. tanquam melio & nostris Valentius magis arridentem.

Seq. in omnibus D. Th. Eccl. 5. Doct. Nota de D. Thom.

Sed iam æquum est, vt præfationi finem imponamus & diuino au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

xilio implorato, ad susceptum opus explicandum progrediamur. Tuam igitur Christe Redemptor supplex opem efflagito, tuo nomine mihi adesse velis, vt veritatem ipsam, in cuius consecutione humanæ mentis felicitas est constituta, assequar, & assecutam tradere valeam, nostrisque conatibus ita faue, vt qui pro tui nominis gloria, & Philosophorum vtilitate susceptí fuerunt, in eandem gloriam dirigantur, & in communem Philosophorum cedere possint.

Omnia Ecclesiæ sanctæ Romanæ iudicio subiecta esse volumus.

IVDICIA ET APPROBATIONES Operis.

IOannes de Ribera Dei & Apostolica sedu gratia Patriarcha Antiochenus, Archiepiscopus Valentinus, ac Regius Consiliarius, &c. præsentium tenore licentiam & facultatem vniuersi excusoribus concedimus, & impartimur, imprimendi Commentaria in vniuersam Dialecticam Aristot. a R. P. F. Didaco Masio Ordinis Prædicatorum ingenuarum Artium & Sacræ Theologiæ Doct. composita, & digesta per Doct. Bartholom. Iosephum Paschalium, de commissione & mandato nostro visa & examinata, & nihil inuenit nec fidei nec bonis moribus repugnans, imo vero vtilia & necessaria studiosis esse affirmauit & testimonium prohibuit. Datis Valentiæ die 28. mensis Maii 1592.

El Patriarca Arcobispo de Valentia.

V. Frexo.

De Mandato illustrissimi, & Reuerendissimi Domini mei Patriarchæ, Gregorius Diaz Secretarius.

EGo Bartholomeus Iosephus Paschalius Theologiæ Doctor & Ecclesiæ Valentinæ præpositus, ex commissione & auctoritate Illust ac Reuer. D.D Ioannis de Ribera Patriarchæ Antiocheni, & Archiepiscopi Valentini, legi Commentaria in vniuersam Dialecticam Arist. ab admodum Reuer. P. Fr. Didaco Masio Valentino, Ordinis Prædicatorum ingenuarum Artium & S. Theologiæ eximio Doctore, eiusdemque in Florentissima Valentinorum Academia publico professore, conscripta, & nihil in eis animaduerti fidei catholicæ aduersum, vel quod pias aures offendat. Quin potius vidi opus esse summa industria, ac diligentia, miraque animi dexteritate elaboratum. Continet enim præter contextus Arist. sedulam & accuratam declarationem, earum etiam quæstionum, quæ à grauissimis viris disputari solent artificiosam & perfectam explicationem. Quapropter iudico vtilissimum esse hoc opus, & dignissimum vt pro communi omnium vtilitate, typis mandetur, & in lucem prodeat. Valentiæ 3. Nonas Maii, Anno 1591.

Ita attestor ego Bartholomæus Iosephus Paschalius.

IN Deo filio sibi dilecto R. P. Fr. Didaco Mas. S. Theol. D. & in florentissima Valentina Academia eiusdem Professori F. Ioannis Loazes S. Theologiæ professor, & Prouinciæ Aragoniæ Ord. Prædicatorum Prior Prouincialis salutem. Indicasti nobis te nonnulla opera in Dialecticam Philosophiam, & Metaphysicam parata habere vt in publicum emittantur, quæ vt in omnium prodeãt vtilitatem cupimus maxime. Quapropter his tuis conatibus fauentes, tenore præsentium, & nostri auctoritate officii, tibi supradicto patri concedimus facultatem illa imprimendi, & euulgandi, dum tamen à R. P. Magistro F. Vincentio Iustiniano fuerint examinata, & approbata. Iniungentes tibi in meritum sanctæ obedientiæ, vt quam citius poteris ipsa in lucem emittere cures. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Amen. In quorum fidem his manu propria subscripsimus, in nostro conuentu Valentino Prædicatorum 12. Augusti 1592.

Frater Ioannes Loazes,
Prior Prouincialis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FRATRIS VINCENTII IVSTINIANI ANTISTII *de hoc opere, atq; eius auctore iudicium.*

PRæclarissima in vniuersam Arist. Logicam, Porphyriique Isagogem commentaria, ab eruditissimo septem liberalium artium ac S. Theologiæ, tum in Valentina Academia, tum in hoc Præd catorum Cœnobio interprete, atque Doctore Patre Didaco Mas. summis laboribus, immensisque vigiliis, inter quotidianas, ac eas quidem binas sacrarum literarum lectiones, partim ex D. Thomæ Aquinatis sensu, partim ex proprii ingenii (quo plane acutissimo pollet) meditatione collecta cum iussu Reuerend. admodum Patris Fratris Ioannis Loazes Regnorum Aragoniæ Prioris Prouincialis perlegerem, id mihi euenit, quod lunæ, quod Mercurio quod Veneri, quod omnibus deniq; astris siue fixis, siue erraticis vsuenire consueuit, nimirum vt otto sole, fulgentes alioquin radios contrahant, & splendidiori lumini cedant. Paraueram equidem sicut in dialecticis institutionibus nõ semel promisi, integrum in Arist. de re Dialectica libros volumen quod omnibus Philosophis (quæ mea aut si insciti a, aut arrogantia est) acceptũ futurũ, vel iureiurãdo affirmassem, sed simul atq; in hæc scripta incidi, animum demisi, alas demisi, meas vigilias inutiles iudicaui, & vt ita dixerim cristæ mihi cecidere superbo. Nil enim in ipsis imperfectum, & tanquam inchoatum offendi, sed omnia suis numeris absoluta. Nam quæ in prõptu sunt, præcellens hic docendi Magister, breuissime expedit, contra autem in obscurioribus explicandis late vagatur, dubia absq; vllo verborum anfractu diluc de explicat, propria opiniones mirabili efficacitate probat, aduersas prosternit, enerua t, extirpat ac ne singula quæ sunt plane infinita consecter, non solum quæ Dialecticæ candita is vtilia esse possunt eleganti, perfacilique stylo complect tur, & quasi ante oculos ponit, verũ etiam Physicæ, Metaphysicæ, ac Theologiæ firmissima fundamenta iac t, ad ipsarumq; arcana penetranda, expeditissimum iter pandit, quare & commentaria prælo digna iudico, & auctorem qui in nostræ domus filiorum numerum, doctis omnibus applaudentibus, ascitus est, inter celebriores, illustriores q; eius alumnos (quales post eam ab inuicto Aragonum Rege Iacobo I. B. Michaelis à Fabra rogatu cond. tam plurimi extitere) merito computandum censeo.

Ego Fr. Vincentius Iustinianus eiusdem cœnobii inutilis seruus.

Licentiati Balthasaris Porrenno Conchensis Carmen, in Laudem R.P M. Didaci Massii Valentini, in Academia Valentina meritissimi Theologiæ professoris.

Cymba procellosas cum sese effundit in vndas,
Nescia quo vasto gurgite flectat iter
Ne vaga verticibus persaxa minantia tendat
Neue petat scopulos, in pelagoq; ruat:
Vel ne plenus agat remeantia carbasa ventus
Mersaq; sit vasto spesque ratesque mari,
Charta notat Scyllas, & monstrat charta Charybdis,
Cuius ad intuitum plena carina ruat
Quid? Pelagus magnum non est Dialectica, cuius
In medio multis naufraga Cymba fuit?
Est certe, & poterit tanto te remige fluctus
Qui velit o celebris Mas agitare suos:
Hæc est charta notans scopulos, fauasq; procellas,
Et rabida in rabido monstra truenta mari,
Quas bene tentasti scribendo, patefacis vndas
Magne Thomistarum nobilitatu apex.
Ergo habe lector, opus lege, perlege, volue, reuolue
Sic nanq; ex pulchro subere mella leges.

INDEX EARVM QVÆSTIONVM, QVÆ IN HIS COMMENTARIIS EXPLIcantur.

QVÆSTIONVM SECTIONIS PRIMÆ Proœmialium,

Quæstio I. de significat. & diffinit. Dialect. Pag. 1
II. De generali quadam artium diuisione 4
III. An Dialect. sit recte diuisa in docentem & vtentem 6
IV. An Dialectica docens, & vtens sit vna & eadem res 10
V. An Dialectica docens sit scientia. 14
VI. An Dialectica vtens sit scientia 19
VII. An Dialectica sit pars philosophiæ 21
VIII. Quid sit praxis & speculatio 25
IX. In qua quædam difficultates de praxi, & speculatione explicantur 27
X. Deturne praxis in intellectu 28
XI. An Dialectica sit scientia speculatiua 31
XII. An Dialectica sit ars ingenua & liberalis 36
XIII. An ens rationis sit obiectum Dialecticæ 37
XIV. An dirigere intellectum in suis functionibus sit finis Dialecticæ 46
XV. An Dialectica sit vna scientia 49
XVI. An Dialectica sit vna simplex qualitas 55
Vltima, In quas partes sit Dialectica diuidenda 58

Quæst. Sect. secundæ Proœmialium.

Quæstio I. An Dialectica sit hominibus necessaria 60
II. An Dialectica sit necessaria ad dirigendum intellectum in aliis scientiis 63
III. An sit Dialectica necessaria ad alias scientias consequendas 65
IV. Sitne Dialectica priori loco tradenda 69
V. Qua ratione fuerit inuenta Dialectica 72
VI. & Vltima, de methodo, qua Dialectica fuit inuenta, & tradita ab Aristotele 73

LIBER PORPHYRII DE QVINQVE vocibus.

Prolegomena 79

Universidad de Deusto
Biblioteca

De nomine & vita authoris 79
De inscriptione libri 80
An sit hic liber pars philosophiæ, & de ordine, quem obseruat ad alias partes Dialecticæ 80
De diuisione operis, methodo obseruata, vtrum sit Porphyrii ibid.
Præfatio Porphyrii 81
QVÆST. VNIC. An liber hic quinque vocum sit necessarius ad categorias intelligendas 73

DISPVTATIO DE REBVS VNIVERSIS.

Sect. I. pars I. De sensibus 85
II. De vtroque intellectu, agente & patibili 87
III. Quid notio, & quid abstractio 88

Sect. II. De rebus vniuersis quæstiones.

Quæstio I. An dentur naturæ vniuersæ à parte rei 89
II. An vniuersum recte fuerit diffinitum vnum in multis 93
III. An natura vniuersa à parte rei sit vna vnitate communi 96
IV. An vniuersum formale sit in rebus præter operationem intellectus 102
V. An natura fiet vniuersa per abstractionē, vel potius per cōparationem 111
VI. An natura vniuersa sit in intellectu secundum rem 117
VII. An vniuersum verius habeat in se, quā in intellectu, & singularibus 118
VIII. An peremptis singularibus pereant naturæ vniuersæ 121
IX. An peremptis singularibus pereant res vniuersæ quoad veritatem enuntiationum 124
X. An propositiones æternæ veritatis habeant causam 129

Sect. III. de rebus vniuersis quæstiones.

Quæstio I. Quid sit ens rationis 130
II. An aliquod ens rationis habeat esse formaliter à parte rei extra operationem intellectus 134
III. An ens rationis habeat essentiam & existentiam realem 138
IV. An entia rationis inhæreant alicui tanquam subiecto 141
V. An ens rationis cognoscatur per speciem entis rei 143

Sect. IV. de rebus vniuersis quæstiones.

Quæstio I. In qua explicatur, quid sit prima, & secunda notio 146
II. An prima & secunda notio sint formaliter relationes rationis 147
III. In qua ad quæst. futuras intelligendas nonnulla iaciūtur fundamēta 150
IV. An primæ notiones in concreto de se inuicem prædicentur 153
V. An notio prima in abstracto de prima in concreto dici possit 155
VI. An primæ notiones in abstracto possint de aliis in abstracto prædicari 157
VII. An notiones secundæ prædicentur de primis 160
VIII. An secundæ notiones de secundis possint prædicari 162

Sect. V. de rebus vniuersis quæstiones.

Quæstio I. Sintne tantum quinque voces communes, & vniuersæ 165
II. An vniuersum sit genus ad quinque voces prædicabiles 169
III. An vniuersum sit materia subiecta huius libri quinque vocum 174
IV. In qua explicantur quæstiones propositæ à Porphyrio in præfatione 176

Quæstiones Sectionis primæ de genere.

CAPVT I.

De Genere 177
Quæstio I. An Porphyrius optima methodo progressus fuerit, disputans prius de genere, quam de aliis vocibus vniuersis 183
II. An sit optima definitio proposita generis 184
III. An genus differat à differentia per prædicari in quid 186
IV. An proposita generis diffinitio sit essentialis, nec ne 189
V. Quid habeat locum generis in diffinitione generis 191
VI. An diffinitum in diffinitione generis sit secunda notio 194

Quæstiones Sectionis secundæ de genere.

Quæstio I. An genus possit in vnica specie conseruari 198
II. An genus prædicetur de specie vt totum, vel vt pars 202
III. An sola species sit, in quam tanquam in suum terminum referatur genus 204
IV. An genus collatum ad indiuidua veram rationem generis obtineat 207
V. An genus per se prædicetur de differentia 208
VI. An sit de ratione generis non esse inclusum in vltimis differentiis 212
VII. An genus sit vna species atoma 213

Quæstiones Sectionis primæ de Specie.

CAPVT I.

De Specie 216
Quæstio I. Sintne vera, quæ à Porphyrio in capite de specie tradita fuerunt 224
II. An correlatum speciei sit genus 229
III. An species vt subiicitur generi, sit vniuersa 232
IV. An species synonyme dicatur de specie subiicibili, & prædicabili 215
V. An species infima possit esse genus 235
VI. An species per se sit ex genere & differentia constituta 237
VII. An species atomæ sint infinitæ 239

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECT. II.

DE SPECIE, IN QVA DE INDIVIDVO.

Quæst. I. An recte fuerit indiuiduum à Porphyrio definitum 241
An indiuiduum vere & proprie de vno tantum prædicetur 243
An detur indiuiduum vagum 245

DE DIFFERENTIA.

CAP. III. 249

Quæstiones Sectionis primæ de Differentia.

Quæstio I. An sint vera, quæ à Porphyr. in hoc capite tradita fuerunt 254
II. Sitne optima prima diuisio differentiæ 256
III. An prima diuisio differentiæ sit analogi in analogata 258
IV. An differentia specifica diuidat per se genus 261
V. An prima definitio differentiæ sit accurata, nec ne 263
VI. Denturne differentiæ infimæ, quæ cum speciebus atomis simpliciter conuertantur 265
VII. An in secunda definitione differentiæ fuerit vtraque differentia, infima, & subalterna definita. 267
VIII. An differentia infima, & intermedia sint eiusdem speciei 271

Sectionis secundæ quæstiones.

Quæstio I. An differentiæ contineantur actu in genere 273
II. An differentiæ diuidentes sint inter se contrariæ 276
III. An differentiæ superiores per se prædicentur de inferioribus 279
IV. An genus re ipsa differat à differentia 281
V. An genus petatur à materia, & differentia à forma. 284

Sectionis vnicæ de proprio quæstiones.

Quæstio I. Sintne vera, quæ à Porphyrio tradita fuerunt in capite de proprio 290
II. An proprium sit genus respectu speciei, à qua fluit 292
III. An proprietates à subiecto tanquam à propria causa oriantur 294
IV. An in accidentibus vna proprietas ex altera oriatur 297
V. An proprietates re ipsa differant à suis subiectis 298
VI. An proprietates possint separari à subiectis 300
VII. An proprietates soli speciei infimæ possint conuenire 302
VIII. An vnius speciei sit tantum vna proprietas 303
IX. An proprietates prius conueniant rebus vniuersis, quam singularibus 304

Sectionis vnicæ de accidente quæstiones.

Quæstio I. An accidens sit vniuersum 309
II. In habitudine ad quæ subiecta sit accidens natura vniuersa 312
III. Sitne recte tradita prima definitio accidentis 314
IV. Sitne optima diuisio accidentis in separabile & in inseparabile 318

V. Sitne

V. Sitne optima secunda definitio accidentis 320
VI. An tertia definitio accidentis sit optima 321

ANACEPHALEOSIS EORVM, QVAE DE COMMVNITATIBVS, & differentiis quinque vocum traduntur à Porphyrio.

CAPVT VI.

De communitatibus quinque vocum in generali 323
VII. De communitatibus & differentiis generis & differentiæ 324
VIII. De communitatibus & differentiis generis & speciei ibid.
IX. De communitatibus & differentiis generis & proprii 325
X. De communitatibus & differentiis generis & accidentis 325
XI. De communitatibus speciei & differentiæ ibid.
XII. De communitatibus & differentiis proprii & differentiæ ibid.
XIII. De communitatibus & differentiis accidentis & differentiæ ibid.
XIV. De communitatibus & differentiis speciei & proprii 326
XV. De communitatibus & differentiis speciei & accidentis ibid.
XVI. De communitatibus & differentiis proprii & accidentis ibid.

DE CATEGORIIS LIB. ARIST.

Præfatio Operis 327
Sect. I. De vita Aristotelis 327
II. De ingenio & moribus Aristotelis 328
III. De Operibus Aristotelis 329
IV. De Secta instituta ab Aristotele 330
De Auctore Operis 331
Quæst. I. Num in hoc opere de vocibus vel de rebus disputetur 331
De inscriptione Operis 334
De vtilitate Operis ibid.
De ordine huius Operis ad alias partes Dialecticæ 335
De methodo obseruata in hoc Opere, & illius partibus ibid.
Quæst. II. Spectetne ad Dialecticum agere de categoriis 336
III. Sintne vera, quæ tradita fuerunt ab Arist. de homonymis 342
IV. An sint vera, quæ tradita fuerunt ab Arist. de synonymis 344
V. Sitne optima definitio paronym. & quid sit illius definitum 347
VI. An forma denominans debeat esse essentialis 350
VII. An res denominata magis præcipue formam, quam subiectum significet 351
VIII. Quænam sit diuisio quadrimembris eorum, quæ sunt ab Aristotele proposita 354
IX. An sit optima definitio eius, quod est esse in subiecto, proposita ab Aristotele 355
X. An primum præceptum sit verum, nec ne 359
XI. Sitne verum secundum præceptum propositum ab Aristotele, 361.
XII. Sintne vera, quæ tradita fuerunt ab Aristotele de diuisione entis, 365

 Sect.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sect. I. de ente, & de eius analogia.

PARS I.

CAP. I. Quid sit analogia, & quot, quæ res sint formæ & species illius 366
II. De analogis inæqualitatis 367
III. De analogis attributionis 368
IV. De analogis proportionalitatis 370

PARS II.

Quæst. I. An ens sit homonymum ad omnia sua inferiora 371
II. An ens sit synonymum ad Deum, & ad creaturas, substantiam & accidentia 374
III. An ens sit synonymum ad sua inferiora mediata, quæ sub eo continentur 381
IV. An ens sit analogum ad sua inferiora 382
V. An ens sit genus ad sua inferiora 389
VI. An ens habeat vnum conceptum ab omnibus suis inferioribus præcisum 391

Sect. II. de numero categoriarum.

Quæst. I. Sintne tantum decem categoriæ entium rei 398
II. An numerus categoriarum petendus sit ex diuersis modis prædicandi de prima substantia 401
III. An categoriæ sint re ipsa diuersæ 403
IV. An concreta collocentur in categoriis 404
V. Quænam sint, quæ per se, & quæ reductiue in categoriis collocentur, 406
VI. An ens, quod est diuisum in decem categorias, significet essentiam 407
VII. An sit collocanda vndecima categoria entium rationis 409

Sect. I. de substantia, quæst.

Quæst. I. An substantia sit prior definitione accidentibus 420
II. An substantia sit prior tempore accidentibus 423
III. An substantia sit prior cognitione accidentibus 425
IV. An substantia cognoscatur per propriam similitudinem 428

Sect. II. de substantia, quæst.

Quæst. I. An substantiæ singulares merito sint primæ vocatæ 429
II. An sit optima definitio substantiæ, & quid in ea definiatur 431
III. An diuisio substantiæ in primam & secundam sit optima 434
IV. An substantiæ primæ sint magis & perfectiores substantiæ, quam secundæ 436
V. Vtrum vna substantia secunda sit magis substantia secunda, quam alia, 438
VI. An per se existere sit essentia substantiæ 439
VII. An tres priores proprietates substantiæ sint recte traditæ ab Aristotele 442
VIII. Sitne recte tradita quarta proprietas substantiæ 443
IX. An substantia recipiat magis & minus 445
X. An sexta proprietas substantiæ sit proprietas quarto modo 446

Sectionis tertiæ de substantia quæst.

Quæst. I. An partes per se & directe in hac categoria contineantur 447
II. An differentiæ per se in hac categoria contineantur 453
III. Qua ratione collocentur differentiæ in hac categoria 455
IV. An orbes cœlestes in hac categoria contineantur 457
V. An substantiæ separatæ in hac categoria collocentur 459
VI. An infinitum in hac categoria contineatur 460

Sectionis vnicæ de accidentibus quæst.

Quæst. I. An inhærentia sit de essentia accidentis 461
II. An sit, & quid sit existentia accidentium 462
III. An existentia accidentis differat ab accidente 464
IV. An accidentia habeant propriam, & peculiarem existentiam 465
V. An omnia accidentia vendicent sibi determinatum subiectum 467
VI. An accidens prædicetur synonyme de nouem categoriis accidentium, 469

Sectionis primæ de quantitate quæst.

Quæst. I. An prius agendum sit de quantitate, quam de aliis categoriis accidentium 479
II. An Dialecticus & Metaphysicus disputent de quantitate sub eadem ratione 480
III. An diuidi posse sit de essentia quantitatis 482
IV. An esse mensuram, & diuidi posse sint proprietates quantitatis 485
V. An quantitas re ipsa distinguatur à substantia 487

Sectionis secundæ de quantitate quæst.

Quæst. I. An quantitas sit genus ad coniunctam & deiunctam 489
II. An numerus sit species quantitatis 491
III. An numerus sit species infima, vel subalterna 493
IV. An numerus differat re ipsa à rebus numeratis 494
V. An vltima vnitas sit forma numeri 496
VI. In qua proponitur censura quarundam dubitationum, quæ de numero se offerunt explicandæ 498
VII. An oratio sit species quantitatis 500

Sectionis tertiæ de quantitate quæst.

Quæst. I. An terminus communis sit actu in magnitudine 502
II. An linea, extremitas, corpus, & locus sint species quantitatis 503
III. An linea, extremitas, corpus, & locus sint entia positiua re ipsa distincta 504
IV. An locus sit vera species quantitatis coniunctæ 506
V. An tempus sit species quantitatis 508
VI. An motus sit quantitas per se 510

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sectionis primæ de relatione quæst.

Quæstio I. An optima methodo obseruata egerit Arist. prius de relatis, quam de quantitate 519
II. Sitne relatio ens rei, vel rationis 520
III. An dentur relationes rationis à parte rei absque operatione intellectus 522
IV. An relatio constituat particularem categoriam ab aliis distinctam 524
V. An in categoria relationis sint duo genera suprema 526
VI. An omnia relata sint sub hac categoria comprehensa 528
VII. An prima proprietas recte fuerit tradita ab Arist. 531
VIII. Sitne secunda proprietas recte ab Arist. tradita 532
IX. Sitne tertia proprietas optime assignata 533
X. An relata sint simul natura 534

Sectionis secundæ de relatione quæst.

Quæstio I. Sintne tria tantum fundamenta relatorum 536
II. An relatio distinguatur re ipsa à suo fundamento 538
III. An relatio identitatis sit relatio rei, vel rationis 543
IV. An æqualitas & similitudo sint relationes rationis 544
V. An relatio à fundamento obtineat realitatem 545

Sectionis tertiæ de relatione quæst.

Quæstio I. An vnum relatum sit definiendum per alterum 546
II. An vnum relatum terminet alterius relationem sub ratione absoluta, 548
III. Quænam sint relata eiusdem ordinis 551
IV. An multiplicatis terminis multiplicetur relatio 552
V. An vnum relatum per eandem relationem possit ad plures terminos referri 553
VI. A quo relatio obtineat vnitatem 554
VII. An entis ad non ens possit esse relatio rei 555
VIII. An relatio dicat aliquam perfectionem 557

Sectionis vnius categoriæ qualitatis quæst.

Quæst. I. Sit ne qualitas recte ab Arist. diffinita 565
II. Sint ne tantum quatuor species qualitatis 567
III. An habitus & affectio sint species qualitatis 567
IV. An habitus & affectio specie differant 571
V. An secunda species qualitatis à prima distinguatur 573
VI. An patibilis qualitas, & perturbatio sint distinctæ species quantitatis 575
VII. An tertia species qualitatis à prima distinguatur 577
VIII. An forma, & figura specie differant 578
IX. An pondus sit qualitas ibid.
X. An rarum & densum, asperum, & lene in hac categoria collocentur 579

XI. De his, quæ in singulis speciebus qualitatis collocantur 580
XII. Num recte sint tres proprietates qualitatis ab Aristotele assignatæ 582

Sectionis vnicæ de sex vltimis prædicamentis quæst.

Quæst. I. An sex vltimæ categoriæ significent rem absolutam 595
II. An actiones immanentes contineantur in categ. actionis 588
III. An actio transiens sit in agente, vel patiente 589
IV. De natura & proprietatibus quando 591
V. Quid sit vbi, & an differat à loco, & quæ sit illius natura & proprietates 593
VI. De natura situm esse & de illius proprietatibus 595
De natura habitus & illius proprietatibus 596

Sectionis vnicæ de post categoriis quæst.

Quæst. I. Sint ne vera, quæ ab Arist. tradita fuerunt de contrariis 600
II. In quo sit ratio oppositionis relatiuæ constituta 609
III. An oppositio sit genus ad quatuor genera contrariorum 611
IV. Sit ne oppositio contradictoria omnium maxima 612
V. An qualitates contrariæ possint esse in gradibus remissis in eodem subiecto 613
VI. An à priuatione ad habitum detur regressus 615

PROLEGOMENA OPERIS

De interpretatione quæst.

Præfatio 3
Quæst. I. An sint vera quæ tradita sunt ab Arist. in præfatione 8
II. In qua de signo disputatur 7
III. Num voces significent potius res, quam conceptus, vel econtra 10
IV. An nomina significent res ex sua natura, vel potius ex hominum impositione 12
V. An veritas sit in solo intellectu 14
VI. An in sola simplici operatione intellectus, veritas reperiatur 15

Sectionis vnicæ de nomine quæst.

Quæst. I. Sint ne vera ea quæ Arist. docuit in hoc cap. 22
II. Sit ne vox materia vel genus nominis 23
III. An voces infinitæ vocari debeant nomina 25
IV. An nomen infinitum tam dicatur de eo quod est, quam de eo quod non est 26
V. An ens, & alia transcendentia reddi possint infinita 28
VI. An casus obliqui sint vera nomina 29
Quæst. vlt. in qua disputatio de terminis explicatur 30

Sectionis vnicæ de Verbo quæst.

Quæst. I. Sint ne vera ea, quæ ab Arist. in cap. de verbo tradita fuerunt 34
II. An verbum significet cum tempore 35
III. An verbum sit pars enuntiationis 37
IV. An verba adiectiua sint voces simplices 40

Universidad de Deusto
Biblioteca

V. An verba infinita collocentur in enuntiatione 40

Sectionis vnicæ de oratione quæst.

Quæst. I. Sit ne vera, quæ tradita sunt ab Arist. in cap. de oratione 46
II. An enuntiatio sit ens rei 48
III. An enuntiatio sit simplex qualitas mentis 49
IV. An enuntiatio sit genus ad aientem, & negantem 51
V. An enuntiatio sit genus ad categoricam, & hypotheticam 52
VI. An vna enuntiatio sit altera verior 53
VII. Quodnam sit diffinitum in diffinitione orationis ib.
Quæst. vnica de subiectis sint ne vera, ea quæ ab Arist. in hoc cap. traduntur 59

Sectionis vnicæ de futuris contingentibus quæst.

Quæst. I. Dentur ne aliqui effectus contingentes 67
II. Quænam sit radix contingentiæ in rebus ipsis 70
III. Num contingens quando est sit necessarium, vel contingens 72
IV. An propositiones futuri contingentis sint determinatæ veræ 73

LIBER II.

De interpretatione.

Cap. I. De enuntiationibus infinitis 76
II. De propositione vna & multiplici, & qua ratione liceat argument. a diuisis ad coniuncta & e conuersa 80
III. De enuntiationibus modificatis 82
IV. Digressio de propositionibus modificatis 91
V. Declaratio quarundam quæstionum 93

LIBER II.

De Priori Analysi.

Prolegomena operis 98
Cap. I. De quibusdam definitionibus & diuisionibus 99
II. De reciprocatione propositionum 101
III. De conuersione modificatarum propositionum 103
IV. De prima figura 105
V. De secunda figura 109
VI. De tertia figura 112
VII. De varia pronuntiatorum coniugatione 117
VIII. Qua ratione sequatur conclusio ex mixtione ibid.
IX. De secunda figura 118
X. De tertia figura 119
XI. De syllogismis constantibus propositionibus modificatis, modis contingentis effectus 121
XII. De coniunctione contingentis & absoluti in prima figura 123
XIII. De mixtione necessarii & contingents 125
XIV. De ratiocinationibus ex ambabus pronuntiatis contingentibus in 2. figura 126
XV. De coniunctione earum enunciationum, quæ quid esse dicunt, & quid accidere

accidere, in secunda figura 127
XVI. Dispositio necessarii & accidentis in 2. figura 128
XVII. De ratiocinationibus, quæ ex ambobus contingentibus in 3 figura struuntur 129
XVIII. Coniunctio accidentis & absoluti in 3. fig. ibid.
XIX. Connexio necessarii ac contingentis in 3. fig. 130
XX. Omnem ratiocinationem debere ad 3. illas fig. quas attulimus, reuocari 131
XXI. Argumentationem ex hypothesi & ex transsumptione sub his figuris comprehendi 132
XXII. De quibusdam theorematibus 137
XXIII. Omnem ratiocinationem constare tribus terminis 135
XXIV. Omnem ratiocinationem constare duobus pronuntiatis 136
XXV. Quænam quæstiones facilius & quæ difficilius confirmentur 137
XXVI. De copia pronuntiatorum paranda 138
XXVII. De inuentione medii in ratiocinationibus 141
XXVIII. Hanc methodum describere etiam ratiocinationē ex hypothesi 147
XXIX. Nullam aliam methodum præter hanc posse ad inueniendum medium excogitari 148
XXX. Methodus diuisionis reprehenditur 149
XXXI. De ratiocinationum resolutione 151
XXXII. Alius error proponitur 153
XXXIII. Traduntur quædam theoremata 154
XXXIV. Alia quædam theoremata traduntur 155
XXXV. Adducuntur & alia 156
XXXVI. Syllogismos hypotheticos difficile reuocari ad modos figurarum 157
XXXVII. Qua ratione syllogismi effectu iuxta tres præfatas figuras debeant mutuo inter se resolui 158
XXXVIII. De propositionibus infinitis in argumentatione 159

LIBER II.

De Priori Analysi.

CAPVT I.

Eundem syllogismum posse inferre varias conclusiones 163
II. Qua ratione ex falsis sequatur verum 164
III. De 2. figura 167
IV. De 3. figura 168
V. De 3. figura 192
VI. De reciprocatione syllogismorum 192
VII. De 2. figura 193
VIII. De 3. figura. ibid.
IX. De syllogismo ducente ad incommodum 194
X. De secunda figura 195

XI. De

Universidad de Deusto
Biblioteca

XI. De tertia figura ibid.
XII. De comparatione syllogismi directi ducente ad incommodum 197
XIII. De ratiocinatione ex contrariis 198
XIV. De petitione principii 199
XV. De altero argumentationis vitio 200
XVI. De falsa ratiocinatione 201
XVII. De errore secundum opinionem 202
XVIII. De reciprocatione in syllogismis 2Lc
XIX. De inductione 205
XX. De exemplo 206
XX. & XXI. De abductione & instantia 207
XXII. De consentaneo & signo 208
XXIII. De Enthymemate ibid.
XXIV. De syllogismo physionomico 209

Sectionis vnicæ de Priori analysi quæst.

Quæst. I. Num sit optima diffinitio syllogismi ab Arist. proposita 210
II. An in diffinitione syllogismi addi debeat hæc particula & concessis 212
III. An conclusio sit pars syllogismi 213
IV. Argumentatio vitiosa an vocari debeat simpliciter argumentatio 215
V. An syllogismus inductio, enthymema & exemplum differant specie 216
VI. Deturne quarta figura necne 217

Sectionis vnicæ proœmialium de demonstratione quæst.

Quæst. I. De ordine horum librorum ad alias partes Dialect. 221
II. Quænam sit materia subiecta huius libri 223
III. Quænam sit huius operis inscriptio 224
IV. An hi libri sint necessarii ad alias partes Philosophiæ consequendas 225

PROLEGOMENON V.

De diuisione operis, & methodo in eo obseruata 226
Cap. I. Quæ ante demonstrationem debeant prænosci 227

Sectionis vnicæ in caput primum quæst.

Quæst. I. Sint ne vera quæ ab Arist. in cap. 1 de demonstra. tradita fuerunt 233
II. An de subiecto illud existere prænoscere debeamus 234
III. An aliqua scientia possit confirmare suum subiectum esse 237
IV. Sitne de subiecto pronoscendum solum quid nominis, non autem rei 238
V. An de proprietate quid rei, vel quid nominis prænoscere debeamus 240
VI. An de proprietate prænosci debeat an sit 251
VII. An de principiis solum prænosci debeat illa esse vera 243
VIII. An conclusio demonst. cognosci possit ante demonst. 244
IX. An propositio cognoscatur prius tempore, quam conclusio 245
X. An conclusio simul cognoscatur cum præmissis 246
XI. An eadem actione intellectus cognoscantur præmissæ & conclusio 248

Sectionis

Cap. II. De definitionibus scientiæ & demonstrationis 250

Sectionis vnicæ in caput secundum de demonst. quæst.

Quæst. I Sintne vera quæ ab Arist. in hoc cap. tradita fuerunt 255
II. Sitne optime tradita diffinitio scientiæ 256
III. Sitne accurata prima definitio demonstrationis 259
IV. Sitne definitio 2. demonst. accurata 261
V. Num demonstratio per solam causam in essendo progrediatur 262
VI. An demonst. ex notioribus nobis, vel natura progrediatur 265
VII. Num propositio immediata sit illa, quæ non habet medium à quo queat confirmari 266
VIII. Sit ne verum illud pronuntiatum Arist. propter vnum quodq; &c. 268
IX. An intellectus certius & euidentius, & intentius feratur in principia quã in conclusiones 270
X. An habitus principiorum sit nobilior habitu conclusionis 271
Cap. III. Errorum quorundam definitio 273

Sectionis vnicæ in cap. 3. de demonstr. quæst.

Quæst. I. An detur demonst. in orbem 276
II. Quænam sit propositio per se nota 278
III An propositio in qua prædicatur proprietas de subiecto sit per se nota 281
IV. An omnis propositio per se nota sit etiam nobis nota 284
Cap. IV. De modis dicendi per se 286

Sectionis vnicæ circa cap. 4. quæst.

Quæst. I. An diffinitio de omni sit accurata 290
II. An sint tantum quatuor modi dicendi per se 291
III. An sit optime traditus primus modus dicendi per se 293
IV. An secundus modus dicendi per se recte fuerit ab Arist. assignatus 294
V. An illa propositio, in qua proprietas superioris prædicatur de inferiori sit in secundo modo 295
VI. An 4. modus spectet ad solas causas extrinsecas 301
VII. Quinam modi sint conficiendis demonstrationibus apti 303
VIII. An propositio possit in aliam conuerti, quæ sit per se 306
Cap. 5. De erroribus, qui eueniunt circa attributum vniuersum 309

Sectionis vnicæ cap. 5. de attributo quæst.

Quæst. I. Sit ne accurata diffinitio attributi vniuersi 312
II. An attributum vniuersum repetiri possit extra suum proprium & immediatum subiectum 314
Cap. VI. Demonstrationem constare ex necessariis 315

Sectionis vnicæ cap 6 quæst.

Quæst. I. An corrupta re quæ scitur & scientia quoque debeat corrumpi 319
II. An accidentia inseparabilia necessario insint subiecto 320
III An omnis propositio per se sit etiam necessaria 322
IV. An sit proprium demonst. constare ex propositionibus necessariis 323
V. An medium demonstrationis possit esse contingens 325

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. VIII. Demonstrat constare ex propriis & non alienis principiis 326

Sectionis vnicæ cap. 7. quæst.

Quæst. I. Sintne vera quæ tradita sunt ab Arist. in cap. 7. de demonstratio. 331.
II. An aliqua scientia possit confirmare sua principia 333
Quæst. vnica. An prima principia ingrediantur demonstrationem 339
Cap. VIII. Demonstrationem constare ex propriis principiis 335
IX. In qualibet scientias dari proprias interrogationes 341
X. De vtraque demonstratione quia, & propter quid. 346

Sectionis primæ cap. 10. quæst.

Quæst. I. An demonstratio quia, & propter quid specie differant 351
II. Num demonst. quia sit vocanda simpliciter demonstratio 354
III. Num demonst. quia optime diuidatur in demonstr. à causa remota & ab effectu 356
IV. An demonstra. per causam remotam in sola secunda figura fieri possit 359
V. An demonstr. quæ ab effectu progreditur sit nobilior ea, quę petitur à causa remota 360
VI. An sint tantum duæ species demonstra. quia & propter quid 361

Sectionis secundæ quæst.

Quæst. I. Quæ ad scientiarum subalternationem requirantur 365
II. An obiectum scientiæ subalternatæ sit vnum per se 367
III. Qua ratione scientiæ subalternatæ in sua obiecta ferantur 371
Cap. XI. Primam figuram esse demonstrationibus conficiendis accommodatam 374
XII. De ignorantia contraria scientiæ 377
XIII. De ignorantia probæ affectionis propositionis immediatæ 380
XIV. De ignorantia simplicis negationis 382
Quæst. IV. An scientia subalternans progrediatur per causam remotam 374
Quæst vnica. An deficiente sensu deficiat etiam scientia 382
Duæ aliæ quæst. explicantur 387
Cap. XV. De quibusdam theorematibus 384
XVI. Inter duo extrema finita non dari media infinita 386
XVII. De aliis duabus quæstionibus 387
XVIII. Non posse dari attributa infinita 388
XIX. De quibusdam consectariis 391
XX. An demonstratio vniuersalis sit præstantior particulari 392
XXI. Demonstrationem aientem nobiliorem esse negante 395
XXII. Demonstrationem directam nobiliorem esse ducente ad incommodum 396

Sect. vnic. in cap. 16. & al. quæst.

Quæst. I. Possitne dari in attributis progressus in infinitum 398

II. An

II. An demonstratio vniuersa sit nobilior particulari 399
III. An demonstratio aiens sit nobilior negante 401
IV. An demonstratio directa nobilior sit ducente ad impossibile 402
Cap. XXIII. De quibusdam theorematibus 404

Sect. vnic. in cap. 23. quæst.

Quæst. I. A quo petant scientiæ suam vnitatem 405
II. An sit omnium entium vna scientia secundum speciem 411
Cap. XXIV. Quarum rerum detur scientia 413
XXV. Non esse eadem principia omnium ratiocinationum 415
XXVI. Quo pacto differat scientia & opinio 416
XXVII. De solertia 408

Sect. vnic. in cap. 26. quæst.

Quæst. I. An opinio sit habitus 419
II. An esse cum formidine sit de natura opinionis 421
III. An euidentia sit de ratione scientiæ 425
IV. An scientia differat à fide & ab opinione 428
V. An scientia & opinio possint esse simul in eodem, de vna & eadem re 430

LIBER II. DE DEMONSTRATIONE.

Cap. I. Quatuor esse genera quæstionum 436
II. Quæstionem omnem esse medii 437
III. Proponuntur quædam quæstiones 438
IV. Non posse definitionem de definito per aliam definitionem concludi, 440
V. Definitionem non posse de definito per diuisionem demonstrari 441
VI. Non posse demonstrari definitionem de definito, neque per definitionem definitionis, neque per definitionem contrarii 443
VII. Definitionem minime posse de re definita demonstrari 444
VIII. Qua ratione vna definitio per aliam concludatur 445
IX. Definitionem in demonstratione nobis manifestari vt causam 446
X. Quid sit definitio 447
XI. An per omnia causarum genera demonstrationes effici possint 448
XII. Quo pacto liceat argumentari in causis ac effectibus, quæ non reciprocantur 451
XIII. In rebus naturalibus dari circulum 452
XIV. Qua ratione inuestigetur definitio 453
XV. De quibusdam theorematibus 457
XVI. De quodam diuisionis vsu, & qua ratione quæstiones dicantur eædem 457
XVII. De consecutione causarum ac effectuum 459
Vlt. De habitu primorum principiorum 462

Sect. vnic. lib. 2. de demonstrat. quæst.

Quæst. I. Num sint vera, quæ de quæstionibus in primo capite docuerat Aristoteles 464
II. An definit. proprietat. sit medium potissimæ demonstrat. 465

Universidad de Deusto
Biblioteca

III. An prima principia sint naturaliter cognita 469
IV. Sitne habitus primorum principiorum nobis inditus à natura 470
VII. An ex petientia sit necessaria ad cognoscenda prima principia 474

LIBER VNVS, DE LOCIS DIALECTICIS.

Sect. I.

Cap. I. Institutum huius disputationis,& vtilitas 478
II. Quid sit ratiocinatio dialectica 479
III. Quid propositio & quæstio dialectica, & quotuplex 480
IV. Quid locus, & quotuplex 481

Sect. II.

Cap. I. De loco à definitione 482
II. De loco ab etymologia 484
III. De loco à genere 485
IV. De loco à coniugatis ibid.
V. De loco à partibus ad totum, & contra 486
VI. De loco à forma 487
VII. De loco à materia 489
VIII. De loco à fine 490
IX. De loco ab efficiente 491
X. De loco ab antecedentibus & consequentibus 493

Sect. III.

DE LOCIS EXTERNIS.

Cap. I. De loco à contrariis 495
II. De loco à comparatis 497
III. De loco à testimonio 500

DE REPREHENSIONIBVS SOPHISTARVM,

Liber Vnus 501
Conclusio Operis, & Authoris peroratio 506

Finis Indicis Capitum & Quæstionum.

COM-

COMMENTARIA IN DVOS LIBROS ARIST. DE INTERPRETATIONE:

EODEM FR. DIDACO MASIO, VALENTINO Vilarealensi, Ordinis Prædicatorum, auctore.

Prolegomena operis.

Prolegom. explicat.

EXimiam,& celebrem catego. d sputationē in superiori opere ea qua nobis licuit facilitate, & dexteritate, abunde satis, & laeu lenter dedimus explicatam: proximum est vt de interpretatione, cuius tractatio secundum locum sibi vendicat in dialectica, cum Aristot. in duobus libris disputemus. Ne tamen veterem consuetudinem deseramus, iuxta quam initio cuiusque operis, cum omnibus interpretibus, nonnulla prius ante ingressum operis semper præfamur, quæ ad ipsum intelligendum nobis viam aperiant, eidem insistentes, antequam ad Arist. interpretandum accedamus, hæc octo prolegomena ante omnia explicabimus, Auctoris in hoc opere institutum, materiam subiectam eius, ordinem quem ad alios dialecticæ libros obseruat, num ab Aristot. editum fuerit, rectene de interpretatione sit inscriptum, in quot & quas partes diuidi debeat, quæ methodus in eo obseruetur, ac demum quænam ipsius vtilitas existat.

1. Prolega. de institut.

Primum igitur prolegomenon est de huius operis instituto. quod certe nullum aliud est, quam de oratione, non quauis, (vt de optante, vel deprecante, seu alia huiusmodi) sed de sola enuntiante duntaxat, in qua vna, veritas, & falsitas potest reperiri, disputare, Caeterum cum duplex sit enuntiatio, vna categorica, quæ constat solo subiecto, verbo, & attributo, cuiusmodi est hæc, homo est animal, & altera hypothetica, quæ constatur ex pluribus enuntiationibus categoricis, qualis est hæc, si sol lucet dies est, institutum Aristot. in hoc opere non est de vtraque enuntiatione disputare, sed de sola categorica, & simplici, vt animaduertunt in suis commentar. Ammonius,& Magentinus. Cognito iam instituto auctoris, facillimum erit materiam subiectam operis intelligere, quæ secundum inter prolegomena occupat locum, cum enim institutum in qualibet arte sit explicare materiam subiectam eius, si institutum est agere de enuntiatione simplici, materia subiecta operis,erit enuntiatio tantum simplex, & non simplex simul,cū hypothetica,quemadmodum Ammon. Boet. D. Tho. Louanienses & plerique alij existimant. Vnde maximè reprehendi sunt Franciscus Tolet. & Villalpandus, contra omnes veteres,& grauissimos philosophos censentes,materiam subiectam huius operis esse vtramque enuntiationem, tam simplicem,quā hypotheticam: nam si Arist etiam agit hoc loco de hypothetica, assignēr vbinam in toto isto opere de illa disputauerit eiusq; species proposuerit,ac proprietates tradiderit, quod certe nullo modo poterunt assignare, cum nullibi id Arist. hic præstiterit. Argu. ergo quo illi commoriuntur,leuissimum est,hoc enim pacto insurgunt. Arist inferius proponens diffinitionem enuntiationis, statim illam diuidit in simplicem,& hypotheticam: iam ergo agit in hoc opere de vtraque tamquam de subiecta materia. Respond. enim negando consequentiam, cum Concilio Louaniensi, nam Aristoteles cum proposuisset eo loco diffinitionem quandam enuntiationis late patentem, vt intelligeremus conuenire vtriq; enuntiationi, tam simplici, quam coniunctæ, proponit diuisionem vtriusque

2 Prolego. de materia

Opin. quorundā veterū.

Argum. eorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

enuntiationis, ex hoc autem non licet colligere enuntiationem hypotheticam pertractari in hoc loco, cum illa solum fuerit exempli causa proposita ad diffinitionem intelligendam. In tertio prolegomeno explicandum est, quem ordinem obseruet hic liber ad alios libros dialecticæ. Est autem hic, vt mirum subsequatur librum catego. & antecedat libros de priori & posteriori resolutione, Topicorum, & Elenchorum. Quod his duabus rationibus colligere possumus. Prima est. Arist. in tradenda dialectica obseruauit methodum compositionis, iuxta quam progredimur à simplicioribus ad compositiora: sed ea quæ tractantur in hoc libro, (quæ sunt enuntiationes) sunt compositiora vocibus simplicibus, quæ à categor. petũtur, simpliciora vero syllogismis, qui in libris de priori ac posteriori analysi & reliquis pertractantur: ergo liber hic subsequetur librum catego. antecedet vero reliquos dialecticæ libros. Secunda ratio petita est ex D. Thom. in præfatione huius operis. Dialectica dirigit intellectum in suis functionibus, ita vt in libris categor. dirigat primam operationem, in lib. de interpretat. secundam, & in cæteris alijs libris tertiam: ergo talem ordinem obseruabunt lib. dialectici, qualem obseruant functiones intellectus: sed secunda operatio intellectus, cõpositio nimirum, & diuisio, (quæ per enuntiationem in his duobus libris pertractatam dirigitur,) subsequitur primam operationem, & antecedit tertiam: ergo libri de interpretatione hunc ordinẽ obseruabunt ad alios libros dialecticæ, vt subsequantur librum categoriarum, & antecedant li. de priori, & posteriori resolutione, Topico. & Elenchorum. Quidam existimant hoc opus non esse editũ ab Arist. sed à quodam posteriori Philosopho, quam sententiam (auctore Ammon.) secutus fuerat Andronicus Rhodius inter Veteres philosophos, & inter recentiores nescio qua ratione ductus eandem amplectitur Franciscus Patricius lib. 9. discussio. Peripatetica. Cæterum omnes alij Philosophi ingenuo ore profitentur esse opus legitimum Arist. quod cõfirmat Magentinus primo ex theorematibus quibus totum opus respersum est, quæ quidem in operibus Arist. frequentissima reperiuntur. Secundo ex phrasi, & modo loquẽdi conciso, & obscuro, qualis solet esse modus loquendi Arist. Addimus & nos tertiam rationem, quia cum li. de interpretatione sit pars dialecticæ si Arist. ipsum prætermisisset, truncatam pro' fecto, & imperfectã tradidisset nobis artem disserendi, quod de tanto Philosopho minime est asserendum. Adducuntur tamen illi Philosophi in eam sententiam testimonio quodã ipsiusmet Arist. in præfatiuncula huius operis, vbi docet ea quæ sunt in voce, esse signa earum passionum quæ sunt in anima, de quibus inquit disputatum est in lib. de anima: at Arist. in omnibus lib. de anima nusquã egit de passionibus: ergo vel mentitur Arist. hoc loco, vel liber hic non est illius. Respondetur tamen, nomine passionis intelligendas esse ipsasmet actiones sensuum, & intellectus, quę recipiũtur in his facultatibus, nam omne recipere est quoddam pati, de quibus actionib. diffuse satis egit Arist. in lib. de anima, & de eis intelligendus est in hac præfatiuncula, quando docet ea quæ sunt in voce, esse signa earum passionum quæ sunt in anima, quia nomina quæ sunt in voce significant conceptus, qui sunt in intellectu. Inscribitur autẽ opus istud Perihermenias, siue de interpretatione. Quid autem intelligat Arist. per huiusmodi titulum, dubium est. Porphy. enim & B. Albert. Mag. nomine interpretationis censent esse intelligendam quamlibet vocem significantem, siue illa fuerit simplex, vt sunt nomina, & verba, siue fuerit cõposita, vt sunt enuntiationes. Reuera tamen veritatem non attingunt, quia si nomen interpretationis ambiret voces simplices, sequeretur librum categ. à quo sumuntur voces simplices, inscribendum esse de interpretatione, quod tamen veritati non est accommodatum. Vnde cum D. Thom. & Ammonio nomine interpretationis solas voces compositas intelligimus, nimirum enuntiationes, illæ enim sunt quæ proprie interpretantur conceptus intellectus, cum in ipsis tantum veritas, vel falsitas reperiatur. Erit itaque sensus inscriptionis: Liber de interpretatione, id est, liber de enuntiatione, quæ est interpres mentis. Multi diuidunt hoc opus in quatuor partes, alij in pauciores, nos vero cum Latinis Interpretibus illud in duos libros partimur, quantumuis Græci totum illud vnum tãtum constituant librum. In primo illorum agitur de enuntiatione, ac eius partibus, vt nomine, verbo, & oratione, tum etiam de proprietatibus, conuersione nimirum, & cõtradictione. In secundo autem disputatur de enuntiationibus infinitis, & modificatis, & tandem in vltimo cap. quædam difficultas explicatur. Methodus obseruata ab Arist. est soluendæ

3. Prolego. de ordine.

1. Ratio.

2. Ratio.

4. Prolego. de auctore.

1. Argum.

2. Argum.

3. Argum.

Obiect.

Solutio.

5. Prolego. de titulo.

6. Prolego. de diuisio.

finitio-

sitionis, coniuncta cum ratione demonstrandi. Agens enim Arist. tot. de verbo, nomine, siue de enuntiatione, in primis vniuscuiusque eorum diffinitionem tradit, deinde vero ostendit proprietates quæ de illa re possunt in hoc opere demonstrari. Huius denique operis maxima est haud dubie vtilitas, ad totam disserendi artem probe intelligendam cum enim institutum in ea sit tanquam de materia præcipua de syllogismo analytico disputare, hic autẽ proxime, & immediate conflatur ex enuntiationibus, quæ in disput. traduntur, maxime illa vtilis, & accõmodata futura fuerit ad vniuer. disserẽ. artẽ tenendã.

7. Prolego de method.

8. Prolego. 4o.

PRÆFATIO ARISTOT.

CAPVT I.

ARGVMENTVM CAP.

IN hoc cap. proposito instituto operis, tria theoremata tradit Arist. quibus significatio nominum, eorundemque veritas & falsitas explicatur: vnde in has duas partes erit distributa præfatio, in institutum, & in tria theoremata.

PRimum constituendum est, quid sit nomẽ, quid verbum, tum quid negatio & affirmatio, quid enuntiatio & oratio. B. Ac voces quidem signa ac notæ sunt affectuum animi, scripta vocum. C. Atque vt non iisdem literis, sic nec vocibus quidem omnes iisdem vtuntur. At vero vt sensa animi quorum primũ verba notæ sunt, & res quarum sensa animi speciem gerunt: idem apud omnes valent. Sed de his libris de anima diximus. Non enim ad institutum sermonem pertinent. D. Vt autem in animo interdum veri & falsi notitia expers est, interdum necesse est alterutrum interesse: sic in voce. Verum enim & falsum coniunctione & disiunctione rerum omne consistit. Quo circa perceptioni animi ei, quæ à vero & falso abest, nomina & verba respondent: vt homo, vt album, cum nihil additur præterea; neque enim verum quicquam falsumve enuntiatur id quod hinc intelligi potest, quod Tragelaphi verbum aliquid illud quidem significat, sed nondum quidquam verè aut falsò dicitur, nisi aut esse, aut non esse adiungatur, aut simpliciter, aut pro tempore.

COMMENTARIA.

MOram imitatus Mathematicorũ Arist. ante operis exordium nonnulla præfatur, ad opus intelligendum apprime necessaria: sc. quid voces significent, & qua ratione in illis veritas, vel falsitas reperiatur, quod certe tribus theorematibus in medium propositis egregie explicat Arist. Verum antequam illa tradat, in primis illico verbis explicat quodnam sit huius operis institutum, quod primum partem huius præfationis amplectitur.

A. *Primum constituendum est &c.* Agendum est, inquit, de nomine, de verbo, de negatione, affirmatione, enuntiatione & oratione, inter quæ enuntiatio est materia subiecta libri, nomina, & verba sunt partes enuntiationis, affirmatio, & negatio (intelligens per affirmationem, enuntiationem aientem, & per negationem enuntiationem negantem) sunt illius species, oratio vero est genus eiusdem. Vnde cum ad eandem scientiam spectet agere de genere, & eius speciebus, ad hoc opus attinebit agere de enuntiatione aiente, & negante, cum sit species enuntiationis, & de oratione etiam, cum sit eiusdem genus: ac præterea cum eiusdem scientiæ sit agere de toto & partibus, ad istud etiam opus spectabit de nominibus, & verbis disputare, quæ sunt partes componentes ipsam enuntiationem. Hoc fundamento constituto, proponit Aristot. quædam Theoremata. Primum in ijs verbis.

2. Pars capit.

1. Theore.

B. *Voces notæ, ac signa quædam sunt &c.* Voces sunt signa eorum quæ sunt in animo, vt scripta sunt signa eorum quæ sunt in voce. Quod theorema multo rectius Boetius, & Argyropylus ita verterunt. *Ea quæ sunt in voce sunt signa earum passionum quæ sunt in animo, & ea quæ sunt in scriptura, sunt signa eorum quæ sunt in voce.* Intelligit autem nomine eorum quæ sunt in voce, nomina, verba, & orationes, quæ sunt in voce tanquam in subiecto proprio, & adæquato, vt auctor est Arist. *5. lib. de generat. animal. cap. 7.* nomine vero passionum, quæ sunt in animo, intellexit conceptus mentis. Itaque sensus theo-

Universidad de Deusto
Biblioteca.

rerum atis erit, nomina, verba, & orationes, quæ sunt in voce, sunt signa conceptuum in cælectus: nomina vero, verba, & orationes quæ sunt in scriptura, sunt signa nominum, verborum, & orationum quæ sunt in voce.

1. Theore. C. *Atque non eisdem literis, &c.* Secũdum. Quemadmodum scripturæ non sunt eædem apud omnes gentes: ita etiam neque voces sunt eædem: & quemadmodum res eædem sunt apud omnes nationes, ita etiam conceptus mentis idem sunt apud omnes illas. Quemadmodum v. g. alijs literis vtuntur Hebræi, alijs Latini, & alijs Græci, ad significandum hominem, ita etiam aliis vocibus vtuntur Græci, & aliis Hebræi ad eundem significandum. Verum quia homo idem est apud omnes gentes, ita etiam conceptus quem de illo efformamus idem est apud omnes, sicut enim Latini concipimus hominem esse animal participes rationis, ita etiam & Græci, & Hebræi concipiunt. Quod theorema propositum est ab Aristot. vt intelligamus esse latum discrimen, inter signum scripturarum, & signum conceptuum, quia scriptura, & voces significant ex hominum instituto: at vero conceptus significant ex sua natura, quod quidem in hunc modum confirmat Aristot. Illa quæ obtinent apud diuersas gentes diuersas significationes non significant à natura, sed ex hominum instituto: at voces & scripturæ, sunt huiusmodi ergo voces & scripturæ significabunt tãtum, ex hominum instituto, & non à natura. Præterea conceptus significare ex sua natura, & non ex hominum instituto hoc pacto possumus suadere. Illa quæ significant idem apud omnes nationes, significant ex sua natura: sed conceptus mentis significant idem apud omnes gentes, ergo conceptus significabunt ex sua natura.

2. Theore. D. *Vt autem in anima, &c.* Tertium. Quemadmodum in animo, in prima eius operatione, neque est veritas, neque falsitas: ita quoque in nominibus, & verbis quæ exprimunt primam operationem intellectus, neque erit veritas, neque falsitas. Hoc theorema confirmat Aristot. in nominibus compositis ad hunc modum. Sin aliquibus nominibus esset veritas vel falsitas, maxime esset in compositis, sed in illis nulla veritas neque falsitas reperitur, ergo nomina neque veritatem, neque falsitatem significabunt. Assumptionem sic ostendit Aristot. Hoc nomen Tragelaphus, vel Hircocerus, vt vertit Boetius, vel Hypocentaurus, vt vertunt alij, est nomen compositum: atqui illud si per se proferatur, neque significat verum, neque falsum, sed tunc tantum quando profertur cum verbo est aut non est, aut simpliciter, aut pro tempore determinato, vt cum dicimus Tragelaphus est, vel Tragelaphus nõ est, ergo nomina composita, neque veritatem, neque falsitatem significabunt.

Scholia in præfationem Aristot.

1. Obserua. A 1. Proponens Aristot. in primis verbis operis institutum, & ea de quibus sit in illo agendum, hoc ordine ipsa recensет, vt prius de nomine, deinde de verbo, tum de negatione, & affirmatione, præterea de enuntiatione, & tandem de oratione disputetur. In quibus verbis nonnulla se offerunt animaduertenda. Primum de nomine, & de verbo merito prius institutam fuisse disputationem, quam de oratione, & enuntiatione, quia ex nominibus, & verbis, tãquam ex partibus, orationes ipsę conflãtur. Verum cur prius dixerit agendum esse de affirmatione, & negatione, vel quod idem est, de enuntiatione aiente, & negãte, quam de oratione, iure optimo poterit aliquis dubitare: etenim cum oratio sit genus, debeatque tractatio generis antecedere tractationem specierum, prius debuit dicere agẽdum esse de oratione quam de enuntiatione aiente, & negãte, quæ sunt illius species. Huic tamen dubitationi occurrit imprimis D. Tho. ob eam cãusam hoc effectum fuisse, vt nimirum eãdem orationis seriem in tradendis ijs de quibus erat disputaturus, prosequeretur, nam quia dixerat agẽdum esse de nomine, & verbo, quę sunt partes orationis, prosequens eandem à partibus ad totum, inquit agendum esse de affirmatione, & negatione, quæ sunt partes & species enũtiationis, & deinde de enuntiatione, quæ est pars & species orationis. Scuerinus autem Boetius respõdet vltimo loco proposuisse Arist. orationem, quia cum oratio sub se multas formas complectatur, vt intelligeremus nõ esse in hoc opere instituendum agere de qualibet oratione, sed de perfecta, de aiente nimirũ, & negãte in quas est negatio distributa, præ-

Dubitat.

Ex Aristo. de parti. cap. 1.

1. Solut.

2. Solut.

posuit

posuit affirmationem, negationem, ac enũtiationem orationi, vt ita intelligeremus de his orationibus perfectis, & nõ de aliis esse instituendam disputationem.

2. Obserua. A. 2. Recenens affirmationem, & negationem, præfert negationem affirmationi, quod certe nõ recte fecisse videtur, cum affirmatio sit prior negatione. Verum huic respondet D. Tho. hoc ideo fecisse Arist. quia cum à partibus progrediatur ad totum, in his speciebus numerandis illam alteri præfulit, quæ magis habere videtur rationem partis: at negatio magis habet rationem partis quam affirmatio, spectat siquidem ad multitudinem, vt affirmatio ad vnitatem, in qua sane multitudine partes magis quam in vnitate splendere videntur. B. Albert. Mag. ca. 3. huius libri resp. Arist. hic inspexisse in his speciebus oppositionẽ inter ipsas interuenientem, nam affirmatio opponitur negationi, & quia omnis oppositio incipit à negatione, tenditque in affirmationem, ob hãc causam præposuit negationem affirmationi.

3. Obserua. B. 1. Illud etiam animaduersione dignum iudicamus, in rebus ipsis quatuor reperiri, res ipsas, conceptus, voces, & scripta, inter quæ est latum discrimen ratione significationis, & rei significatæ, quia res tantum significantur, & non significant, scripta solum significant voces, nõtamen significantur per alia: at conceptus, ac voces, & significant, & significãtur, quia conceptus significant res, & significantur per voces, & voces significãt conceptus, & significantur per scripta. Esse vero præter res, & conceptus, necessarias hominibus voces, & scripta, hoc arg. colligere possumus. Homo est animal in aliorum societate vitam agens, debuit itaq; aliquo instrumento à natura ornari, cuius beneficio possit alijs hominibus in quorum societate commorarentur, sensa animi, & lætes cogitationes explicare: hoc autem nullum aliud est quam vox, in qua nomina, & verba reperiuntur, illa enim est optima mẽtis interpres. Verum quia nõ semper alijs adesse possumus sed interdũ abesumus, aut secundum locũ, aut secundum tempus, necessariæ nobis fuerunt epistolæ, & scripta, vt hominibus absentibus, aut secũdum locũ, aut secundum tempus loqui possemus. Et ita factũ Phœnices homines ingenio acres, prius excogitasse literas, & scripta, à quibus deinde ad alias nationes deriuatæ fuerũt, vt Lucanus 3. lib. Pharsalicæ, his carminibus cecinit elegãter.

Phœnices primi, fama si creditur, ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris.

Et Ouidius in epistola Paridis ad Hippolytum vtilitatem maximam ex scripturis & literis prouenientem hisce aliis versibus commendat.

His arcana notis terra, pelagoque feruntur.
Inspicit acceptas, hostis ab hoste notas.

4. Obseruatio. B. 2. Hoc theorema acute, & eleganter interpretatur Porphy. constituens prius triplicem esse orationem, vnam intra mentem retentam, aliam ore prolatam, & tertiam scriptis mandatam, vel vt alij dicunt: mentalem, vocalem, & scriptam, de quibus tribus generibus orationis censet intelligendum esse Aristot. in hoc theoremate. quod quidem iuxta illum hunc sensum reddet: Oratio quę est in ore, est signum orationis quæ est intra mentem, & oratio quæ est in scriptura est signum orationis quæ in ore versatur.

5. Obseruatio. D 1. Dubitant interpretes, quid Arist. intelligat in proposito theoremate per verbũ simpliciter, & quid per verbũ secundum aliquod tempus, cũ docet in eo, nomina simpliciter, & per se prolata, neque significare veritatẽ, neq; falsitatẽ, sed vnita cũ verbo, simpliciter, aut secundum aliquod tempus. Ammonius enim per verbum simpliciter, intelligit verbum sine additione alicuius aduerbij, cuiusmodi est hoc verbum *est* ita prolatum: per verbum vero secundum aliquod tempus, intelligit verbum vnitum cum aliquo aduerbio temporis, vt quando ita proferimus, est hodie, fuit heri, vel eras erit futurum. Interpretatur itaque hoc pacto Arist. Nomina per se prolata, vt hoc nomen tragelaphus, neque significant veritatem, neque falsitatem, at vero prolata cum verbo simpliciter, vt cum dicimus tragelaphus est, vel cum verbo secundum aliquod tempus, vt cum aimus tragelaphus est hodie, fuit heri, aut eras erit, significant veritatem vel falsitatem. Alij, vt Alexander, Boetius editione 2. & B. Albert. Mag. nomine verbi simpliciter, intelligũt verbum est, vt significat essentiam, & simplicem vnionem attributi cum subiecto, nomine vero verbi secundum aliquod tempus, intelligunt verbum est, vt significat existentiam. Vnde sensus erit: Verba composita vnita cum verbo est, siue vt significat essentiam, siue vt significat existentiam, significãt veritatem, vel falsitatem, vt quando dicimus Tragelaphus est monstrum, in qua diffini-

1. Opin.

2. Opin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione, vel propositione, verbum est significat essentiam, & cum dicimus Tragelaphus est existens, in qua propositione verbum est significat existentiam. Denique alij, vt D. Tho. & Boeti *Editio prima per verbum, est,* intelligunt verbum indicantis modi, & temporis præsentis, siue significet essentiam, siue existentiam, at vero per verbum secundum aliquod tempus, intelligunt verbum cuiusuis alterius modi, & ita sensus erit: Nomina composita quamuis per se prolata, (vt hoc nomen Tragelaphus) neque significant veritatem, neque falsitatem: at vero si proferantur cum verbo siue indicantis modi, & temporis præsentis, siue alterius modi, vt quando dicimus, Tragelaphus est, in tempore præsenti, vel Tragelaphus fuit, aut erit in tempore præterito, vel futuro, significabunt veritatem, vel falsitatem.

D. 2. Explicatis Arist. neque in nominibus compositis veritatem aut falsitatem reperiri, vtitur exemplo cuiusdam rei fictitiæ, nimirum Tragelaphi, vt vertit Perionius, vel vt Boetius & Argyropylus interpretantur, Hircocerui, quod nomen sumitur in hoc loco ab Arist. tanquam nihil verum, vel certum, sed tanquam quid fictitium significans, quamuis Plinius *lib. 8. natur. hist. ca. 33.* scribat esse animal, quod in quadam insula oriri solet, ceruo adeo persimile, vt ab eo sola barba prominente distare videatur. Vnde videtur animal ex hirco & ceruo confectum, quod cum vix esse posse videatur, tanquã exemplum fictitium ab Arist. propositum fuisse est censendum. Reliqua quæ se poterant circa hanc præfationem offerre digna animaduersione, in quæstionibus super illam exagitandis explicabuntur.

6. Observatio.

Disputatio de vocum, & nominum significatione, vnica Sectione comprehensa.

Argvmentvm.

QVamuis ea quæ ab Arist. in hac præfatione tradita fuerunt, egregia sint, maximeque Dialecticis necessaria, sunt tamen ab eo ita breuiter & succincte proposita, vt cogamur eadem, diffusiore sermone iterum repetere, agemus igitur in quæstionibus sequentibus, de eisdem de quibus egit Arist. de nominum scilicet, & vocum significatione, ab hac quæstione initium ducentes.

Sect. vnica Quæstio 1. An sint vera quæ tradita sunt ab Aristot. in Præfatione.

1. Argum.

VT ea quæ ab Aristot. in hac præfatione proposita fuerunt illustriora multo appareant, erunt propositis quibusdam dubitationibus examinanda, etenim aduersus ea sic possumus primo insurgere. Agere de nominibus & verbis spectat ad libum categor. in quo traduntur rationes nominum, & verborum simplicium, quemadmodum hoc nomen homo, petunt à catego. substantiæ, & hoc nomen albedo, à catego. qualitatis: non ergo recte docuit agendum esse in hoc opere de nominibus, & verbis, & vocibus simpli-

2. Argum.

cibus, cum hæc omnia à catego. petí debeant.

Deinde Arist. instituit agere in hoc opree de oratione: at orationis partes sunt octo: non ergo de nomine tantum, & verbo, verumetiam de participio, pronomine reliquisque

3. Argum.

orationis partibus agendum erat. Præterea Vox, videtur esse genꝰ nominis, & orationis: ergo cum ad eandem scientiam spectet agere de genere, & de eius speciebus, etiam & de voce debuit Arist. in hoc opere disputare. Propositio ex eo colligitur, quia in diffinitione nominis, & verbi, in prima eius parte continetur, vox: at dialecticorum iudicio, illud quod in prima parte diffinitionis collocatur, est genus. Ad hæc. Hoc nomen homo, est idẽ siue ab homine Græco, siue à Latino, siue denique ab hominé alterius nationis proferatur: significatque idem. non igitur recte docuit Arist. nomina, & verba non esse eadem apud omnes. Iam, Res eædem sunt apud omnes nationes: at conceptus de quantitate non est vnus, & idem apud omnes illas, imo neque apud eandem nationem, quidã enim concipiunt quantitatem distingui reipsa à re quanta, alij vero ècontra concipiunt non distingui: igitur minus accurate docuit quod quemadmodum sunt eædem res apud omnes nationes, ita etiam & ijdem apud easdẽ

4. Argum.

5. argum.

existunt

Vlt. argu. existant conceptus. Tandem, Vox ista, pluit (v. g.) est simplex, sicut & alia huiusce modi quamplurima verba: sed pluit significat veritatem, aut falsitatem: igitur minus accurate constituitur est ab Aritot. in his vocibus hæc duo non repetiri.

Esse tamen omnia quæ in præfatione proposita fuerunt verissima, & auctoritate Arist. & omnium Philosophorum consensu posumus confirmare, neque est cur in illis confirmandis immoremur, quare illico erit his difficultatibus, quas proposuimus, satisfaciendum. Ad primam aimus cum D. Thom. voces simplices tribus modis sumi posse, primo vt significant res, secundo vt componunt enuntiationem, nomina vt subiectum, & attribu. verba vero vt copulæ quædam vnientes attributum cum subiecto: tertio vt

Ad 1. sunt termini in quos tandem resolui-

tur syllogismus, scilicet maius extremum, minus extremum, & medium. Primo modo agere de nominibus & verbis spectat ad li. categor. tertio modo ad lib. de priori analysi, secundo vero ad hunc vtrumque libr. de interpret. agere vero de eadem re in variis

Ad 2. locis diuerso tamen consilio, & instituto, nullum est absurdum. Ad secundam resp. institutum Arist. tantum esse agere de simplici enunciatione, & de partibus necessariis ad illam constituendam, hæc autem sunt sola nomina, & verba, ex quibus tantum quælibet enuntiatio fieri potest, ac proinde aliis orationis partibus prætermissis, tantum agit de nomine, & verbo, præsertimque cum pronomen reuocari possit ad nomen, participium vero ad verbum, cæteræ vero orationis partes magis ad ornatum eius spectent

Ad 3. quam ad constitutionem. Ad tertiam respõ.

vocem non esse genus nominis & verbi, sed materiam tantum, quemadmodum lignum per quod cathedra diffinitur non est genus eius, sed materia, vt auctor est Arist. 5. libr. de generatione animalium cap. 7. Dictum autem Dialecticorum intelligendum est in

Ad 4. diffinitionibus essentialibus, non autem in alijs, vt deinde ostendemus. Ad quartam dicimus ex B. Alberto Magno *cap. 3. huius lib.* nomina & verba sumi, vel vt sunt quidam soni emissi ab ore animalis, vel vt sunt quædam signa ex hominum instituto significantia. Primo modo nomina & verba eadem sunt apud omnes gentes: secundo autẽ modo non existunt eadem, sed diuersæ Gentes diuersa obtinent nomina, ad easdem res significandas. Vnde quamuis hoc nomen homo eadem voce, & sono, proferatur apud omnes Gentes, non tamen significat idem, nam quamus apud Latinos significet hominem, fortassis tamen apud Arabes nihil significat. Arist. vero tantum est loquutus de nominibus, & verbis, vt significant, non autem vt sunt quidam soni. Ad quintum aimus cum Boetio, duplicem esse conceptum, certum vnum, alium vero opinatiuum: conceptus certus qui præcipue fit in prima operatione intellectus, idem est apud omnes nam quemadmodum Latini concipimus hanc esse longitudinem, sine latitudine, ita & idipsum aliæ gentes concipient: cõceptus nihilominus opinatiuus & dubius non est idem, & ita cum hic conceptus, num scilicet quantitas distinguatur à re quanta sit conceptus opinatiuus, poterit ille esse multiplex & diuersus. Ad sextam dicimus, in huiusmodi verbis esse addendum eis suppositum quod exprimitur nomine aliquo substantiuo, vt pluit, significat Deus pluit, & ita non sunt voces simplices, sed coniunctæ, quare nihil mirum si significant veritatem, aut falsitatem, quia Arist. tantum est loquutus de vocibus præcise & absolute simplicibus.

Ad 5.

Ad 6.

QVAESTIO II.

In qua de signo disputatur.

CVm fere omnia quæ pertractanda sunt, ex cognitione signi dependeant, æquum erit vt nonnulla de signo in præsenti disputatione proponamus, quæ à M. Soto, Thoma à Mercado, Veractuce, Villalpando, & ab alijs viris eruditis pertractari solent in principio Summularum. Aggrediemur autem hanc disputationem à cognitione, repræsentatione, & significatione. nam per hæc deinde signum erit à nobis definiẽdum. Animaduertendum est autem primo, quatuor modis posse rem aliquam efficere cognitionem, primo modo tanquam causa efficiens, secundo tanquam forma, tertio velut instrumentum, & quarto tanquam obiectum. Illud producit cognitionem tanquam causa efficiens, quod efficit cognitionem, qua ratione intellectus est causa efficiens intellectionis & sensationis. Illud producit cognitionem vt forma, quod est ipsa forma cognoscendi, quo modo intellectio efficit cognitionem vt forma, eo quod ipsa sit eadem

1. Observ.

forma

Universidad de Deusto
Biblioteca

forma intelligendi. Illud præterea efficit cognitionem vt instrumentum, quod manuducit facultatem cognoscendi ad rem ipsam cognoscendam, quemadmodum imago Regis, est causa instrumentaria cognitionis ipsius Regis.. ducit enim nos in cognitionem regis. Tandem obiecta cognita, vt homo, vel cœlum, producunt cognitionem tanquam obiecta. Secundo est adnotandum repræsentare, ablato primo modo, eius quod est producere cognitionem, vt causa efficiens, tribus aliis modis (eisdem scilicet quibus aliquid facit alterum cognoscere) euenire posse, scilicet vt forma, vt instrumentum, & vt obiectum: nam cum repræsentare aliquid nihil aliud sit, quam facere aliquid præsens facultati cognoscendi, tribusque modis possit illi aliquid esse præsens, vel vt forma quædam, sicut cognitio est præsens facultati, vel vt instrumentum, quemadmodum imago Regis est præsens visui ad Regem ipsum cognoscendum, vel vt obiectum denique, quèadmodum ipsemet Rex se repræsentat visui, eodem etiam tribus modis euenit repræsentatio, vt forma, vt instrumentum, atque vt obiectum. Animaduertendum est tertio significationem esse duplicem, vnam formalem, & alteram instrumentalem: formalis est ipsamet cognitio immediata scilicet cognoscendi. Instrumentaria est illa quæ velut instrumentum ducit nos ad alia cognoscenda. Vnde duplex erit signum, instrumentalium vnum, & alterum formale. Animadvertendum est quarto, tria hæc habere se tàm superius, & inferius, quia omnis significatio est repræsentatio, non tamen e conuerso, quia obiectum se repræsentat facultati cognoscendi (vt homo v. g. intellectui) quod tamen nihil significat: & omne quod repræsentat efficit cognitionem: non tamen e conuerso, quia facultas cognoscendi efficit cognitionem tanquam causa efficiens, quæ tamen non repræsentat seipsam, quia nihil potest seipsum repræsentare. Cum igitur dentur duo genera signorum, formalium vnum, aliud vero instrumentalium, duæ erunt diffinitiones signi tradendæ, vna signi instrumentarij, alia signi formalis, postmodum vero diffinitionem quandam signi generalem, vtrumque signorū genus ambientem, assignabimus.

2. Observat.

3. Observat.

4. Observation.

Quid sit signum in fabrum.

Itaque signum instrumentale definitur à D. Augustino 2. de doctrina. cap. 1. *Illud quod præter speciem, quam ingerit sensibus, aliquid aliud facit nobis in cogitationem venire* in qua definitione continentur duæ particulæ. Prima est *Præter speciem quam ingerit sensibus.* Vbi nomine speciei intelligimus imaginem & similitudinem quæ producitur ab obiecto in facultate cognoscēdi. Secunda est *aliquid aliud facit nobis in cogitationem venire*, in qua per *aliquid aliud* intelligimus siue res ipsas vt hominem v. g. & equum, siue modos rerum, vt sunt syncategoremata, vt omnis, quidam, & aliquis, per cognitionem vero in quam nos facit venire, non eam solum quæ in hominibus, sed & eam etiam quæ in brutis reperitur, habent enim & bruta sua quoque signa, quemadmodum & homines, vt cantus gallorum significat diem. Alij vero hanc diffinitionem proponunt signi instrumentarij. *Illud quod præexistente cognitione sui, aliquid aliud à se distinctum facit nos cognoscere*, quemadmodum fumus est signum instrumentale ignis, nam præexistente cognitione sui, facit nos cognoscere ignem, & pes bouis impressus pulueri significat bouem: quia præexistente cognitione sui, facit nos cognoscere aliquid aliud, scilicet bouem. Vnde colligunt quidam duplicem cognitionem esse necessariam, ad signum instrumentale, vnam signi vt res quædam est, & alteram significationis illius, quemadmodum vt nos cognoscamus hanc vocem, homo, esse signum, duo cognoscere debemus, primum enim percipienda est auribus ipsa vox, deinde intelligendum est significationē eius esse exprimere naturam humanam. Vnde neque homini surdo, neque Græco, aut Hebræo, potest esse signum vllo modo, non surdo, quia ille non potest percipere vocem, non Græco, neque Hebræo, quia vterque ignorat significationem illius. Signum formale diffinitur. *Cognitio facultatis intelligendi inhærens illi tanquam forma subiecto.* Quemadmodum cognitio qua media cognosco hominem esse animal participans rationis vocatur signum formale. Tertia diffinitio cōmunis signo, vt ambit vtrumque signum formale scilicet & instrumentale est huiusmodi. *Signum est illud quod facultati cognoscendi aliquid repræsentat.* Quæ diffinitio imprimis competit signo formali, quia cognitio formaliter significans repræsentat facultati obiectum cognitum: deinde signo instrumentali, quia illud præexistente cognitione sui aliquid repræsentat facultati, quemadmodum ramus pendens ante cauponam, ie

Alia eius diffin.

Consect. quorum.

Genera. signi diffi.

præ-

præsentat in ea domo vendi vinum.

1. Diui. signi.

His signi definitionibus propositis tradendæ erunt etiam eiusdem diuisiones prima earum est. Signum aliud est naturale, aliud ex beneplacito, & aliud ex consuetudine. Naturale diffinitur quod suapte natura remota omni humana institutione, idem significat apud omnes, vt fumus est signum naturale ignis, & imago rei imaginatæ Signum ad beneplacitum est illud quod non significat ex sua natura, sed ex hominum instituto ad eorum beneplacitum, sicut hoc nomen homo significat hominem, non ex sua natura, sed ex humana institutione, quia homines ita instituerūt. vt illud significaret hominem Animaduerten est tamen hæc signa (ad beneplacitum scilicet) non ex nouo ita esse vocata quia homines pro libito absque vlla ratione illa ad aliquid significandum imposuerint, etenim homines intuita naturas singularum rerum adhibito maximo consilio nomina eisdem rebus imposuerunt, quemadmodum de primo patente sacræ literæ docent *Genesis 2. cap.* ipsum nomina rebus imposuisse iuxta proprias earum naturas: sed ex eo nuncupantur signa ad beneplacitum (vt dictum est,) quia non significant ex sua natura, sed ex hominum institutione, quæ certe institutio non debet esse priuata, sed autentica, ortum habens, vel ab ipsa communitate, vel ab homine aliquo perito approbante, & consentiente eadem communitate Signum denique ex consuetudine est illud quod ex vsu, vel consuetudine rem aliquam significat, quemadmodum mensa præparata significat prandium, ita enim est in vsu, vt præparata iam mēsa statim prandeamus, & cani qui æpe consueuit antecedere in via herum, illum nobis ex consuetudine indicat, & signi cat. 2 *diuisio.* Signa quædam sunt naturalia formalia, vt sunt omnes cognitiones, eo quod illæ ex sua natura significent res cognitas, & non ex aliqua impositione: alia vero sunt naturalia instrumentaria, quæ præexistente cognitione sui ducunt nos in cognitionem rei significatæ, & ita fumus est signum naturale ignis & imago rei imaginatæ Huius generis dantur multa signa temporis futuri, vt serenitatis pluuiæ, & ventorum, de quibus Virgilius 1. Georgicorum multa affert.

Atque hæc & certis possimus discere signis,

Æstu quo, pluuiasque, & ingenteis frigore uentos.
Ipse pater statuit, quid menstrua luna moneret,
Quo signo caderent austri, quid sæpe uidenteis
Agricolæ, propriùs stabulis armenta tenerēt, &c.

Quæ fere omnia signa desumpsit Virgilius ex Arato in Phenomenis. Sed de his legite Plinium lib. 18 capit vlt. & inter alios Antonium Misaldum in opere inscripto Ephemerides aeris perpetuæ, seu popularis, & Rustica Astrologia, tum in eiusdem Phœnomenis siue tempestatum signis: 3. *diuisio.* Signa ex beneplacito quædam sunt in vocibus, & alia sunt in rebus, v. g. omnia nomina, verba, & orationes sunt signa ad beneplacitum in vocibus: at vero ramus pendens ante cauponam, & tabella ante hostium, signans ibi esse hospitium, & nonnulla alia his similia sunt signa ad beneplacitum in rebus, sicut & sacramentum Baptismi, ac alia sacramenta sunt etiam signa ad beneplacitum in rebus instituta à Christo domino, in aqua, & in pane vel vino, aut alia materia 4. *diuisio.* Signa ad beneplacitum quæ sunt in rebus, quædam sunt propria alia metaphorica Propria dicuntur quæ significant rem ad quam denotandam fuerunt instituta. Metaphorica vero sunt illa quæ significant rem propter similitudinem interuenientem cum primo significato, vt hoc nomen Nero proprie significat Claudium Neronem Romanorum Imperatorem, metaphorice vero significat homines crudeles, qui in crudelitate illi Imperatori assimilantur Nonnulli signa propria vocant signa primæ impositionis: signa vero metaphorica secundæ impositionis. Animaduertit tamen Sotus signa ex consuetudine reuocari ad naturalia, sunt enim fere naturalia, vt visis mappis appositis in mensa, statim cognoscimus esse horam prandij. Et ita inquit signa posse diuidi in signa naturalia, (sub quibus continentur etiam signa ex consuetudine) atque in signa ex beneplacito, vel ex hominum impositione, vel institutione 5. *diuisio.* Ex signis quædam sunt manifestatiua, alia vero sunt manifestatiua simul, & suppositiua Manifestatiua sunt illa quæ tantum rem aliquam manifestando significant, non tamen possunt sumi loco eius, quemadmodum ramus appensus ante cauponam, est signum manifestatiuum, ostendit enim ibi vendi vinum, non tamen sumi potest loco vini: signa vero manifestatiua & suppositiua

2. Diui.

3. Diui.

4. Diui.

Obserua. Soti.

5. Diui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiua, sunt illa quæ rem aliquam manifestando significant, & supponi possunt loco illius, cuiusmodi sunt omnia nomina, & verba, nam illa significant res, & sumi possunt loco earum, cum enim nequeant res ipsæ in medium proferri, quando de eis sermonem instituimus, vtimur nominibus loco earum, quæ non solum significant res, verum etiam sumuntur à nobis loco ipsarum.

Argum. 1. insuper. Cæterum obiiciet aliquis aduersus superiora. Primo in hunc modum. Nomina & verba prolata significant proferentem. nam audito hoc nomine homo, illico intelligo proferentem illud, esse animal, sed non significat proferentem ex hominum instituto, imo ex sua natura, homines enim nunquam instituerunt, vt hæc vox significaret proferentem, quemadmodum neque instituerunt, vt rugitus leonum significaret leones: ergo non recte docuimus nomina & verba significare tantum ex hominum instituto. Respond. nomina, & verba sumi posse, vel vt effectus quidam sunt producti à proferente, vel vt referuntur ad alias res significandas. Primo modo nomina & verba significant naturaliter, vt cõfirmat argu. secundo vero modo tantum significant ex hominum instituto, nam nomina, & verba ad alias res præter suam causam significandas, ab hominibus fuerunt imposita.

Solutio.

2. Argum. *Iterum.* Hæc vox, leo, in aliquo volumine clauso, est signum instrumentale: sed in volumine clauso nihil repræsentat facultati cognoscendi nam in illo qua obsecro ratione poterit ab aliquo perspici? ergo non recte diffinitum est signum, illud quod facultati cognoscendi aliquid repræsentat.

Solutio. Respon distinguendo assumptionem. nam repræsentare duobus modis contingit, vno modo secundum actum, & altero secundum potestatem. Ad rationem igitur signi non est necesse vt repræsentet secundum actum, sed sat est vt repræsentet secundum potestatem, & ita vox ista, leo, in volumine clauso, quamuis non repræsentet secundum actum, repræsentat tamen secundum potestatem.

QVÆSTIO III.

Num voces significent potius res quam conceptus, vel è contra.

NAtura signi in superiori quæstione explicata, sequitur vt de significatione nominum, & vocum in sequentibus quæstionibus disputemus, in primisque significent ne voces conceptus, vel res ipsas, nam significare conceptus & non res his argum. potest demonstrari. *Primum est.* Nomina composita (vt orationes) sunt vera, & falsa, quia significant veritatem, & falsitatem: sed veritas, & falsitas, non est in rebus, sed in solis conceptibus intellectus, vt ostendemus q. vlti. cum Aristot. *6. lib. metaphy.* ergo nomina non significabunt res. *Deinde.* Arist. in primo theoremate tantum docet nomina significare conceptus, & non docet significare res: non igitur illas significabunt, cum id minime Aristot. docuerit. *Tandem.* Hoc nomen homo significat hominem vniuersum: sed vniuersum tantum est in intellectu: ergo hoc nomen tantum significabit conceptum intellectus.

1. Argum.

2. Argum.

3. Argum.

Duplex opi. Quidam ex veteribus fuerunt in ea opinione vt arbitrarentur voces, (vt nomina, & verba,) tantum significare conceptus intellectus, & non res ipsas. Alij vero è contra existimant nomina, & verba, significare res, & non conceptus intellectus, quamuis illos exprimant, etenim latum est discrimen inter significare, & exprimere. Vnde nomina iuxta hos authores significabunt res, expriment tamen conceptus intellectus: vt hoc nomen homo, significat hominem, & exprimit conceptum quem de eo intra mentem efformamus. Quam opinionem citra vllam controuersiam amplexus fuit M. Sotus *cap 1. lib. 1 Summulo. in solut. 1. argum.* & Thomas à Mercado *in Commentariis eiusdem loci.* Verum nos vt hanc opinionem explicemus, animaduertimus, duplex esse significatum nominum, & verborum, vnum proximum, vel immediatum, & alterum remotum: significatum proximum vocant significatum quo mediante, & minus præcipuum: significatum vero remotum, vocant significatũ quod, & magis præcipuum. Animaduertimus deinde conceptum intellectus posse sumi duobus modis, primo modo, vt qualitas quædam est, vel actio producta ab intellectu, eidemq; inhærens: secundo modo vt est naturalis quædam similitudo rei cognitæ per intellectũ, quemadmodum etiam imago regis depicta in pariete, sumi potest, vt qualitas quædam est inhærens parieti, & altero modo vt repræsentat regem tanquam signum naturale. Animaduertimus tertio nomina & verba

1. Obseru.

2. Obseru.

3. Obseru.

tantum

tantum esse instituta vt constituantur loco conceptuum, nam cum vnus homo non possit cernere conceptum alterius, excogitata fuerunt nomina, & verba, quæ haberent locum conceptuum, & exprimerent illos, aliisque manifestarent, vnde in Angelis qui intuentur suos cõceptus intellectus, nulla nomina sunt necessaria ad loquendum. Quare idem iudicium ferendum erit quoad significationem de nominibus, & verbis, quod proferimus de conceptibus, & ita quod significabunt conceptus, significabunt etiam & nomina ipsa & verba.

1. Conclus. His animaduersis sit prima conclusio. Nomina, & verba, significant conceptus intellectus proxime, & immediate, tanquam significatum quo, & minus præcipuum. Confirmatur iis argum. 1. est petitum ex authoritate Arist. constituentis expressis verbis in primo theoremate, ea quæ sunt in voce, significare passiones quæ sunt in animo, id est nomina, & verba, significare conceptus intellectus, quemad modum omnes interpretes exponũt 2. Nomina & verba significant res mediis conceptibus: ergo significabunt quoque eosdem conceptus, quia medium significandi debet etiam significari. Verum cum sit à nobis adnotatum conceptus intellectus posse sumi, vel vt sunt quædam qualitates, vel vt sunt signa naturalia, hæc assertio intelligenda est de conceptibus intellectus, vt sunt signa naturalia, non autem vt sunt quædam qualitates, eo quod ea quæ sunt similia, ea ratione qua similia sunt, possunt eodem nomine insigniri, non autem ea ratione qua sunt dissimilia, quemadmodum idem est nomen hominis viui, & picti ea ratione qua pictus est imago viui quamuis ea ratione qua pictus est accidens inhærens subiecto, & non viuus, non habeant idem nomen, & ita cum conceptus intellectus, non vt qualitas est, sed ea ratione qua est imago rei, sit similis illi, idem nomen quod significat rem, exprimet quoque eius conceptum.

1. Argum.

2. Argum.

2. Conclus. *2. Conclus.* Significatum quod & præcipuum nominum & verborum sunt res existentes à parte rei, & non conceptus intellectus. Confirmatur concl. ista his argum.

1. Argum. *1. est.* Nomina, & verba significant idem, quod & conceptus intellectus significant, sunt enim illa quemadmodum adnotauimus in ore, & sermone collocata, loco conceptuum: sed conceptus significant res existentes à parte rei: ergo etiam nomina & verba significabunt res existentes à parte rei. 2. Nomina illud significant præcipue, & tanquam quod, ad quod significandum fuerunt instituta: sed non fuerunt nomina instituta ad significandum conceptus, sed res ipsas. homines enim Latini tantum imposuerunt hoc nomen, homo, ad significandum hominem, & ita quando huiusmodi lingua traditur à præceptoribus, ita traditur ab eis, vt doceant nomine hominis, intelligendum esse hominem, & non eius conceptum, ergo nomina solas res significabunt. 3. Signum est illud quod præter speciem quam ingerit sensibus aliud repræsentat: sed hæc vox homo audita tantum repræsentat hominem, & non conceptum. nam homines v. g imperiti, qui nihil prorsus notum habent de conceptibus quando Hispano sermone percipiunt hanc vocem *hombre* nihil intelligunt de conceptu hominis, sed solum manuducuntur per illam ad intelligendum ipsum hominem: ergo nomina tantum significabunt res. Verum hæ assertiones ita apertius poterunt explicari Cum sit à nobis constitutum duplex signum, vnum tantum manifestatiuum, & alterum manifestatiuum & suppositiuum, nomina & verba sunt tantum signa manifestatiua conceptuum, eo quod illos exprimant, nobisque declarent, rerum vero sunt signa manifestatiua simul, & suppositiua, nam & significant res, & ponuntur loco earum, vt in hac enuntiatione homo est animal, hoc nomen homo (quod est subiectũ) significat hominem, & sumitur pro homine. nam pro conceptu nullo modo sumi potest. quia ille non est animal, sed qualitas, & ita si vere & proprie loqui cupimus ita dicendum erit, nomina exprimere conceptus, & significare res.

2. *Argum.*

Colli. solu. propo. po.

3. *Argum.*

3. Concl. Nomina prius exprimunt conceptus intellectus, & deinde significant res. Hanc constituit D. Tho. *lecti 2. huius lib.* & cum eo Scotus *q. 1. eiusdem*, quam ita confirmamus Propter vnumquodq; tale & illud prius, atque magis debet esse tale: sed nomina significant res propter conceptus, nam ita rebus sunt imposita nomina, vt concipiuntur ab intellectu: ergo nomina prius exprimunt conceptus, & deinde significabunt res ipsas.

3. Conclus.

1. Argum. Iam ad argum. *Ad primum* negamus as-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sumptionem, quia etiam in rebus est veritas, & falsitas, tanquam in causa, & fundamento, nam ex eo quod res est, vel non est, dicitur oratio vera, vel falsa, quamuis in intellectu reperiatur formaliter, & secundum essentiam, nomina vero non solam veritatem formalem, sed etiam & fundamentalem declarant, quare & res etiam significabunt. 2. Negamus consequentiam, quia argum. ab auctoritate negatiua nullum est, & ita quamuis id minime docuerit Arist. nihilominus est omnino verum. *Ad 3.* aimus vniuersum formale tantum esse in intellectu, materiale vero esse à parte rei, attamen hoc nomen homo significat hominem qui est à parte rei ea quidditatiua ratione, qua concipitur ab intellectu, vnde res significata per nomen istud homo, etiam ipsa quæ est homo, conditio autem requisita, vt hoc nomen, hominem ipsum significet, erit ipsum esse coceptum ab intellectu, nam nomina significant res, ea ratione qua concipiuntur ab intellectu, tanquam per conditionem sine qua non.

1. Argum.

3. Argum.

Aliim. arg.

QVÆSTIO IV.

An nomina significent res ex sua natura, vel potius ex hominum impositione.

1. Argum. ET quidem illa à natura, & non ex hominum instituto significata res ipsas, his argum. potest. suaderi. Primo non est consentaneum res ac primum sunt esse sine nomini us, sed illico ac sunt in rerum natura debent sua propria nomina habere: cum igitur res ortum habeant à natura, & ipsa nomina ab eadem nata esse videbuntur. 2. Nomen est vox vt diffinit Arist. in cap. de nomine: sed vox significat naturaliter: ergo etiam nomina, & verba, significabunt naturaliter. *Præterea.* Illud quod competit rei secundum essentiam est naturale: sed nominibus & verbis competit secundum essentiam significare, quia tota eorum natura sita est in hoc, vt significent aliquid: ergo nomina & orationes significabunt naturaliter. *Tandem.* Nomina, verba, & orationes sunt instrumenta facultatis naturalis scilicet facultatis loquendi, quæ est nobis à natura tributa: sed instrumenta facultatis naturalis sunt naturalia, vt de oculo, alijque potentijs possumus confirmare: nomina igitur & orationes significabunt naturaliter, & non ex hominum instituto.

1. Opin. Quæstionem hanc in qua de nominum origine, illorumq; significatione disputamus, fuisse olim inter veteres Philosophos agitatam testatur Plato in Cratillo in quo de nominum significatione luculenter satis disseruit. Fuit enim prima opinio Heraclyti, & Cratylli nomina omnia ipsorumque significationem à natura traxisse originem, & non ex humana impositione, quam eandem Pythagoricis credimus Dexippo lib. 1. q. in catego. cap. 6 amplexi fuerunt quorum sine opinio argum quæ in principio effecimus potest confirmari. 2. Opin. *Secunda est* Hermogenis, vt idem Plato testatur è diametro huic contraria nominaipsorumque significat onem non à natura, sed ex humana tantum pendere voluntate, & ita pendere vt liberum sit vnicuique hæc, vel alia nomina rebus imponere, non certe alia ratione, quã domini pro libe. a voluntate suis seruis nomina imponere solent: etenim quod res, hoc vel alio nomine insigniantur, nihil fere refert, ac proinde poterit vnusquisque vt sibi integrum fuerit, ad res significandas his, vel aliis vti nominibus. Vera tamen sententia eaque amplectenda est, nomina partim a natura, & partim ab humana institutione pendere, hanc enim sententiam Philosophorum principes Plato, & Arist. ille in dialogo citato de Cratillo, hic vero, & in hoc cap & in sequenti de nomine profitentur, & cum eis Cicero 1. *Academica. Quintil. lib. 8. institut. cap 6. Maximus Tyrius sermo.* 25 *D. Tho. Ammo. Magentinus, B. Alb. Mag. Louanienses, cum communi schola Philosophorum in hoc cap. & insequent.* Quam sententiam vt explicemus sciendum est in nominibus duo reperiri, materiam & formam, materia est vox ex ore animalis emissa, forma vero est significatio illius. Iam forma potest sumi aut ratione finis, aut ratione exemplaris, aut denique ratione causæ efficientis, nam significatio nominum ad aliquem finem dirigi debet, idque ab aliqua causa efficiente, ratione alicuius exemplaris Adnotandum etiam Plato non esse omnium artificum rebus nomina imponere, sed peritorum, vt inductione quadam in multis artibus verum esse ostendit, nam in textrice tantum ad peritum artificem spectat nomina illorum instrumentorum, quæ artifices deseruiunt imponere, & non ad tyrones illius artis, &

3. Opin.

1. Obseru.

2. Obseru.

idem iudicium est de sartoria, sutoria, & omnibus aliis mechanicis artibus, idq; in aliis artibus ingenuis, & liberalibus, est multo apertius. Etenim cum nomina sint rebus imponenda, ita vt earum naturas repræsentent, quas intelligere non est imperitorum, sed peritorum, profecto ad peritos solum spectabit illa rebus imponere. His hoc pacto statutis sit prima conclusio. Materia nominis est à natura. Hæc certe est apertissima: nam illius materia est vox, vt author est Arist. 5 *de generatio anima cap.* 7. quæ profecto tota est a natura.

1. Conclus.

2. Conclus. *Conclus.* Forma nominis quæ est illius significatio, non est à natura, sed ex hominum instituto & impositione. Hanc aduersus Heracly. & Cratil. cum Platone *in superiori loco. Alexan. Aphrodi. lib. 3. q. natura. cap.* 11. *D. Augusti. 2. de ordine ca.* 12. *D. Tho. Ammo. & alii in cap. de nomine* in hûc modum confirmamus. *Primo.* Quia pictura magis videtur à natura profecta, quam nomina, cum vbiq; eadem sit, nomina vero pro gentium varietate sint diuersa: at pictura non habet ortum à natura sed ab arte: quare neque nomina non aliunde quam ab arte originem trahunt. 2. Quæ sunt à natura eadem sunt apud omnes, eadem enim natura est apud omnes: sed nomina non sunt eadem apud omnes, nam ad eandem rem significandam alis nominibus vtuntur Latini alis Græci & alis Hebræi & alis alia gentes, & nationes: ergo nomina non habebunt significationem a natura Ex his primam argu. est Platonis, secundum est collectum ex Arist. in præfatione, & hæc alia sunt ex Alexandro petita, qui ita tertio argum. Si nomina essent à natura, ergo eadem literæ quæ significant nomina nam ita scribimus vt & loquimur) essent quoque à natura: at hoc conspicimus esse falsum, certum enim est literam, & scripturam ab arte esse, quare neque nomina erunt à natura. 4 Si nomina indita essent rebus à natura, neque essent nomina homonyma, neque polyonima. natura etenim neq; idem nomen diuersis rebus, neque multa eidem imponeret sed cuique suum nomen tribueret: at videmus esse multa nomine homonyma, quæ multas naturas significant, & multa polyonyma, quæ vnam, & eandem exprimunt: ergo nominum significatio nõ erit indita à natura. *Iam.* Si nomina essent ipsis rebus à natura concessa, non imponerentur illa ab hominibus, frustra si quidem imponerentur: at videmus illa ab hominibus sæpe imponi, immo neq; aliis nominibus vtimur, quam illis, quæ ab hominibus fuerunt imposita: ergo non trahent originem à natura.

2. Argum.

3. Argum.

4. Argum.

5. Argum.

3. Conclus. 3. *Contl.* Nomina non fuerunt imposita rebus pro libera voluntate, sed iuxta naturas rerum ad quas indicandas imposita fuere. Hanc confirmat Plato in dialogo sæpe repetito ex eo quod cum oratio non sit vera, vel falsa pro libera voluntate, sed quia ipsis rebus est consona, vel dissona, neque ipsius orationis partes (quæ sunt nomina) pro libero arbitrio res ipsas significabunt, sed quia consentiunt, aut dissentiunt rebus significatis 2. Quia instrumenta non remere, nec pro libera voluntate adhibentur ad conficienda opera artis, sed illis vtuntur artifices, quæ fuerint accommodata ad finem artis assequendum: at nomina sunt instrumenta quædam quibus res ipsas explicamus: ergo non erunt illa temere, nec pro libero arbitrio rebus imponenda. *Rursus.* Si pro libero tantum arbitrio nomina rebus ipsis imponerentur, nullus profecto esset error in illis imponendis, si quis libertate sibi concessa, hoc vel alio nomine ad res significandas vteretur: at quantum passim etremus, in nominibus imponendis, nullus est ram habes, qui non illud probe cognitum, perspectumque teneat: non igitur nomina temere pro libero arbitrio, sed iuxta naturas rerum ipsis fuerunt imposita Vnde res ipsæ erunt velati quædam exempla ia, ad quæ viri periti ipsarumque rerum subtiles, ac profundi indagatores inspicientes, nomina his naturis quæ repræsentantur iuxta proprias rationes imposuerunt, qua ratione primus parens qui perfecient am sibi à Deo benigna manu infusam, rerum omnium naturas comprehendebat, nomina vnicuique rei propria, iuxta illius naturam imposuit, nam *Quidquid Adam vocauit anima viuentis ipsum est nomen eius*, vt Gen. 2. sacræ literæ nobis prodiderunt Illud itaq; euenit in nominum impositione q; in arte pictoria. Enimuero vt in pictoria materia tota est à natura forma vero picturæ est ab arte, tamquam à causa efficiente, finis vero qui est referre aliquam rem naturalem, dicitur est naturalis, quia dirigitur in hunc finem naturalem. Pari ratione in nominibus materia tota est a natura; nam est illa vox

1. Conclus.

1. Argum.

2. Argum.

3. Argu.

Obseru.

Universidad de Deusto
Biblioteca

forma vero quæ est significatio, est ex humana impositione, tanquam ex causa efficiente: finis vero cum sit repræsentare rem ipsam naturalē dici poterit naturalis, quia scilicet iuxta rei quidditatem, & naturam illam repræsentat. Neque in hac re putandum est Platonem contrarium fuisse Arist asserenti nomina significare ex hominum instituto, etenim quando Plato docet significare ex natura, non debet intelligi quasi significatio traxerit ex ipsa originem, sed quia nomina accommodate iuxta rerum naturas ipsis fuerunt imposita, quod certe non aduersatur ei quod est ab humana institutione pendere, & ita de Platone viri grauissimi sentiunt *Alcinous in lib. de dogm. Plato. Euseb. Cæsarien. lib. 11. præparatio. euang. cap. 3. Marsi. Ficinus in præfat. dialogi Cratilli, Cæsar Scaliger in lib. de subtilitate cõtra Carda. exercita. 266. Calius Rodaginus lib. 13 lectio. antiqua. cap. 5 Ammo. & Michael Psellus in cap. de nomine.*

Ad 1. argu. Iam ad argum. *Ad primum* negamus antecedens imo consentaneum est, & affine rationi, vt res prius extiterint sine nominibus, quam cum eis: nam prius debent illæ cognosci, quam quod nomina illis iuxta naturas proprias imponantur. Itaque consentaneum est, vt res sint aptæ, & natæ à natura, vt eis nomina imponi possint, & debeant, non autem quod de facto eis imponantur. *Ad 2.* aimus propos. ita esse intelligendam, nomen est vox, id est, materia nominis est vox, qua sic ita intellecta, neganda est consequen. argum. Primo, quia quod competit materiæ, non est necesse, vt rei ex illa confectæ adaptetur, quemadmodum ligno ex quo fit cathedra, competit esse ens naturale, cum tamen cathedra sit ab arte constituta. Deinde quia in simili forma datur antecedens verum, & consequens falsum, vt si ita argumentemur, cathedra est lignum hoc modo figuratum: sed lignum est ens naturale: igitur & cathedra erit etiam ens naturale, in hac enim argumentatione antece. est verum, & consequens falsum: *Ad 3.* dicimus naturale aliquando significare illud quod competit ex natura, & essentia alicuius rei, quemadmodum natura à qua derivatur naturale in quadam significatione significat essentiam, & quiddi tatem. Sumitur deinde naturale vt est diuisum contra liberum, qua ratione, dicimus natura e esse igni calefacere, eo quod non libere calefaciat, legere vero, vel currere appellamus actiones liberas in hominibus, quia non fluunt à natura, sed à libera ipsorum voluntate. Argum. quidem bene confirmat nomina, & verba significare naturaliter primo modo, hic tamen significandi modus, non differt ab eo quod est significare ex hominum instituto, quemadmodum etiam naturale est cathedræ in hac significatione esse figuratam, quia esse figuratum attribu. essentiale est illius, qui tamen modus non differt ab eo quod est cathedram habere esse ab arte. Verum cum quærimus an competat nominibus significare à natura, non loquimur de naturali in hac significatione. sed in secunda, vt denotat id quod fluit à natura, tanquam à proprio principio, qua ratione nomina non significant naturaliter eo quod eorum significatio non est institutia à natura, sed à libera hominum voluntate. *Ad vlt.* respond. Arist. *in cap. de oratio.* negãs propositionem: quia instrumenta loquendi sunt guttur, palatum, lingua, dentes & labia, nomina vero, & verba, sunt opera confecta per hæc instrumenta. Respond deinde Ammoni *in cap. de nomi.* falsam esse assumptio. quia instrumenta iaculandi sunt funda, arcus, aliaque ab arte confecta, cum tamen ipsamet facultas sit nobis à natura tributa.

Ad vlt.

QVÆSTIO V.

An veritas sit in solo intellectu.

IN vltimo theoremate docebat Arist veritatem esse in intellectu, quamuis non in quolibet, sed in solo coniuncto, nimirum in compositione, & diuisione, quæ sententia sitne vera necne duabus quæst in medium propositis erit examinanda, prima sitne veritas in solo intellectu, altera vero an sit in sola illius compositione & diuisione. Vt à prima exordiamur non esse illam in solo intellectu, his argum. confirmo. *Primum.* Ens, & verum conuertuntur: sed quælibet res quemadmodum homo, v g vel leo à parte rei, & non per intellectum sunt entia: ergo veritas in rebus etiam erit, & non in intellectu. *Deinde.* Verum prædicatur de rebus quæ sunt à parte rei, quemadmodum bonum, & vnum: sed illud quod est in intellectu non potest prædicari de rebus secundum rem: ergo veritas non erit formaliter in intellectu. *Præter.* In communi mo-

1. *Argum.*

2. *Argum.*

3. *Argum.* do loquendi dicimus aurum obrizum, esse aurum verum, & auricalcum esse aurum falsum: atqui hæc sunt à parte rei: iam ergo veritas erit præter intellectum.

4. *Argum.* *Adhæc* Arist. *2. lib. de anima cap. 6* constituit sensum semper esse verum circa proprium obiectum, quemadmodum visus semper est verus, & nunquam fallitur circa colorem: sed sensus non est intellectus: ergo veritas erit in alia facultate præter intellectum.

Commu. opinio. In hac q. fere omnes constituunt veritatem esse in rebus tanquam in causa, & fundamento, in intellectu vero secundum essentiam, nam habet se eo modo quo vniuersum, quod est in rebus velut in fundamento, in intellectu vero est secundum essentiam, & formam. Senten. hanc amplectun. *D. Tho 1. p. q. 16. ar. 1. & 2. q. 1. de verit. ar. 2. lib. 1 sent. disp. 19. q. 5. ar 5 Durand. in eod. loco q. 5 & 6. Ægidi q. 10. Capreo. q. 3 Soncin 6. metaph. q. 16. & Flandrin q. 13. ar. 2. Scot. q. 3. Iauellus in tracta. de Transcen. cap. 5.* Nonnulli tamen ex recentioribus in ea sunt opinione, vt existiment veritatem non solum in intellectu, verum etiam & in rebus formaliter reperiri. *Vt tamen* q hanc explicemus præfanda erit in primis diffinitio veritatis, quæ in hunc modum se habet: *Adæquatio rei ad intellectum.* vel, *Mutuus consensus inter rem & intellectum.* quam abunde satis explicatam proposuimus *lib. 4. Transcen. cap. 1.* Significat igitur veritas adæquationem, vel æqualitatem vnius ad alterum, nimirum vt vna res eodem modo sese habeat, quo altera, ita vt neque sit maior neque minor, sed alteri æqualis, quæ æqualitas interuenire debet inter rem, & intellectum ea lege, vt talis sit res qualis apprehenditur ab intellectu, & talis sit apprehensio, qualis res ipsa existit. Ex qua definitione duplicem colligere possum⁹ veritatem vnam rei, vel transeendentem, & alteram intellectus. Transcendens petitur ex parte rerum, estq; ipsa adæquatio passiua ex parte ipsarum ad intellectum: altera vero intellectus ex parte ipsius est haurienda, quæ est adæquatio intellectus ad res intellectas *Præterea.* Veritas transcendens, vel rei conferri potest, vel cum intellectu diuino vel cum creato, nam ad vtrumque intellectum est referenda, ad diuinum, vt illius exemplaria imitetur, ad humanum vero, vt veram de se in ipso generet comprehensionem, vt D. Tho. adnotat *q. 1. de verit. art. 2.*

Peculia. opinio recentio. quorum.

Diffi. veri.

Iam hæc eadem veritas rei referri potest vel ad intellectum practicum, vel ad speculatiuum: ad practicum ita comparatur vt ab illo tanquam à causa promanet: ad speculatiuum vero è contra ita confertur, vt sit illius vera, & legitima causa, v. g. in rebus artificiatis veritas ab intellectu artificis deriuatur, nam tales in se sunt, qualia sunt exemplaria quæ intellectui artificis inhærent: in rebus tamen naturalibus respectu intellectus creati, veritas intellectus ab ipsis rebus derivatur, talis siquidem est veritas, quales sunt res ipsæ à parte rei existentes. *Vltimo* illud erit animaduer. vt quemad. tribus modis dicitur aliquid sanum intrinsece, & secundum essentiam, causaliter, & tanquam in signo, nam animal intrinsece est sanum per sanitatem sibi inhærentem, vrina tanquam signum nam indicat sanitatem animalis, & medicina tanquam causa, ipsa siquidem est quæ in animali efficit sanitatem Ita etiam veritas triplex est secundum essentiam, tanquam in causa, & tanquam in signo, quod his assertionibus, luce clarius fiet manifestum,

Observatio

1. Esti. Veritas tam in rebus, quam in intellectu reperitur Hanc ex variis locis Arist. possumus colligere, nam in primis reperiri in intellectu, docet in hoc cap. *in vlti. theor. & 6. lib. Metaph. cap. 3.* constituit verum, & falsum esse in intellectu, bonum vero, & malum in ipsis rebus. *Deinde* esse illud in ipsis rebus ex innumeris fere locis constare poterit: nam in catego. cap. de substantia, & in Posteatego. cap. de priori ait ex eo q res est vel non est orationem vocari veram, vel falsam. *Præterea* 4. meta. cap. 5. contra Protagoram inquit non ex eo res esse veras, quia nobis veræ apparent, sed potius veras nobis apparere, quia in se veræ sunt: atque 9. *metaph. cap. 12.* constituit hominem esse candidum esse verum, non quia nobis ita videatur, sed potius quia candidus est: tandemq; 2 *lib. metaph. cap. 1.* profitetur eandem esse dispositionem rei in veritate quæ est in entitate, in quo loco, & in aliis recensitis, aperte testatur Arist. veritatem etiam in rebus reperiri. Cum igitur tam in rebus quam in intellectu detur veritas, qua ratione in vtroque inueniatur in hunc modum explicamus. *2. Concl.* Veritas tanquam in signo in oratione quę ore profertur reperitur, ad dimus & in scriptura eandem quoque repetiri. Hanc aperte profitetur Arist. *in 1. theor*

1. *Asser.*

2. *Observatio.*

2. *Conclus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

in quo inquit ea quæ sunt in voce esse signa earum passionum quæ sunt in anima, & ea quæ sunt in scriptura esse signa eorum quæ sunt in voce: quare cum in mente sit veritas, & falsitas, vt ipsemet in tertio theorema. testatur, in voce erit illa tanquam in signo, & idem iudicium erit de scriptura, quæ mediis vocibus significat veritatem in mente latentem.

1. Conc. 3. *Concl.* Veritas intellectus speculatiui in rebus reperitur tanquam in causa, in intellectu vero formaliter, & secundum essentiam. In intellectu reperiri secundum essentiam ex ipsa nominis significatione constare potest, nam veritas intellectus, nihil aliud significat, quam veritatem quæ intellectui tanquam subiecto inhæret. Et certe cum hæc veritas nihil aliud sit quam comprehensio intellectus, qua rem ita apprehendit, vt est a parte rei, in solo intellectu secundum essentiam poterit illa reperiri At eandem esse in rebus tanquam in causa, & fundamento testatur Aristot. in categor. substantiæ, & in Poste categor. cap de priori, inquiens ex eo quod res est vel non est, oratio-
1. Arg. nem esse veram, vel falsam. & in aliis locis quæ in prima conclus. proposuimus. Iam intellectus ex eo est verus, quia vera comprehensione res ipsas inuetur, quæ certe comprehensio non alionde quam ab ipsismet rebus, tanquam à legitima causa
2. Arg. potest oriri. Addo res eodem modo se habere ad veritatem intellectus quo medicamenta ad sanitatem (hoc enim exemplo omnes Philosophi vtuntur) nullus autem est dubium: medicamenta esse causas sanitatis, quare & res ipsæ causæ erunt veritatis intellectus.

4. Conclu-sio. 4 *Concl.* Si agamus de veritate intellectus practici, veritas non tantum in intellectu, verum etiam & in ipsis rebus formaliter reperitur. Illam in intellectu reperiri satis superq; est exploratum: nam intellectus per exemplaria rebus ipsis ab arte effectis adæquatur Esse tamen ipsam formaliter in rebus confirmatur, quia adæquatio passiua eandem ad intellectum (in qua est ratio veritatis constituta) in ipsis rebus formaliter reperitur. Iam cum adæquatio mensurati ad mensuram in mensurato reperiatur, veritas huius generis in rebus reperietur, nam sunt res ab huiusmodi intellectu practico mensuratæ. Vnde cum intellectus diuinus habeat rationem practici, respectu omnium creaturarum, veritas huius generis ad omnes creaturas sese diffundet, omnes enim veræ dicentur propter adæquationem ipsis inhærentem, quæ est ad exemplaria & idæas in diuina mente retentas, vt in locis quæ proposuimus profitetur D. Tho.

1. Conc. 5 *Concl.* Veritas transcendens in rebus ipsis formaliter, & secundum essentiam reperitur. Confir. 1. quia veritas transcendens est adæquatio rerum cum intellectu diuino: sed hæc adæquatio, vt constat ex superiori assertione, reperitur formaliter in rebus: ergo & veritas transcendens reperietur formaliter in illis. 2. Veritas consequitur naturam entis cum sit illius proprietas: ergo eadem ratione competet rebus, qua illis competit ipsum ens, sed ens competit ipsis rebus (vt homini v.g. aut leoni) à parte rei extra omnem operationem intellectus: ergo & veritas conueniet eisdem à parte rei *Praterea* eadem est ratio veritatis, quæ est aliarum proprietatum entis: sed aliæ proprietates vt vnum, & bonum, conueniunt rebus à parte rei: ergo verum conueniet quoque eisdem à parte rei. Adnotandum est tamen hoc esse intelligendum tanquam in subiecto, nam cum duobus modis possit esse veritas in aliquo aut tanquam in subiecto, aut tanquam in termino, veritas transcendens est in rebus tanquam in subiecto, qua ratione intelligi debet assertio proposita in intellectu autem (præcipue diuino) est tanquam in termino, quia terminus relationis quæ includitur in veritate, est ipsemet intellectus. Iam ad argu. *Ad primum* respon. veritatē quæ conuertitur cum ente esse veritatem materialem, vel veritatem rei, quę nihil aliud est quam quędam commensuratio passiua ad intellectum diuinum, primo & per se, & secundario ad intellectum creatum, hæc autem a parte rei reperitur. Verum quando nos constituimus veritatem tantum esse in intellectu loquuti sumus de veritate secundum essentiam. *Ad 2.* aimus verum quod prædicatur de rebus omnibus, esse verum formale, hoc autem iam diximus in superioris argu. solutione esse in rebus à parte rei. *Ad 3.* argu Respon veritatem esse in his fundamenta iter, & tanquam in causa, quia autem obrem ex eo dicitur verum, quia natum est generare ex se in intellectu veram auri existimationem: at vero aurum falsum

1. Conc.

2. Argu.

3. Argu.

Obser.

Ad 1. argumen.

Ad 2.

Ad 3.

dicitur

dicitur aurum falsum, eo quod non sit natum generare ex se in intellectu veram auri opinionem. *Ad 4.* resp D.Tho. *loc. cit.* veritatem sensus circa proprium obiectum esse veritatem rei nō autem intellectus, vel non est veritas facultatis cognoscentis veritatem, quamuis enim sensus semper apprehendat obiectum proprium sicuti est à parte rei, ob quam causam dicitur verus, veritate rei, id est verus per conformitatem vnius ad alterum: Cæterum sensus non cognoscit huiusmodi conformitatem, quam solus intellectus potest apprehendere: & ita veritas tanquam in cognoscente tantum est in intellectu, & non in quouis, sed in intellectu componente & diuidente, & iudicante, rem esse ita sicuti est, & sicuti cognoscitur & non esse sicuti non est & sicuti cognoscitur non esse, vt ostendemus q. sequenti.

Ad 4.

QVÆSTIO VI.

An in sola simplici vel potius in sola composita operatione intellectus veritas reperiatur.

1 Argum. ET quidem in simplici operatione intellectus veritatem minime reperiri confirmatur primum variis testimoniis Arist. & D.Tho in quibus docent veritatem, & falsitatem non in simplici rerum apprehensione, & diuisione esse constitutam. Arist. quidem id profitetur *in præfatione huius 6. lib. meta. cap. vlt. & 3. de anima cap. 6. D.Tho. autem 1 p. q. 16 ar. 2. q 1 de verita. ar. 3. & 1. cont. Gent. cap. 59* ergo veritas non erit constituta in simplici rerum apprehensione. *Deinde*

2. Argum. Si in simplici rerum apprehensione daretur veritas daretur etiam in eadem falsitas, quia verum, & falsum sunt contraria, & contraria nata sunt fieri circa idem subiectum, sed in illa nulla potest reperiri falsitas, vt testatur Arist 3. *de anima cap.* 6. inquiens apprehensionem indiuisibilium in iis consistere circa quæ falsitas non ineſt: ergo in prima operatione intellectus nulla veritas continebitur. *Præterea.*

3. Argum. In vocibus simplicibus nulla reperitur veritas, vel falsitas, vt in his vocibus homo, cœlum, elementū vt author est Arist in præfatio. lib. huius de Interpre ergo neq; in ea operatione intellectus, quæ exprimitur per illas reperietur veritas, vel falsitas: sed prima operatio intellectus exprimitur per illas: ergo in prima operatione nulla reperietur veritas Præterea confirmo in compositione & diuisione intellectus illam non reperiri. Si veritas tanquam in cognoscente in sola compositione, & diuisione intellectus inueniretur, fieret neq; in Deo Opt. Max neq; in Angelis dari veritatem, quia neque in Deo, neque in Angelis datur compositio, vel diuisio, sed sola simplex rerum apprehensio: atqui hoc est omnino falsum, & absurdum: igitur veritas non erit in huiusmodi operatione intellectus constituta.

Quæstionem quam in hoc loco explicandam proponimus luculēter satis disputant D.Tho. 1. *p q.16 ar.2 q 1. de verit. 1. lib. de interpret. lect 3. & in alijs multis locis, Caiet. in commente. super locum propositum ex 1 p. & Ferr. 1. Cont. Gent cap. 59.* ex quorum limpidissimis fontibus ea omnia hauriemus quæ huic q. explicandę accommodata esse videbuntur. Vt igitur illam diffinitamus animaduerten. est in primis tres esse, inter alias, functiones intellectus patibilis. 1. est simplicium apprehensio: 2. apprehensio rerum compositarum, cuiusmodi est ea qua apprehendimus hominem esse animal capax disciplinæ: 3. est iudicium, quo medio iudicamus sint ne ita res à parte rei, vt eas esse per intellectum apprehendimus. Adnotandum est deinde duobus modis posse esse in aliquo veritatem aut tanquam in subiecto cui inhærear, aut tanquam in cognoscente ipsam. Alij dicunt veritatem sumi posse duobus modis aut materialiter, aut formaliter, sumitur materialiter, ea ratione qua est in aliquo tanquam in subiecto, sumitur vero formaliter ea ratione qua est in aliquo tanquam in cognoscente. At Caiet. & alij ipsum imitati distinguunt veritatem in veritatem in actu signato, & in actu exercito. Veritas in actu signato, est illa quæ actu reflexo cognoscitur, vt veritas est, & apprehenditur sub ratione veritatis, nimirum sub ratione cuiusdam adæquationis ad res cognitas exprimiturque hoc nomine veritas. At veritas in actu exercito, est quælibet cognitio quæ adæquatur rebus, vel in qua exercetur adæquatio ad res ipsas, quamuis non sit illa cognita ab intellectu, vt quando ita proferimus homo est animal, hęc enuntiatio est vera in actu exercito, quia ita est à parte rei, vt exprimitur per ipsam, quamuis intellectus non feratur in eam actu reflexo neque cognoscat ipsam, vt conformem, & adæquatam homini à parte rei.

1. Obseru.

2. Obseru.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conclus. His animaduersis sit prima conclus. Veritas in actu exercito, materialiter, aut tanquam in subiecto, in sensibus reperitur. Confir. hæc asser. in primis apertissimis testimonijs Aristot. qui illam expressis verbis profitetur 2. *de anima cap.* 6. docens sensus ita esse veros circa proprium obiectum, vt circa illud decipi nullo modo possint, & 3. *de anima cap.* 6. constituit visum esse verum circa colores, tum etiam 4 *metaph cap* 5. satis perspicuis verbis docet sensus esse veros in propriis obiectis cognoscendis. Deinde. Sensus informatus specie sensili rei obiectæ est illi adæquatus, & conformis: sed veritas nihil aliud est quam adæquatio, & conformitas facultatis cognoscendi ad rem cognitam: ergo in sensu reperietur tanquam in subiecto & in actu exercito.

2. Conclus. 2. *Concl.* Hæc eadem veritas reperitur in intellectu in prima illius apprehensione. Confir. ex Arist. qui in *de anima cap.* 6 & 9. *metaph. cap.* 5. docet duplicem esse veritatem, vnam simplicem quæ est in simplici rerum apprehensione, & alteram coniunctam, quæ est constituta in compositione, & diuisione: constabit igitur in simplici rerum apprehensione dari veritatem. Deinde intellectus in simplici rerum apprehensione est adæquatus, & conformis rebus cognitis, cum igitur veritas significet huiusmodi adæquationem, veritas proculdubio reperietur in prima functione intellectus.

3. Conclus. 3. *Concl.* Veritas eiusdem generis, nimirum in actu exercito, & tanquam in subiecto reperitur etiam in apprehensione coniunctarum, vtpote in compositione, & diuisione earum. Hæc conclus. ex superioribus est perspicua, quia in hac operatione intellectus reperitur adæquatio eius ad res, non minus quam in prima, quare si in prima propter hanc rationem reperitur veritas, & in secunda quoq; debet reperiri. Accedit etiam ad huius concl confirma. diffi. D Augustin lib. de vera religione, *Veritas est qua ostenditur id quod est*: at id quod est ostenditur in hac apprehensione composita intellectus: ergo in illa reperietur veritas. 1. Argum. *Resp.* Arist 9. *metaph. cap.* 12 & *lib* 3 *de ani. cap* 6 constituit dari veritatem compositam quæ non in alia quam in hac operatione intellectus potest reperiri, cuius munus est res componere, & diuidere: & 6 *met. ap.* 3. profitetur veritatem & falsitatem in compositione & diuisione contineri, quod multo antea in præfatione huius operis supposuerat his verbis. *Verum enim, & falsum, coniunctione & disiunctione rerum, omne consistit*: erit igitur in compositione & diuisione intellectus veritas. *Adhæc* ex vocibus significantibus tanquam ex interprete quodam, colligere possumus actiones intellectus, quia voces signa sunt earum actionum, quæ in mente exercentur: sed in enunciatione quæ exprimit nobis hanc actionem intellectus, reperitur veritas, vel falsitas, vt in hac (v.g.) sol est astrum cuius lux diffusa per aerem efficit diem, reperitur veritas, & in hac alia, sol non est astrum lucidum, reperitur falsitas: ergo in compositione, & diuisione intellectus, veritas reperietur. *Ad extremum* omnes Philosophi fumme in hac re conueniunt, cum tamen in multis aliis inter se dissideant, vt videre licet apud D. Tho. 1. p. q. 16 *art* 2. & apud eius interpretes in eodem loco tum etiam & apud reliquos Theologos *in 1 dist* 19 & *apud Metaph.* 6. *lib. ca.* 4. erit igitur verissima conclusio.

3. Argum.

4. Argum.

4 Conclus. 4. *Concl.* Veritas in actu signato, formaliter, & tanquam in cognoscente, in solo iudicio intellectus quo iudicamus res apprehensas in a iis functionibus ita in se esse, vt apprehenduntur, continetur. Confir. Cognoscere veritatem secundum formam, & vt veritas est, nihil est aliud quam cognoscere adæquationem & conformitatem interuenientem inter res cognitas, & intellectum cognoscentem, ita vt tales esse res conspiciamus quales cognoscuntur esse, & tales in se sint, quales intellectus esse cognoscit: atqui hoc sine iudicio intellectus fieri nullo modo potest, etenim cognoscere hoc ita esse vt apprehenditur & ita apprehendi vt in se est, actus est iudicij: ergo veritas tanquam in cognoscente, formaliter, siue in actu signato, in hac secunda functione intellectus, quæ est iudicium reperietur: quare cum non sit huiusmodi iudicium in sensibus, neque in prima actione intellectus, aut in secunda in apprehensione composita, in his facultatibus ratione harum actionum, non inerit veritas in actu signato, & secundum formam. Vt interim omittamus in sensibus ob aliam rationem, scilicet, quia non potest in ipsis dari actio reflexa, non posse huius generis veritatem reperiri, quæ sine actione reflexa cohærere nullo modo potest.

Dissol-

Ad 1. Argu. Dissoluamus iam argum. proposita. *Ad primum* dicimus Arist. & D. Tho intelligendos esse de veritate tanquam in cognoscente, formaliter, seu in actu signato, hoc enim pacto tantum est in intellectu componente, & diuidente: non autem de veritate materialiter, vel tanquam in subiecto, qua ratione docuimus in simplici rerũ apprehensione constituendam esse veritatem.

Ad 2. *Ad 2.* respond primo in prima operatione intellectus per se nullam contineri falsitatem, posse tamen eandem per accidens in ipsa inueniri idq; tunc quando partes diffinitionis non sumuntur quæ sumendæ erant: vt si in diffinitione hominis pro parte rationis, & mortali, sumamus expers rationis, & immortale: vel quando illæ quæ sumendæ erant non accommodantur rei diffinitæ, vt si eandem hominis diffinitionem accommodaremus substantijs separatis. Arist igitur constituens in prima operatione intellectus nullam inesse falsitatem intelligi debet per se, non autem per accidens, neq; ratione, qua in ipla permisceri potest alia compositio. Respon. deinde negando propositionem, ad cuius confirmationem dicimus falsum tantum opponi vero, quod est in secunda operatione intellectus, non autem vero quod in prima continetur, cui solum opponitur simplex quædam ignorantia rerum, aut inscientia: quia simplicia (in quibus intelligendis versatur prima operatio intellectus) aut tota sciuntur, aut tota ignorantur vt docebat Arist 9. *lib. metaph. cap.* 12 *Ad 3.* negamus propositionem, quia in vocibus simplicibus reperitur quoque veritas simplex, tanquam in signo, non minus quam repe-

Ad 3.

riatur in prima operatione secundum formam, & essentiam. Quod autem inquit Arist. in vocibus simplicibus nullam inesse veritatem, intelligi debet de veritate composita, & indicante, quæ rem exprimit esse, vel non esse, nam hæc in sola enuntiatione reperitur, quę diffinitur oratio indicans verum vel falsum.

Ad argum. Ad argu. secundo loco effectum aimus, quæ nos diximus, intelligenda esse de intellectu humano, non autem de angelico, vel diuino: si enim de humano sit sermo in eius compositione, & diuisione, erit veritas constituenda, secus vero erit si de diuino vel angelico agamus. Quod vt facilius intelligamus animaduertendum erit in compositione, & diuisione, non contineri per se veritatem vt scilicet sunt compositio, & diuisio, sed ea ratione qua in illis continetur iudicium conformitatis rerum ad intellectum & intellectus ad res, quia in solo iudicio per se veritas continetur. Vnde si exiterit aliquis intellectus in quo reperiatur huiusmodi iudicium, sine compositione, & diuisione in illo quoque reperietur veritas absque vlla compositione, & diuisione: & si iudicium è contra nulla ratione esse potuerit absque compositione, & diuisione, neque veritas sine ipsis esse poterit. Cum igitur in intellectu diuino & angelico possit hoc iudicium reperiri per simplicem apprehensionem, absque vlla compositione, & diuisione veritas reperietur. Verum quia intellectu humano (ob eius imperfectionem in intelligendo) non potest tale iudicium sine compositione esse, neque veritas absque compositione, & diuisione, vlla esse poterit.

Observatio

MVlta alia de veritate explicanda se poterant hoc loco offerre, quæ ne plus iusto in his rebus metaph. immorentur, libenter omisimus, legat (cui integrum fuerit) nostrum quartum librum de Transcendentibus, in quo turulenter satis ea omnia quæ de veritate dici poterant, explicata proposuimus. Ferret tamen æquo animo nonnemo quam possum, quod à quibusdam recentioribus in effectum esse conspicio, qui de verbo mentis diffusa oratione & quæ ad fastidium fere in hoc loco pertractant, quod certe est eu citio maxime vertendum: nam cum sit subtilis, & perdifficilis disputatio, & quæ vix ab his qui tam in prima, quam naturali Philosophia non leues progressus fecerunt, intelligi queat, quam poterit de illa rudis ad huc adolescens, rerumque Philosophicarum omnino ignarus, haurire cognitionem? Ne igitur in horum hominum iustam reprehensionem incidamus, illam omnino prætermisimus, abunde satis eandem 3. lib. de Anima (si superi nobis bene fauant, vt hæc commentaria statim euulgentur) disputaturi: est enim ille proprius huius disputationis locus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT II.

DE NOMINE.

ARGVMENTVM CAPITIS.

IN tres partes est totum cap. distributum, in quarum prima traditur definitio nominis, in secunda quædam illius particulæ explicantur, & in tertia ab illius ratione casus obliqui excluduntur.

A NOmen igitur vox est instituto significans, omnis expers temporis, cuius pars nulla quicquam dictorum separatim. B. Nam in ἀνθρωπῳ vocabulo ἀνθρωπῳ nihil per se significat, vt in hac oratione καλὸς ἀνθρωπος, sed non est simplicium iunctorumque nomine eadem ratio: propterea quod in illa pars nullo modo significat, in hac pars videtur illa quidem esse significare, sed tamen separatim in hoc toto sumpta nihil declarat omnino: velut in hoc vocabulo ἀνθρωπος, illud, λος, nihil per se significat. C. Ex instituto autem dixi, quod nullum nomen natura constat, sed cum quasi nota quædam ad aliquid significandum erit impositum. Nam soni ij qui nullis literis exprimuntur, quales sunt belluarum, aliquid illi quidem significant, attamen nullius eorum nomen est. D. Non homo autem nomen non est, nec ei nomen vllum impositum est, quo appelletur: quandoquidem nec oratio est, nec negatio. Appelletur sane nomen infinitum, quod aque in quauis re dicatur, tam quæ est, quam quæ nulla est. Hæc vero Philonu, & Philoni, & cæteris eiusdem generis, non nomina, sed casus nominum vocentur eu sint cum nomine communio, iuncta tamen verbo est, aut erit, nec verum nec falsum significant: quod in nomine fit semper: velut in hu orationibus, Philonis est, vel non est, nondum quicquam vere falsoue dicitur.

1. Parte capitis.

Quid sit nomen.

COMMENTARIA.

METhodo compositionis & naturæ obseruata in explicanda enuntiatione (quę huius lib. est materia subiecta) progreditur Arist. à simplicioribus si quidem, & à partibus initium ducens, ad compositiora, & ad totum ipsum explicandum tendit paulatim. vnde prius agit de nomine, verbo, & oratione, quæ sunt partes enuntiationis, quam de ipsa enuntiatione pertractet. Exorditur autem à nomine tanquam ab eo qd in oratione primum sibi vendicat locum, cuius definitionem his verbis proponit.

A. *Nomen igitur vox est.* Nomen est vox significans ex hominum instituto, sine tempore, cuius nulla pars separata aliquid significat. In qua diffinitione continentur quinque particulæ, quarum prima quæ est *vox* obtinet locum generis, quamuis non sit verum genus, sed materia illius reliquæ vero particulæ habent locum differentiæ, ex quibus secunda est, *Significans*, per quam separatur nomen ab aliis vocibus non significantibus, vt ab his vocibus blitiri, siudapsus, bisbaph, & ab aliis huius generis. Vox autem vt obiter admoneamus, est sonus emissis ab ore animalis, certis quibusdam instrumētis naturalibus efformatus, vt lingua, palato, dentibus, labiis, & aliis huiusmodi cum imaginatione aliquid significandi. Tertia particula est, *Ex hominum instituto* per quam separatur nomen ab aliis vocibus significantibus à natura, vt ab eiulatibus lachrymantium, à gemitibus infirmorum, & à latratibus canū, rugitibus leonum mugitibus boum, & ab aliis huiusmodi vocibus, quæ significant à natura, & non ab hominū instituto. Quarta particula est, *sine tempore* per quā separatur nomen à verbo, quia verba significat rationem aliquam cum tempore, nomina vero sine tempore significant. Quinta particula est, *cuius nulla pars separata aliquid significat* per quam nomen ab oratione separatur quia partes orationis separatæ à toto aliquid significant, nominis vero nihil significare videntur.

2. Pars capit.

B. *Nam in nomine.* In secunda parte cap. confir. Arist duas particulas diffini. atque inprimis probat vlt. particulā, scilicet partes nominis separatas à toto nihil significare, vtiturq; argumēto à maiori ad minus, secundum Ammonium, & B. Albertū Mag. Si partes nominis separatę à toto aliquid significarent maxime esset in nominibus cōpositis, vt sunt Equiferus, Respubl. Dominus, atqui in his nominibus partes separatæ à toto nihil significant, ergo neque in aliis

in aliis nominibus partes separatæ a quid significabunt. Confir. assump. partes huius nominis, dominus, sunt, do, & minus, atqui hæ partes separatæ à toto nihil significant: nam si significarent, prima pars quæ est *do* significaret dare, altera vero quæ est minus, significaret, non tantum, sed hoc fieri nullo modo potest, quia nomen illud dominus (cuius sunt partes) non significat dare minus, sed herum, & habentem potestatem coercend seruos: ergo partes nominis separatæ nihil significabunt. Quod si dicas si partes nominis compositi separatæ à toto nihil significant: ergo nullum interest discrimen inter nomina simplicia, & communia, quia in simplicibus quoque partes nominis separatæ nihil significant Resp. Arist. esse latum discrimen inter hæc nomina quia in simplicibus, partes separatæ à toto neque significant aliquid, neq. videntur significare, vt partes huius nominis, leo, quæ sunt, le, &, o, neque significant neque videntur significare. In compositis autem, qaamuis partes nominis nihil significent, videntur tamen aliquid significare.

Obiectio.

Solutio.

Confir. 3. parti. Diffi.

C. *Ex instituto autem.* Probat deinde Arist. tertiam particulam diffinitionis esse accommodatam, quæ est significat ex hominum instituto. In brutis animalibus dantur voces quædam, vt rugitus, latratus, & aliæ, quæ quia non possunt literis conscribi, vocantur illiteratæ, attamen illæ non dicuntur nomina quamuis significent a natura, non ob aliam causam nisi quia non significant ex hominum instituto: ergo nomen non debet esse quælibet vox significans, sed illa tantum quæ ex hominum instituto significabit.

3. pars capitis.

D. *Non homo autem.* In hac postrema par. cap. Arist excludit, à ratione nominis in primis nomina infin. vt sunt, non homo, vel non leo, deinde vero casus obliques, Excludit, ergo primo à ratione nominis nomina infin. propter hanc rationem: Quia nomen est signum, vel materiæ certæ, vt hoc nomen homo, vel personæ determinatæ, vt sunt pronomina demonstrandi, hic, iste, vel ille, vel vtriusque, vt sunt nomina certa indiuiduorum, vt Socrates vel Plato, sed nomina infinita non significant rem aliquam vel naturam certam, eum tum dicantur de eo quod est, quam de eo quod non est, vt hoc nomen, non homo, tam dicitur de leone qui est (nam leo non est homo) quam de chimera quæ non est, ipsa quidem non est homo, non igitur nomina infinita erunt nomina. Neque etiam erunt orationes, aut negationes, id est, enunciationes negantes, cum partes nominis infiniti separatæ nihil significant, vt in hoc nomine, non homo, negatio illa, non separata nihil significat. Præterea hoc nomen neque significat veritatem, neque falsitatem, at vero orationis partes separatæ aliquid significant. Deinde enunciatio negans significat veritatem, vel falsitatem, nomen autem infinitum nequaquam. Vocetur igitur inquit Arist. proprio & accommodato nomine infinitum, eo quod fere ambiat infinita, tam scilicet ea quæ sunt, quam ea quæ non sunt, quæ omnia certo & determinato numero nequeunt comprehendi.

1. Ratio.

2. Ratio.

E *Hæc vero Philonis.* Tandem Arist. excludit casus obliquos à ratione nominis, vt casus gignendi, & alios nam quamuis hi casus significent idem cum casu recto, non tamen sunt nomina propter hanc rationem Quia nomen vnitum cum verbo significat verum vel falsum, at vero casus obliqui vniti cum verbo neque verum, neque falsum significant vt si ita dicimus in casu gignendi, Philonis est, nullam veritatem exprimimus, nisi addamus aliud nomen in casu recto, ita vt dicamus, aurum est Philonis Vnde ex his duabus particulis posterioribus colligere poterimus totam & integram diffinitionem nominis quæ sic se habet.

Exclu. etiam casus obliquos.

Nomen est vox significans ex hominum instituto sine tempore, cuius nulla pars separata aliquid significat, finita, & casus recti. Ita vt per particulam finita separetur à nominibus infinitis, & per particulam casu recti, à casibus obliquis secernatur.

Scholia in caput de Nomine.

AMErito prius de nomine quam de verbo egisse Arist. constate poterit primo ex D. Tho. Am. A. Alber. Mag. quia nomen significat substantiam, verbum autem accidens, vt hoc nomen homo significat substantiam hominis, lego autem, quod est verbum, actionem legendi (quæ est accidens) declarat: quare cum substantia sit prior accidentibus, merito de nomine prius quam de verbo, fuit instituta disputatio. Secundo ex Louanien sibus, quia nomina in enuntiatione obtinent locum materiæ,

1. Obse.

Ob eam causam egit prius de nomine. 1. causa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt enim illa ex quibus tanquam ex partibus tota enuntiatio coalescit verbum autem locum formæ sibi vendicat, connectit enim, copulatq. inter se subiectum, & attributum: at materia generatione, & ortu, prior est forma, quare, & nomen prius erit verbo, ac proinde illius natura prius debuit explicari. Addit Toletus & tertiam rationem quia nomen est simplicius verbo, etenim nomen, rem vnam tantum significat, scilicet substantiam, vt hoc nomen, homo, solum hominem, at vero verbum, duo significat, & actionem, & tempus in quo illa peragitur vt amo, & actionem amandi, & tempus præsens in quo illa exercetur, significat: Certum autem est, ea quę sunt simpliciora, priora esse his quæ sunt compositiora, ob hanc siquidem rationem docebit deinde Arist. *1. de Demonst. cap. 23.* Arithmeticam esse priorem Geometria, quia agit de numero, qui est simplicior magnitudine, de qua disputat Geometria.

2. Obser.

B. D. Tho egregia quadam ratione confir. partes nominis separatas à nomine nihil significare. Nulla pars separata à toto potest formam illius obtinere, sed significatio est forma nominis, ergo si partes nominis ab eo separantur, nullam prorsus obtinebunt significationem.

Disputatio de nomine, vnica sectione comprehensa.

Argvmentvm.

CIrca ea quæ de nomine proposuit nobis Arist. nonnullæ sese offerunt explicandæ difficultates, quas æquum est prius antequam vlterius progrediamur, vt explicatas proponamus.

Sect. vnica Quæstio 1. Sint ne vera ea quæ proposita sunt ab Arist. in hoc cap.

PErpendamus tamen num ea quæ tradita fuerunt ab Arist. sint vera nec ne, nam non esse his argumentis possumus demonstrare 1. In mente dantur vera nomina, quę communi nomine dicuntur mentalia, & in scriptura dantur etiam alia, sed neque illud quod est in scriptura, est vox, nam vox est sonus, qui certe neque in scriptura, neque in mente reperitur, ergo non recte fuit nomen diffinitum per vocem. 2. Tota diffinitio nominis competit huic voci canis, si percurramus singulas eius particulas, quæ omnes illi adaptantur, sed hæc vox non est nomen, quia nomen rem certam significat, hæc autem vox multas naturas declarat: ergo diffinitio proposita erit vitiosa, cum alteri competat à re diffinita. 3. Hæc nomina, tempus, dies, mensis & annus, significant tempus, non ergo recte docuit Arist. nomina non significare cum tempore. 4 Tota hæc diffinitio competit aduerbiis vt huic aduerbio, attente, quemadmodum constare poterit, si omnes eius particulas percurramus: sed aduerbium non est nomen: ergo hæc diffinitio erit vitiosa, cum competat alteri à re diffinita. 5. Illud quod componitur ex nominibus, obtinet partes per se significantes quia nomina per se aliquid significant, sed nomina composita componuntur ex nominibus simplicibus, vt hoc nomen equiferus componitur ex nomine, equus, & ex nomine, ferus, ergo non recte docuit Arist partes nominis compositi nihil significare.

1. Argu.

2. Argu.

3. Argu.

4. Argu.

5. Argu.

Hæc tamen argumenta non sunt adeo firma, vt propter illa à verissima sententia Arist. recedere debeamus. *Ad 1.* igitur Resp. Ex concilio Louaniens. hanc diffinitionem tantum conuenire nomini ore prolato vel vocali (vt dicunt) poterit autem conuenire aliis nominibus mutatis paucis particulis, nam nomini scripto conueniet, & loco primæ particulæ, quæ est *vox significans* collocemus scripturam, est scriptura significans, &c nomini vero mentali conueniet mutatis duabus particulis, prima quæ est *vox*, & altera quæ est ex *hominum instituto* loco quæ primo collocemus, signum formale, loco vero alterius collocemus ex sua natura significans, ad hunc modum. Nomen mentale est signum formale significans ex sua natura sine tempore, &c. nam adhibitis illis duabus particulis reliquæ partes diffinitionis nomini mentali conuenient

Ad 1. Argumen.

Queret tamen aliquis An nomen prædicetur synonyme de his tribus generibus nominum, scilicet de mentali, vocali, & scripto. Nam magister soto 2. lib. Summularū

3. Obser.

cap

cap. 1. existimat, nomen vt est signum cuius partes separatæ nihil significant, ea ratione qua est diffinitum à nobis, prædicari synonyme de illis, quamuis inquit si loquamur de nomine vt ab eo petitur denominatio, nomen proprie tantum competit nomini vocali, non autem mentali vel scripto quibus solu competit metaphorice, nam proprie tantum aliquid nominamus, nomine ab ore prolato. Ego vero quamuis in hac vltima parte ab eo non dissentiam, in prima tamen non possum cum eo conuenire, existimo enim nomen vt est diffinitum in hoc loco, non prædicari synonyme, sed analogicè, analogia secundum prius, & posterius quæ est analogia secundum attributionem cuius ratio est. Quia illud omne quod prædicatur per prius, & posterius, non prædicatur synonyme, sed analogice, at nomen prius prædicatur de nomine mentali, quam de vocali, quia significatio vocalis à significatione mentalis est deducta, & prius prædicatur de vocali quam de scripto, quia significatio scripti à significatione vocalis deriuatur iam ergo non prędicatur synonyme, sed analogice. *Ad 2.* Resp. Concilium Louaniense, hanc vocem non esse nomen propter rationem assignatam, neq. tq; diffinitionem propositam illi conuenire: nam sub prima particula illius quæ est vox subintelligi debet vox vna & synonyma, qualis non est canis, cum multa significet diuersarum naturarum. *Ad 3.* Respon. ex D. Tho. aliud esse significare tempus, & aliud significare cum tempore, nam significare tempus, est significare rem ipsam quæ est tempus, significare vero cum tempore est significare aliquid cum motu, per modum actionis, vel passionis, vt sunt hæc verba *lego*, & *curro* vnde prædicta nomina significant quidem tempus, scilicet rem ipsam quæ vocatur tempus, non tamen significant cum tempore, quia non significant motum aliquem nimirum actionem, vel passionē, at Arist. non docuit nomina non significare tempus, sed non significare cum tempore, vt diffusius in capite de verbo ostendemus. *Ad 4.* Respon quidam vltimam particulam quæ est *cæsaraut* non conuenire aduerbio, nam illud cum non sit nomen non poterit declinari per casus rectos, vel obliquos. Resp secundo (& multo melius) separari aduerbium à ratione nominis, per secundam particulam, quæ est *significare* nam aduerbia per se sumpta nihil significant, sed consignificant, si sumantur cum aliis nominibus vt hoc idem aduerbium *attente* per se prolatum nihil denotat, sed si proferatur cum alio vt si dicamus attentè audi, at vero nomina per se prolata aliquid significant. *Ad 5.* Resp. distinguendam esse propositionem, quia aut nomina retinent rationem nominis, aut transeunt in rationem syllabarum, primo modo vera est propositio secundo vero modo est falsa. Cæterum nomina simplicia non componunt coniuncta vt nomina sunt, sed vt transeunt in rationem syllabarum, & ita huiusmodi nomina si separentur à nominibus compositis, vt erant partes illorum, nihil significant, eo quod significatio totius nominis non consurgit ex significatione partium, ita vt primo competat partibus & deinde toti, sed primo competit toti, & deinde ad singulas partes deriuatur. Nam quemadmodum facultas volandi in volucribus, primo reperitur in animali & deinde deriuatur ad alas quæ ita deseruiunt actioni volandi vt neutra per se sumpta exerceat illam, sed ambæ simul in toto volatum exequatur ita quoque significatio in nominibus, primo & per se, reperietur in toto nomine, deinde vero ad eius partes deriuabitur ita tamen vt neutra per se sumpta, & separata, à toto aliquid significet, sed vnita cum altera in eodem toto, totius retineat significationem.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

Ad 5.

QVÆSTIO II.

Sit ne vox materia, vel genus nominis nec ne.

ETsi quidem non esse materiam confir. 1. Quia si vox esset materia & fundamentum nominis, sequeretur nomen sumptum secundum formam esse ens rei: ens enim in relationibus illæ sunt reales quorum fundamentum est reale, vt in catego relatorum docebamus, at forma nominis est significatio, quæ nihil est aliud quam relatio quædam significans ad rem significatam: hoc autem est omnino falsum cum hæc significatio dependeat ex libera voluntate & non a natura, ergo vox non erit materia nominis. secundo, Omnis forma denominans est in materia denominata, sed forma nominis (quæ est significatio) non est in voce nam illa est ens rationis,

1. Argu.

2. Argu.

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod nulli tanquam subiecto inhærere, ostendimus supra de rebus vniuersis disputantes, non igitur vox erit materia nominis.

1. *Opin.* Quidam è quorum numero exiit Michael Psellus in comment huius loci existimant vocem posse sumi duobus modis, primo vt est sonus quidam emissus ab ore animalis & secundo vt in se significationem aliquam comprehendit. Si primo modo sumatur, vox non est genus nominis, neque orationis, si tamen secundo modo vsurpetur, est verum genus illius, vnde non vox, sed vox significans erit genus nominis. Alii vero censent vocem nulla ratione sumptam esse genus nominis, & orationis, sed materiam vtriusque, eo quod nomina, & orationes, sint in voce tamquam in materia, & proprio subiecto: Quemadmodum figura cathedræ est in ligno tanquam in materia, & proprio subiecto. Hanc sententiam secutus est D. Tho. Ammo. & omnes alii fere vnico excepto Augustino Nipho, & altero Lodouico Lemosio quibus libuit sequi priorem opinionem, inquiunt enim, vocem articulatam esse genus nominis. Nos tamen vt explicemus secundam opinionem tanquam veriorem, proponimus has assertiones.

1. *Conclu.* vox neq. est genus nominis, neque verbi, neque orationis, sed materia, in qua hæc omnia reperiuntur. Hanc asser. suademus in primis testimonio Arist. 5. *lib. de generat. animali cap.* 7. vbi expressis verbis docet materiam orationis esse vocem. Ex quo testimonio ita connecto arg. Materia tam in rebus à natura productis, quam in his quæ ab arte fiunt non est genus rei constitutæ, sed secundum Arist. materia nominis est vox, ergo vox non poterit esse genus illius 1. Res ab arte confecta nulla ratione potest esse species rei naturalis, neque res naturalis poterit esse genus illius, sed vox est res à natura tributa, nomina vero sunt res ab arte confectæ, quia dependent à libero hominum arbitrio, quemadmodum etiam dependent res artificiales, ergo vox non poterit esse genus nominis. 3. Genus entis rationis, debet esse ens rationis in eadem categoria comprehensum: sed nomen est ens rationis, cum illius impositio ab intellectu humano dependeat, vox autem est ens rei, quæ non continetur in categoria entis rationis, sed qualitati, sub tertia pe-

1. *Conc.*

1. *Arg.*

2. *Secun.*

3. *Tertium.*

cie, ergo vox non poterit esse genus nominis.

2. *Conclu.* Signum vel nota est genus nominis, verbi, & orationis. Hanc optime explicat Ammonius. Confir. Genus est quod dicitur de multis specie differentibus in quid, sed signum prædicatur de signo naturali, & ad placitum, (sub quo continetur nomen) quæ differunt specie, & in quid ergo signum erit genus nominis. Confir. assumptio, in primis signum esse genus ad signum naturale, & ad placitum, nulli est dubium: deinde signum prædicatur in quid de illis, est etiam apertum, nam roganti quid est signum naturale, vel quid est signum ad placitum, optimè respondemus est signum. Verum animaduertendum erit signum esse genus remotum nominis, signum autem instrumentale, ad placitum, suppositiuum, & significatiuum, esse proximum genus illius. Ex his duabus assert. hæc duo consectaria colligimus. 1. diffinitionem traditam ab Arist. esse traditam per materiam, & subiectum nominis. 2. hanc diffinitionem. *Nomen est signum ex hominum instituto significans, &c.* Esse diffinitionem essentialem traditam per verum genus illius.

1. *Conc.*

Adnot.

1. *Consecta.*

2.

Igitur ad arg. Ad 1. dicimus falsum esse vocem esse fundamentum nominis illud enim est libera hominum impositio, quæ cum nihil ponat in rebus potest esse proximum fundamentum huius relationis, quæ per nomen ipsum declaratur: erit itaq; vox subiectum nominis non inhæsiona, sed denominationis, non tamen erit fundamentum. *Ad* 2. resp. nomen esse formam denominantem vocem extrinsecè, at forma ita denominans, non est in subiecto denominato, vt actio quæ denominat agens, non in ipso, sed in passo reperitur.

Ad 1. argum.

Ad 2. argum.

Quod si quis roget, ob quam causam Arist. diffinierit nomen per suum genus, sed per materiam. *Resp.* cum D. Tho. causs. m esse quia nomen significat accidens in concreto: proprium autem est horum accidentium, vt per subiectum, & materiam diffiniantur, vt auctor est Arist. 7 *metaph. cap.* 5 Vel quia est illud res quædam artificiali quod genus rerum, per materiam solet diffiniri. nam cathedram diffinimus, esse lignum, hac vel illa figura, circulari, vel quadrata affectum.

Solutio.

QVÆ

QVÆSTIO III.

An voces infinitæ vocari debeant nomina nec ne.

NOmine vocis infinitę intelligimus dictionem aliquam positiuam, præposita negatione, vt sunt hæc non homo, non leo, de his inquam quærimus sint ne nomina nec ne, nam esse vera nomina ita possumus demonstrare. 1. Si nomina infinita non essent nomina ex eo esset, quia nomen debet continere rem aliquam certã, quam non continet vox infinita, sed hæc ratio nulla est, quia hoc nomen intelligibile, multo plura continet, quam nomen infinitum: nam dicitur tam de eo quod est, quam de eo quod non est, omnia enim nata sunt intelligi ab intellectu, cum tamen hoc nomen intelligibile, sit vere, & proprie nomen, ergo & nomen infinitum erit vere, & proprie nomen. 2. Hoc nomen infinitum, non ens, & hoc nomen, nihil, videntur significare vnum, & idem, sed hoc nomen nihil, est verum & legitimum nomen ergo & hoc nomen infinitum, non ens, erit quoque verum, & legitimum nomen. 3. Si nomen infinitum non esset verum & legitimum nomen, ex eo esset, quia habet late patentem significationem, & multa continet, atqui hæc ratio nulla est: nam ens continet multo plura, confusa quadam ratione, quam contineat nomen infinitum, cum tamen hoc nomen ens, sit verum, & legitimum nomen, ergo & nomen infinitum, erit quoque verum, & legitimum nomen. Hæc tamen arg. nihil nos commouent vt propter ipsa asserere debeamus voces infinitas esse intervera, & legitima nomina recensenda. *Caterum* vt quæst explicemus animaduertimus primo. Hanc dictionem *non* sumi posse aut vt est negatio, habens vim remouendi vnum ab altero, aut vt transit in naturam syllabæ, amissa facultate negandi. Obtinet vim negationis, in hac oratione, homo non est lapis, habet enim in illa facultatem remouendi lapidem ab homine: obtinet vero vim alicuius syllabæ, in hac dictione, non homo, & in aliis similibus, nam in illa, nihil negat, sed tantum cum aliis duabus syllabis, ho, & mo, totum ipsum nomen, non homo, componit: vnde quando dicimus in nominibus infinitis esse præponendam negationem nomini finito, sumenda est negatio, non in vi negationis, sed vt in syllabæ naturam transfertur. Animaduertendum est deinde in nominibus infinitis reperiri illud quod negatur, & illud à quo negatur, nam nomen infinitum duplex obtinet significatum, vnum à quo aliquid negatur, & alterum quod negatur, vt hoc nomen, non homo, significat leonem, & omne quod est præter hominem, tanquam illud quod negatur ab homine, quia leo, non est homo, & significat ipsum hominem tanquam illud à quo negatur leo. Inter quæ duo significata est latum discrimen quia significatum à quo negatur, est significatum materiale, illud vero quod negatur, est formale. Præterea differunt, quia significatum materiale, expresse continetur in significatione nominis, vt homo expresse continetur in hac voce infinita non homo, at vero significatum formale non continetur expresse in significatione nominis, sed implicite, obscure, & confuse, nam sub ista voce, non homo, continentur omnia præter hominem confusa quadam & indistincta significatione, nam in eo expresse non significatur leo vel cælum, sed tantum hæc sub illo debent intelligi Sciendum est iterum ad rationem signi sufficere vt facultate cognoscendi aliquid repræsentet, siue distincte, siue communi quadam & confusa ratione, at vero ad rationem nominis non sufficit aliquid repræsentare facultati cognoscendi, sed necesse est vt rem illam repræsentet determinate: nam omnia nomina significare debent, aut certam naturam, vt hoc nomen homo, aut certam personam, vt pronomina demonstrandi, hic vel ille, aut vtrumque simul, vt hoc nomen, Socrates vel Ioannes. Quibus animaduersis, sit prima conclu. Voces infinitæ sunt vera, & legitima signa. Confir. Signum est illud quod facultati cognoscendi aliquid repræsentat, sed voces infinitæ sunt huiusmodi, ergo erunt illæ sub signo comprehensæ. Confir. assump. Si quis audiat hanc vocem non homo, illico se se offert eius intellectui vel equus, vel leo, vel quidpiam aliud quod non est homo, ergo huiusmo. voces infinitæ, repræsentabunt aliquid facultati cognoscendi.

1. *Arg.*

2. *Arg.*

3. *Arg.*

1. *Obser.*

2. *Observatio.*

2. *Observatio.*

1. *Conc.*

2. Conclu. Voces infinitæ non sunt illa ratione vocandæ nomina, neque comprehenduntur sub ista diffinitione nominis proposita ab Arist. Confir. in primis author Arist. in hoc cap. expresse excludentis no-

2. *Conc.*

1. *Argu.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. Argu.

mina infinita à ratione nominum. Confir. deinde. Nomen significat certã aliquam & diffinitam naturam vel personã vel vtrumque, naturam & personam, sed voces infinitæ neq; denotant certam naturam, neque personam, ergo huiusmo voces non erunt nomina. Confir. assump. hæc vox non homo quæ est infinita determinate neque significat leonẽ, neq; bouem neq; aliud huiusmodi, sed hæc omnia continet confusa quadam ratione, ergo voces infinitæ non significabunt naturam aliquam certam vel personam. 3. Nomina potius exprimunt quid res sit, quam quid non sit, sunt enim notæ quædam, declarantes naturam, & essentiam, quam de rebus apprehendimus, sed voces infinitæ potius explicant quid non sit res, quam quid sit illa, vt hæc vox, non homo, quæ dicitur de leone, potius explicat quid non sit leo quam quid ipse sit, explicat enim leonem non esse hominem, non tamen quænam sit leonis natura & essentia, ergo voces infinitæ, non erunt nomina.

3. Argu.

Ad 1. argu.

Ad argumen. igitur respon. ad 1. esse disparem rationem inter intelligibile, & nomen infinitum, quia quamuis intelligibile, multo plura complectatur, quam nomen infinitum, significat tamen certam aliquam & determinatam naturam scilicet omnem naturam quæ potest intelligi, quæ exprimitur hoc nomine, intelligibile, & ita illud erit proprie nomen, at vero nomen infinitum, & continet multa, & non significat certam aliquam, & determinatam naturam, ob quam causam nulla ratione poterit vere, & proprie vocari nomen, cum omne nomen significare debeat certam aliquam naturam. Ad 2. Respon in primis, non ens, & nihil, non esse vnum, & idem, ratione rei significatæ: nam nihil significat naturam aliquam in apprehensione intellectus, non ens autem non significat, neque naturam, quæ sit à parte rei, neque quæ sit in apprehensione intellectus. Ita quidam dicunt Melius tamen resp. neque nihil, apud Dialecticos esse nomen, cum non significet certam aliquam naturam. Ad 3. Resp hoc nomen ens denotare certam aliquam & determinatam naturam, quamuis contineat multa confusa quadam ratione, exprimit enim ipsum esse, ob quam causam illud est verum & legitimum nomen, at vero nomen infinitum, non significat certam aliquam, & determinatam naturam, & ita nulla ratione verum, & legitimum nomen esse poterit.

Ad 2.

Ad 3.

QVÆSTIO IIII.

An nomen infinitum tam dicatur de eo quod est quam de eo quod non est.

PArtem negan. scilicet non dici de eo quod non est, his tribus argu. possumus confirmare. 1. A propositione tertii adiacentis, ad propositionem secundi adiacentis, est optima consequentia, iuxta Dialecticos, nam recte sequitur, homo est albus, ergo homo est, sed non recte sequitur, chimera est non homo (quæ est propositio tertii adiacentis, in qua attributum est nomen infinitum) ergo chimera est, quæ est propositio secundi adiacentis, ergo nomen infinitum, non poterit prædicari in propositione tertii adiacentis, de eo quod non est. 2. Arist. *primo lib. priorum cap vlt.* docet non esse rectam consequentiam, à propositione attributi infiniti, ad existentiam subiecti, quando attributum prædicatur de eo quod non est, vt non recte sequitur chimera est non homo, ergo chimera est, ergo nomen infinitum, non prædicatur de eo quod non est. 3. In omni nomine infinito debet sumi suppositum aliquod quod negetur ab altero, vt in hac propositione, homo est non lapis, subintelligitur aliquod suppositum, sub non lapide, quod negatur ab eo sed sub non ente, non possumus sumere rem aliquam, aut suppositum, ergo nomen infinitum, non potest dici de non ente.

1. Argu.

2. Argum.

3. Argu.

Propter hæc argu. quidam existimant nomen infinitum (vt est hoc nomen non homo) significare quidem tam rem quę est, quam eam quæ non est verum non prædicari illud de re quæ non est, sed tantum de ea quæ est à parte rei, vt nomen propositum significat leonem, qui est & chimeram quę non est, verum illud non prædicatur de chimera sed tantum de leone, nam si chimera non est, quid quæso poterit de ea dici, Hanc opinionem secutus est M. Sotus 2. *lib. summul. cap.* 1. *notabili* 6. *Iauellus tract.* 2. *cap.* 2. *suæ Dialectica.*

2. Opin.

Cæterum veteres Dialectici contrariam opinionem amplectuntur existimant enim nomina infinita, tam dici de eo quod est quam de eo quod non est: in hac extiterunt D. Tho. Boetius, Ammonius, & ex recentioribus Toletus in commentariis huius

cap. & quam plures alii. Quam tanquam veriorem amplectentes, his assertio. explicamus.

1. Conc.

Prima autem sit. Nomen infinitum tam significat id quod est, quam etiam illud quod non est, vt hoc nomen, non homo, tam significat leonem, qui est, quam chimeram quæ non est Hæc asser. est apertissima, quam ita confir. Nomen infinitum repræsentat facultati cognoscendi tam illud quod est, quam illud quod non est, nam audita hac voce, non homo, poterit per illam quivis intelligere, & equum qui est nam ille non est homo, & chimeram quæ non est, quia chimera non est homo, sed signum est illud quod facultati cognoscendi aliquid repręsentat: ergo nomen infinitum, tam significabit illud quod est, quam illud quod non est.

2. Conc.

2. *Conclu.* Nomen infinitum dicitur etiam tam de eo quod est, quam de eo quod non est, vt non homo, tam dicitur de leone qui est quam de chimera quę non est. Confirma. hæc con. in primis testimonio Aristot. qui in hoc capit. expressis verbis profitetur nomen infinitum tam dici de eo quod est quam de eo quod non est *Praterea* ex duabus vocibus contradicentibus vna illarum debet necessario vere affirmari de subiecto, & altera negari, siue subiectum sit, siue non fuerit, sed duæ hæ voces, homo, non homo, sunt contradicentes ergo vna earum debet affirmari de chimera quæ non est, atqui homo non affirmatur de illa, ergo non homo, affirmabitur de illa sed non homo, est nomen infinitum, & chimera non est, ergo nomen infinitum, tam dicitur de eo quod est, quam de eo quod non est. 3. Si nomen infinitum non diceretur de re quæ non est, ex eo esset, quia de eo quod non est, nihil potest dici, vt indicare videtur Magister Sotus atqui hæc ratio nulla est, quia hęc propositio chimera est monstrũ. est oratio vera, & essentiali, cuius subiectum (quod est chimera) non est a parte rei. ergo quamuis in his propositionibus in quibus nomen infinitum prædicatur de subiecto quod non est, subiectum propositionis non sit, erunt nihilominus veræ propositiones.

1. Argu.

2. Argu.

3 Argu.

Ad 1. Argumen.

Iam ad argum. *Ad.* 1. Respon. propositionem nõ semper esse veram, sed aliquando esse falsam, nam in primis quando attribut. est de essentia subiecti, non recte sequitur, a propositione tertii adiacentis, ad propositionem secundi adiacentis, non enim recte sequitur, in hieme rosa est flos, ergo rosa est. Præterea neque est vera propositio, quando attributum aufert esse à subiecto, & ita non recte sequitur, domus est combusta ergo domus est. Pari etiam ratione in his attributionibus in quibus nomen infinitum prædicatur de eo quod non est, non recte sequetur a propositione tertii, ad propositionem secundi adiacentis. *Ad* 2. Quidam respon. Arist. loquutum esse ex aliorum sententia Alii aiunt loquutum fuisse eundem in cap. citato disputatiue, nihil certo statuendo. Verum hi errant maxime, quia Aristot. in eo loco nullas recenet veterum opiniones, nec quæstionem vllam proponit, sed iacit theoremata quædam certissima, ad intelligenda ea quæ tractantur in opere Vnde respon erit cum Monlorio esse duo genera attribut. infinitorum, quædam enim sunt attributa solum ac præcise infinita cuiusmodi ceu fetus non lapis, in hac propositione, homo est non lapis, nec enim in ea aliud quidpiam est quam attributum præcise infinitum: alia vero sunt mixta ex nomine infinito, & alio termino positivo, cuiusmodi est quod collocatur in hac propositione (v. g.) hoc quod digito demonstro, est lignum non album, in ipsa enim propositione, attributũ quod est non album, est nomen infinitum mixtum tamen cum ligno, quod est terminus positivus. Aristot igitur in hoc loco. tantum est loquutus de propositionibus attribut. infiniti mixti, non autem de iis quæ constant attributo tantum, ac præcise infinito, recte enim colligitur hoc est lignum non album, ergo hoc est, nam si ego digito demonstro illud esse, recte igitur sequitur ergo illud est. Verum propositio hæc chimera est non homo, constat attributo tantum infinito, & ita bene non recte infertur, ergo chimera est. *Ad* 3. distinguimus assumptionem cum D. Tho. quia vel possumus sumere sub nomine infinito aliquod suppositum, quod revera sit, aut aliquod aliud quod apprehendatur esse per intellectum. Primo modo non est necesse vt sub nomine infinito sumatur aliquod suppositum, secundo vero modo omnino necessarium est illud sumi. Et ita quamuis sub nomine infinito vt dicitur de non ente, non sumamus aliquod suppositum

Ad 2.

Non nulla solutiones.

Solutio tantum ample.

Ad 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod enera sit, attamen sumimus aliquod suppositum quod apprehenditur esse, nam licet chimera à parte rei non sit, in hac tamen propositione, chimera est non homo, apprehenditur illa, ac si reuera esset.

QVÆSTIO V.

An ens & alia transcendentia reddi possint infinita.

OFfert se etiam alia dubitatio circa nomina transcenden. possint ne illa reddi infinita, vel aoristari (vt alii aiunt) nec ne? nam cum sit certum, & exploratum, apud omnes Dialecticos, nomina quæ significant naturas priuatas, vt sunt hæc nomina, homo elementum, & cælum, reddi posse infinita, est tamen de nominib⁹ transcendentibus vt ente, vno, vero bono, controuersia, & disceptatio num illa possint reddi infinita, hoc enim fieri posse, confirmari videtur 1 Quodlibet nomẽ finitum si illi præponatur negatio potest reddi infinitum: ergo & hęc nomina transcendentia cuiusmodi sunt nomina finita, si illis præponatur negatio reddentur haud dubie illa infinita. 2. In hac enuntiatione lapis est non ens, attributum est natura transcen. reddita infinita. & quidem est attributio vera, nam non ens sumi potest pro arbore, quæ non est illud ens quod est lapis, redditq; hunc sensum lapis non est tale ens, quod est arbor: ergo poterunt nomina transcendentia reddi infinita.

1. *Argu.*

2. *Arg.*

1. *Opin.* De hac q. est 1. opi. quæ tuetur partem aientem propter argu. quæ propo uimus: quam sequuntur M. Soto 2. *lib. summul. cap.* 1. *Suasanus in commenta. huius loci, Louarienses.* & multi ex recentioribus. 2. Est quæ sequitur partem negantem, hæc nempe nomina nullo modo posse reddi infinita Hanc amplectuntur Scoti. Boeti Beatus Albert Mag *tractatu 2. huius lib. cap.* 5 qui & hanc eandem sententiam tenuisse Auicennam profitetur, & inter recentiores Toletus cum multis aliis. Cæterum vt quæstionem explicare possimus animaduertimus, ens sumi posse, vel in late patente quadam significatione, vt est diuisum contra nihil, vel in alia angustiori, vt solum denotat vel ens rei, vel ens rationis, vel ens quod est substantia, aut illud quod est accidens.

2. *Opin.*

Conc. *Sit* 1. *conc u.* Si loquamur de ente in angustiori significatione, vt denotat naturam contractam ad ens rei, vel rationis, substantiam, vel accidentia, reddi potest infinitum. Confirmatur quia in ente ita sumpto, assignari possunt ea quæ constituunt rationem nominis infiniti, scilicet, illud quod negatur, & à quo negatur. Vnde quando dicimus ens rei est non ens, per non ens intelligentes ens recte dicimus rationis nam datur id quod negatur, scilicet natura entis rationis & id à quo negatur, nimirum ens rei, sed in illis nominibus in quibus reperitur illud quod negatur, & a quo negatur potest ratio nominis infiniti inueniri: ergo ens in hac angusta significatione acceptum poterit reddi infinitum. Et fortassis M. Sotus, & Suesanus, nihil aliud docere voluerunt, quam ens ita sumptum posse reddi infinitum nam Suesanus aperte satis sese ipsum explicat. vt cuiq. ipsum legenti poterit innotescere.

2. *Conc.*

2. *Conclu.* Ens in illa late patente significatione, vt est diuisum contra nihil, non potest reddi infinitum. Confirma primo. Nomen infinitum vere prædicatur tam de eo quod est, quam de eo quod non est iuxta Arist at non ens (sumpto ente in late patente illa significatione) non potest prædicari tam de eo quod est quam de eo quod non est, nam illud quod neq est ens rei, neque rationis, nec de aliquo dici potest, nec aptum est, vt de ipso aliquid enuntietur: ens igitur in hac significatione sumptum, minime poterit reddi infinitum. Quidam respon. propositionem desumptam ex Arist. non esse intelligendam de omnibus nominibus infinitis, sed de quibusdam tantum nimirum de his quæ significant certam naturam & diffinitam. Verum hi decipiuntur maxime, primo quia non est maior ratio quare quædam nomina infinita prædicentur tam de eo quod est, quam de eo quod non est alia vero nequaquam dicantur. Deinde quia nomen infinitum est nomen sinonymum, quare & de suis inferioribus debet ex æquo prædicari: si igitur quædam nomina infinita prædicantur tam de eo quod est. quam de eo quod non est, etiam & alia eodem modo prædicabuntur de hoc vtroque. Confirma iterum hæc eadem conclu. In omni nomine infinito debet reperiri id quod negatur, & id à quo negatur: sed præter ens in hac significatione vtrumpatum, nihil est aliud a quo natura entis negari possit: ens igitur in hac significatione non poterit reddi infini.

Solutio quorund.

Refutatio eius.

3. *Concluſ.* 3. *Concl.* Ens hac eadem significatione, non potest vllo modo priuari. Hanc concl. constituit D. Tho. ex Ammonio, & Boetio *in Comment.* quæ ita potest suaderi Priuatio est carentia formæ in subiecto apto nato: sed præter ens in hac significatione non datur subiectum aptum, & natum recipere entitatis formam: igitur ens in hac significatione, nullo modo poterit priuari.

4. *Concluſ.* 4. *Concl.* Enuntiationes non possunt reddi infinitæ Itaque quamuis constent illæ subiecto, vel attributo infinito, vt sunt homo est non leo, & non lapis est arbor, non tamen dici poterunt infinitæ. Iamblicus contrarium asserebat, vt testatur Suesanus. Esse tamen veram concl. propositam confir. ex Arist. qui in hoc cap. constituit nomen infinitum, neque esse orationem neque negationem, vnde cum enuntiat o sit oratio, non poterit enuntia. vllo modo reddi infinita. Nec argum. Iamlici est alicuius roboris aduersus hanc concl. Hoc enim pacto ille argum. aduersus eam. Quod competit parti prædicatur interdum de toto, quemadmodum esse cæcum conuenit oculo, & tamen effertur de toto homine: at in propositione constante attribut. infinito, attributum ipsum est illius pars: vocabitur igitur & tota ipsa propositio infini. Quod quidem facillimo negotio dissoluere possumus, aientes propositionem quam ipse assumit aliquando tantum, & non semper esse veram, quamuis enim in casu proposito ab illo id verum sit, in hoc tamen alio id verum non est: nam esse album competit æthiopi ratione partis, scilicet dentium, quod tamen non denominat illum, neque enim dicimus simpliciter & absolute æthiopem esse album, nisi cum adiuncto dumtaxat secundum dentes.

Opinio Iamblici.

Ad 1. *Argu.* Ad argum igitur. *Ad* 1. resp negando antecedens, non enim nomen illud dicitur infinitum cui præponi potest negatio, sed cui ita præponitur, vt sit suppositum à quo negetur, ratio quæ remouetur per negationem: at præter ens non potest esse neq; intelligi suppositum. à quo ratio nomine entis significata negetur, ac proinde infinitum reddi non poterit. *Ad* 2. aimus nihil illud aduersus nos confirmare cum enim ipsi constituimus ens non posse reddi infinitum, loquimur de ente vt est diuisum contra nihil non autem de hoc, vel illo peculiari ente vt leone, (v g aut arbore, quatione sumptum, ens, infinitum reddi posse minime diffitemur.

2. Argum.

QVÆSTIO VI.

An casus obliqui sint vera nomina.

VLtimo quærendum restat an casus nominum vt sunt obliqui sint vera nomina, necne, & quidem non esse hęc confirmant argum. 1. Casus rectus & obliquus idem significant, vt Plato (v.g.) & Platonis, vnum & eundem exprimunt hominem: cum igitur casus rectus simpliciter vocetur nomen, etiam & obliquus nomen dicetur absolute. *Deinde.* In omni diuisione membra diuidentia participant naturam rei diuisæ: sed nomen diu sum est in casum rectum, & obliquum: ergo casus obliquus erit etiam nomen. *Præterea.* Si casus nominum non essent nomina, ex eo esset, quia vniti cum verbo non significant verum, neque falsum: atqui ratio hæc nulla est, nam hæc oratio pœniteret me, quæ quidem casu obliquo constat veritatem declarat vel falsitatem: casus igitur nominum nomina simpliciter erunt

1. *Argum.*

2. *Argum.*

3. *Argum.*

Veteres quidam Philosophi vt Stoici testante Ammonio existimarunt non solum casus rectos, verum etiam & obliquos debere nomina nuncupari. Quorum opinionem inter Peripateticos amplexus est Auerroes in commenta huius cap qui distinguit de nomine, quoddam enim ait esse nomen simpliciter, aliud vero perfectum, vnde asserit casus obliquos vocari nomina simpliciter, & absolute, non minus quam vocentur casus recti: nec tamen perfecta nomina vocari, hoc enim nomine soli casus recti ornandi sunt, quemadmodum formica simpliciter, & absolute, est animal, non tamen est animal perfectum vt est homo, vel equus. Contrariam tamen opinionem sequutus est Arist. in hoc cap omnesque Peripatetici cum eo tam Græci quam Latini, vt D. Tho Boeti Ammo. B. Alb Mag & alij quorum sententiam hac vnica conclusione explicamus.

1. *Opin.*

2. *Opin.*

Casus obliqui non sunt vera nomina. Hanc his duobus argum confirmamus. 1. est à nominis ætimologia petitum. Nomen dicitur à nominando, sed solum nominamus rem per casum rectum, & nullo modo per obliquum, vnde & casus rectus

Vnica conclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nominatiuus appellatur, quasi solus ille sit qui rem nominat totamque nominis obtineat rationem: casus igitur obliqui minime vocabuntur nomina apud Dialecticos

1. Argum. 2. Nomina apud Dialecticos sunt illa quæ tantum possunt deseruire enuntiationibus conficiendis, eo quod cum subiectum huius libri sit enuntiatio, ea tantum pertractari poterunt, quæ deseruient ad conficiendas propositiones: sed solus casus rectus deseruire potest ad propositiones conficiendas: ille igitur solus nomen dici promerebitur. Confir. assumptio. Enuntiatio est oratio significans verum, vel falsum: illa igitur sola nomina erunt apta ad enuntiationes, quæ vnita cum verbo significabunt veritatem, vel falsitatem: sed solus casus rectus est huiusmodi, nam casus obliquus vnitus cum verbo, neque verum, neque falsum significat, vt quando dicimus Philonis est, nihil significamus si tamen addimus casus nominandi, vt quum dicimus liber est Philonis, iam aliquid significamus: casus igitur obliqui minime erunt nomina.

1. Argum. Iam ad argu. *Ad* 1 negamus consequentiam, quia quamuis casus rectus, & obliquus, significent vnum, & idem, attamen diuerso modo rem eandem significant, casus enim nominandi significat rem vt quid, & vt habens naturam, obliquus vero significat eandem vt cuius, vel vt cui: & ita in mente varij conceptus eiusdem rei inueniuntur vel vt in casu nominandi significatur, vel vt in casu gignendi, aliis ve casibus

2. Argum. declaratur. *Ad* 2. negamus assumptionem, quia hæc non est vera diuisio, sed enumeratio vocis ambiguæ in sua significata, cuiusmodi est diuisio canis, in cælestem, domesticú. & marinum, nam casus obliquus, non potest vocari absolute nomen, sed homonyme, propter quandam similitudinem quam obtinet cum casu recto. *Ad* 3. aimus has orationes, per se, nec veritatem, nec falsitatem significare, sed quia resoluuntur in alias quæ constant verbo personali, indicantis modi, temporis præsentis, & nomine casus recti: itaque oratio proposita ex eo est vera, quia resoluitur in hanc, ego

3. Argum. habeo pœnitentiam.

QVÆSTIO VLTIMA.

In qua disputatio de terminis explicatur.

QVam sit hæc de terminis, cum disputatione de nomine affinis disputatio, norunt etiam illi qui in Dialectica paruos progressus fecerunt, atque ita ne manca diminutaq; hæc de nomine disputatio remaneret libuit de terminis nonnulla addere quæ à Dialecticis statim in ingressu summularum tradi solent, non quidem tam diffusa oratione vt ab illis explicatur, multa enim tradunt, quæ si hoc loco à nobis conscriberentur, nihil aliud profecto esset, quam in luce meridiana densissimam quandam velle proferre caliginem, reuocabimus itaque illa ad quandam anacephaleosim, & breuem summam. Vt igitur à diffinitione progrediamur, terminus ab Arist. 1 *tub. prior. ca.* 1. illud diffinitur in quod resoluitur propositio, id est est subiectú & attribu. propositionis quia in hæc duo resoluitur propositio. Variæ autem sunt à Philosophis terminorum diuisiones propositæ *Prima est.* Ter- 1. *Diuis.*
minorum quidam sunt mentales, alij vocales, & alij scripti. Mentalis diffinitur, conceptus intellectus, ex quo simplex mentis enuntiatio constituitur. Vocalis vero signum ex hominum instituto significans, ex quo fit simplex propositio vocalis. Scriptus tandem diffinitur, signum significans ex hominum instituto, ex quo propositio scripta coalescit. 2. *diuisio est.* Terminorum 2. *Diuis.*
quidam sunt synonymi, alij homonymi, & alij analogi. Synonymi sunt qui multa significãt eadem ratione, vt homo & equus: homonymi sunt qui significant multa diuersa ratione, vt est hoc nomen canis: analogi vero diffiniuntur, qui multa partim eadem, & partim diuersa ratione declarant, vt hoc nomen pes, qui dicitur de pede mõtis, animalis, & scamni. Quæ diuisio quia ostã nobis abunde satis explicata in antecatego proinde breuiter hoc loco illa fiunt proposita. 3 *diuisio.* Terminorum quidam 3. *Diuis.*
sunt categoremmatici, & alij sincategoremmatici: categoremmatici sunt, qui per se aliqu d significant, vt sunt hæc nomina, homo, & leo: sincategoremmatici vero dicuntur illi, qui per se nihil significant, sed vniti cum aliis (id est cum categoremmaticis) habent aliquam significationem, vt sunt hæ voces omnis, nullus, quidam, aliquis, & aduerbia, vt attente, velociter, studiose, nam hæc vox quidam, per se nihil significat, si tamen vniatur cum homine, vt in hac enuntiatione, quidam homo legit, iam obtinet aliquam significationem, præstat enim, vt homo q aliquando potest

vsurpari

vsurpari pro omnibus hominibus, tantum sumatur pro quodã homine. 4 *diuisio.* Ter- 4. *Diuis.*
minorum quidam sunt communes, & alij singulares: communis est ille, qui dicitur de multis diuisim & seorsum sumptis, vt est hoc nomen leo: nam dicitur illud de omnibus leonibus, & de quolibet leone seorsum. Terminus vero singularis dicitur, qui tantum dicitur de vno synonyme vt est hoc nomen Petrus, & alia nomina naturas singu- 5. *Diuis.*
lares significantia. 5. *diuisio.* Terminorum quidam sunt collectiui, & alij diuisiui: collectiui vocantur qui multa significant in numero plurali collecta, & qui ita dicuntur de tota collectione, vt de singulis illius dici nulla ratione queant, vt sunt hæc nomina ciuitas, populus, respubl. nam ciuitas tantum dicitur de tota communitate collecta, nõ tamen de singulis hominibus contentis in illa, neque enim dicimus Petrum tantum esse ciuitatem. Terminus autem diuisiuus dicitur ille, qui significat multa diuisim, ita vt de singulis quoq; illorum prædicetur, cuiusmodi est, hoc nomen equus, vel homo, nam homo dicitur de omnibus 6. *Diuis.*
hominibus, & de singulis etiam 6 *diuisio.* Terminorum quidam sunt absoluti, & alij connotatiui, absoluti vocantur illi, qui significant rem per se existentem, vt sunt hæc nomina, arbor, terra, elementum & cælum, vel per modum per se existendi, vt sunt hæc alia albedo, & dulcedo, nam quamuis albedo à parte rei sit in subiecto ea tamen ratione qua significatur per hoc nomen abstractum, sumitur ac si per se existeret absq; subiecto. Terminus vero connotatiuus est ille qui significat aliquid per modum alteri inhærentis, vt sunt hæc nomina album, & nigrum & omnia illa quæ significant accidentia in concreto quæ sumũtur per modum alteri inhærentis. In quibus nominibus animaduertendum est, esse duplex significatum, vnum præcipuum, & formale, alterum vero minus præcipuum, & materiale, formale est forma significata per nomen, materiale vero est subiectum cui forma inhæret. 7. *diuisio.* Terminorum quidam sunt primæ notionis, & alij secundæ notionis: termini primæ notionis sunt illi qui significant naturas existentes a parte rei, cuiusmodi sunt hi, homo, leo, & equus: termini vero secundæ notionis dicuntur, qui exprimunt naturas solo beneficio intellectus consistentes: velut hæc nomina genus, species, subiectum, & attributum, aliaq. id genus. *Vltima diuisio.* Terminorum quidam sunt consequentes, & alij inconsequentes, vel (vt alij dicunt) quidam sunt pertinentes, & alij impertinentes. Termini consequentes illi dicuntur, qui significant naturas quæ se mutuo consequuntur vel natures quæ inter se contrariantur (v. g.) hæc nomina, homo, & capax disciplinæ, sunt termini se mutuo consequentes, quia ab vno ad aliud est optima ac mutua consequentia: album vero, & nigrum sunt termini consequentes ratione repugnantiæ, quia album in contrarietate ad ipsum nigrum consequitur. Termini autem inconsequentes sunt illi, qui neq; se mutuo consequuntur, neque vnus alteri contrariatur, vt sunt hi duo termini, candidum, & iustum, candidum enim non consequitur necessario iustum, cum possit iustum in æthiopibus reperiri: neque iustum candido aduersatur, cum idem homo candidus simul, & iustus, commode esse queat. Plura alia ex Sumulistis in loco citato peti poterunt, nobis enim sat fuerit hæc breuiter attigisse. Hæc igitur de nomine dicta sufficiant. 7. *Diuis.* *Vlt. diuisio.*

CAPVT III.

DE VERBO.

ARGVMENTVM CAPITIS.

TRibus partibus absoluitur totum cap. in quarum prima diffinitionem verbi proponit Arist. in secunda verba infinita, & casus verborum à ratione verbi excludit. in tertia tandem confert verbum cum nomine.

VErbum autem id est, quod tempus adsignificat, cuius pars nulla significat separatim, semperque est nota eorum quæ de altero dicuntur. Tempus autem dico adsignificare: vt Valetudo nomen est, Valet verbum, adsignificat enim nunc inesse. & semper ea qua de altero dicuntur

Universidad de Deusto
Biblioteca

indicat, quæ ita ea sunt, sua de subiecto dicuntur, vel in subiecto insunt. B. Non valet autem & non laborat, non appello verba, quanquam significatione sua tempus includunt, id semper significant quod in aliquo inesse intelligitur Et quoniam nomen in nullum impositum est, verba infinita appellari licet, quandoquidem tam in eo quod est, quam in eo quod non est, eaque dicuntur. C. Item q; valebit & valuit, non sunt habenda verba, sed casus verbi Hoc autem à verbo differunt, quod præsens tempus, verbum significat, illa id omne in quo interiectum præsens est. D. At verba si sola dicantur, nomina sunt, significantq; aliquid. Nam & qui ea enuntiat, intelligentiam imprimit in animo, & qui audit, quiescit: sit autem nec ne sit res, nondum exponit. E. Neq; enim illud, esse aut non esse, rem declarat, nec si ipsum ens per se solum dicas ac nudum. Id enim nihil est: adsignificat autem coniunctionem quandam quæ intelligi sine iis quæ copulantur, non potest.

COMMENTARIA.

1. p. cap. Verbi diffini.

EAdem methodo obseruata exordiuntur Arist. disput. verbi ab illius diffinitione dicens.

A. *Verbum autem id est, &c* Verbum est vox significans, ex hominum instituto, cum tempore, cuius nulla pars separata aliquid significat, & est nota eorum quæ de altero dicuntur In qua diffinitione prætermittit Arist. exponendam primam illius partem, eo quod iam sit abunde satis in cap. superiori de nomine explicata. Vnde tantum explicat tres alias particulas appositas in diffinitione quarum prima est. *Cum tempore*, per quam particulam differt verbum a nomine, quia nomen non significat cum tempore, at vero verbum significat cum illo. Confirmat autem hoc Arist. proposito discrimine interueniente inter nomen & verbum, vt inter valetudinem, & valere, quia valet do (quæ est nomen) tantum significat valetudinem absolute sumptam: at valere (quod est verbum) significat eadem valetudinem secundum aliquam temporis differentiam, nam valeo significat valetudinem in tempore præsenti, valui in tempore præterito, & valebo in tempore futuro: iam igitur verba significabunt rem aliquam cum tempore. Secunda particula est *cuius nulla pars separata aliquid significat* per quam particulam separatur verbum ab oratione, cuius partes separatæ aliquid significant at verbi partes separatæ nihil significant, vt in hoc verbo *lego* duæ illæ particulæ le, & go, separatę nihil significant.

Confirma. 1. part.

Tertia particula est, *Et est nota eorum quæ dicuntur.* Id est signũ vnionis attributi cum subiecto, nam in propositione in qua attribut. dicitur de subiecto, verbum hoc munus habet. vt sit signum aut nota quædam qua subiectum, & attributum esse inter se connexa dignoscere valeamus.

2. pars capi.

B *Non curatur autem, &c.* In hac secunda parte cap. excludit Arist. verba infinita, & casus verborum a ratione verbi, inprimisq; excludit verba infinita, vt sunt non lego, non amo, & alia huiusmodi, nam negatio præposita alicui verbo positiuo, vt huic verbo, amo, non vt habet vim negationis, sed vim cuiusdam syllabæ, constituit verbum infinitum, nõ amo quamuis etenim huiusmodi verba significent cum tempore, vt nõ lego, significat tempus præsens, & possint esse attributum propositionis, vt non audio est attributum in hac lego est non audio, verum huiusmodi verba non possunt vocari simpliciter, & absolute verba, quemadmodum neque nomina infinita, possunt vocari nomina, eo quod verbum significare debeat certam naturam, vt est verbum substantiuum, aut certam actionem, vt sunt verba adiectiua, at vero verbum infinitum, neque significat certam naturam, neq; certam actionem, vt hoc verbum non lego, illud enim tam dicitur de eo quod est, vt de actione audiendi, nam audio est non lego: quam de eo quod nõ est vt de chimera quia chimera est non lego, at omnia verba de eo quod est tantum possunt enuntiari.

Excludit pri. verba infinita.

C. *Itemque valebit, &c.* Excludit præterea Arist à ratione verbi casus verborum, intelligit autem per casus verborum verba alterius modi, quam indicandi. vt temporis præteriti, vel futuri, vt sunt, valuit, & valebit Confirmat autem hoc argum. casus verborum non esse verba. Omne verbum significat actionem aliquam certam, & diffinitam: sed verba præteriti, aut futuri temporis, non significant actionem aliquam, quæ sit vera actio, nam actio quæ fuit, aut futura est, non est vera actio: casus igitur

Deinde casus verbo.

rum verborum non erunt vera, & legitima verba.

3. Pars cap. 1. in quo nomina & verba conueniant.

A. *At verba si sola dicantur, &c.* In postrema parte cap. Arist. proponit ea in quibus nomina & verba conueniunt, sunt enim illa duo primum eorum est. Verba per se prolata sunt quædam nomina, quemadmodum hoc verbum, lego, si per se proferatur non verbi, sed nominis cuiusdam vim obtinet, quod in hunc modum ipse confirmat. Illud quod facultati cognoscendi aliquid repræsentat obtinet vim nominis: at verba per se prolata sunt huiusmodi, nam audita hac voce, lego, statim se offert intellectui lectio significata in tempore præsenti: ergo verbum per se prolatum vim nominis obtinebit. Quid autem intelligat per hæc verba Arist. deinde exponem⁹ in qu. vbi ostendemus cum Ammonio, & D. Tho. per nomen hoc loco Arist. non intellexisse illud quod est diffinitũ in cap superiori, sed simplicem vocem, vel dictionem, ita vt sensus sit, verbum per se prolatum est nomen, id est, quædam dictio per se significans.

Secundum.

E. *Neque enim illud, &c.* Conueniunt secundo nomen & verbum quia velut in nominibus, neque veritas, neque falsitas reperitur, ita etiam neque in verbis per se prolatis eadem inuenitur, id quod hoc pacto Arist. confirmat. Si aliquod verbum per se prolatum significaret verum vel falsum, maxime esset hoc verbum est: at illud per se prolatum, neque verum, neque falsum significat, nam nihil est, id est non significat compositionem aliquam, in qua sola veritas reperitur, & quam sine extremis quæ ad inuicem copulentur, nulla ratione possumus intelligere ergo verbum per se prolatum, neque veritatem, neque falsitatem significabit Ex quibus colligimus totam, & integram diffinitionẽ verbi esse hanc. *Verbum est vox significans ex hominum institutu, cum tempore, cuius nulla pars separata aliquid significat, & est nota eorum quæ de altero dicuntur, finita & casui recti.* Ita vt per particulam hanc, *finita* separetur verbum a verbo infinito, & per particulam *casui recti* a casibus obliquis verborum distinguatur.

Soluitur ex D. Tho.

Soluitur iterum ex Ammo.

Schola in caput 3. de Verbo.

1. Obseru.

A 1. Verbum in hunc modum diffinierat Arist vox significans ex hominum institutu, cum tempore, cuius nulla pars sepa-

2 Obseruat. ex D. Tho.

A 2. Confirmat D. Tho. partes verbi separatas nihil significare hac ratione Partes totius separatæ a toto nequaquam obtinent eius formam at forma verbi est significare: ergo partes verbi separatæ ab eo nihil significabunt.

3 Obseruat. ex Boet.

A 3 Boetius per hanc particulam *Nisi rum esse notam eorum quæ dicuntur.* Intelligit verbum significare actionem aliquam, quæ cum sit accidens debet subiecto inhærere, cumque id omne quod est in aliquo tanquam in subiecto debeat prædicari de eo, verbum haud dubie erit nota eorũ quæ dicuntur id est accidentium quæ efferuntur de subiecto. Adiungit vero Aristot. *Qualia*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Resistitur Boe.

2. Interpret. Ammo.

sunt ea quæ dicuntur de subiecto, vel sunt in subiecto. Quæ ipsemet Boetius hoc pacto explicat. Hæc inquit accidentia (quorum verba dicuntur esse) notæ, quia vniuersa sunt, dicuntur de subiecto, quia vero subiecto illa inhærent, in subiecto etiam esse perhibentur. Nihilominus interpretatio hæc nequit ac cõmodari verbo substantiuo, illud namque nullum exprimit accidens, sed tantum est nota naturę, & substantiæ rei. Vnde Ammonius particulam istam aliter declarat, aitque verbum esse nomen eorum quæ dicuntur, quia verbum vel est attributum, vt in hac attributione homo est, & in aliis secundi adiacentis, vel se habet semper ex parte attributi, velut in hac propositione, homo est animal, & in aliis tertij adiacentis: & quia si verbum fuerit adiectiuum potest referri, vel ad subiectum cui inhæret, vel ad subiectum de quo secundum essentiam dicitur, sicut moueri potest referri vel ad hominem, qui mouetur, vel ad currere de quo prædicatur moueri secundum essentiam (nam omne quod currit mouetur) propterea subiungit Aristot. particulam illam *qualia sunt ea quæ dicuntur de subiecto, vel sunt in subiecto*, quia verba adiectiua si conferantur cum subiectis de quibus prædicantur secundum essentiam, dicuntur de subiecto, si autem comparentur ad subiecta quibus inhærent sunt in subiecto. Præstat tamen hunc locum interpretari cum D. Tho in hunc modum. Verbum est nota eorum quæ dicuntur, id est nota vnionis attributi cum subiecto, quia in propositione attributum effertur de subiecto, verbum autem connectens vnum cum altero significat hanc vnionem vtriusque. Quod si huiusmodi enuntiationes fuerint attributi secundum essentiam, verbum erit nota eorum quæ dicuntur de subiecto. nam quæ sunt de essentia rei prædicantur de illa non tamen sunt in illa vel ut in subiecta: si vero eadem fuerint attrib. accidentaria, sicut hæc homo est candidus, attributum inhærebit subiecto. Et hoc est quod subiungit Arist. post traditam hanc particulam, *qualia sunt ea quæ dicuntur de subiecto*, quod est referendum ad attrib essentialia, *vel inhærent subiecto.* quod ad attributa accidentaria referri debet.

3 Interpret. D. Tho.

Disputatio de Verbo vnica sectione comprehensa.

Argvmentvm.

PRiori disputatione de nomine absoluta, proximum est vt de verbo, (quod est altera pars enuntiationis) differamus, æquum est tamen vt in primis sint ne ea quæ ab Arist. tradita fuerunt, vera necne perpendamus, vnde sit quæstio.

Sect. vnicæ Quæstio I. Sint ne vera ea quæ ab Arist. in cap. tradita fuerunt.

VT multo illustriora quæ ab Arist. in hoc cap. tradita fuere, reddi possint nonnullas aduersus illa difficultates proponemus.

1. Difficult. 1. est. Vna species non prædicatur de altera: sed nomen, & verbum sunt species vocis per se significantis, ex hominum instituto, ergo non recte docuit Aristot. verbum per se prolatum esse nomen. 2. Hoc verbum, est, significat esse: at esse non est nihil: ergo non rect. dictum est hoc verbum, *nihil*, per se prolatum nihil esse. 3. In hac propositione amo est verbum, amo non significat cum tempore, nam non significat (saltim in ipsa) actionem amandi, sed seipsum, reddit enim hunc sensum, hæc vox, amo, est verbum: solum autem significat cum tẽpore, quando significat actionem amandi: non igitur recte dictum est, omne verbum significare cum tempore. 4. Hoc verbum curro per se, & seorsum prolatum significat veritatem, homine currente, igitur non recte constituit Arist. *in calce cap* verba sicut, & nomina, per se prolata, non significare veritatem aliquam. *Vltimo* quærat aliquis quænam sit diuisio proposita in cap. verbi in verbum finitum, & infinitum, rectum, & obliquum. His tamen nihil impedientibus quæ tradita fuerunt ab Arist. esse verissima, & ipsius authoritate. & omnium Dialecticorum cõmunibus suffragiis, potent constare: atq; ita erunt propositæ difficult. sigillatim di-

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Breue per contatum.

soluendæ. *Ad 1* respon primo cum Boetio, & Suesano verbum per se prolatum esse nomen, nõ quia nomen, & verbum, sint idem, sed quia eandem rem exprimant, nam verbum hoc valeo (v. g.) & nomen istud valetudo, eandem corporis optimam constitutionem declarant, quantumuis alio, & alio modo. Verbum itaq; per se prolatum dicitur ab Aristot. (iuxta hos authores) nomen quia idipsum exprimit, quod nomen significat, licet alia ratione illud declarat. Aimus deinde cum D. Tho. & Ammo. Arist per nomen non intellexisse illud quod diffinitum fuit in cap. superiori, nam huiusmodi nomen neque est, neq; potest esse verbum, sed inte lexisse omnem dictionem per se significatem. Vnde sensus erit verba per se prolata sunt quædã nomina, id est sunt quædam dictiones per se significantes. *Ad 2.* dicimus primo cum Alexandro, verbum, est, nihil esse, id est, esse nomen homonymum & ambiguum, quia nomina ambigua nihil sunt ratione significationis cum non significent certam aliquam & determinatam naturam. Vnde in cap. superiori docebamus, nomina homonyma excludenda esse à ratione nominis. Asserimus secun cum Porphy. verbũ, est, nihil esse, id est, non significare certam aliquam naturam, nam cum ex nominibus quædã significent certas naturas, cuiusmo. sunt hæc nomina homo. leo. & alia, verbũ est, non significat certam naturam, quia nõ significat tantum naturam hominis, neque naturam tantum leonis, sed rerũ omnium, quæ quauis ratione possunt habere esse, natu as, & essentias declarat. Profitemur vltimo cum Ammonio verbum est, per se prolatum, nihil esse, id est, non significare veritatem aliquã, vel falsitatem, nam cum hæc sita sit in compositione, & diuisione extremorum, quam nõ exprimit verbum est, per se prolatum propterea illud nihil secũdum veritatem, vel falsitatem signrficat. *Ad 3* respon verba sumi posse aut in ratione nominis, sumuntur in ratione verbi, quando sumuntur velut quidã nexus subiecti cum attributo: sumuntur aut in vi nominis, quando vt subiecta, vel attributa vsurpantur. Igitur verba vt sumuntur in ratione verbi, significant quidem cum tempore non tamen ea ratione qua in vi nominum accipiuntur, & ita quia amo, in hac propositione, vsurpatur in vi nominis, ideo non significabit in illa cum tempore. *Ad 4.* dicimus in his verbis subintelligendum esse suppositum, cui conueniat actio significata per verbum. vnde, curro idem significat, atq; hoc quod est ego curro, & ita non quia verbum simplex est sed quia ipsi subintelligitur pronomen. ego veritatem significabit. Circa quæsitum vltimo loco propositum quidam vt Auerro in paraphrasi huius loci, & alij existimant diuisionem assignatam esse generis in formas: nos vero illam constituimus diuisionem analogi secun. attributionem in sua analogata, verbum enim per se, & primo, dicitur de verbo recto, & de finito deinde vero per attributionem ad hoc vtrumque de obliquo, & infinito prædicatur vt enim verbum obliquum aliquid significet, regulari debet per verbum rectum, quod sit indicãtis modi, & temporis præsentis, vnde iam obtinebit esse per attribu. aliquam, ad verbum rectum: infinitum præterea est negatio verbi finiti, vnde cum negationes habeant esse per attributionem ad suas formas, verbum infinitum etiam per attributionem ad verbum finitum, esse verbi consequitur.

Solutio.

Ad 1. Solutio.

2. Solutio.

3. Solutio.

Ad 3.

Ad 4.

Ad per conatum.

Qvæstio II.

An Verbum significet cum tempore.

INuestigemus iam num verbum significet cum tempore, siue an exprimat aliquam temporis differentiam necne? neutrum enim horum significare his confir. argu.

1. Argum. 1. In his propositio homo est animal, rosa est flos, particula, est, censetur verbum: at illa minime cum tempore significat, tempus namq; æternum non est, cum tamen hæ propositiones assignatæ, sint æternæ veritatis: non igitur accommodate dictum est omne verbum significare cum tempore. *Deinde.* Hæc verba, quiesco, sum, aliaq; id genus, sunt procul dubio verba: at illa nequaquam cum tempore significant: nec igitur asserendum est absolute, omne verbum significare cum tempore. Confirma assumpto Significare cum tẽpore est exprimere actionem aliquam, vel operationem, quæ tempore mensuretur: at verbum istud, quiesco, nullam declarat actionẽ, cum denotet cessationẽ ab illa. & præterea hoc verbum, *sum*, substantiam solam, & non actionẽ vllam exprimit: iã igitur verba hæc quiesco nimirum, & sum, non significabunt cum tempore. *Præterea.* Participium non est ver-

Secund.

Tert.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bum, sed nomen: at participium significat cum tempore, vt amans (v. g.) significat cum tempore præterito, ad hunc modum. Petrus fuit amans, cum præsenti quando aimus, Petrus est amans, & cum tempore futuro quando dicimus, Petrus erit amans: non igitur recte constituunt est ab Arist. solum verbum significare cum tempore, cum etiam id participio possit conuenire. *Vltimo.* Conceptus temporis præsentis nequit repræsentare tempus præteritum: at si verbum exprimeret tempus (præter actionem quæ fit in illo) id euenirer, quum enim ego audio verbum istud, amo, concipio actionem amandi in tempore præsenti, quod statim elabitur, abitque in præteritum: igitur verbum præter actionem non poterit aliquam differentiam temporis significare.

Vltim.

His tamen nihil impedientibus sit 1. concluſ. Omne verbum significat cum tempore. Confirmatur testimon Arist. in hoc cap. 1. *Concluſ.* aientis, verbum ex eo differre à nomine, quia nomen nequaquam significat cũ tempore, bene tamen verbum. Hoc vnico argu. superest illa satis confirmata, eget tamen diffusiori explicatione, quod vt præstemus animaduertimus prius ex Arist. 4. *lib. Phyſ.* tempus primo & per se, solum esse mensuram motus, quia tamen motus ipse, & fluit ab aliquo agente & recipitur in patiente, quemadmodum calefactio fluit ab igne, & recipitur in aqua, secundario tempus mensurat actionem, & passionem. Verbum igitur significare cum tempore, nihil aliud erit, quam verbum significare actionem aliquam, vt fluentem ab agente, & vt in patiente receptam, quam quidem in aliqua temporis differentia necesse est exerceri. Vt hoc verbum amo (v. g.) significare dicitur cum tempore, quia declarat actionẽ amandi fluentem ab amante, quæ certe ab illo in differentia temporis præsentis exercetur. Hinc effectum est verba adiectiua esse diuisa in actiua, & passiua, quædam etenim denotant actionem promanãtem ab agente, ob idque actiua nuncupantur: alia vero exprimunt eandem ad modum passionis vt receptam in patiente, ac subinde passiua merito appellantur. Num autem verbum significet: in sua ratione formali hæc vtraq; duo actionem scilicet & passionem simulq; tempus in quo huiusmodi actio vel passio exerceretur, vel potius actionem solam exprimat, quæ in tempore editur, & non tempus ipsum, hoc est, quod in controuersiam vertitur inter authores. M. Sotus namq; & Thomas à Mercado 2. *lib. summula. cap.* 2. existimant verbum nullo modo exprimere tempus in sua ratione sed solam actionem, quæ quidem fit in tempore, quemadmodum hoc verbum, amo. non significat in sua ratione tempus præsens, sed solã actionem amandi, quæ ab amante in certa temporis differentia promanat, & hoc est cum tempore significare, actionem nempe exprimere, quæ ad certam aliquam temporis differentiam terminatur. Constituunt itaque illi discrimen inter significare tempus, cum tempore, & connotare tempus, nomina enim significant tempus, vt hoc nomen tempus, annus, & dies: cum tempore vero significare, est declarare aliquam actionem quæ fit in tempore: at connotare tempus, est ex præcipuo significato, actionem aliquam, & ex secundario differentiam temporis in quo illa fit significare, vt cæna connotat tempus nocturnum, illa quippe ex præcipuo significato exprimit actionẽ comedendi, ex secundario vero denotat tempus nocturnum, nam non quælibet actio comedendi, sed illa tantum quæ fit nocte nomine cœnæ exprimi solet. Contrariam tamen opinionem sequuntur Louanienses in Commenta. huius cap. constituentes verbum verumque & actionem quæ fit in tempore, & tempus ipsum in quo fit huiusmodi actio significare diuersa tamen ratione quia actionem significat tanquam significatum præcipuum & formale, tempus vero velut significatum minus præcipuum, & materiale: vt hoc nomen, album, significat albedinem, velut significatum præcipuum, & formale corpus vero albedine affectum, tanquam significatum minus præcipuum, & materiale, & hoc est verbum significare cum tempore, scilicet, & exprimere actionem, & tempus in quo illa fit, quamuis alio, & alio modo, vt explicuimus, quæ quidem opinio est multo verior, ac proinde sit 2. concluſ.

Obſeruan. in tres expli.

Diui. verbo rum actiui. & paſſi.

1. *Opin. Soti, & Merca.*

2. *Opin. Louanienſ. & noſtra.*

2. *Concluſ.*

Verbum non solam actionem, & passionem, verum & ipsummet tempus ꝙ hęc duo metitur, significat. Confirma. his argu. Primum petitum est ex Arist. in hoc cap. Verbũ eo differt à nomine, quia nomen significat rem absolute, verbum aũt exprimit eandem rem in aliqua temporis differentia, vt valetudo significat optimam corporis constitutionem absolute, at valeo exprimit eandem rem tempore præsenti, & valui in tempore præterito: ergo verba iudicio Arist. præter actionem significabunt etiam differentiam temporis in quo illa exercebitur.

1. *Argum.*

1. *Argu.*

2. Modi verborum non differunt penes rem significatam, cum eandem actionem exprimant, sed pene diuersum modum significandi, sicut, lego, legi, & legam, non differunt penes rem significatam, cum omnia illa exprimant eandem actionem legendi, sed solum distinguuntur penes diuersum modum significandi eandem: sed hic modus diuersus nihil aliud est, quam significare diuersam temporis differentiam, quia lego, significat actionem in tempore præsenti, legi in tempore præterito, & legam in futuro: ergo verbum præter actionem significabit etiam illius tempus. 3. Significatum nominũ, & verborum, est illud, quod concipimus de ipsis: sed audito aliquo verbo, concipimus mente, & actionem, & tempus in quo illa fit, sicut audito hoc verbo lego, statim concipimus, & actionem legendi, & tempus in quo illa fit: ergo verba non tantum actionem, verum etiam & differentiam temporis in quo huiusmodi actio fit exprimunt, & declarabunt.

2. *Argu.*

3. *Arg.*

1. *Argu.*

Occurramus iam argu. Primo quidem satisfaciunt quidam veteres aientes esse quinque differentias temporis, præsens nempe præteritum, futurum, possibile, & imaginarium: vnde quamuis hæ propositiones (cum sint æternæ veritatis) non exprimant tempus præteritum, aut futurum, quia hæc tempora non sunt æterna, denotant nihilominus tempus possibile, & imaginarium, nam & possumus imaginari tempus æternum; & potuit illud produci ab æterno. Alij aiunt in his propositionibus verbum quantum est ex sua natura significare cum tempore, impedit tamen illius significationem a connexione necessaria quæ inter subiectum, & attributum intercedit: & ut cum in verbo reperiantur duo, & connectere subiectum cum attributo, & significare aliquam temporis differentiam, verbum in huiusmodi propositionibus, tantum exercebit vnionem attributi cum subiecto, non autem significabit cum aliquo tempore, sed absolue (vt inquiunt illi) ab omni tempore. Nos tamen asserimus Arist. nomine temporis intellexisse hoc loco omnem durationem, siue tempus sit verum, siue æternitas, siue æuum siue quæuitas, & ita hæ propositiones quæ sunt æternæ veritatis, constabunt verbo significante cũ tempore, id est, cum aliqua duratione, neque quidem duratio est ipsamet æternitas, huiusmodi propositiones perpetuæ veritatis mensurans. *Ad 2.* Aimus nomine actionis, quando dicimus significare cum tempore esse significare actionem, id est legi debere siue veram actionem, siue id quod se habet ad modum actionis. Vnde quamuis, quietẽ, non exprimat actionem, exprimit tamen quietem continuatam, quæ habet se ad modum illius, continuatio autem quietis speciem quandam actionis præse ferre videtur: eodemque modo licet verbum est, non denotet actionem, essent amen nihilominus, vel existentiam continuatam declarat, quæ quodammodo actio quædam apparet. *Ad 3.* Respon. verbum per participium in ipso propositam non separari à participio, sed per solas alias duas, nimirum esse notam eorum quæ dicuntur, & esse modi indicandi, quia participium neque est nota eorum quæ dicuntur, neque est modi indicandi. *Ad 4.* Satisfacimus, cum Concilio Louanienſe, conceptum temporis præsentis, repræsentare tempus præteritum, non vt præteritum est, sed qua fuit præsens: hoc autem concedere nullum est absurdum, semper enim erit verum dicere, conceptum temporis præsentis repræsentare tempus præsens.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

QVÆSTIO III.

An verbum sit pars enuntiationis.

QVærunt etiam Dialectici sitne verbum pars enuntiationis nec ne, nam non esse ita suaderi poterit *Primo.* Vnumquodque ex his componitur in quæ resoluitur: at inquit Arist. *lib. 1. prio. cap.* 1. propositio tantum resoluitur in subiectum, & attributum: ergo hæc tantum duo erunt partes propositio. & ita verbum est, & alia id genus non censebuntur partes illius. *Secũdo.* partes propositionis sunt illæ quæ ad inuicem commutantur, in conuersione propositionis, conuersio namque propositionis nihil aliud est, quam transmutatio partium ipsius, at in conuersione propositionis, verbum non mutatur, sicut in hac propositione, homo est animal, & in illa conuertente animal est homo, verbum est, semper remanet medium inter subiectum & attribu-

1. *Argu.*

2. *Argu.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

3. Argu. tem, verbum igitur non erit pars propositionis. *Præterea* Si verbum, est, in propositione significaret essentiam, vel existentiam, sequeretur illud efficere negationem in propositione: ita qui hoc est absurdum ergo verbum est, non significat existentiam intra propositionem. Confirmatur propositio: Sumamus hanc propositionem, homo est ens, si verbum est significat esse, redderet hunc sensum, homo est ens quia semel ponitur ens in attributo, & iterum poni debet, si significatur per verbum, ergo si verbum est, significat in propositione esse, committemus in illa negationem.

1 Opin. Quidam ex veteribus existimauit nullum verbum esse partem enuntiationis, siue fuerit adiectiuum, siue substantiuum, sed esse quendam modum illius, id est nexum quendam connectentem subiectum cum attributo. Vnde quemadmodum hæ dictiones omnis, vel quidam non sunt partes enuntiationis, sed illius modi, ita etiam verbum, non est pars enuntiationis, sed illius modus. Hanc opinionem olim sequutus erat M Sotus in prima editione summulæ. Alij tamen vt Soncinas, & Villalpandus, in hoc loco putant, verba adiectiua esse partes enuntiationis, quia significat aliquam formam quæ attribuitur subiecto, vt amo, significat amorem, qui de homine amante prædicatur. Substantiuum vero dicunt, non esse partem enuntiationis, sed solum nexum & copulam, subiectum, & attributum adinuicem vincientem, quia non denotat formam aliquam quæ alicui possit accommodari. Est tamen tertia eaque vetustissima opinio vtrumque verbum tam substantiuum quam adiectiuum non tantum & copulam verum etiam & partem orationis esse quam sequuntur M. Soto in 2 *edit.* 2. *lib. summulæ cap.* 2. Mercado ibidem, Lou. censes, & Toletus in hoc loco, eandemque ante eos, tenuerunt Porphy. Ammo. Boetius, B Albertus, atque præstantissimi Peripatetici.

2 Opin. Sequant. & Villalpand.

3. Opin. M. Soti & alior.

1. Observatio. Hanc itaque tam veriorem opinionem explicaturi animadvertimus primum verba posse dupliciter sumi, primo ratione actionis significatæ, & secundo, vt simul cum subiecto connectunt, vt in hac propositione Thomas legit, verbum lego, sumi potest, vel ratione lectionis quam significat, vel vt cum eum Thoma coniungit. Obseruamus secundo in enuntiatione esse duo genera partium, nam quædam sunt formales, & aliæ materiales, refert enim propositio quandam speciem compositionis naturalis, quemadmodum etenim in compositione naturali, quædam partes sunt materiales, vt in homine carnes, ossa, nerui, & aliæ, & formalis vt est anima in eodem ita in propositione (quæ ex quibusdam partibus conflatur) quædam erunt partes materiales, & aliæ formales, quæ autem sint hæc ex sequentibus conclusionibus fiet manifestum.

1 Conc. Sit 1 Verbum in enuntiatione semper se habet ex parte attributi Itaque vel est attributum, vt in propositionibus secundi adiacentis, vt sunt hæc, cœlum est, Thomas legit: vel est ad illud reuocandum, vt in aliis tertii ad accentis, vt sunt hæ aliæ, homo est substantia, & Thomas diligit Deum, in quibus verbum est, & diligo, sunt ad attributum reuocanda. Hanc præfamur tanquam aliarum fundamentum, quam optime, & profitetur, & explicat Suelanus, ex Porphy. Ammo. Boetio. Auerroe, & D. Tho confirmari q. potest. Quia quæ spectant ad formam cũ formis sunt coordinanda, quemadmodum & alia quæ ad materiam attinent cum ipsa coordinantur: verbum autem ad formam spectat enuntiationis, quare cum in illa attributum habeat locum formæ (vt subiectum materiæ) verbum in enuntiatione ex parte attributionis sese habebit.

2 Conc. 2. *Conclu.* Verba adiectiua sunt vera & legitimæ partes enuntiationis, neq; solum vtiuntur, verũ etiam & orationem ipsam componunt Confirmatur. *Primo.* Omnia verba vel sunt attribut. vel ex parte illius sese habent: sed attribu. vel quod ex parte illius sese habet, sunt partes componentes enuntiationem, ergo verba adiect ua procul dubio erunt partes enunt ationis *Sum.* Illa est pars alicuius, qua posita ponitur totum, & qua amota illud quoque amouetur: sed posito verbo in oratione etiam illa ponitur, illoque è contra amoto statim eadem amouetur, & hoc non accidentaria, sed essentiali quadam vi, & facultate, ergo verbum erit legitima pars enuntiationis.

1. Arg. 3. *Conclu.* Hæc eadem verba sunt partes formales enuntiationis ratione rei significatæ Confirmatur, quia illa significant formam aliquam, alicui subiecto tributum, vt lego significat lectionem, quæ est forma quæ potest homæ attribui: sed illa si

pars formalis enuntiationis quæ significat formam aliquam per modum cuiusdam attributi alteri communicatam: verba igitur hac ratione sumpta partes erunt enuntiationis. Diximus ratione rei significatæ, nam si ratione vnionis sumantur, non partis, sed nexus cuiusdam, & copulæ rationem obtinebunt, etenim si hac ratione vsurpentur, illorum munus tantum est, vnum cum alio connectere, non autem naturam aliquam constituere.

Obser.

4. Conc. 4 *Conclu.* Verbum substantiuum in propositionibus secundi adiacentis est vera & legitima pars propositionis, ratione existentiæ quam significat vt in hac enuntiatione, arbor est (quæ significat ipsam existere) verbum est ratione existentiæ quam exprimit, est pars illius. Hæc certe apertissima est, quia in his enuntiationibus nullum est aliud attributum quam ipsum verbum substantiuum: at attributi pars est enuntiationis. Eo quidem cum sit attributi pars formalis, & verbum substantiuum in illis enuntiationibus erit etiam pars formalis.

5. Conc. 5. *Conclu.* Idem verbum substantiuum in aliis propositionibus tertii adiacentis ratione rei significatæ, est vera & legitima pars enuntiationis (est autem res significata essentia, si attribu. fuerit essentiale, vt in hac homo est animal, vel existentia, si alterius generis attributum extiterit, vt est hæc, homo est candidus, vel risibilis.) Hanc in hunc modum ostendimus primo: Hæc propositio est tertii adiacentis. Homerus est Poeta: atqui in illa verbum substantiuum, est pars enuntiationis: ergo in his enuntiationibus verbum est, erit vera & legitima pars. Minor propositio suadetur ex Arist. 2. *lib. huius operis cap.* 2. vbi inquit hanc enuntiationem, Homerus est Poeta, esse attributi coniuncti, ex nomine, & verbo, nam totum hoc, esse enim rum Poetam, est attributum Homeri: ergo verbum est, in enuntiationibus huius generis locum partis obtinebit. *Rursus.* Verbum est in propositionibus secundi adiacentis est pars enuntiationis, propter existentiam quam per modum alterius attributum significat: sed in enuntiationibus tertii adiacentis, significat eandem existentiam vel essentiam, per modum subiecto attributam (neq enim ex eo quod transfertur à secundo ad tertium adiacens mutat significationem) erit igitur harum propositionum vera & legitima pars. Addo verba adiectiua ratione rei significatæ esse partes enuntiationis, vt constat ex secunda conclusione, ergo & substantiuum verbum, ratione rei significatæ (nimirum essentiæ vel existentiæ) erit pars enuntiationis, neque enim potest esse maior ratio in verbis adiectiuis, quam in substantiuis. Diximus ratione rei significatæ, quia ea ratione qua est nexus subiectum cum attributo connectens non erit pars, sed copula, vt de verbis adiectiuis diximus.

1. Argu.

2. Argu.

3. Argu.

Obser.

Occurramus tandem argumentis in principio propositis Ad primum aimus Arist in eo loco tantum egisse de partibus ex quibus syllogismus conflari debet, & quia illæ sunt tres tantum termini, maiu. minor extremum, minus, & medium verbum, quæ secundum diuersam dispositionem medii verbi cum extremis, vel subiecta fiunt, vel attributa, propter ea docuit terminos in quos resoluitur propositio tanquam in partes esse subiecta, vel attributa, nec enim eo loco de quibuslibet partibus instituebat sermonem, sed de iis assignatis. *Ad 2.* Distinguimus propositionem, nam vel loquimur de partibus materiæ, vel de partibus formæ: si loquamur de partibus materiæ, vera est propositio, Illæ namque sunt penes quas conuersio exercetur, quæ quidem nihil aliud est quam mutatio subiecti in attributum, & è contra attributi in subiectum quæ partes materiales propositionis censentur: si vero de partibus formæ agamus, est eadem falsa etenim illæ in conuersione immotæ debent permanere Quidquid etiam verba in propositione conuerti expe contingit, quando scilicet euenit ea obtinere locum subiecti, vel attributi, quemadmodum hæc propositio, homo legit, in hanc conuertitur, legens est homo. *Ad 3.* Negamus propositionem ad confirmationem vero dicimus, verbum est, in propositione quamuis significet esse rei nihilominus non denotet, in illud quod in argumen. assignatur, quia cum iam colligetur ex parte attributi superfluum erit resoluere est in esse, quare neque committemus nugationem. Tunc temporis siquidem tantum debet resolui, quando ex parte attributi cius significatum, quod est ens, vel esse non collocatur.

Ad 1. Argumen.

Ad 2.

Ad 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Argu.

2. Arg.

3. Argu.

1. Opin.

2. Opin.

QVÆSTIO III.

An verba adiectiua sint voces simplices.

PArs negans his argumentis suadere potest. *Primum*. Illud nomen est homonymum quod multa significat: at si verbum adiectiuum esset vox simplex significaret multa scilicet naturam significatam & subiectum cui vnitur, ergo si verbum esset vox simplex esset illud vox homonyma. *Deinde* Hoc verbum curro, quod est adiectiuum primæ personæ, significat cursum, & primam personam, etenim idem pollet atque ego curro: at vox illa quæ significat multa, est composita significatione ergo verba adiectiua erunt composita. *Vltimo* Nulla res potest vniri cum altera immediate: sed si verbum adiectiuum non significaret verbum, & participium, immediate vniretur cum supposito, vt si ita dicam Petrus amat, verbum illud, si nõ resolueretur ad hunc modum Petrus est amans, immediate vniretur cum Petro, ergo verba adiectiua non sunt verba simplicia.

Ex verbis quædam sunt substantiua, & alia adiectiua, rursus adiectiua quædam sunt actiua, & alia passiua. De substantiuis nulli est dubium illa esse voces simplices, nam hoc verbum est, est vox simplex, de adiectiuis autem est controuersum an illa sint voces simplices vel coniunctæ, cuiusmodi sunt hæc verba, amo ego. Quidam enim veteres existimauerunt huiusmodi verba esse voces coniunctas, debereque resolui, in verbum substantiuum, & illiusmet verbi participium, sicut amo, debet hoc modo resolui ego sum amans. Cæterum M. Sotus, & Thomas a Mercado 2. *lib. summæ cap.* 2. opinantur huiusmodi verba esse voces simplices nomine simul, & significatione, neque esse resoluenda sicut illa iuncta in verbum substantiuum, & participium eiusdemmet verbi, quam tanquam veriorem hac vnica conclusione explicamus.

Verba adiectiua simplicia sunt, & non coniuncta. Hanc his argu. confirmamus. *Primum est*. Hoc verbum curro est verbum adiectiuum: sed illud est vox simplex, vt Arist. in prima diuisione antepræd. ego. profitetur: ergo verba adiectiua erunt voces simplices. 2. Verba adiectiua sunt diffinita ab Arist. in hoc capite cuius partes separatæ nihil significant, sed si essent verba compo-

sita haberent partes quæ separatæ à toto aliquid significarent, nam si hoc verbum, amo, idem pollet, atque ego sum amans, cũ hoc verbum sum quod est vna pars, & amans quod est alia pars, sint voces quæ per se separatæ aliquid significent, haberet illud partes quæ separatæ à toto aliquid significarent, quod tamen est falsum, ergo verba adiectiua non sunt verba composita. 3. Si verba adiectiua coalescerent ex verbo substantiuo, & participio sequeretur illa non dari in intellectu, quia intellectus audito verbo aliquo adiectiuo vt hoc verbo, amo, tantum concipit amorem, vt fluentem ab amante & non concipit participium cum verbo substantiuo: atqui hoc asserere est absurdum, igitur verba adiectiua non erunt voces coniunctæ, sed simplices.

3. Argu.

Ad 1. argumen. Ad argum. igitur ad primum distinguimus propositionem, nam aut illud nomen significat multa, vna, & eadem significatione, vel diuersis si vna, & eadem, concedit quidem illud vox synonyma: si vero diuersis, erit procul dubio vox homonyma sicut nomen hoc canis: at verbum ad actum non diuersis significationibus, sed vna, & eadem exprimit subiectum, & actionem, sicuti & hoc nomen album, non variis significationibus, sed vna, & eadem subiectum, & albedinem declarat & ita non est vox homonyma sed synonyma. *Ad 2.* Negamus propositionem aliud enim est loqui de significationibus verbi, & aliud de eius æquiualentia, curro enim solum cursum declarat, æquiualet tamen huic propositioni, ego curro: cæterum voces non dicuntur compositæ propter æquiualentiam, sed propter solam significationem. *Ad 3.* Negamus propositionẽ, quia intellectus immediate vnitur cum amma, & forma cum materia prima, & ita quoque verbum adiectiuum sine substantiuo, immediate vnitur cum supposito, ratione rei significatæ.

Ad 2.

Ad 3.

QVÆSTIO V.

An verba infinita collocentur in enuntiatione.

ETquidem non collocari confirmatur. *Primo* auctoritate Arist. 2. *lib. huius operis cap.* 1. vbi docet enuntiationem constare, aut verbo, & nomine finito, aut verbo & nomine infinito, cum enim proponens eo loco partes enuntiationis, constituat illas esse vel verba, & nomina finita, vel verba, &

1. Argu.

nomina infinita, & nullam mentionem faciat de verbis infinitis, haud dubie existimauit sola nomina infinita, & non verba infinita, componere enuntiationem. *Deinde* ratione. Eadem est ratio entis vel verbi, est, quæ est aliorum verborum: atqui verbum est, nequit reddi infinitum, quia cum omnia ambiat, non est aliquid à quo possit negari eius natura, ergo nullum verbum poterit esse infinitum, neque intra propositionem poni.

2. Argu.

1. Opin. Multi ex veteribus vt Boetius, & B. Alb. Mag. existimant *in Commen. huius loci, & cap.* 1. 2. *lib.* verba infinita nulla ratione posse reperiri intra propositionem, sed omne verbum cui intra propositionem præponitur negatio, obtinere locum verbi negati, & propositionem esse negantem.

2. Opin. Alii tamen vt Ammonius, Suesanus & Toletus *in commenta. huius cap.* M. Sotus & Mercado 2 *lib. Summul cap.* 2. contrariam opinionem sequuti fuerunt. Eam autem quam veram esse iudicamus, vt explicemus, animaduertimus negationem præpositam verbo referri posse, aut in rem significatam per verbum, aut in vnionem rei significatæ cum subiecto, vt cum dicimus, non amo, particula illa, non, referri potest, vel ad amorem quem significat ita vt idem sit, ac si diceremus, non amor, quia significatum nominis & verbi vnum est atque idem, & ita eadem res quæ significatur nomine amoris, significatur per verbum amo, vel potest referri ad vnionem amoris cum amante, qua ratione reddet hunc sensum, non amo, id est, ego non sum amans. Negatio itaque si referatur in verbum ratione vnionis, obtinet vim negationis: quod si in verbum ratione rei significatæ referatur, redder verbum infinitum, quod nihil aliud censendum est, quam vox quædam simplex, multa significans confusa quadam ratione, quemadmodum etiam de nomine infinito in capite superiori docebamus. Opinionem istam in hunc modum explicatam hac assertione declaramus.

Obser.

1. Argu. Verba infinita intra propositi. collocantur. Confirmatur. 1. Verbum infinitum iuxta Arist. in hoc cap. tam dicitur de eo quod est, quam de eo quod non est: sed prædicari tantum exercetur intra propositionem, ergo verbum infinitum ponetur intra propositionem. 2. Arist. hoc modo argu. 1. *lib. de demonstra. cap.* 10. Quæ non scintillant sunt prope nos: sed Planetæ non scintillant igitur Planetæ sunt prope nos. At in hac argumentatione assumptio vel sumitur negatiue, vel infinite, quæ habet se in hunc modum, Planetæ non scintillant, nequit vero sumi negatiue: sumetur igitur infinite. Non sumit autem negatiue est apertum, est enim argumentatio illa in prima figura, in qua assumptio non potest esse negans: verbum igitur infinitum continebitur intra propositionem, cum in assumptione quæ est vna ex propositionibus, collocatum inueniatur. *Præterea.* Hoc verbum, non amo, absolute prolatum, est verbum infinitum: ergo si ita dicamus, lego, est non amo, etiam remanebit infinitum in ista propositione. Antecedens est apertum, confirmatur consequentia. Quia huiusmodi verbum eandem retinet significationem, intra & extra propositionem: si ergo extra propositionem fuerit infinitum, etiam & intra propositionem remanebit infinitum, *Adhæc.* Verbum infinitum est terminus & vox simplex: sed terminus diffinitur illud ex quo fieri potest simplex propositio, ergo ex verbo infinito fieri poterit simplex propositio. Vltimò. Non est maior ratio quare possit nomen infinitum collocari intra propositionem, & verbum infinitum minime possit in ea comprehendi: at nomen infinitum reperitur intra propositionem, ergo & verbum infinitum etiam intra illam reponetur. Possumus tamen duas has opiniones hoc modo conciliare, si dicamus primam opinionem esse intelligendam de verbo ratione vnionis, qua quidem ratione nequit verbum reddi infinitum, vt docuimus: secundam vero debere intelligi de verbo ratione rei significantæ, ita enim optime potest illud reddi infinitum, & intra propositionem collocari.

3. Argu.

4. Argu.

Conciliat. ista opinio.

Ad 1. argum. Satisfaciamus iam argumentis in principio propositis. *Ad 1.* Aimus ex hoc loco Aristo. nihil aduersus nos colligi, nam argumentum petitum ab auctoritate negatiua nullum est, & ita quamuis Arist. non docuerit verbum infinitum esse partem enuntiationis non propterea illud negandum erit. *Ad 2.* Dicimus verbum est, vt significat esse in late patente significatione, vt est diuisum contra nihil, non posse reddi infinitum: idem tamen vt solum significat ens rei, vel tantum ens rationis potest reddi infinitum: quemadmodum de ente in

Ad 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cap. superiori fuit à nobis demonstratum, eadem siquidem quæ in eo loco dicta sunt, de ratione qua potest, vel non potest reddi eus infinitum, intelligi etiam debent de verbo Sum, es, fui, & ita ne eadem repetamus hoc loco illa prætermittimus. Hactenus igitur de verbo.

CAPVT IIII.

DE ORATIONE.

ARGVMENTVM CAPITIS.

HAnc de oratione tractationem in tres partes diuidit Arist. in quarum prima de oratione, in secunda de enuntiatione, & tandem in tertia de contrarietate enuntiationum pertractat.

ORatio est vox qua significat, cuius pars aliqua seiuncta separataque vt dictio, non vt affirmatio aut negatio, significat B. Vel vt homo aliquid significat, non rem esse, aut non esse: cui tamen si quid adiunctum sit, vel affirmatio erit vel negatio; non significat autem vocabuli hominu vna syllaba. C. Neque enim in hoc verbo forex, illud rex quicquam declarat, sed vox est solum. In coniuncta autem significat illud quidem. vt dixi, sed non per se. D. Quanquam autem ex instituto, quemadmodum dixi, non vt instrumentum, omnis significat oratio. E. non tamen omnis enuntiat ac dicit, sed ea sola cui vel verum vel falsum dicere conuenit. Neq; enim omnibus id conuenit, velut precatio, oratio est illa quidem, sed nec vera nec falsa. Ac cætera quidem quoniam ad eu rhetoricæ vel poeticæ propria sunt, ab hac arte omnes expelli ac repudiari debent: quæ autem enuntiatiua est, præsentis est considerationis. Est autem primum enuntiationu vnius genus, affirmatio, deinde negatio, cætera vna coniunctione fiunt. Sed omnu ex verbo aut casu verbi constat enuntiatio necesse est. Etenim hominis definitio nisi est, vel erat, vel erit, vel aliquid tale adiungatur, nondum quicquam enuntiat: propterea quod totum hoc, animal gradiens, bipes, vnum quiddam est non multa: neq; enim vnam conficiunt orationem, propterea quod continenter ac sine vlla interspiratione pronuntiantur hæc verba. Verum huius rei explicatio ad aliam pertinet tractationem. F. Vna autem enuntiatio est qua vna sit per coniunctionem. Multæ vero quæ vel multa, & non vnum aliquid significant, vel carent coniunctionibus. G. Actomen quidem & verbum dictiones sunt tantummodo, quandoquidem vere id dici non potest, eum qui sic aliquid vocem exprimat, enuntiare aliquid, siue rogetur, siue non rogetur: sed si quando quicquam vno verbo enuntiatur, id eo tantum fit, quod ita velit qui ita loquitur. H. Harum autem enuntiationum, simplex alia est, vt qua aliquid de quodam dicit, vel aliquid cuidam inesse negat. Alia autem qua ex his constat, tam quasi coniuncta oratio est. Sed simplex pronuntiatum est oratio qua aliquid de aliquo dicit, vel negat, pro distinctione temporum. I. Affirmatio est enuntiatio qua aliquid de quodam dicit, Negatio est enuntiatio qua aliquid detrahitur ab aliquo. K. Quando autem quod est potest pronuntiari non esse, & quod non est, dici potest esse, & quod est esse confirmari potest, & quod non esse, itemque in cæteris temporibus quicquid alicui attribuerit, id omne detrahere potest, & quod detraxerit, attribuere: profecto omni affirmationi negatio, omnig; negationi contraria sit affirmatio necesse est. Atqui esto sane contradictio affirmatio negatio; contraria. L. Opponi autem contrario nomine dico, eam quæ eiusdem rei est, & de eadem re dicit, de qua altera non homonyme cæterisq; omnibus adiunctis, quæ contra Sophistarum molestas rationes adferre solemus.

COMMENTARIA.

NOminis & verbi absoluta disputatione iam de oratione qua genus est enuntiationis, & de ipsa enuntiatione agit in hoc cap. Atist. Auspicatur vero tractationem a diffinitione orationis quam hisce verbis proponit.

A. *Oratio est vox quæ significat, & Oratio est vox significans ex hominum instituto cuius pars aliqua aliquid significat, vt dictio non vt affirmatio, vel negatio.* In qua diffinitione prima particula obtinet locum generis, per quam separatur à vocibus nihil significantibus, vel significantibus à natura. Præterea autem Arist. particulam hanc *Ex hominum instituto* vel quia iam exposuerat in cap. de nomine. vel quia paulo inferius est illam

Quid sit oratio.

expli-

explicaturus, tacitam quandam obiectionem dissoluens. Secunda est, *Cuius pars separata aliquid significat*, per quam particulam separatur oratio à nomine, & à verbo quia illorum partes separatæ nihil significant, at vero partes orationis separatæ ab ipsa aliquid significant. Tertia particula est. *Vt dictio, non vt affirmatio & negatio*, Per quam separatur ab enuntiatione quæ significat aliquid vt affirmatio, vel negatio, redditque illa hunc sensum. Partes orationis separatæ ab ipsa solum exprimunt conceptus simplices, quemadmodum in hac oratione, homo est animal, partes illius quæ sunt homo, & animal, separatæ tantum exprimunt conceptus simplices: & quia in conceptibus simplicibus nulla est affirmatio vel negatio, sed in coniunctis, propterea partes orationis separatæ ab illa significant vt dictiones, non autem vt affirmationes, vel negationes. Num autem diffinitio ista ob hanc particulam ambitu suo contineat orationes hypotheticas, nec ne, quarum partes separatæ aliquid significant, vt affirmationes, vel negationes, in disputationibus explicabimus. B. *Velut homo.* Confirmat Arist. partes orationis separatas a toto non significare, vt affirmationes, vel negationes hoc argum. In hac propositione, homo est animal, particula homo, est pars illius: atqui ea separata non significat aliquid affirmando, vel negando. iam igitur partes orationis separatæ a toto non significabunt aliquid affirmando vel negando Confirmat Aristo. assumptionem ad hunc modum. Significare aliquid affirmando vel negando, est significare aliquid esse, vel aliquid non esse: at hæc vox homo nequit significare rem aliquam esse, vel non esse esse enim vel non esse, per voces tantum coniunctas exprimi possunt hæc igitur vox, homo, non significabit aliquid affirmando, vel negando.

Confir. 2. p. dif.

Obseruatio.

C. *Neque enim in hoc verbo, &c.* Adnotat tamen Arist. neque omnes partes orationis separatas significare aliquid, vt distinctiones, nam partes orationis quædam sunt proximæ, & aliæ remotæ. Vnde quamuis partes proximæ separatæ significent aliquid vt dictiones, remotæ tamen non significant vt dictiones sed vt syllabæ quemadmodum in hac voce, forex, dictæ illæ particulæ, fo, & rex, separatæ nihil significant, quamuis enim rex absolute significet regem, verum vt est pars huius nominis, nihil significat, si ab eo separetur.

Solutio tacita obiect.

D. *Quanquam autem ex instituto, &c.* Dissoluit Arist. tacitam quandam obiectionē, posset enim aliquis ita argu. Instrumenta facultatis naturalis sunt naturalia: sed oratio est instrumentum loquendi, & facultas loquendi est nobis à natura tributa, ergo oratio significabit à natura, & non ex hominum instituto. Cui respondet Arist. falsam esse assumptionem, quia instrumentum loquendi non est oratio, sed pulmo, guttur, palatum, dentes, & labia, at oratio & sermo opus quoddam est per hæc instrumenta confectum.

E. *Non tamen omnis enuntiat, &c.* In hac secunda parte cap. disputat Arist. de enuntiatione illi us statim diffinitionem tradens, quæ habet se in hunc modum. *Enuntiatio est oratio verum vel falsum significans.* Eam vt intelligamus adnotandum est orationes quasdam perfectas esse, & alias imperfectas. Perfectæ sunt quæ gignunt sensum perfectum cuiusmodi ce sentur quæ constant nominibus & verbis: imperfectæ vero dicuntur illæ, quæ constant solis nominibus, vt est hæc, homo albus: illæ namque non generant perfectum sensum Præterea orationes perfectæ, quædam significant verū, vel falsum, sicut hæc, homo est animal, atq; hæc altera, lapis est leo, quæ significat falsum: & huius generis esse debent omnes, & solæ enuntiationes, indicantis modi & temporis præsentis, alia vero sunt quæ neque verum, neque falsum significant, vt sunt enuntiationes aliorum modorum, vt imperandi, optandi, &c. Diffinitio igitur proposita est ad hunc modum intelligenda. In prima parte diximus enuntiationem esse orationem quæ particula habet locum generis, & est intelligenda de perfecta oratione. vt separemus enuntiationem ab imperfecta oratione, quæ non potest vlo modo vocari enuntiatio. Altera particula est, *significans verum vel falsum*, quæ non est intelligenda, ita vt eadem enuntiatio significet simul verum: & falsum, sed ita, vt vel eadem succedue: & secundum diuersa tempora verum, vel falsum designet; vel est referenda ad diuersas enuntiationes, ita vt vna illarum significet verum, & altera significet falsum, per quam particulam separatur enuntiatio, ab aliis orationibus perfectis aliorum modorum, vt sunt

Significat verum.

Explicatur propo. diffi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

orationes modi imperandi, vocandi, & aliæ, quia hæ cum non significent rem esse, vel non esse, non significabunt verum, neque falsum. At vero enuntiatio quæ est oratio perfecta, constans verbo indicantis modi, & temporis præsentis, declarat rem esse, vel non esse, & ita exprimet veritatem, vel falsitatem. Ad memoriam autem reuocandum est quod iam supra *q. 6ti sect. 6ni in præfat.* docebamus veritatem esse in rebus tanquam in causa, in intellectu secundum essentiam & in enuntiatione veluti in signo. Quare prætermissis orationibus aliorum modorum eo quod sint magis Rhetorum, vel Poetarum, quam Dialecticorum, agendum est hoc loco de enuntiatione quę spectat ad Dialecticum, in qua sola reperitur veritas, quam tanquam finem, & scopum sibi comparandam proponit Dialecticus. Tradende igitur erunt eiusmodi orationis diuisiones. *Prima* colligitur ex diffinitione proposita. Enuntiatio alia est vera, & alia falsa: vera est quæ significat rem esse sicuti est, vt hæc, homo est animal, falsa vero quæ significat rem aliter quam sit, sicut hæc, lapis est arbor. Animaduertit Arist. enuntiationem vt significet verum, vel falsum, præter subiectum, & attribut. quę sunt quædam nomina, constare debere, aut verbo indicantis modi, & temporis præsentis, vt est hæc, linea est quantitas, aut casu verbi, vt sunt tempus præteritum, aut futurum, vt hæc alia, excidium Troianum præteriit. Vnde colligendum erit diffinitionem (vt diffinitio v. g. hominis, animal nimirum particeps rationis gradiens bipes) esse quidem orationem, non tamen enuntiationem, quia neq; constat verbo, neque casu verbi. quæ tamen si illi addantur iam fiet enuntiatio, nam si ita dicamus, homo est animal particeps rationis, vel homo fuit animal particeps rationis, iam conficiemus enuntiationem. Adnotat tamen Arist. diffinitionẽ dici vnam orationem, eo quod vno spiritu, & continuo proferatur. Huius nihilominus rei explicatio ad alium superiorem artificem Metaphy. scilicet spectat.

1. Diui.

Observatio.

2. Observatio.

2. Diui.

F. *Vna autem enuntiatio est, &c.* Secunda diuisio est. Enuntiatio quædam est vna, & simplex, alia vero multiplex: vna est, quæ rem vnam significat, velut illa quæ constat vocibus synonymis, qualis iudicatur hæc, homo est animal, vel quæ constat partibus aliqua coniunctionis vocis, velut hæc enuntiatio, Petrus scribit, & Ioannes loquitur, quia partes huius enuntiationis, copulantur media coniunctione. Eodemq; modo enuntiatio multiplex, duplex est, quædam enim est multiplex, quia multa significat vt hæc, canis latrat, in qua vox illa, canis, est homonyma: vel quia partes illius nulla coniunctione copulantur, sicut hæc, Petrus currit, cælum mouetur.

G. *Ac nomen quidem & verbum, &c.* Satisfacit Arist. tacitæ cuidam obiectioni, poterat enim aliquis hoc pacto contra ipsum insurgere. Nomina, & verba, significant rem vnam: at nomina & verba non sunt enuntiationes: non ergo recte constitutũ est, enuntiationes quasdam esse quæ significant rem vnam. Hunc Arist. respon. alio modo enuntiationem significare quid vnũ, quam nomina ipsa, & verba: enuntiationes namq; significant aliquid vnum, aiendo, & negando, nomina vero & verba, significant vnam aliquam naturam, simpliciter absque affirmatione, & negatione.

Respon. obiect.

H. *Harum autem enuntiationum, &c.* Alia diuisio est. Enuntiationum quæ vnum significant, quædam sunt simplices, vel categoricæ, aliæ vero vocantur coniunctæ vel hypotheticæ, Categoricę sunt illæ quæ constant simplici subiecto, verbo, & attributo, vt est hæc enuntiatio, homo est animal: hypothetica vero vocatur illa quæ conflatur ex enuntiationibus categoricis, vt est hęc, si sol lucet, dies est, quæ componitur ex iis duabus, sol lucet, & dies est.

3. Diui.

I. *Affirmatio est enuntiatio, &c.* Vltima diuisio est. Enuntiatio quędam est aiens, & alia est negans. Aiens in qua aliquid alicui attribuimus, sitque quando in ea præcipuum verbum affirmatur, sicut hęc enuntiato, arbor est substantia: negans vero dicitur illa in qua præcipuum verbum negatur, sitque quando remouemus aliquid ab altero, vt hæc enuntiatio, arbor non est leo.

Vltima diuisio.

K. *Quando autem quod est, &c.* In vlti. parte huius cap. agit Arist. de contradictione quæ reperitur inter enuntiationes, prius tamen ostendit quatuor modis aliquid de altero posse enuntiari. Primo ita vt enuntiemus nõ esse q̃ est, vt si quis enuntiet hominem non esse animal qui est animal, secundo vt enuntiemus esse quod non est, vt si enuntiemus hominem esse lapidem, qui nõ est

Vltima par. cap.

Quot mo. q̃ num de aliq̃ enuntie.

est lapis: tertio ita vt enuntiemus esse quod est, vt si dicamus perdicem esse auem, quæ reuera est auis: quarto ita vt enuntiemus, non esse, quod non est, vt si enuntiemus leporem nõ esse piscem. Cum igitur his quatuor modis possit aliquid de altero dici, duo illi primi modi, constituunt falsas enuntiationes, falsum est enim in enuntiatio. non esse quod est, aut esse quod non est. Alio vero modi posteriores, constituunt veras enuntiationes. Verum namq; est esse id quod est, & non esse id quod non est. Ex quibus colligendum erit omni affirmationi, esse oppositam negationem eiusde subiecti & attributi, vt huic affirmationi, omnis homo est animal, opposita est hæc negatio, nullus homo est animal, & ita colligere licebit hanc diffinitionem contradictionis in enuntiationibus. Contradictio est affirmatio, & negatio, eiusdem subiecti, & attributi.

Vt aliqua enuntiatio oppo. requiritur Primo.

L. *Opponi autem contrario nomine, &c.* Adnotat tamen Arist. duas particulas esse necessarias vt aliquæ enuntiationes opponantur contradictorie. Prima est, vt constent eisdem subiectis, & attributis, ob cuius defectum hæ duæ, Petrus legit, leo non currit vel Petrus legit, & Petrus non sedet, contradicentes non erunt. duę namq; priores, differunt subiectis & attributis, duæ vero posteriores attributis distinguuntur: at vero hæ duæ, leo est substantia, leo non est substantia, sunt contradicentes, quia constant eisdem subiectis, & attributis. Aliud præterea requiritur ad hoc ipsum, vt nimirum, voces non sint homonymæ, vel vt subiectum, & attributum, in vtroque sit vox synonyma, & ita hæ duæ non erunt contradicentes, canis latrat, canis non latrat, quia subiectum vtriusque est vox homonyma, & ita vtraq; propositio est vera: nam aiens est intelligenda de cane domestico: negans vero de sydere cœlesti. Et aliæ nonnullæ particulæ collocandæ sunt (inquit Arist.) in diffinitione contradictionis propter molestas rationes Sophistarum, quas ipse hoc loco prætermittit.

Secundo.

Schola in cap. 4. de Oratione.

1. Observ.

A IN diffinitione orationis circa particulam illam, *Cuius pars separata aliquid significat* adnotat D. Tho. Arist. in singulari numero dixisse cuius pars, & non in plurali, cuius partes, quia non omnes partes orationis ab ea separatæ aliquid significant, sed quædam tantum. Etenim cum inter partes orationis, quædam per se aliquid significent, vt nomina, & verba, quæ communi nomine categoremmata appellantur, & aliæ per se nihil significent, sed tantum si cum prioribus cõiungantur, quæ syncategoremmata nuncupantur, vt sunt hæ voces, omnis, quidam, nullus, &c. Partes prioris generis, separatæ aliquid significãt, posterioris vero, nihil possunt significare, ac proinde vt exprimeret Arist. non omnes partes, sed aliquas separatas aliquid significare, vsus est nomine partis in numero singulari, plurali numero prætermisso.

2. Observ.

E. Illud etiam sciendum erit, ad hoc vt enuntiatio verum, vel falsum significet, cõstare debere verbo indicantis modi, & temporis præsentis. Vnde si aliæ quæ constant aliis modis indicent veritatem, vel falsitatem ex eo erit, quia regulantur per has quæ constant verbo indicantis modi, & temporis præsentis, velut hæc. hominem esse animal, vt vera censeatur regulanda est per hanc, homo est animal, quæ constat verbo indicantis modi. Vnde neque hæc proposita, neque reliquæ aliæ verbo infinito constantes orationes, & enuntiationis nomine ornandæ erunt absolute, cum ex se non significent aliquam veritatem, sed ea ratione dumtaxat, in quantum regulantur per alias enuntiationes constantes verbo indicantis modi, & temporis præsentis.

3. Observ.

L. Ad enuntiationes contradicentes præter has particulas propositas, alias inquit Arist. esse necessarias propter Sophistarum importunitatem, quas ipse hoc loco silentio inuoluit. Cæterum D. Thom. in comment. hæc quæ requiruntur explicat elegãter. Requiritur enim primo, vt non tantum sint circa idem subiectum, verumetiam circa eandem partem, vnde hæ duæ, Æthiops est candidus, Æthiops non est candidus, non sunt contradicentes, quia non sumuntur circa eandem partem subiecti, nam est ille candidus in dentibus, in cuti vero nequaquam. Requiritur secundo vt ambæ enuntiationes eodem modo vsurpentur vnde si vna sumpta fuerit secundum actum, & altera secundum potestatem, non erunt contradicentes, ac proinde hæ duæ, ouum est animal, ouum nõ est animal, non sunt contradicentes, quia in prima animal sumitur

Enun. contradicent.

Secun.

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundum potestatem, & in altera secundum actum, atq; ita vtraque est vera: nam verum est, ouum potestate esse animal, & verum est non esse animal actu. Requiri ut tertio vrad idem tempus, & locum referantur, vnde duæ hæ, hodie pluit, & heri non pluit, non sunt contradicentes: quia non sumuntur eodem tempore, neque rursum hæ duæ aliæ, in Italia grandinat in Hispania non grandinat, quia non sumuntur penes eundem locum: verum hæ, hodie pluit, & hodie non pluit, in Hispania grandinat, in Hispania non grandinat, erunt contradicentes: quia sumuntur respectu eiusdem temporis, & loci. Ex quibus omnibus possumus assignare hanc integram contradictionis diffinitionem *Contradictio est affirmatio, & negatio, eiusdem de eodem, secundum non homonym. secúdum eandem partem, eodem modo, eodem tempore, & eodem loco.* E quibus particulis si aliqua detracta fuerit, remanebit manca, & imperfecta diffinitio.

Tertium.

Integra diff. contradict.

Disputatio de Oratione vnica Sectione comprehensa.

Argvmentvm.

Post explicatam partium naturam, nominis videlicet, & verbi, proximum est, vt de toto composito, oratione scilicet, disputemus, vnica autem sectione disputationem distribuemus in qua quærimus primo:

Quæstio prima. Sintne vera quæ tradita sunt ab Arist. in hoc cap.

1. Argum. Sintne tamen vera quæ ab Arist. in hoc cap. enarrata fuerunt, æquum est imprimis vt perpendamus: etenim illa his argumentis poterunt labefactari. 1 In oratione continentur plures voces, non igitur recte progressus est Arist. diffiniens in numero singulari orationem esse vocem. 2 Adnectis secundam particulam eiusdem diffinitionis. Instrumentum facultatis naturalis debet esse naturale, at vt oratio est instrumentum facultatis loquendi, quæ procul dubio est naturalis, ergo oratio significabit à natura & non ex hominum instituto. Iam hinc argumentum respondit Arist in textu docens orationem non esse instrumentum facultatis naturalis, seu opus dumtaxat ab ea confectum: nihilominus hanc adhibiram solutionem vrgent Numenius, aliiq. nonnulli Platonici labefactare. Imprimis hoc pacto. Opus confectum ab instrumentis naturalibus est naturale: at oratio est opus confectum a lingua, dentibus, & aliis instrumentis naturalibus erit igitur oratio opus naturale, & ita non significabit ex hominum instituto. *Deinde.* Orator est instrumentum intellectus, exprimit enim ea quæ in intellectu continentur: at intellectus est facultas à natura tributa, ergo non recte

1. Argum.

2. Argum.

3. Argum. diffiteretur Arist orationem esse instrumentum facultatis naturalis. 3 Illa est vitiosa diffinitio quæ non competit omni diffinito: at diffinitio orationis opposita non competit enuntiationi mentis, nam enuntiatio est vox significans. at vero intra mentem nulla est vox: ergo diffinitio enuntiationis non erit accommodata. 4 Illa diffinitio est vitiosa quę traditur per contraria, quia diffinitio prædicatur de re diffinita, at duo cõtraria nequeunt de eodem simul prædicari: sed diffinitio enuntiationis est tradita per contraria, scilicet per verum & falsum: ergo diffinitio enuntiationis erit vitiosa. 5 Hæc enuntiatio scripta in pariete quæ sic se habet. *Hæc enuntiatio est falsa*, est legitima enuntiatio: sed illa neque significat verum, neque falsum, ergo non est optime diffinita enuntiatio oratio significans verum vel falsum. Confirmatur assumptio. Imprimis non significat verum, nam ipsamet indicat se significare falsum: deinde neque exprimit falsum, quia illa propositio quæ significat rem esse sicuti est, non significat falsum, igitur cum hęc significet se esse falsum, & ita reuera sit, quod est falsa, hæc propositio non significabit falsum. 6 Arist. *1 lib. de posteriori analyse cap. 2.* constituit diffinitionem,

3. Argum.

4. Argum.

5. Argum.

6. Argum.

nem esse propositionem immediatam, ergo nõ recte diffitetur in hoc cap. diffinitionem esse enuntiationem vel propositionem.

Ad Argum. His tamen nihil impedientibus, quæ ab Arist. in cap. isto proposita fuerunt, & ipsius auctoritate, & omnium Dialecticorum consensu, confirmamus. Ad argumenta vero proposita sigillatim ita satisfacimus. Ad 1. respond. Suesanus orationem ratione materiæ non esse vnam, sed multiplicem, quia materia eius sunt voces, quæ quidem plures sunt in vna oratione: at ratione formæ quæ est verbum, & copula, erit, & dicetur oratio vna, quia in qualibet oratione debet esse aliquod verbum, quod formæ locum obtineat, vnam partem eius cum altera connectendo. Nos tamen respond possumus Arist. in hac diffinitione, neque vnam, neque multiplicem, sed solam vocem in communi, quæ est materia, & subiectum orationis intellexisse, ita vt sensus sit, oratio est vox significans, id est, materia in qua oratio reperitur, est vox, siue vna, siue multiplex fuerit hoc enim accidit materiæ in qua oratio reperitur. Ad 1.

Ad 1. argu. solutio Suesani.

Solutio nostra.

Ad 2. non est quod aliam præter traditam ab Arist. in textu solutionem adhibeamur, oportet tamen quod vtrique eius confutationi occurramus. Ad 1. igitur earum distingu mus propositionem, quia vel loqu mur de opere secundum rem, vel secundum modum, primo modo admitti mus propsitionem, quæ quidem hunc sensum reddit, opus confectum à facultate naturali, est res quædam naturalis: quod si secundo modo de eodem agamus, nimirum secundum modum, eandem negamus, quia opus confectum à facultate naturali, aliquando habet modum ab arte constitutum, velut motus deorsum tripodæ, secundum substantiam est certe à natura tripodæ, quæ est corpus graue, modus autem illius quo fit, vt velocius, vel tardius descendat, est ab arte, proueniet enim ille a figura quæ est opus ab arte confectum. Pari igitur ratione, ratio secundum substantiam, opus est productum à natura, at secundum modum, qui in ipsis vocibus, est significatio, tantum obtinet esse ex hominum instituto. Ad 2. aimus Arist. non esse loquutum de omni facultate naturali, quum doceat orationem non esse instrumentum facultatis naturalis, sed de illa sola, quæ est vnita corporeo instrumento, qualis iudicari debet facultas loquendi, quæ ipsi linguæ est coniuncta: intellectus autem non est facultas instrumento corporeo adhærens, vnde optime poterit oratio esse eius instrumentum. Ad 3. negamus assumptionem ad cuius confirma. dicimus enuntiationem mentis esse legitimam orationem, cuius ratio est quia oratio in communi non est vox sed signum, at signum etiam intramentem reperitur Arist. autem diffiniens orationem per vocem, non quamlibet, sed eam solum diffiniuit quæ in ore versatur. Ad 4. distinguimus propositionem, nam intelligi illa debet, vel de contrariis coniunctim, vel de eisdem diuisim, est certe illa primo modo vera, & admittenda, nequeunt enim duo contraria eidem simul conuenire, falsa autem secundo modo sumpta adesse namque, & abesse, sunt contraria quæ accidenti diuisim competunt, accidens enim quod nunc adest, postmodum abesse potest. Verum igitur, & falsum, nequaquam adpraantur enuntiationi coniunctim, sed diuisim dumtaxat: nam vel illa enuntiatio quæ vera est, falsa esse non potest. vel si potest, vera, & falsa, simul nequaquam erit, sed successiue, ita vt in vno tempore sit vera, & in alio falsa. Ad 5. dicimus propositionem assignatam esse falsam, id quod ab ipsamet aperte indicatur. Ad confirmationem vero distinguimus antecedens, potest enim intelligi aut in propositionibus absolutis, qualis est hæc, homo est animal aut in reflexiuis (vt aiunt) quæ super veritatem vel falsitatem suam reflectuntur, est quidem antecedens istud verum de prioribus illis propositionibus, absolutis nimirum, falsum vero de reflexiuis, quia autem hæc propositio est reflexiua reflectitur enim supra suam falsitate (te enim falsam esse declarat) propterea erit illa haud dubie falsa. Ad 6. respond diffinitionem sumi posse, aut per se aut cum re diffinita, ea ratione qua prædicatur de illa. si per se sumatur diffinitio, non est enuntiatio, bene tamen si sumatur cum re diffinita. Arist igitur in hoc loco loquutus est primo modo de diffinitione, at 1. lib. de demonstra. egit de eadem secundo alterato modo.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

Ad 5.

Ad 6.

Rogat itramen aliquis quare cum enuntiatio non minus constet nominibus quam verbis, docuerit Arist. in textu omnem enuntiationem constare vel verbo, vel casu verbi, nullam autem mentionem esse. erit

Interrogatio.

senten

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsius nominis. Respond cum D. Tho. hanc sententiam Arist. intelligendam esse ex eius instituto. Instituerat quidem ille diuidere enuntiationem in categoricam, & hypotheticam, scilicet in simplicem, & compositam, ne ergo suspicaretur aliquis enuntiationem esse simplicem ex eo, quia non constat aliquibus partibus, proinde subiungit omnem enuntiationem constare verbo, aut casu verbi, & cum verbum sit nota quædã quam sine extremis intelligere non possumus (vt in cap superiori docuimus) propterea omnis enuntiatio, etiam simplex, constabit subiecto, & attributo, vocabiturque simplex, non quia excludat huiusmodi partes, sed quia non conflatur ex aliis propositionibus.

Altera Interr. Quæret etiam forte quispiam ob quam causam diffinitio vna esse dicatur, hoc enim indiscussum prætermittit Arist. qui solum inquit non ex eo esse ipsam vnam, quia vno spiritu proferatur, causam tamen quare sit vna non declarat. Theophrastus *in libell. de affirmat. & negat.* existimat diffinitionem esse vnam ab vnitate rei diffinitæ, quia scilicet res diffinita est vna, sicut hæc definitio hominis, animal particeps rationis, est vna, quia homo qui diffinitur, est res vna. *Opin.* Ammonius vero hanc aliam assignat rationem, quia scilicet diffinitio est ex duabus partibus composita, quarum vna obtinet locum actus, cuiusmodi est differentia, & altera locum potentiæ sicuti est genus: & quia ex actu, & potentia fit vnum per se, ob hanc causam diffinitio (inquit ille) est vna per se. Possumus tamen ipsi in hunc modum respond. diffinitionem sumi posse, vel pro oratione significante rei naturam, vel pro ipsa natura significata: si primo modo loquamur, diffinitio erit vna, quia res diffinita est vna. Confirmatur: Vnitas instrumenti peti debet ab vnitate rei ad quam explicandam est institutum: sed diffinitio est instrumentum explicandi rem diffinitam, ergo diffinitio erit vna, quia res diffinita est quoque vna. Si vero agamus de diffinitione altero modo erit illa vna, quia habet partes quarum vna habet locum actus, altera vero locum potentiæ: ita enim docet Arist. 8 Metaphys. cap. vlt. vbi disputans quare diffinitio sit vna (nomine diffinitionis intelligens naturam significatam per illam) ex eo eam ait esse vnam, quia ea coalescit ex duabus partibus quarum vna habet locum potentiæ, altera vero locum actus, ex quibus duobus vnum & ens per se constituitur.

QVÆSTIO II.

An enuntiatio sit ens rei.

PArtem negantem ita ostendo. 1. nomina, verba, & propositiones, sunt nomina secundæ notionis: at notio secunda est ens rationis, ergo propositio mentis erit etiam ens rationis. 2. Subiectum & attributum sunt entia rationis: at propositio mentis constituitur ex subiecto & attributo, ergo propositio mentis erit ens rationis. *1. Argum.* *2. Argum.*

Cum triplex sit enuntiatio, vna mentis, alia oris, & alia scripta, sit prima conclusio. Enuntiatio oris, & scripta sunt entia rationis secundum essentiam Confirmatur. Tota essentia orationis est significare verum, vel falsum: sed tamen in enuntiatione oris, quam scripta, hæc significatio est ens rationis, nam illa habet esse, & consequitur hominum impositionem, quę est ens rationis, vt diximus in superioribus, ergo oratio scripta, & oris, erunt entia rationis secundum essentiam. *1. Conclus.*

2. *Conel.* Enuntiatio mentis secundum essentiam est ens rei. Confirmatur his argu. aduersus quosdam dialecticos contrarium opinantes. *Primum est.* Tota enuntiationis essentia, est significare verum, vel falsum: sed in enuntiatione mentis, hæc significatio non est ens rationis, ergo enuntiatio mentis, non erit ens rationis. Confirmatur assumptio. Significatio quæ habet ortum à natura, non est significatio rationis, sed rei, vel naturalis: sed significatio propositionis mentalis habet ortũ à natura quia conceptus mentis (ex quibus componitur propositio mentalis) significant naturaliter, cum significent idem apud omnes, vt docuit Arist. in præfatiuncula, ergo significatio propositionis mentalis erit a natura. *2. Conclus.* *1. Argum.*

Secundum. Illud quod fit per se, directe, & primo ab ente rei, est ens rei, vt docuimus agentes de rebus vniuersis: sed enuntiatio mentis fit primo, & per se, ab intellectu, in secunda eius operatione, quæ est compositio, & diuisio, ergo enuntiatio mentis erit ens rei. *2. Argum.*

Ad 1. argum. respon. distinguendo propositionem quia vel loquimur de propositione mentis, vel de propositione scripta, & oris: *Ad 1. argu.*

oris: de propositione quidem mentis falsa illa est, nam hoc nomen propositio, vt significat propositionem mentis non est nomen secundæ notionis, sed primæ: at vero si loquamur de enuntiatione scripta, vel oris, vera illa est, & concedenda Ad 2. aimus, subiectum & attributum secundum essentiam, & formaliter esse entia rationis subiectum vero & attributum denominatiue nõ esse entia rationis, sed rei: & ita propositio quæ est intra mentem, denominatur in suis partibus, materia, subiectum, vel attributum, nequaquam tamen est illi⁹ subiectum vel attributum secundum essentiam, sed ens rei, quia illius essentia est significare, quę quidem significatio, ex sua natura propositioni mentis adaptatur. *Ad 2.*

QVÆSTIO III.

An enuntiatio sit simplex qualitas mentis necne?

DIfficilis sane ad explicandum quæstio eam tamen facile, & perspicue (pro nostra tenuitate) conabimur explicare. Et quidem enũtiationem esse compositam quandam qualitatem confirmatur. 1. Propositio ad secundam operationem intellectus spectat, in illa siquidem veritas, & falsitas reperitur, quæ tantum in secunda operatione locum habent, vt Arist. in præfatione lib huius testatur: sed secunda operatio intellectus non est simplex, sed composita, ergo propositio etiam erit qualitas composita. Minor propositio ex eo colligi poterit, quia functiones huius secundæ operationis intellect⁹ sunt compositio, & diuisio, quod sane haud leuiter indicat, hãc operationem intellectus esse compositam. Confirmari; potest argum. ex D. Tho. 1 *p. q. 58. art. 4. ad 1.* vbi inquit, compositionem intellectus cõstitui ex variis conceptibus, ex quib vnum alteri attribuitur, vel ab altero remouetur. Verba illius sunt. *Ad primum ergo dicendum quod non quodcunque multitudo intellectuum compositionem causat, sed multitudo illorum intellectuum, quorum vnum attribuitur alteri, vel remouetur ab altero.* Quare cum propositio sit quædam compositio intellectus, erit ex multis conceptibus constituta: at quod ex multis conceptibus constat, non est simplex qualitas: neq; igitur propositio simplex qualitas erit. 2. Eo ordine quo voces exterius prolatas audimus, ita intra mentem generamus conceptus: sed sigillatim & seorsum audimus subiectum, & attributum enuntiationis, ergo seorsum diuersos conceptus de his intra mentem producemus: at vbi sunt diuersi conceptus, ibi est compositio, ergo enuntiatio erit qualitas composita, & non simplex. *1. Argum.* *2. Argum.*

3. Si apprehensio huius propositionis (v. g.) homo non est non homo, est vna simplex qualitas intra mentem, ergo vna simplex qualitas contradictoria poterit repræsentare, nam conceptus repræsentat totam enuntiationem, quare cum illa ex vocibus contradicentibus confletur, nimirum homine, & non homine repræsentabit contradictoria. *Præterea.* Si apprehensio huius, homo est candidus esset simplex qualitas, fieret in mente dari æquiuocationem, quod omnes dialectici diffitentur, quod sequatur ita confirmo. Concepti⁹ ille simplex repræsentaret hominem, & candorem, at homini, & candori, tantum potest esse aliquid secundũ homo, nimiam, vel analogiam commune est enim homo substantia, candor vero accidens, ergo si apprehensio huius propositionis esset simplex qualitas daretur intra mentem homonymia, vel æquiuocatio. *3. Argum.* *4. Argum.*

In intellectu inter alias duæ sunt constituendæ actiones, vna quæ est apprehensio, & altera quæ iudicium nuncupatur. Apprehensio est simplex quidam mentis intuitus, quo in rem aliquam cognoscendam fertur, iudicium vero est actio qua rem esse sicuti est, & non esse sicuti non est, proferimus. Iam in propositionibus duplex est apprehensio, vna singularum partium, quando sigillatim, & seorsum proferuntur, & altera totius propositionis: etenim postquã singulas illius apprehendit intellectus, sequitur in illo alia apprehensio qua totam propositionem sub ratione totius apprehendit, nam quando apprehendit singulas partes, nondum apprehendit totum ipsum sub ratione totius, quare necessaria est alia secunda apprehensio, qua totum sub ratione totius apprehendat. *1. Obseru.* *2. Obseruat.*

Sit iam 1. *Conclus.* Iudicium quo intellectus iudicat propositionem prolatam esse veram, vel falsam est simplex mentis qualitas. Hanc nullus est qui diffitetur, est enim apertissima, cum vnica actione intellectus experiamur nos proferre iudicium de veritate, aut falsitate propositionum. *1. Argum.* *1. Conclus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Concluſ. 2. *Concl.* Apprehensio, qua singulas partes propositionis sigillatim, & seorsum apprehendimus, est composita mentis qualitas, & non simplex conceptus. Hæc etiam est notissima quia ita apprehendimus vt audimus subiectum, & attributum propositionis, quare diuersos intra mentem harum partium conceptus apprehensiuos producemus.

3. Concluſ. 3. *Concl.* Altera apprehensio qua totam ipsam propositionem veram esse apprehendimus, est simplex qualitas, & vnica actio intellectus. Hanc profitemur cum Soncinate *4. meta. q. 32. Ferrari. 1. c. Gent. cap. 55. M. Soto 2. lib. summul. a. cap. 5. Toleto 3 de anima q. 15. & quam non obscure indicare videtur & sue est D. Tho. 1. p. q. 12. art. 9. ad 2.* vbi inquit intellectum ex conceptis prius rationibus generis & differentiæ, efformare deinde vnum conceptum simplicem speciei: quemadmodum vis imaginandi, ex præcognitis speciebus montis, & auri efformat deinde speciem quandam montis aurei. Vnde ex D. Tho intellectus præter conceptus subiecti, & attributi propositionis in se deinde produceret conceptum quendam simplicem totam enuntiationem repræsentantem. Confirmatur itaq; concl. Potétię sensitiuæ vnico actu apprehendunt subiectum & attributum, sub ratione totius, vt visus (quando homo currit) vnico actu apprehendit ipsum hominẽ, & cursum, qui de illo dicitur: ergo & intellectus vnico actu apprehendet subiectum & attributum propositionis sub ratione totius. *Deinde.* Si pluribus actibus, & cõceptibus, propositionem sub ratione totius apprehenderet, hanc propositionem, homo est homo, quoque apprehenderet diuersis conceptibus, & actibus, vnde fieret, vt duo accidentia solo numero distincta essent in eodem subiecto, nimirum duo conceptus hominis, vnus eius vt est subiectum, & alter vt est attributum quod certe repugnat plaeitis Philosophorum. *Iam.* Propositio sub ratione totius, significat quandam compositionem inter subiectum & attributum interuenientem: sed hanc compositionẽ non significant conceptus singulatum partium, vt in hac propositione, homo est animal, conceptus hominis, non significat compositionem inter se, & animal neque è contra conceptus animalis compositionem inter se, & hominem: ergo præter conceptus singularum partium erit aliquis vnus conce-

Explicatur exemplo. ptus simplex, & apprehensiuus constituendus. Et confirmatur quia hæc propositio sub ratione totius, vna est, ergo debet ab vno aliquo, & simpliciter conceptu repræsentari. Explicaturq; res hæc exemplo satis facili de domo, cuius partes si per se, & seorsum apprehenduntur variis illarum conceptibus apprehenduntur, si tamen omnes illæ in ratione vnius totius domus contemplentur, eodem actu simplici, & conceptu vnico, apprehenduntur. Ita etiam in enuntiatione, si illius partes per se, & seorsum cõsiderentur, diuersis actionibus, & conceptibus intelligentur: si tamen ad vnam, & eandem actionem quam componunt referantur, vnico ac eodem conceptu, totius nimirum propositionis apprehendentur.

1. Argum. Igitur ad argu. ad 1. respon primam, & secundam operationem intellectus, non distingui ex eo quia in prima sit vnicus tantum conceptus, & in se unda plures, potest enim è contra euenire, vt scilicet in prima sint plures, & vnicus in secunda: nam iudicium actus est secundæ operationis, quod tamen sit vnico simplici actu, & apprehensio qua apprehendimus hominem esse candidum, risibilem, & bipedem, est actus primæ operationis, in quo plures actiones, & conceptus reperiuntur. Differunt igitur hæ operationes, qa prima siue fuerit simplex, siue multi, lex apprehensio, significat rem simpliciter, & absolute, & non vnam, cum altera componendo: secunda vero, quamuis sit simplex mentis conceptio, res ipsas significat, per compositionẽ, & diuisionem, vel vnũ cum altero componendo, vel aliud ab altero diuidendo. Itaq; secunda operatio intellectus, in se simplex qualitas est, ratione tamen rei significatæ, est composita, quia nimirũ compositionem subiecti cum attributo repræsentat, qua ratione enuntiatio mentalis, erit etiam composita respectu rei significatæ, quamuis in se sit simplex, & indiuisa: & hoc eodem modo intelligi debet D. Tho. in authorit proposita quando inquit esse rem compositam, ex variis conceptionibus intellectus, hoc si quidem intelligi debet non ratione sui, sed ratione rei repræsentatæ. Ad 2. respond admittentes quando sigillatim, & seorsum apprehendimus subiectum, & attributum, nos intra mentem generare diuersos conceptus apprehensiuos, hoc enim tã in secunda concl. docuimus: quod enim diffitemur tantum

Diſſer. inter 1. & 2. opera. intellectus.

Ad 2.

est,

est, apprehensionem totius propositionis (& non singularum partium) esse compositam qualitatem.

Ad 3. *Ad* 3. respon nullem esse incommodum asserere, eundem conceptum apprehensiuum diuersas & contrarias naturas (vt hominẽ, & non hominem) repræsentare: nam eadem actione videndi apprehendimus interdum candorem, & atrorem, quæ sunt contrariæ qualitates. Et certe cum iudicium quo decernimus, hominem non esse non hominem, has duas voces contradicentes repræsentet (quod esse simplicem qualitatem nullus dubitat) quid mirum si vnica simplici apprehensione, has eadem voces contradicentes, naturaq; repræsentatas intelligamus? *Ad* 4. negamus sequelam, quia æquiuocatio, vel homonymia, tunc est vtra mentem admittenda quando concep. vnus, & simplex, repræsentat plura vt plura sunt (si tamen hoc fieri potest) non autem quando repræsentat plura sub ratione vnius, qua ratione conceptus ille simplex, qui repręsentat hominem esse candidum, refert hominem, & candorem, non quidem vt habent inter se distinctas naturas, sed ea ratione qua ad eandem enuntiationem conficiendam conspirant: vnde non sequetur dari homonymiam seu æquiuocationem intra mentem.

Ad 4.

QVÆSTIO IV.

An enuntiatio sit genus ad aientem, & negantem.

PRæterea quærimus num enuntiatio sit genus ad aientem, & negantem necne? Etenim non esse hæc argumenta ostẽdunt

1. Argum. 1. Enuntiatio aiens, est prior negante, vt Arist. *in hoc cap.* profitetur, & etiam *lib. 1 poster. cap. 2.* at quod participatur ab inferioribus secundum prius & posterius, neque genus est, neq; quid synonymum ad illa: non igitur enuntiatio genus erit ad aientem, & negantem.

2. Argum. 2 Enuntiationem esse aientem & negantem, solum sunt qualitates quædam enuntiationis, quia enuntiatio secundum essentiã diuiditur in veram & falsam secundum quãtitatem in vniuersam, & singularem, & secundum qualitatem, in affirmantem, & negantem: diuisio igitur enuntiationis in aientem, & negantem, maxime erit generis in species, sed subiecti tantum in accidentia.

Opin. Aſpaſii. Alexan. & alio rum. Quidam ex veteribus vt Aspasius, Alexander Aphrodisæus, Franciscus Buttana *in commentar. in cap. 1. de prim. prior* & Philoponus *in comment 2. cap. lib 1 poster.* in ea sunt opinione vt existiment, enuntiationem non esse genus ad aientem & negantem, sed esse quandam naturam analogam, quę prius de aiente, quam de negante dicatur. 2. opinio est M. Soto *2. lib. summ. dial. cap. 8* existimantis illam non esse genus, sed materiam, ac proinde esse hanc diuisionem subiecti in accidentia, enuntiatio enim quæ est res diuisa, est subiectum esse vero aientem, vel negantem, quędam sunt illius accidentia; tamen opinio, & multo verior, est D. Thomę, Ammonij Boetij concil. Louaniensis, Suesani, Lemosij, Toleti, & aliorum præcipue recentiorum, qui ea sent (in commenta. huius cap.) enuntiationem esse verum, ac legitimum genus, ad aientem nimirum, & negantem. Nos tamen quæst. istam his assertionibus diffiuimus.

2. opinio M. Soto.

3. Argum. D. Thomæ Ammonij, &c.

Prima. Enuntiatio aiens prior est negante, idque ob tres rationes a D. Tho propositas. 1. quia affirmatio est simplicior negatione, cum negatio componatur ex voce aiente, & particula nõ, vt non homo componitur ex homine, & hac voce non: at illa quæ sunt simpliciora, priora sunt compositioribus. 2. quia affirmatio, est compositio subiecti cum attributo, negatio autem, est dissolutio vtriusque, siue attributi a subiecto diuisio: quia vero compositio, prior est dissolutione, & diuisione, ideo enuntiatio aiens prior etiam erit propositione negante. 3 Quia aiens significat esse negans vero non esse, & quia esse est prius non esse, aiens quoque erit prior negante

1 Concluſ.

1. Oratio.

Secunda.

Tertia.

2. Concl. Enuntiatio ad aientem, & negantem, verum est ac legitimum genus. Illa his argumentis demonstramus. Natura ita quæ ex æquo dicitur de suis inferioribus specie diuersis & in quid proculdubio est generica: at enuntiatio dicitur de aiẽte, & negante, quę differunt specie, in quid, & ex æquo: enuntiatio igitur erit verum genus aientis, & negantis. Confirmatio alluminatio. In primis enuntiationẽ prædicari de illis in quid, ipsaque enuntiationes specie differre, nulli est dubium. at enuntiationem ex æquo prędicari de illis (quod negat Alexander) hoc pacto confirmo. Enuntiatio negans ita significat veritatem, sicut affirmans, neque ex eo illam significare dicitur, quia enuntiatio aiens significet prius veritatem, velut hæc enuntiatio negans, homo non est leo, non ex eo est vera, quia hæc altera, homo est animal (quæ est affirmans) est vera,

Confir.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt namq; hæ veritates independentes, & multum diuersæ: ergo enuntiatio ex æquo dicitur de aiente, & negante. Vnde colligimus hanc diuisionem enuntiationis in aientem, & negantem esse generis in species.

3 Conclus. Hæc diuisio non est subiecti in accidentia. Proponimus illam aduersus M Soto. Et certe, ex superiori illa sequitur apertissime: etenim si res diuisa est genus membrorum diuidentium, nulla ratione poterit esse diuisio subiecti in accidentia. Iam in diuisione subiecti in accidentia, res diuisa non dicitur secundum essentiam de membris diuidentibus: nam corpus quod est diuisum in candidum, & atrum neque de candido, neque de atro, dicitur secundum essentiam: at enuntiatio secundum essentiam dicitur tam de aiente, quam de negante: quare non poterit diuidi in hæc duo membra, diuisione subiecti, in accidentia.

Argumenta demum sunt dissoluenda. Ad 1. amus species alicuius generis sumi posse, vel vt conferuntur inter se vel vt diuidut genus superius: 1. modo, nihil prohibet vnã esse priorem altera. 2. autem modo omnes illæ sunt simul, diuiduntq; ex æquo genus, vt Arist. docuerat *in Postcategoriis cap. de simul.* Si igitur enuntiatio aiens cum negante conferatur, est ea prior, at si comparetur enuntiatione quam diuidit haudquaquam est illa prior, ex æquo enim enuntiatio aiens & negans enuntiationem in communi diuidunt. Ad 2. dicimus, qualitatẽ, quandam esse essentialem, vt sunt omnes differentiæ maxime propriæ, & alias esse accidentariam, veluti omnia quæ in catego. qualitatis continentur: vnde diuisio accidentaria, est subiecti in qualitatem secundo modo non autem in qualitatem primo modo. Atque ita cum affirmatio, & negatio, sint quædam differentiæ essentiales enuntiationis, diuisio illius in aientem, & negantem non erit accidentaria, sed generis in species, per nomina differentiarum propositas.

QVÆSTIO V.

An enuntiatio sit genus ad categoricam & hypotheticam necne?

Est etiam dubitatio num ad categoricam, & hypotheticam sit enũtiatio ipsa genus necne? esse namque his duobus argumentis confirmari potest. 1. Essentia propositionis est significare veritatem, vel falsitatem: at hoc competit ex æquo hypotheticæ enuntiationi, sicut & categoricæ, ergo propositio erit genus ad categoricam & hypotheticam. Cõfirmatur assumptio. Quemadmodum propositio categorica significat veritatem, ita etiam & illam exprimit hypothetica, ergo significare veri, vel falsum comperit vtrique ex æquo. 2. Nomen prædicatur synonyme de simplici, & composito, ergo & enuntiatio etiam, synonyme dicetur, & vt genus de simplici, & composita, eadem enim videtur esse vtriusque ratio.

His argum. commoueri potuerunt M Sotus, & Thomas à Mercado (hic *in argum. efficiũ contra 2. lib. suarum Summul.* ille autem 2. *etiam lib. summula. cap.* vt existimarent enuntiationem in communi esse verum ac legitimum genus, ad categoricam & hypoteticam. Nos tamen arbitramur illam non esse genus, sed esse naturam analogam ad hæc duo enuntiationis genera, quæ opinio absque dubio est D. Thom *in præf. huius operis & lectio. 12. huius lib.* vbi docet enuntiationem hypoteticam non significare absolutam veritatem, sed hoc deberi soli categoricæ, est etiam & Boetij, Ammonij, Toleti, ac Suesani qui docent enuntiationem prius dici de categorica, quam de hypothetica, quod si dicatur prius, non potest esse genus, eo quod genus non prædicatur per prius & posterius, quam opinionem hac vnica conclusione explicamus.

Enuntiatio minime est genus ad categoricam, & hypotheticam. Confirmatur ista his argum. 1. Illud quod prædicatur per prius, & posterius de suis inferioribus non est genus; at enuntiatio prædicatur prius de categorica, quam de hypotetica, potest namque categorica enuntiatio esse absque eo quod detur simul hypothetica enuntiatio: nullo autem pacto hypothetica constare potest absque categorica: illud vero est prius quod absque alio esse potest, & non e conuerso: enuntiatio igitur minime erit genus ad categoricam, & hypoteticam. 2. Veritas non dicitur synonyme de veritate simplici, & secundum quid: at enuntiatio categorica significat veritatem simpliciter, hypothetica autem secundum quid & ex hypothesi, ergo cum propositio significet veritatem, vel falsitatem, nulla ratione prædicabitur synonyme, neque erit genus, ad categoricam & hypoteticam. 3. Vna species

Ad 1. Argu.
Ad 2.
1. Argum.
2. Argum.
1. Opin. M. Sot.
Conclus. 1. Argum.
1. Argum.
3. Argum.

cies secundum formam, nequit componi ex altera: sed propositio categorica componit hypotheticam secundum formam, igitur propositio categorica, & hypothetica, non erunt species eiusdem generis. Cõfirmatur assump. Forma propositionis, & essentia, est significare veritatem, vel falsitatem: sed propositio categorica, vt significat veritatem, vel falsitatem, componit hypotheticam, ergo propositio categorica constituit hypotheticam secundum formam.

Ad 1. argu. Dissoluamus iam argu. *Ad* 1. negamus assumptionem, significare namque veritatem absolute, & prius, competit categoricæ, quam hypotheticæ, vt docuimus, & non ex æquo vtrique. Ad 2. Dicimus esse disparem rationem, nomen enim compositum (vt equiferus) non componitur ex nominibus, qua nomina sunt, sed vel sunt syllabæ, vel dictiones: at hypothetica enuntiatio, componitur ex categoricis, qua sunt enuntiationes. Atq. ita diuersa est vtriusque ratio, nam hypothetica enuntiatio, habet partes significantes veritatem absolute: nomina autem composita, carent partibus aliquid per se significantibus.

Ad 2.

QVÆSTIO VI.

An vna enuntiatio sit altera verior necne?

Opinio quã sequitur Holcot.

MAg. Sotus 2. *lib. summul. cap.* 5. docet extitisse quosdam arbitrantes omnes enuntiationes esse ex æquo veras, neque vnam altera veriorem existere. Sequitur hanc opinionem Holchot 1. *lib. senten. q.* 1. *in fine.* Ipse tamen M. Sotus existimat non omnes propositiones ex æquo veras esse, sed alias alijs veriores interdum inueniri. Hanc tanquam veriorem his argumentis confir. 1. Ex communi modo loquendi hautimus, cum enim volumus propositionem aliquam confirmare esse veram, ita dicimus, ita est hoc verum sicut hoc aliud, Deus est veritas, in quo loquendi vsu, aperte certe inuimus, hanc veritatem, Deus est, esse primam, & alias veritates minores esse illa. Præterea veritates in rebus diuinis, vt Deum esse majores sunt, quam veritates in rebus creatis, vt cœlum esse, vel hominem esse: igitur veritas non dicitur ex æquo de omnibus enuntiationibus. *Ad hæc.* In demonstrationibus præmissæ sunt veræ, itidemque & conclu. atqui præmissę veriores sunt conclusione: erit igitur vna enuntiatio verior altera. Confirmatur assumptio. Propter vnumquodque tale, & illud magis debet esse tale, at conclusiones sunt veræ propter præmissas, veriores ergo erunt præmissæ. *Demum.* Veritas consequitur entitatem, cum sit eius proprietas: at maior est entitas in quibusdam, quam in aliis, vt in rebus increatis, quam in creatis: & in rebus necessariis quam in contingentibus, seu probabilibus: veritas ergo significata per enuntiationem, maior erit in vno quam in altero.

1. Argu.

Obijciet tamen aliquis. Veritas sita est in indiuisibili, significat namque rem esse, sicuti est, nam si aliter quam sit illam significet est falsa, sed indiuisib le non recipit magis, & minus, vna igitur enuntiatio non erit altera verior. Respon. nihilominus propositionem esse falsam, quamuis enim propositio vtra sit illa quę significat rem esse sicuti est: tamen quia potest significare rem esse sicut est, aut propter maiorem entitatem quam habet, aut ob alias plures causas, quæ enuntiationem vnam altera veriorem efficiunt, propterea enuntiatio vna erit verior altera, quamuis omnes significent rem esse sicuti est.

2. Argum.

Soluitur.

QVÆSTIO VII.

Quodnam sit diffinitum in diffinitione orationis.

AGunt præterea Dialectici de diffinito orationis, sitne illud oratio in communi, vel sola perfecta: nam solam orationem perfectam esse hoc loco diffinitã hoc pacto potest in primis ostendi. Illa oratio est in proposita diffinitione diffinita quę est genus enuntiationis: at sola oratio perfecta est eius genus: sola igitur oratio perfecta erit per hanc diffinitionem explicata. Hypotheticam deinde orationem minime hic definitam esse hoc alio argu. potest demonstrari iuxta Porphy. Oratio hypothetica constat partibus quæ separatæ significant aliquid, vt affirmationes, & negationes: at huius diffinitionis diffinitum huiusmodi partibus caret: nequaquam igitur oratio hypothetica censebitur critque huius diffinitionis diffinitum.

3. Argu.

Quidam ex veteribus vt Philopo. Syria & B. Alb. Mag. *cap. 1. de enuntia.* existimant

4. Argu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. Opi.

3 Opi. D. Tho.

1. Cano.

1. Argu.

diffinitum propositæ diffinitionis esse solam orationem perfectam, imperfectam vero nomine in ea explicari. Alii vero vt Aspasius & Porphy. arbitrantur solam orationem categoricam, esse hac diffinitione comprehensam, nec hypotheticam in eadem vllo modo declaratam fuisse voluntate D. Tho. autem Ammoni. Boeti. ac pleriq; alij censent omnem orationem tam perfectam, quam imperfectam, tam categoricam, quam hypotheticam esse in proposita diffinitione diffinitam. Quam opinionem putamus veriorem, ac proinde in illius explicationem, hanc subijcimus assertionem.

Omnis oratio tam perfecta, quam imperfecta, tam categorica, quam hypothetica, fuit ab Aristot. in proposita diffinitione diffinita Confir. hi. arg. Illa oratio definitur in diffinitione, cui competit diffinitio: sed diffinitio proposita orationis, competit omni orationi tam perfectæ quam imperfectæ: ergo diffinitum huius diffinitionis non tantum erit oratio perfecta Confirmatur assumptio. In primis hanc diffinitionem conuenire orationi perfectæ, etiam profitentur aduersarij, deinde veto illam conuenire orationi imperfectæ, sic ostendo Oratio imperfecta, vt est homo albus, constat partibus significantibus ex hominum instituto, quę sepatę significant aliquid, vt dictiones, & non vt affirmationes, quemadmodum colligere poterimus si percurramus singulas partes diffinitionis: ergo diffinitio orationis competit orationi imperfectæ. Præterea Aristo. posset tradit m diffinitionem orationis duplicem, aliam, imperfectam, & imperfectam, vel quod idem est, in enuntiantem, & in non enuntiantem: ergo vtraque oratio tam perfecta, quam imperfecta, fuit diffinita ab Arist. Et hoc eodem argumento confirmare possumus auersus Porphy. diffinitam esse in hac diffinitione vtramque orationem, tam categoricam, quam hypotheticam, quia cum deinde dicit illud quod fuerit diffinitum, & dividat orationem in simplicem, & coniunctam, vtraque fuit dicta in proposita diffinitione.

1. Argum.

Ad 1. argu.

Iam ad argu. in initio proposita *Ad 1.* Negamus assumptionem enuntiationis namque duplex est genus proximum vnum & alterum remotum, proximum est oratio perfecta, remotum vero est oratio in communi: at diffinitum huius diffinitionis, non tantum est genus proximum verum etiam & remotum. *Ad 2.* Respon. Porph. & Aspasius, Arist. non diffinisse in hac diffinitione omnem orationem, sed solam simplicem & categoricam, nam illius partes separatę non significant aliquid affirmando, & negando: arg. vero tantum probat in oratione hypothetica partes separatas significare aliquid per modum affirmationis, & negationis. Hæc tamen solutio nulla est qui. Arist. illam orationem diffinit in hac diffinitione, quam deinde diuidit: sed statim post hanc diffinitionem orationis traditam diuidit ipsam orationem in categoricam, & hypotheticam, igitur vtraque oratio diffinietur in proposita diffinitione. Vnde Alexan. Aprodi. D. Tho. & alij respon. intelligendam esse hanc particulam, de partibus remotis in enuntiatione hypothetica, & de proximis in categorica De partibus categoricæ nulli est dubium, illas separatas a toto non significare aliquid per modum affirmationis, & negationis: de partibus etiam orationis hypotheticæ est idipsum apertum, quamuis enim in proposita oratione, duæ illæ partes quæ sunt proximæ, scil cet sol lucet, & dies est, significent aliquid affirmando, attamen partes remotæ quæ sunt sol, & lucet, in prima, & dies atque est, in secunda oratione, non significant aliquid affirmando, vel negando, sed conceptus simplices exprimendo. Possumus tamen etiam & nos respon. partes orationis esse in duplici differentia, quia quædam sunt necessariæ, adeo vt sine illis nulla oratio constare possit, & aliæ non sunt necessariæ quia sine illis potest aliqua oratio constare, primi generis sunt nomina & verba, nam sine illis vtrisque nulla oratio constare potest, secundi vero generis existimantur ipsę enuntiationes categoricę quia quamuis oratio hypothetica a quę ipsis constare non possit, aliqua tamen alia oratio potest optime constare absque illis, nimirum categorica, cum ex solo subiecto verbo & attributo illa constituatur Igitur ad Aristo. respon. illum intelligendum esse de partibus omnino necessariis ad orationem, non autem de aliis non necessariis, itaque partes orationis separatas non significare aliquid per modum affirmationis, vel negationis intelligi debet de partibus omnino necessariis, vt sunt nomina & verba, & ita quamuis in proposita oratione, si

Ad 2. quorum. Solutio.

Reiicit.

Alia solutio.

3. Solu.

Sol lucet dies est, partes separatæ affirment aliquid, vt Sol lucet & dies est, non tamen sunt illæ partes omnino necessariæ, de quibus solis proposita particulam intelligendam esse existimamus. Ex his facilis est solu. argu. propositi, nam dicimus diffinitionem orationis intelligendam esse de partibus non necessariis: at partes hypotheticę, quę sunt duæ categoricæ non sunt necessariæ partes orationis, ac proinde nihil mirum si separatæ significent aliquid affirmando vel negando.

CAPVT IIII.

DE SVBIECTIS, ET ATTRIBVTIS Enuntiationum.

ARGVMENTVM CAPITIS.

AGit in hoc cap. Arist. de contrarietate enuntiationum, illudque in tres partes distribuit, in quarum prima explicat quę sunt enuntiationes contrariæ, in secunda tradit nonnullas leges ratione veri vel falsi, quæ in illis inueniuntur: in vltima demum docet vni affirmationi, vnam solam negationem esse contrariam.

A. Quoniam autem res partim vniuersę sunt, partim singulæ (vniuersas autem appello eas quæ suapte natura dicuntur, ita multę singulas, quæ non dicuntur: vt homo, in rebus vniuersis est: in singulis, Callias) necesse est esse aliquando, aut non esse rerum vniuersarum cuipiam aut singularum. B. At si quid vniuerse inesse aut non inesse in quadam re vniuersa confirmes, aduersæ erunt enuntiationes. Dico autem in re vniuersa dici, velut in hac. Omnis homo albus est. Nullus homo albus est. Sin autem de re vniuersa, non vniuerse quid enuntietur, non sunt enuntiationes aduersæ, attamen fieri potest, vt quæ declarantur ac significantur aduersa sint. Appello autem nō vniuerse aliquid de re vniuersa eloqui, quales hæ sunt enuntiationes, Homo non est albus. Nam cum homo in rebus sit vniuersis, sine vniuersi generis nota accipitur enuntiando. Verbum n. omnis, non est res quædam vniuersa sed vniuersi generis tantum nota. C. In attributo autem vniuersalis si notam vniuersi generis addas, nunquam ver. affirmabis. Neque enim vera esse illa potest assertio, in qua cum vniuersale sit attributum vniuerse enuntiatur Ex quo genere illa est enuntiatio, omnis homo omne animal est. D. Affirmatio igitur negationi contradictorio nomine opponitur, quæ vniuerse enuntiat de eodem illo de quo altera non vniuerse, vt, omnis est homo albus. &, Non omnis homo est albus. Nullus homo albus est, aliquis homo est albus. Contrario vero nomine opponitur rei vniuersę affirmatio, rei vniuersę negationi: quales hæ sunt, omnis homo iustus est, Nullus homo iustus est. E. Quocirca esse hæ simul vera nullo modo possunt. At his oppositæ simul in eodem dici vere possunt: vt, Non omnis homo albus est. &, Aliquis homo albus est, quæ ergo ex rebus vniuersis contradictoria constant, itaque cum vniuersi generis nota, earum necesse est alteram vera esse vel falsam. Itemque earum quæ ex singulis constant: quales hæ sunt, Albus est Socrates, Non est albus Socrates. Quæ autem ex vniuersis rebus, nulla adiecta generis vniuersi nota vna vera est, falsa altera. Nam hæ simul vere dicuntur, Est homo albus. Non est homo albus. Et hæ. Est homo pulcher. Nō est homo pulcher. Nā & si quis turpis sit verū est non esse pulchrum: & tum cū sit aliquid, id nondum est. F. Sed hoc statim alienum videri potest, propterea quod hæc enuntiatio Non est homo albus, idem quod illa, Nemo est albus, valere videatur. Sed nec idem valet, nec simul etiam illam declarat necessario. G. Vni autem negationi vnam affirmationem contradictorio nomine opponi hinc intelligi potest, quod idem negari negatione oporteat quod affirmatione confirmatum sit, & de eodem, vel eorum aliquo quæ sunt in rebus singulis, vel eorum quæ sunt in vniuersis, idque vel adiecta vniuersi generis nota, vel nulla apposita: vt Socrates albus est, Socrates albus non est Sin autem aliquid aliud etiam inesse negatur, aut idem alicui cuipiam, non opposita sed altera erit ac diuersa ab illa enuntiatio. Huic vero enuntiationi, omnis homo est albus, hæc opponitur, Non omnis homo est albus. Et huic, Aliquis homo est albus, hæc, Nullus homo albus est. Item huic, Est homo albus, illa, non est homo albus. At vnam quidem affirmationi vni negationi contradictorio nomine opponi quales q; essent, dixi. Hoc etiam docui, alias esse aduersas & quales essent, contradi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem, non omnem veram esse, aut falsam: quaque de causa, & quando vera esset aut falsa. H. Est autem vna affirmatio & negatio, qua vnum aliquid de vno dicit aut de toto genere aut citra vllam notam: vt, Omnis homo albus est: Non omnis homo albus est: Est homo albus, non est homo albus. Nemo albus est, aliquis homo albus est, si modo albi verbum vnum significet. Nam si duobus nomen vnum impositum sit, ex quibus constare non possit vnum: non ea vna & simplex affirmatio aut negatio est. Vt si quis quo, & homini nomen vestiu imponat, itaque enuntiet, Vestis alba est, hac neque affirmatio simplex sit, neque negatio. Hac enim idem valet ac si duas, Homo est & equus albus: nihil autem hoc aliud est, quam si diceret, est homo albus, & est equus albus. Quod si hæ plures sunt, multaque declarant, certe prima vel multa declarant vel nihil: neque enim quisquam homo est qui item equus sit. Quare ne in hoc idem vna vera est, altera falsa necessario.

COMMENTARIA.

EXposita natura enuntiationis, illiusque diuisionibus in cap. superiori propositi, agit iam in sequentibus Arist. de illius proprietatibus, scilicet de contrarietate, reciprocatione, modificatione, & aliis. Imprimis autem disputat in hoc cap. de enuntiationum contrarietate, a quadam generali diuisione eorum quæ sunt initium ducens.

1. Pars capitis.

A. *Quoniam autem res, &c.* Eorum inquit quæ sunt quædam sunt vniuersa, alia vero sunt singularia. Vniuersa quidem illa sunt, quæ nata sunt dici de multis, vt homo, & equus: singularia autem dicuntur, quæ non sunt nata de multis prædicari, velut Petrus & Ioannes. Ex qua diuisione fit consequens, enuntiationes quasdam constare subiecto vniuerso, alias vero constare subiecto particulari. Quæ autem constant subiecto vniuerso, sunt in triplici differentia, quædam enim constant subiecto vniuerso affecto nota vniuersa, cuiusmodi censetur quælibet istarum, omnis, quilibet, nullus, vt sunt hæ, omnis homo est animal, quælibet linea est quantitas, nullus homo est lapis: aliæ vero constant subiecto vniuerso affecto tamen nota particulari, qualis est vna quæque istarum, nimirum, aliquis quidam non omnis, vt istæ, aliquis homo legit, aliqua linea est quantitas, non omnis homo ridet: aliæ denique constant subiecto nulla nota affecto veluti hæ, homo est rationis particeps, arbor est substantia.

B. *At si quis aliquid, &c.* Illæ inquit enuntiationes quæ constant subiecto vniuerso, & affecto nota vniuersa, sunt aduersæ si vna affirmet & altera neget, cuiusmodi sunt hæ duæ omnis homo est albus, nullus homo est albus: illæ autem quæ constant subiecto vniuerso affecto nota particulari, dicuntur subaduersæ, vt sunt duæ istæ, quidam homo legit, & rursus hæc altera, quidam homo non legit: illæ denique quæ constant subiecto vniuerso nulla nota affecto, non dicuntur aduersæ sed vocari poterunt indefinitæ, id generis sunt, homo v. g. est iustus, & homo non est iustus, quamuis hæ eædem ratione rei significatæ, vocari nonnunquam possint aduersæ, vel contrariæ, vt in scholiis ostendemus.

Obiect.

C. *In attributo autem vniuersali, &c.* Quærit tamen Aristo. an in enuntiationibus aduersis, attributum possit affici nota vniuersa, vt an in hac enuntiatione omnis homo est animal, attributum possit affici nota vniuersa omnis ita vt dicamus, omnis homo est omne animal. Respon. Arist. addi minime posse notam vniuersam in eiusmodi propositioni ipsi attributo, fieret enim quamlibet ex his propositionibus esse fallam vt hæc est falsa, omnis homo, est omne animal, nam cum hęc nota efficiat, vt nomen cui vnitur, sumatur pro omnibus contentis sub illo, in hac enuntiatione animal sumeretur pro omnibus animalibus hominibus, atque ita redderet hunc sensum, omnis homo est omne animal, id est, hic homo, & iste, & ille, Petrus v. g. Ioannes & Antonius, sunt hic leo, hic equus, & ille ceruus: quod cum sit falsum procul dubio nota vniuersa addi non poterit attributo licet optime eidem particularis nota adiungi queat, verum enim est dicere, omnem hominem esse quoddam animal. Intelligendum autem istud est de notis vniuersis aientibus, non autem de eisdem negantibus, potest etenim nota vniuersa negans eidem optime apponi, vere namque dicimus omnem hominem esse nullum lapidem.

Interro.

Solutio.

D. *Affirmatio igitur, &c.* Tandem inquit Arist. quando subiectum est vniuersum, & in vna propositione est affectum nota vniuersa, in altera vero nota particulari, & vna ait altera negat, vocantur hæ enuntiationes contradicentes, vt sunt hæ, omnis homo est albus, aliquis homo non est albus, itidemque cum subiectum vtriusq. est singulare, sicut istæ duæ, Socrates est albus. Socrates non est albus.

2. Pars capitis.

E. *Quo circa esse ha simul vera, &c.* In secunda parte proponit Arist. quasdam leges, ad veritatem, vel falsitatem in contrariis enuntiationibus dignoscendam. 1. earum est. Enuntiationes aduersæ nequeunt ambæ esse simul veræ, quamuis possint ambæ simul esse falsæ, sicuti sunt hæ, omnis homo est albus, nullus homo est albus, quæ ambę sunt falsæ. 2. Enuntiationes subaduersæ bene quidem possunt ambæ esse simul veræ, nequaquam tamen falsæ, perspicuum hoc est in his duabus, quidam homo est albus, quarum vtraque est vera. 3. Enuntiationes contradicentes, neque ambæ simul falsæ, sed sat est si vna sit vera, & altera falsa, tam in subiecto vniuerso quam singulari, in vniuerso, sicuti in his duabus, omnis homo est albus, aliquis homo non est albus, negans est vera, & aiens falsa: in subiecto vero singulari, vt in his aliis duabus, Socrates est animal. Socrates nō est animal, aiens est vera, negans autē falsa. 4. Enuntiationes indefinitę ambę possunt esse simul veræ, cuiusmodi sunt hę: homo est albus, homo nō est albus, vtrumque enim verum est: nam dantur quidam homines albi, & alii nigri.

Obiect.

F. *Sed hoc statim alienum videri potest, &c.* Objicit tamen Arist. duas hæ enuntiationes. Homo est albus, & Homo non est albus æquiualent his aliis duabus omnis homo est albus, nullus homo est albus: sed non possunt istæ duæ esse ambæ veræ: ergo neq; illæ poterunt esse verę. Negat Arist. huius argu. propositionem, alio etenim modo sumitur homo indefinite, & alio nota vniuersa adhibita si enim indefinite sumatur, sat est vt de aliquo vno possit affirmari: at si cum nota vniuersa accipiatur, debet pro omnibus indiuiduis vrpari, & quia falsum est omnia indiuidua humana esse affecta albedine, & verum nihilominus aliqua ex illis esse ipsamet affecta, alia vero non esse proinde duæ istæ enuntiationes, homo est albus, & homo non est albus erunt veræ: at vero istę duæ aliæ, omnis homo est albus, & nullus homo est albus, nulla ratione poterunt esse ambæ simul veræ.

Soluti.

uersa, in altera vero nota particulari, & vna ait altera negat, vocantur hæ enuntiationes contradicentes, vt sunt hæ, omnis homo est albus, aliquis homo non est albus, itidemque cum subiectum vtriusq. est singulare, sicut istæ duæ, Socrates est albus. Socrates non est albus.

2. Pars capitis.

E. *Quo circa esse ha simul vera, &c.* In secunda parte proponit Arist. quasdam leges, ad veritatem, vel falsitatem in contrariis enuntiationibus dignoscendam. 1. earum est. Enuntiationes aduersæ nequeunt ambæ esse simul veræ, quamuis possint ambæ simul esse falsæ, sicuti sunt hæ, omnis homo est albus, nullus homo est albus, quæ ambę sunt falsæ. 2. Enuntiationes subaduersæ bene quidem possunt ambæ esse simul veræ, nequaquam tamen falsæ, perspicuum hoc est in his duabus, quidam homo est albus, quarum vtraque est vera. 3. Enuntiationes contradicentes, neque ambæ simul falsæ, sed sat est si vna sit vera, & altera falsa, tam in subiecto vniuerso quam singulari, in vniuerso, sicuti in his duabus, omnis homo est albus, aliquis homo non est albus, negans est vera, & aiens falsa: in subiecto vero singulari, vt in his aliis duabus, Socrates est animal. Socrates nō est animal, aiens est vera, negans autē falsa. 4. Enuntiationes indefinitę ambę possunt esse simul veræ, cuiusmodi sunt hę: homo est albus, homo nō est albus, vtrumque enim verum est: nam dantur quidam homines albi, & alii nigri.

Obiect.

F. *Sed hoc statim alienum videri potest, &c.* Objicit tamen Arist. duas hæ enuntiationes. Homo est albus, & Homo non est albus æquiualent his aliis duabus omnis homo est albus, nullus homo est albus: sed non possunt istæ duæ esse ambæ veræ: ergo neq; illæ poterunt esse verę. Negat Arist. huius argu. propositionem, alio etenim modo sumitur homo indefinite, & alio nota vniuersa adhibita si enim indefinite sumatur, sat est vt de aliquo vno possit affirmari: at si cum nota vniuersa accipiatur, debet pro omnibus indiuiduis vrpari, & quia falsum est omnia indiuidua humana esse affecta albedine, & verum nihilominus aliqua ex illis esse ipsamet affecta, alia vero non esse proinde duæ istæ enuntiationes, homo est albus, & homo non est albus erunt veræ: at vero istę duæ aliæ, omnis homo est albus, & nullus homo est albus, nulla ratione poterunt esse ambæ simul veræ.

Soluti.

3. Par. capitis.

G. *Vna autem negationi, &c.* In postrema parte cap. constituit Arist. qua ratione sint inter se affectæ affirmationi solum esse oppositam vnicam negationem, idque verum est in omnibus generibus propositionum contrariarum, aduersis nimirum, subaduersis indefinitis, & contradicentibus. vt huic affirmationi, Socrates est albus, contrariatur hæc negatio, Socrates non est albus, idipsumque manifestissimis exemplis demonstrat Aristo. in textu de aliis generibus enuntiationum contrariarum.

Qua sit vna enuntiatio.

H. *Est autem vna affirmatio.* Vnam tamen (inquit Aristot.) vocamus affirmationem, vel vnam negationem, illam quidem in qua vnum de alio enuntiamus, hanc vero, in qua vnum ab alio remouemus. Vnde si aliqua fortassis vox ambigua comprehensa fuerit in aliqua enuntiatione, nequaquam talis enuntiatio vni a censebitur affirmatio, vel vnica negatio, quemadmodū si nomen istud vestis, sit impositum ad significandum hominem, & equum, aliquis autem in hunc modum proferat, vestis est alba, nequaquam est vna affirmatio sed duplex, nam reddit sensum harum duarum affirmationum, homo est albus, & equus est albus, atque ita duæ istæ, vestis est alba, vestis non est alba, non erunt contradicentes, quia ambę possunt esse simul verę: nam aiens intelligi potest de hominibus, negans vero de equis nigris, quorum vtrumque est verissimum.

Scholia in cap. 5. de subiectis & attributis.

Annota ex D. Vincentio.

A. PRoponit in primis verbis cap. generalem quandam eorum quæ sunt diuisionem: nam quædam inquit sunt singularia, & alia vniuersa. Hęc secundi generis ita diffinit, Quę nata sunt dici de multis, quam diffinitionem, quia cum aliis (quas *sectt. 2. de rebus vniuersis q. 2.* proposuimus) luculenter satis dedimus explicatam, in hoc loco explicare prætermittimus. Post sectiones vero superiores eodem diffinitiones, legi apud Petrum Nigrum virum sane acri ingenio, & rara quadam eruditione prædirum, *in 1. p. clypei Thomistę q. 23.* quandam diffinitionem vniuersalis, a D. Vicentio Ferrario, *in suo libel. de vnica natura vniuersę edito*, propositam, q̃ eam q̃ idem cum aliis in D. Ale-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctica e pusculis B. Patrem nostrum eruulgasse, grauissimi in eius vita prodiderunt, verum iniuria temporis, aut superiorum incuria hi libri ad manus nostras non deuenerunt, quemadmodum nequ alia multa opera, quæ in rebus Theologicis conscripta reliquit, ipsum etenim præter summum illum spiritu, quo ad promulgandum euangelium fuerat à Deo mire decoratus) vtriusque Philoso. natu. nimirum & diuinæ sapientiæ studium attigisse & in vita eius legimus, & à maioribus nostris accepimus. In hac siquidem sede Valentina per multos annos cum maxima nominis claritate, Theologiam fuit professus, cum antea felicissimo fine curriculum Philosophiæ absoluisset. Verum diligentia, & cura haud exigua eruditissimi P. M. Fra Vincentii Iustiniani ex his opusculis nonnulla nunc de nouo in lucem missa fuerunt, & alia veteri integritati, & splendori restituta: vtinam & reliqua in communem vtilitatem prodire videamus. Hæc pro obseruantia, & amore quo erga hunc B. patrem singularemque nostrum (Valentinorum dico) patronum, sum affectus, libuit annotare. Verum æquum est vt iam ipsam definitionem audiamus, ea sic se habet. *Vniuersale est sua singularia accepta & intellecta secundum id præcise in quo sunt conformia.* Quæ sane definitio elegans est, & recte tradita, nam cum vniuersum significet multa sub vna, & eadem ratione prima pars nimirum, *Est sua singularia.* Exprimit individuorum multitudinem, quæ sub eo continentur, altera autem scilicet, *Secundum id præcise in quo sunt conformia.* illius denotat vnitatem, etenim conformitas naturæ ab vnitate ortũ habet. Exprimit etiam vniuersum in abstractione à proprietatibus individuantibus esse constitutum: nunc enim natura vniuersa apprehenditur vt conformis ab intellectu quando concipitur vt à proprietatibus separata Legendus est Niger qui hac, & alia ab Herueo acutissimo *qui habet 3. q. 1.* proposita, explicat accurate.

Definitio vniuersali ex D. Vincen.

1. Nonnulla erunt his quæ docuit Arist addenda, vt illa possint melius à nobis intelligi. Animaduertendum igitur est enuntiationes esse in triplici differentia, quædam sunt in materia necessaria, aliæ in contingen. aliæ in impossi. In materia necessaria sunt illæ in quibus tributum necessario vnitur cum subiecto, vt est hæc enuntiatio, homo est animal: in materia contingenti sunt illæ in quibus attributum potest vniri, & non vniri cum subiecto, vt est hæc, homo est candidus: denique in materia impossibili sunt illæ, in quibus attributum nulla ratione potest vniri cum subiecto sicuti hæc, homo est arbor. Cum igitur dentur hæc tria genera enuntiationum, proponendæ sunt quæ iam regulæ ex D. Tho. collectæ ad intelligendam veritatem vel falsitatem quæ in eis reperitur. *Prima* earum sit. Enuntiationes vniuersæ aientes in materia necessaria sunt omnes veræ vniuersæ vero negantes sunt omnes falsæ. & ita hæc vniuersa aiens, omnis homo est animal, quæ est in materia necessaria, semper est vera: at vero hæc altera vniuersa negans, nullus homo est, animal semper erit falsa. *Secunda.* In materia impossibili, omnes enuntiationes vniuersę aientes, sunt semper falsæ: omnes tamen vniuersæ negantes, existunt semper veræ, & ita hæc proposito vniuersa aiens, omnis leo est arbor (quæ est in materia impossibili) semper est falsa, hæc autem altera vniuersa negans, in eadem materia, nullus leo est arbor, erit semper vera *Tertia.* In materia contingenti, omnes enuntiationes vniuersæ, tam aientes, quam negantes, sunt semper falsæ, particulares tamen, semper sunt veræ, iuxta communem legem naturæ, sit exemplum. Duæ hæ enuntiationes in materia contingenti, omnis equus est candidus, nullus equus est candidus, quarum ambæ vniuersæ sunt, prima quidem aiens, secunda autem negans, semper sunt falsæ: at hæ aliæ particulares, in eadem materia, aliquis equus est candidus, aliquis equus non est candidus, existunt ambæ veræ. Idemq; iudicium proferendum est de enuntiationibus indefinitis quod de his propositis, nam si illæ fuerint in materia necessaria, vel impossibili, cum æquiualeant vniuersis, obseruanda erit prima, & secunda, regula: at vero cum in materia contingenti æquiualeant particularibus obseruanda erit: in eis alia tertia.

1. *Regula ex D. Tho.*

2. *Regula.*

3. *Regul.*

D 2. Animaduertendum est deinde regulas traditas ab Arist. de veritate, & falsitate enuntiationum, posse ad hunc modum colligi (excepta illa de contradictionibus in qua dictum est vnam propositionem ex his esse necessario veram, alteram autem falsam: est enim illa regula primum principium notum lumine naturæ, quod in hunc modum se habet, de qualibet re vera est affirmatio, vel negatio, de nulla vero ambæ simul quam latissime explicat Aristot 4 *lib. Meta*) Regula igitur aduersarum enuntiationum in qua dictum est ambas enuntiationes posse esse falsas, non tamen posse esse veras. sicut hæ duæ sunt falsæ, omnis homo est albus, nullus homo est albus, ita potest suaderi. Si hæ duæ possent esse veræ sumamus aientem, omnis homo est albus ergo hæc quoque illi subalternata, quidam homo est albus erit vera: sed hæc contradicit illi, nullus homo est albus, quæ etiam erat vera: ergo duæ contradicentes erunt simul veræ, quod est impossibile, vnde enuntiationes aduersæ nõ poterunt esse ambę simul veręl'reterea ratam regulã subaduersarum quã docebat ex ipsis, esse ambas esse veras, nõ tamẽ falsas hoc pacto colligimus. Sumamus has duas, quidam homo est candidus, quidam homo nõ est candidus: ergo illius subalternans q est vniuersa aiens, velut hęc, omnis homo est albus erit quoq; falsa sed hæc vniuersa contradicit illi particulari quidam homo nõ est candidus, quæ etiam est falsa: ergo duę hę enuntiationes cõtradicentes erunt simul falsæ, quod cũ fieri nequeat, nõ poterunt vllo modo subaduersę esse ambę simul falsę In enuntiationibus indefiniris si sunt in materia cõtingenti, æquualent particularibus, & ita sunt subaduersę, vnde eadẽ erit in eis regula obseruanda, q̃ in subaduersis obseruandam fore docuimus cum ipsis æquiualeant, quare & eodem etiam pacto quo illa erit confirmanda.

Obseruat. 10. 3.

Adnota. hæc.

Obser. 4.

D. 3. Animaduertendum est tertio præter has enuntiationes contrarias, propositas ab Arist. tradi à recentioribus aliam regulam enuntiationũ quas illi vocant subalternas, quæ nihil aliud sunt, quam vniuersa affirmatio, & particularis etiam affirmatio, vel e contra vniuersa negatio, & particularis quoq; negatio, eiusdem subiecti, & eiusdem attributi, quales existunt hę duę affirmantes, altera vniuersa altera particularis scilicet omnis homo est albus, aliquis homo est albus, sicut & hæ, aliæ negantes nullus homo est arbor, aliquis homo non est arbor. Ex his vniuersa vocatur subalternans, particularis vero subalternata, vt ex superi. constat. Regula igitur est huiusmodi. Si subalternans fuerit vera, subalternata etiam debet esse vera, at si subalternans è contra fuerit falsa, subalternata potest quidem esse vera, vt si verum est omnem hominem esse candidum, verum erit aliquem hominem esse candidum cæterum quamuis sit falsum omnem hominem esse candidum, non tamen est falsum, aliquem hominem esse candidum. Cæterea. Si subalternata fuerit falsa, etiam & subalternans debet esse falsa, vt si falsũ est quendam hominem esse candidum, falsum etiam erit omnem hominem esse candidum: at si subalternata est vera, non est necesse subalternantem esse veram, cum possit illa esse falsa, vt quamuis verum sit quendam equum esse velocem, non tamen erit verum omnem equum esse velocem.

Disputatio de oratione, vnica sectione, & quæstione comprehensa.

Argvmentvm.

NON est cur plurimum in hoc cap. immoremur, cum ea quæ ab Arist. proponuntur, sint satis aperta, & fere nullis difficultatibus subiecta, quare vnicam tantum quæst. proponemus.

Quæstio vnic. Sintne vera ea quæ ab Aristo. in hoc cap. traduntur.

QVamuis quæ ab Arist in hoc c tradita fuerunt veritissima sint, non tamen desunt aduersus illa nonnullæ obiectiones, quibus in hoc loco erit a nobis satisfaciendum. *Primum*, argu. Duæ hæ enuntiationes, cuiuslibet hominis alter oculus est dexter, cuiu libet hominis alter oculus nõ est dexter, sunt aduersæ atque ambæ sunt simul veræ, nam verũ est dicere, quendam oculũ esse dexterum, & alterum sinistrum: ergo non recte constitutum est a Arist. enuntiationes aduersas non posse simul esse veras. 2. Hæ duæ enuntiationes aduersæ, omne animal est particeps rationis nullũ animal est particeps rationis, sunt in materia necessaria, sed aiens nõ est semper vera, nam nõ est verũ dicere omne animal esse capax rationis, ergo nõ recte constitutũ est propositiones vniuersas aientes in materia necessaria esse veras. 3. Hę enuntiationes, aliquis homo est candidus, aliquis homo non est candidus, sunt subaduersæ: at nequeunt ambæ esse

1. Arg.

2. Argum.

3. Argu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

simul veræ: non ergo recte constituta est à nobis enuntiationes subaduersas posse esse simul veras Confirmatur assumtio. Aut in subiecto entis & negantis, sumimus idem individuum, vt Petrum, vel aliud, & aliud individuum vsurpamus, ita vt in aiente sumamus Petrum, v. g. & in negante Ioannem: si sumamus idem individuum, ambæ sunt falsæ, nequit enim Petrus esse simul candidus & non esse candidus: quod si aliud, & aliud individuum accipiamus, ergo non sunt contrariæ enuntiationes, quia non constant eodem subiecto. *Præterea.* Illæ enuntiationes, omnis homo est candidus, aliquis homo non est candidus, sunt vniuersa affirmatio & particularis negatio, sed non enuntiationes contradicentes: igitur minus accurrate docuit Arist. enuntiationes contradicentes esse vniuersam affirmationem, & particularem negationem, vt econuerso. Confirmatur assumptum. Enuntiationes contradicentes debent sumi eodem modo, vt ipsemet Arist. testatur 2. *lib. de præd. Sophis. cap* 5. & nos etiam docuimus, *cap. superiori*: atqui duæ istæ assignatæ propositiones, non sumuntur eodem modo, nam vna est affecta notæ vniuersa, altera particulari: ergo non eiunt contradicentes. *Ad hæc.* Hæ duæ aliæ enuntiationes, omnes sensus exteriores sunt quinque, aliqui sensus exteriores non sunt quinque, sunt contradicentes, nam sunt vniuersa affirmatio, & particularis negatio, eiusdem de eodem: at illæ sunt ambæ simul veræ, vt est apertum: ergo enuntiationes contradicentes optime poterunt esse simul veræ. *Rursus.* Hæ enuntiationes, Omne animal fuit in arca Noe, aliquod animal non fuit in arca Noe, sunt contradicentes prima enim est vniuersa affirmatio, & secunda particularis negatio, eiusdem de eodem: atqui ambæ illa sunt simul veræ, asserentem namque veram esse, testantur Sacræ litteræ in Genesi, negans autem itidem vera est, nam animalia quæ nunc extant, sunt quædam animalia quæ non fuerunt in arca Noe, ergo duæ enuntiationes contradicentes possunt esse simul veræ. *Iam.* Hæc propositio, homo est species, est indefinita: at illa nec æquipollet vniuersæ, nec particulari, non vniuersæ, quia non est verum dicere omnem hominem esse speciem non particulari, quia verum non est, quendam hominem esse speciem: Minus igitur accommodate constituum est ab Aristot. enuntiationes indefinitas æquipollere vniuersæ, vel particulari. 2. *Idem.* Huic enuntiationi, omnis homo est albus, sunt contrariæ duæ istæ nullus homo est albus, aliquis homo non est albus: igitur non recte constituit Aristot. vni affirmationi tantum esse oppositam vnam negationem. Legendi sunt M. Soto & Mercado 3. *lib. Summularum*, vbi hæc & alia argumenta proponunt.

4. *Argu.* 5. *Argu.* 6. *Argu.* 7. *Argu.* 8 *Argu.*

At hæc argumenta nequaquam à verissima sententia Aristot. amplectenda debent nos remorari. Illis igitur hoc pacto sigillatim satisfacimus. *Ad* 1. Negamus propositionem quia in his propositionibus illa dicto, *alter*, quæ est nota præcipua, est particularis nota & non vniuersa, non vero illa altera, *cuiuslibet*, quę quidem est nota vniuersa, quare hæ duæ enuntiationes erunt particulares, & subaduersæ, & non aduersæ: hæ tamen aliæ duę vere censebuntur contradicentes: cuiuslibet hominis alter oculus est dexter, cuiuslibet hominis neuter oculus est dexter, nam particula illa neuter, est vniuersa negans, & ita secunda ex his erit falsa. *Ad* 2. Quidam respondent legem à nobis constitutam, intelligendam esse quando subiectum enuntiationis non patet latius quam attributum: minime vero quando subiectum est latius patens ipso attributo, & quia animal (quod est subiectum propositæ enuntiationis) latius patet quam particeps rationis (quod est eiusdem enuntiationis attributum) pro inde regula non erit vera de huiusmodi enuntiatione. 3. Argumentum propositum est cui maxime inniituntur qui censent indicuum vagum esse è medio tollendum, illi tamen satisfecimus iam in cap. de specie *sect.* 2. *q.* 3. *ad* 3. quam repetentes: Respon in enuntiationibus subaduersis vel subcontrariis, esse idem subiectum non quidem certum, & distinctum. sed vagum, & indeterminatum, quod quidem commune est ad individuum affectum candore, & atrore, aut quovis alio colore. *Ad* 4. Resp. primo modum in enuntiationibus contradicentibus non esse pendendum à nota, sed à subiecto. & quia subiectum vtriusq; sumitur eodem modo, propterea huiusmodi enuntiationes erunt contradicentes. *Respon.* deinde etiam notam in eis sumi eodem modo, nam illa nota particularis, aliquis homo,

Ad 1. Argumen. *Ad* 2. *Ad* 3. *Ad* 4. 2. Solutio.

eodem

eadem prorsus est cum illa, non omnis homo, & ita vt in aiente sumimus notam vniuersam, ita etiam in negante. Adnotandum est tamen enuntiationes contradicentes, vt colligi potest ex Arist. in hoc cap quasdam esse subiecti vniuersi, vt sunt hæ propositæ, alias autem esse subiecti singularis, cuiusmodi sunt hę duæ, Socrates est sapiens, Socrates non est sapiens. *Ad* 5. & 6. vt respondeamus, animaduertimus prius, hanc dictionem, *omnis*, sicuti & quælibet alia vniuersa, duobus modis sumi posse vno collective & altero distributiue. Quando sumitur collective attributum enuntiationis nõ dicitur de singulis contentis sub subiecto, sed de sola tantum collectione, sit exemplum in hac enuntiatione, omnes Apostoli Christi sunt duodecim, in qua certe particula illa *duodecim* non dicitur de ipsis Apostolis sigillatim, & seorsum, sed de sola dumtaxat ipsorum collectione, ita vt hunc habeat illa sensum, tota collectio Apostolorum est comprehensa duodenario numero. Et hinc est quod propositiones in quibus hæc particula collectiue sumpta collocatur, omnes sunt particulares, quia solam collectionem indicant, quæ plane res est particularis. Quando vero accipitur eadem distributiue, attributum enuntiationis de singulis effertur sub subiecto contentis, vt quum dicimus omnis homo est animal, animal dicitur, de Petro, Ioanne, & cæteris individuis sub homine contentis. Quamuis adnotandum etiam sit attributum nonnunquam distribui pro singulis generum, id est, pro individuis omnibus contentis sub aliquo genere, vel specie, vt in proposita enuntiatione: interdum autem distribuit id ipsum pro generibus singulorum, id est, tantum dicitur attributum de generibus, vel speciebus individuorum, non autem de ipsis sigillatim individuis. Manifestum hoc fieri potest in hac enuntiatione ex sacris literis hausta, Deus vult omnes homines salvos fieri, cuius hic extat sensus iuxta D. Th. & D. August. (sumpta particula ita *omnis* pro generibus singulorum, non autem pro singulis generum) ex omni genere hominum, tam nimirum ex maribus, quam ex fœminis, tam ex pueris, quam ex senibus, vult Deus vt aliqui salui fiant. Hoc autem interest inter hos duos modos, quod quando hæc particula *omnis* sumitur pro singulis generum propositio simpliciter, & absolute est vniuersa, at quando pro generibus singulorum vsurpatur, partim est vniuersa, & partim particularis. continentur enim in illa duæ notæ, vna vniuersa & altera particularis, sicut in proposita enuntiatione Deus vult omnes homines salvos fieri, est apertum, reducitur enim illa in hanc aliam, ex omnibus hominibus, Deus vult aliquos salvos fieri, in quæ hæ duæ particulæ, omnis, & aliquis, sunt contentæ. His animad uersis satisfaciamus iam argum. Ad 5. igitur dicimus illas duas enuntiationes esse subaduersas, quia dictio *omnis* quæ assumitur in prima enuntiatione, accipitur collective, redditque hunc sensum, omnes sensus externi sunt quinque, id est collectio sensuum exteriorum numero quinario comprehenditur. iam enim diximus dictionem vniuersam *omnis* & quamlibet aliam eiusdem generis collectiue sumptam, constituere enuntiationem particularem, ob idq; duæ illæ assignatæ enuntiationes, erunt subaduersæ. ambæque simul veræ. Ad 6. etiam respond. eadem ratione, nimirum assignatas propositiones non contradicentes, sed subaduersas esse, quia in aiente dictio omnis distribuit pro generibus singulorum, ac subinde complectitur in se notam quandam particularem, ratione cuius huiusmodi propositio redditur particularis, habetque hunc sensum, ex quolibet genere animalis repertum est aliquod in arca Noe, ac proinde nullum est inconuenies illas esse simul veras. Ad 7. prætermissis aliis solutionibus respond. solum debere intelligi regulam quam assignauimus in enuntiationibus præcise quarum attributum est ens rei: at esse speciem attributum est rationis quare nec vniuersæ, nec particulari enuntiationi æquipollebit, sed attributum (vt dicunt) supponet immobiliter. Ad 8 aimus intelligendum esse Aristo. de eodem genere oppositionis: at duæ istę enuntiationes negantes, quæ in eo proponuntur, non opponuntur affirmationi in eodem argumento assignatæ, eodem genere oppositionis, nam vniuersa negans opponitur et aduersæ, particularis autem negans, opponitur contradictorie.

Satisfit 4. *Argum.* *Respond. Ad* 6. *Ad* 7. *Ad* 8.

Sed quæret forte aliquis, num in enuntiationibus vniuersis possit nota omnis addi attributo. Quidam partem aientem defendunt: At Toletus, & Villalpandus, negantem tenent: nos autem ita de hac re iu-

Obseruatio. *'erconta-m. Duplex Opinio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Obseruat.

dicium feremus, vt prius obseruemus attributa quæ sunt vniuersa, quædam continere actu multa inferiora, hui⁹ generis sunt homo, animal. & alia huiusmodi, alia vero tantum cõtinere actu vnicum indiuiduum, huiusmodi sunt sol, luna, mundus & ĩ quæ sunt alia his similia. Hoc animaduerso dicimus. 1. In enuntiationibus quarum attributum est vniuersum, continens plura inferiora actu, nequit vllo modo addi attributo nota vniuersa, omnis, neque enim vere dicimus omnem hominem esse omne animal, vt docet Arist in cap idipsumque & nos in eodem textu cum ipso confirmauimus, vbi docuimus dictiones particulares, vt *quidam* & negantes vniuersas vt *nullus* collocari posse à parte attributi. Asserimus 2. in illis enuntiationibus quarum attributum est vniuersum vnicum tantum actu complectens indiuiduum, notam hanc vniuersam *omnis* optime addi posse attributo, recte enim dicimus, hunc oculis nostris obiectum solem, esse omnem solem actu: & hunc etiam mundum, esse omnem mundum actu. Vnde facile possumus duas propositas opiniones inter se pugnantes conciliare, si dicamus authores primæ opinionis esse loquutos iuxta sensum huius nostri secundi dicti: authores vero secundæ iuxta sensum alterius primi asserti.

1. Dict.

2. Dict.

CAPVT VI.

DE FVTVRIS CONTINGENTIBVS.

ARGVMENTVM CAPITIS.

EXplicat qua ratione veritas, & fallitas in enuntiationibus respectu futurorum contingentium reperiatur, inprimisque in 1. parte explicat qua ratione in contingentibus præsentis, & præteriti temporis hæc duo reperiantur: deinde vero in secunda, institutam quæstionem de futuris contingentibus declarat.

IN instantibus igitur ac præteritis affirmatio, aut negatio, vera sit vel falsa necesse est: in iisque, vt dixi, quæ cum rebus vniuersis generis notam habent, semper altera vera est, altera falsa necessario. Item q; in iis quæ sunt ex rebus singulis. In iis autem quæ sunt ex rebus vniuersis, nec tamen de toto genere dicunt, non necesse est, de quibus etiam diximus B. At vero in enuntiationibus quæ de rebus singulis, & futuris dicunt, non ita est. Si enim omnis aut vera aut falsa enuntiatio est, certe omnia sint, aut non sint necesse est. Nam si hic aliquid fore dicat, ille idem neget fore, profecto necesse est vere alterutrum dicere si modo omnis enuntiatio vera est aut falsa: quanquidem in hoc genere ambo simul esse non possunt. Et enim si vere dicitur, esse album aliquid, aut non esse album, necesse est id esse album aut non esse album. Et si est album aut non est album, vere id dictum fuit vel negatum. Et si non in est, vt falsum sit, quod si falsum, nec inest. C. Itaq; necesse est ex omni affirmatione vera vel negatione vera fa. vel falsam. Nihil igitur euenit neq; fit fortuito, neq; casu: nihil in alterutram partem aut cadet aut nõ cadet sed ex necessitate omnia fiunt quæcunq; fiunt: & nihil fit quod vtramque in partem habet a quabilem euentum. Nam aut is vere dixit qui rem confirmauit fore, aut is qui negauit: si autem æquabile esset vtramque in partem, par ratio esset, vt aut fieret aut non fieret. Quod enim vtramque in partem cadit, non hoc modo potius, quam illo euenit aut futurum est. Præterea si quid album, sit hoc tempore, fuit verum album id futurum esse. Ita ex æternitate fuit verum, quicquid sit, id aut esse iam, aut futurum esse. Quod si ex æternitate fuit verum aliquid esse iam, aut futurum esse, certe id nõ potest fieri aut fore. Quod autem non potest non fieri, fieri non potest, vt non sit: quod autem vt non sit, fieri nõ potest, id necesse est fieri. Quicquid igitur futurum est, id fieri necesse est. Ita nihil in alterutram partem cadit, neque fortuito. Si enim fortuito, non ex necessitate. D. Sed ne illud quidem vere dici potest, neutram partem esse veram: hoc est: neque futurum quicquam, neq; non futurum esse. Primum enim id euenit: si falsa sit affirmatio, veram nõ esse negationem: & si hæ falsæ sint, non esse veram affirmationem. Deinde si verum est album aliquid simul & magnum esse, duo illa sint necesse est. Et si erit futurum vtrumq; verum fit, cras erit. Sed autem ne futurum est, nec minus futurum erat ex iis causa belli nauali, ne r-

te non erit ex eorum numero, quæ pariter vtram que in partem cadere possunt, quoniam nec fieri nauale bellum necesse, nec minus fieri. Atque hæc sunt incommoda, & alia eiusdem generis, quæ suscipere cogimur, si necesse sit ex omni affirmatione & negatione quæ contradictorio nomine opponantur. siue in iis quæ rebus vniuersis constant, siue quæ ex singulis, alteram veram esse, alteram falsam, nihil scilicet in alteram partem casurum esse in iis quæ sunt, sed omnia esse aut futura esse ex necessitate. Qua ratione omnis è vita tolletur & deliberatio & actio, quoniam si hoc sic iamus, illud eueniet: & si hoc minime faciamus non eueniet. Nihil enim prohibet, ad decem millia annorum hunc confirmare hoc vel illud fore, alterum negare, vt ex necessitate eueniat quod in alterutram partem tum ei licebat vere dicere. Neque vero interest vtrum pronuntiarint aliqui contradictionem, nec ne pronuntiarint: quippe cum perspicuum sit hoc vel illo modo res euenire solere, etiam si nihil nec hic confirmet, nec ille neget futurum. Neque enim quia confirmatum est, aut negatum fore aliquid, idcirco id futurum est, aut non futurum, vel ad decem millia annorum vel quouis tempore. Quare si ex omni æternitate ea vis & natura rerum fuit vt vna vera esse, necesse fuit eam fieri. Ita omnium rerum ea vis fuit ex æternitate, vt ex necessitate fierent. Si quis enim vere dixerit fore aliquid, id non potest non fieri. Et quod factum est, id ex æternitate fuit verum futurum esse. Ergo si hæc sunt, multa sequuntur incommoda. E. Videmus enim rerum futurarum initium & consilio indagari & actione: omninoque in iis quæ non semper actu sunt, cernimus illa æque posse esse & non esse, in quorum quidem potestate vtrumque situm sit, & vt res sit & vt ne sit. Quare etiam vt fiat & vt non fiat. Multaque adeo nobis nota sunt, quorum vis est talis. F. Velut vestis hac potest discindi, nec discindetur, si prius attoretur. Similiterque

fieri potest, vt non discindatur. Non erit prius attexi posset, nisi fieri posset, vt ne discinderetur. G. Similis est ratio eorum quæ oriuntur omnium in quibus potestas similis reperitur. H. Ex quo perspicuum est, nec esse nec fieri ex necessitate quæcunque fiant, sed alia pariter in vtranque partem cadere posse: nec affirmationem in iis veram aut falsam potius quam negationem esse: alia esse: in quibus alterum magis & plerunque fiat, ita tamen vt alterum euenire possit, alterum minime. I. Ac quicquid est in rerum natura id sit quandiu fiat: & quod non est quandiu fiat, id non sit necesse est. Attamen nec quod est, id omne esse necesse est, nec quod non est, non esse. Neque enim ex necessitate est quicquid est, quando est, idem valet quod omnino esse ex necessitate. Quod idem dicendum est in iis quæ non sunt. Eadem est etiam ratio contradictionis, in qua omne necesse est, vel esse, vel non esse, fore vel non fore. Nec tamen est necesse eum, qui separatim accipiat vere alterum dicere, vt necesse est nauale bellum cras geri, vel non tamen geri cras bellum nauale necesse est, aut non geri etiam si illud geri, aut non geri sit necesse. Quoniam igitur eadem ratio est veritatis orationum & rerum, certe necesse est eam omnia quorum ea vis & natura est, vt vtramque in partem inclinent, contrariaque recipiant, eadem ratione etiam contradictione contineri. Quod in iis rebus fit, quæ non semper sunt, quæq; non semper non sunt. Ex his enim necesse est alteram contradictionis partem veram esse, alteram falsam: non quidem hanc vel illam, sed alterutram. Et quanquam ad veritatem altera propius accedit, tamen non iam vera est vel falsa. Ex quo efficitur non necesse esse in enuntiationibus contradictorijs alteram veram esse, alteram falsam. Non enim eadem ratio est eorum quæ sunt in rerum natura, & eorum quæ non sunt, esse autem vel non esse possunt: sed sicut diximus ita res habet.

COMMENTARIA.

CVM dictum sit in superioti capit hanc legem debere in propositionibus contradictionibus obseruari, vt vna earum sit necessario vera, & altera necessario falsa, vt in materia necessaria, atque impossibili vsu euenit: exagitat iam in hoc capite Arist. an hæc ipsamet lex obseruari debeat in enuntiationibus contradictorijs, quæ fiunt in materia contingenti, maior enim sese offert dubitandi ratio in his, quam in aliis enuntiationibus. Hanc igitur rem explicaturus statim in principio constituit in enuntiationibus quæ fiunt in materia contingenti, si fuerint illæ temporis præsentis, vel præterici, hanc legem esse obseruandam, vt scilicet vna earum necessario vera sit, & altera necessario falsa. Verba Aristot sunt.

A. *In instantibus igitur & præteritis, &c.* Hanc quidem explicare possumus his exemplis. Inprimis ex his duabus enuntiationibus quæ fiunt in materia cõtingenti temporis præteriti, omnis homo fuit candidus, aliquis

1. Pars capit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquis homo non fuit candidus, negans est certa, & determinate vera, affirmans vero est determinate falsa. Ex his præterea duabus aliis, temporis præsentis, omnis homo est sapiens, aliquis homo non est sapiens, negans etiam est determinate vera, affirmas autem determinate falsa, & hoc ipsum obseruandum etiam erit (inquit Aristot.) in enuntiationibus contradicentibus subiecti singularis. Animaduertit vero hanc regulam minime habere locum in aliis enuntiationibus indefinitis, quæ constant e subiecto vniuerso, nulla nota affecto, neq; enim illæ siue in tempore præterito, siue in præsenti veræ sunt necessario, ac determinate, sed ambæ possunt in vtroque tempore esse verę, vt duæ istæ, homo est albus, & homo non est albus: atque hæ aliæ, homo fuit albus, homo non fuit albus, sunt quoque veræ.

Pars capit. 1.

2. Pars capit. 6.

B. *At vero in enuntiationibus*, &c. Omnis igitur controuersia est de enuntiationibus futuri contingentis, valeatne aliquid in eis hæc assignata lex, ita vt ex eis vna sit determinate vera, & altera determinate falsa. Ista ergo quæstionem in hac secunda parte capitis dissolui. Aristot. vt constituat ex huiusmodi enuntiationibus, neutram esse vel determinate veram, vel determinate falsam. Primum autem confirmat duobus argumentis nō esse aliquam enuntiationem ex illis determinate veram. Primum est: si aliqua ex his enuntiationibus esset determinate vera, sequeretur omnia quæ eueniunt necessario euenire, atqui hoc est absurdum, cum sint permulta quæ libere, ac contingenter eueniant, ergo ex his enuntiationib. nulla erit determinate vera. Confirmatur propositio. Sint duo homines, quorum vnus dicat Petrus est futurus albus. Petrus non est futurus albus, alias si aliqua ex his enuntiationibus (vt aiens v. g.) sit determinate vera, non poterit Petrus non esse albus, & ita necessario illud eueniet, quia ex eo quod est, vel non est dicitur oratio vera vel falsa, & ita si huiusmodi propositio est diffinite, ac determinate vera, etiam eueniet vt Petrus necessario sit albus.

1. Argum.

C. *Ita necesse est ex omni æternitate*, &c. Secund. Si eadem propositio Petrus est futurus albus prolata in hoc tempore, necessario, ac diffinite est vera: ergo impossibile est, Petrum minime futurum esse album, & si est impossibile non futurum esse album, ergo necesse est cum futurum esse album, nam quod est impossibile non esse necesse est esse, atque ita omnia euenient necessario, quare auferenda erunt futura contingentia, quæ fiunt ad vtrumlibet, casus, fortuna, libertas, & alia huiusmodi, quę omnia cum sint absurda, sequitur in his propositionibus futuri contingentis, neutram partem siue aientem, siue negantem, esse certo ac diffinite veram.

D. *Sed ne illud quidem vere*, &c. Confirmat deinde duobus argum. Aristot. in his enuntiationibus contradicentibus futuri contingentis, non esse falsam vtramq; partem, tam illicę aientem, quam negantem. Primum petitum est, ex communi axiomate Dialecticorum, omnes enim illi profitentur ex duabus contradicentibus vnam debere necessario esse veram, & alteram falsam: quare ambæ non poterunt esse simul falsæ. Secundum. Si ambæ enuntiationes contradicentes essent simul falsæ, sequeretur idem esse, & non esse simul: atqui hoc adeo absurdum est, vt neque mente possit apprehendi, ergo ex contradicentibus vna saltim erit vera. Confirmamus propositio. Sumamus has duas enuntiationes, bellum nauale fiet, bellum nauale non fiet, aiens est falsa, ergo ius cōtradicens, quę est negans debet esse vera, iam ergo bellum nauale minime fiet. Rursus negans est falsa, ergo eius contradicens debet esse vera, quæ est aiens, ergo certissime bellum nauale fiet. Iam itaque idem bellum erit futurum & non futurum quæ omnia cum sint absurda, concludendum erit neutram ex his enuntiationibus esse determinate veram aut determinate falsam neque omnia euenire necessario, sed multa euenire libere, contingenter, ac fortuito, quod iisdem argumentis ipsemet confirmat. Primum proponit hisce verbis, quod petitur ex his quę libero arbitrio sunt prædita.

1. Argum.

E. *Videmus enim rerum futurarum*, &c. In illis rebus, quibus liberum arbitrium est concessum dantur consilium deliberatio, admonitiones: sed omnia hæc sunt de his quæ fieri possunt, & non fieri. ergo quamplurima sunt quæ eueniunt contingenter.

2. Argum.

F. *Velut vestis*, &c. Secundum est depromptum ex rebus arte constitutis. Potest vestis v.g. scindi, & non scindi: atteri, & non atteri: sed quod scindi, ac non scindi potest, contin-

contingenter scinditur: minime igitur diffitendum erit dari in rebus arte constitutis, quam plurima contingentia.

3. Argum.

G. *Similis est ratio*, &c. Tertium hausturn est ex rebus naturalibus, in quibus multa possunt euenire, & non euenire, potest enim homo nasci cum quinque digitis, vel cum quatuor, vel cum sex, & idem est de aliis plurimis: hauddubie igitur euenient multa contingenter in rebus naturalibus, illa enim quæ esse, & non esse possunt, contingenter eueniunt.

H. *Ex quo perspicuum est*, &c. Concludit Arist. non omnia quæ eueniunt necessario euenire, sed quædam esse quæ possunt euenire, vel non euenire, & indifferenter se habent ad vtrumliber, vt sedere, vel non sedere, vel raro eueniunt, vt fodientem terram thesaurum inuenire, vel vt in plurimum, vt nasci cum quinque digitis. Et ita in enuntiationibus contradicentibus, neutra pars erit determinate vera, neque neutra determinate falsa, sed non repugnat vtrumque esse veram, vel falsam. Quamuis propositio hypothetica, conflata ex duabus categoricis contradicentibus, necessario, & determinate debeat esse vera, vel falsa, quemadmodum in his duabus enuntiationibus, bellum nauale fiet, bellum nauale non fiet, neutra ex eis per se sumpta est determinate vera, vel falsa: at hæc propositio hypothetica diuisa, conflata ex illis duabus categoricis, bellum nauale fiet, vel bellum nauale non fiet, est determinate vera, vel falsa, verum enim est bellum esse futurum, vel non esse futurum.

Explica. quæstio.

I. *Ac quidquid est in rerum natura*, &c. Diffinitiam Arist. quæstionem in hoc cap. proposiram constituens ex duabus enuntiationibus contradicentibus in materia contingente neutram esse determinate veram, vel falsam, bene tamen totam orationem hypotheticam esse veram, vel falsam, quemadmodum hæc enuntiatio aiens, bellum nauale fiet, non est determinate vera, sicut neque hæc altera negans, bellum nauale non fiet: at tota hæc propositio hypothetica diuisa bellum nauale fiet, vel bellum nauale non fiet, est determinate vera vel falsa. Quam rem confirmat Arist. a simili in hunc modum. Quemadmodum Petrum sedere absolute non est necessarium, hypothesi tamen constituta quod ipse sedeat, necesse est cum sedere, quia quidquid est, quamdiu est necesse est esse, & è cōtra quidquid non est quamdiu non est, necesse est non esse: ita quoque in futuris contingentibus, neutra pars est necessario, vel determinate vera, vel etiam determinate falsa, tota nihilominus hypothesis, vel hypothetica propositio, erit determinate vera. Quod autem euenit in rebus, idipsum etiam euenit in orationibus exprimentibus res ipsas contingenter futuras, quamuis etiam in illis discrimen aliquod intersit, quæ quæ vt in plurimum eueniunt, vt nasci cum quinque digitis, non significant certam veritatem, magis tamen accedant ad illam, quam ea, quæ sunt contingentia ad vtrum liber, vt sunt, hominem sedere, vel non sedere: & hæc magis affinia sint veritati, quam ea quæ raro contingunt, sicut fodientem terram inuenire thesaurum & alia huiusmodi.

Schola in cap. 6. de futuris contingentibus.

1. Obseru.

A. 1. Boe. Arist. putat hisce verbis: *In instantibus igitur*, velut per epiogum ea concludere omnia de quibus in superioribus disseuerat, & non esse ab illis huius 6. cap. initium ducendum. At D. Thom. putat Aristot. ab his verbis exordiri caput, cuius sententiam amplectentes ab eisdem caput exorsi fuimus, cum Perionius, quem interpretem sequimur, ab eisdem etiam auspicetur.

2. Obsruatio.

A. 2. Vt institutum Arist. in hoc cap. facilius colligere possimus, ex D. Tho. & 8 mo. reuocanda erit ad memoriam diuisio enuntiationis ratione materiæ, in necessariam, impossibilem, & contingentem. Etenim si attributum non potest non conuenire subiecto, vt animal homini, erit in materia necessaria, si vero semper illi aduersetur, aut nunquam cum subiecto vniri queat, erit in materia impossibili, vel remota, vt est, homo est lapis: at si illud aliquando possit cum subiecto vniri, & aliquando ab eodem remoueri queat, erit in materia contingenti, vt est hæc, homo est calidus. Est autem triplex gradus harum contingentium enuntiationum: primus quando attributum vt in plurimum, & frequentius natum est subiecto inesse, vt sub cane seruare, alius: secundus quando attributum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsum raro natum est eidem copulari, vt sub eodem cane frigere, hoc enim raro euenit, & tertius quando non magis ad vnionem, quam ad separationem determinatur, vt est hominem sedere, vel legere. Igitur ex hac triplici enuntiationum materia, variæ formæ enuntiationum contradicentium nasci possunt: nam iuxta diuisionem temporis, in præsens, præteritum, & futurum quædam erunt contradicentes in tempore præterito, vt omnis homo fuit animal, aliquis homo non fuit animal, aliæ in tempore præsenti, vt omnis homo est animal, aliquis homo non est animal, & aliæ in tempore futuro vt omnis homo erit animal, aliquis homo non erit animal. Præterea ratione subiecti aliæ formæ orientur, vt quædam sint subiecti vniuersi, vt hæ proxime propositæ, & aliæ singularis, vt sunt Socrates fuit homo, Socrates non fuit homo, est, vel erit homo, aut neque est, neque erit homo. Et quemadmodum fuit propositum à nobis exemplum in materia necessaria poterunt in simili forma, alia exempla in materia impossibili, vel contingenti proponi. Vt igitur dignoscere valeamus veritatem, & falsitatem in enuntiationibus contradicentibus, aut contradictoriis, proponit D. Tho. nonnulla præcepta in hac re maxime animaduertenda.

Primum. In materia necessaria omnes enuntiationes aientes sunt veræ, & negantes falsæ, tam temporis præsentis, quam præteriti, vel futuri, vt hæc homo est animal, & fuit, & erit animal, hæc vero homo non est animal, vel non fuit aut non erit, est falsa. *Secundum.* In materia impossibili res è contrario se habet, quia omnes aientes sunt falsæ, & negantes veræ: vt hæc aiens leo est arbor, est, & fuit, & erit, semper falsa, negans vero leo non est arbor, est, & fuit & erit, semper vera. *Tertium.* In materia contingenti, omnes vniuersæ, tam aientes, quam negantes, sunt falsæ, particulares vero, veræ, tam in tempore præsenti, quam præterito, quam futuro: nam hæ, omnis homo fuit candidus, vel nullus homo fuit candidus, vel est, vel erit, ambæ sunt falsæ: at hæ aliæ, quidam homo fuit candidus, vel quidam homo non fuit candidus, vel est, vel erit, ambæ sunt veræ. *Quartum* In indefinitis in materia necessaria, aientes sunt veræ, & negantes falsæ, in impossibili negantes veræ, & aientes falsæ, in contingenti vtraque est vera, tam in tempore præsenti, quam præterito, quam futuro In materia necessaria hæc est vera, homo est, & fuit, & erit animal, hæc tamen falsa, homo neque est, neque fuit, neque erit animal. In impossibili hæc est vera, leo nec est, neque fuit, neque erit arbor, hæc autem falsa, leo est aut fuit, aut erit arbor Tandem in contingenti erunt veræ, homo fuit, vel est, vel erit candidus, & homo neque est, neq; fuit, neque erit candidus. *Quintum.* In enuntiationibus subiecti singularis, necesse est alteram partem esse determinate veram, & alteram determinate falsam in quacunque materia, in tempore præsenti, & præterito, vt Socrates fuit, vel est albus, Socrates fuit, vel est lapis, Socrates fuit, vel est homo, ex quibus primæ sunt in materia contingenti, secundæ in impossibili, & tertiæ in necessaria sunt determinate veræ, vel falsæ. *Sextum* in eisdem constantibus subiecto singulari, in materia impossibili, & necessaria respectu temporis futuri, necessario debet vna esse determinate vera, & altera falsa, vt Socrates erit homo, quæ est in materia necessaria, est determinate vera, & Socrates erit leo, quæ est in materia impossibili est determinate falsa. *Septimum* in eisdem respectu futurorum contingentium, vel in materia contingenti respectu temporis futuri, neutra ex enuntiationibus contradicentibus, aiens scilicet, vel negans, est determinate vera, vel falsa, vt ex his duabus, Socrates erit imperator, Socrates non erit imperator, nulla est determinate vera, vel falsa, sed vtrumque potest illi contingenter euenire, de his igitur est instituta Aristot. in hoc cap. disputare, num scilicet illæ sint determinate veræ, vel falsæ, constituit, neque esse determinate veras vel falsas, vt in commentariis exposuimus.

4. Præcept.

5. Præcept.

6. Præcept.

7. Præcept.

Præcept.

Præcept.

Dispu-

Disputatio de Futuris contingentibus, vnica sectione comprehensa.

Argvmentvm.

Eleganter profecto, dubitationem de futuris contingentibus exposuit Aristot. quia tamen posteriores Philosophi, nonnulla his addiderunt, erunt etiam illa à nobis in hoc loco proponenda. Verum quia illa sunt magis Philosophica, quam Dialectica, ne Dialecticis obscuritatem aliquam adferamus, dilucide, & breuiter hæc eadem proponere, & explicare conabimur.

Quæstio I. Dentur ne aliqui effectus contingentes necne?

Hæc quæ de rerum contingentia in hoc cap. traduntur ab Aristot potius ad vtrumque Philosophum primum, & naturalem, quam ad dialecticum spectare videntur, de quo argum. *metaphys. & phys.* cum Aristot. diffuse satis eius interpretes pertractarunt, ob quam causam ne propitios limites transgrediamur non erat à recta ratione alienum illam in hoc loco prætermittere Verum quia ipsemet Arist quem interpretandum suscepimus, in hoc cap. eandem proponit, non potuimus non aliqua breuiter quidem, & succincte, de eadem disputatione proponere. Imprimisq; quærendum est an dentur effectus contingentes, necne? Etenim non dari in hunc modum suademus.

1. *Argum.* 1. Scientia diuina respectu futurorum est certa, & infallibilis, ergo quæ Deus nouit nulla ratione poterunt non esse: sed futura contingentia, possunt non esse, ergo non erunt aliqua futura contingentia. 2. *Argum.* 2 Posita causa per se debet necessario poni effectus: sed omnia entia habent aliquam causam per se, quia si aliqua fuerint, quæ habeant causam per accidens, cum omne per accidens reuocetur ad aliquod per se, habebunt etiam causam per se, ergo omnis effectus erit necessarius, & ita nihil poterit contingenter euenire. 3. *Argum.* 3 Causæ necessariæ producunt effectus necessarios: sed orbes cœlestes sunt causæ necessariæ horum inferiorum, ergo producent effectus necessarios, ac proinde nulli erunt effectus contingentes. Quod si quis respondeat hanc causalitatem orbium cœlestium, impediri ab his causis inferioribus, à quibus oritur contingentia, contra ita ago. Causa quæ præstat impedimentum ne alia suum effectum producat, debet esse maioris virtutis: sed nulla causa ex his inferioribus, habet maiorem virtutem, imo neque æqualem cum corporibus cœlestibus: nulla ergo causa ex his inferioribus poterit impedire actionem ipsorum. *Iam.* Omne futurum necessario est futurum, vt est apertissimum, ergo nullum futurum erat contingens. Consequentia nota est, confirmatur antecedens. Quemadmodum se habet res præterita ad esse præteritum, ita res futura ad esse futurum: sed omne præteritum necessario est præteritum, ergo omne futurum necessario erit futurum. *Vltimo* vt o ratione veterum Astrologorum & statuo prius virtutes influxus motus figuraſque cœlorum, esse propter hæc inferiora, ad illa scilicet gubernanda maxime vero propter homines. Statuo deinde tunc media ad finem assequendum dici frustra quando illis positis, potest non sequi finis Ex quibus ita connecto argum. Sit aliqua cœli constitutio, vel figura, quæ indicet Socratem furem esse futurum, vel igitur non poterit non esse fur, vel poterit non esse: si non potest non esse, igitur necessario erit fur: si vero poterit non esse, ergo medium illud, nimirum, illa cœli figura, frustra erit, cum finis quem indicabat, non fuerit per eam consequutus.

4. *Argum.*

5. *Argum.*

In hac quæst. inter Veteres Philosophos non parum controuersa, quidam in ea extiterunt opinione, vt arbitrarentur, omnia necessitate quadam fatali euenire, ita vt non possint alia ratione quam fuerint à fato ipso decreta promanare. Ita Chrysippus, Zenon, & alij, Stoici. Heraclytus, & qui-

1. *Opin. Veterum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quidam Astronomi vt Hermes Nec ceptus Pythosidis, Maternus, Manlius, & ex Arabibus Albumazar, ex aliis vero Veteribus Philosphis, Satyrion, Possidonius, Apuleius, & fere omnes Poetæ, qui fatum in suis carminibus, ineuitabile, vel ineluctabile, vocant. Idem Priscilla, & Priscillianistæ hæretici, vt legimus in concilio primo Bracharensi. Alii, vero eandem absolutam necessitatem in rebus collocantes, illam, non à fato, sed à prouidentia, vel scientia, vel voluntate diuina, prouenire arbitrantur, nam quæ Deus præuidit, ita sunt necessario euenturæ, vt non possint alio modo esse habere. Hanc ex Philosophis sequuti fuerunt, Thales, Democritus, Parmenides, Pythagoras, & inter hæreticos Abailardus, vt testatur D. Bernardus *epist. 90.* Vvitchleph Lutherus, vt inquit Castro *in lib. de hæresibus*.

1. Opi. alior. veram.

1. Conclus.

Sit tamen in explicationem *prima conclusio*. Non omnia eueniunt necessario, sed multa sunt quæ eueniunt libere & contingenter, & quæ possunt euenire, & non euenire. Hæc conclusio est de fide diffinita *in concilio Constant. sessio. 8.* vbi condemnatur tanquam error hæc propositio Vvitcleph, omnia ex necessitate proueniunt absoluta, est autem is error 17. Et deinde confirmatur inprimis de effectis contingentibus, à causis naturalibus prouidentibus Pluuia v. g. futura tempestas, vel serenitas non sunt effectus necessarii, nam possunt euenire, vel non euenire, vt conspicimus apertissime, & aliquo mentis delirio laborat, qui hæc non intuetur, vel si intueatur, ita esse diffiteatur, ergo non omnia euenient ex absoluta necessitate.

2. Argum.

Iam. Si hi effectus iuxta hanc necessitatem euenirent, quemadmodum ortus solis semper eodem modo sese habet (neque enim potest singulis diebus non oriri) ita etiam non posset non semper futura tempestas euenire: at hoc videmus esse falsum, quare non eueniunt hi effectus absoluta necessitate.

3. Argum.

Præterea. In actionibus quæ à libero arbitrio dependẽt, hæc conclusio multo notior est, quam in aliis de quibus proxime egimus. Enimuero si omnes actiones à libero arbitrio prodeuntes, essent omnino necessariæ, nullum esset meritum, nulla laus pro actionibus egregie institutis, neque aliquo supplicio pro aliis quæ minus recte instituuntur afficeremur nam necessariis, neque laudem, neque supplicium aliquod premeremur. Item leges omnes quæ vitam humanã in finem studiosum dirigere nituntur, superuacaneæ essent, perirent etiam maiorũ monitiones, amicorumq; ad vitam studiosam amplectendam consilia & cohortationes quæ certe cum ipso solo lumine naturæ illustrante sint falsa, non omnia absoluta necessitate eueniunt, sed quam plurima erunt quæ contingenter, & libere erunt futura.

3. Conclus.

2. *Conclu.* Ex eo quod Deus præuidit, voluit, aut aliquid futurum præordinauit, nõ sequitur in rebus absoluta necessitas, sed cum his omnibus recte cohæret, vt dentur multi effectus liberi & contingentes. Hanc aduersus Philosophos in secunda opinione recensitos ponimus, de qua diffuse satis Theologi. *1. p. q. 14. ar. 13. de diuina scientia disput. 19. sect. 19. ar. 8. de Volunt. dini. differentes, q. 22. ar. 4. in qua* de diuina prouidentia pertractant, *& idem D. Tho. cum pleri q. alibi locis tum Qq. maxime 3. Cont. Gentes à cap. 72.* per nonnulla capita sequentia hanc rem ita luculenter absoluit, vt illis fere nihil addi posse videatur. Nobis vero qui nunc non Theologum, sed Dialecticum agimus satfuerit breuiter illam hoc pacto confirmasse. Primoq. diuina scientia & voluntas, nequaquam auferunt a rebus ipsis orum & inter tum, nam has duas mutationes, in rebus dari, ipsis sensibus intuemur: sed quæ oriuntur, & intereunt, non euenunt absoluta necessitate: ergo diuina scientia, voluntas, & prouidentia, non auferent a rebus contingentiam: & mutabilitatem. Addimus necessariam & contingens esse duas differentias ipsum ens distribuentes: sed differentiæ entis (vt & ipsum ens) à diuina voluntate promanant: ergo diuina voluntas, & alia quæ recensuimus, non auferent à rebus contingentiam. Sciendum tamen est duplicem esse necessitatem, vnam consequentis, & alterã consequentiæ, consequentis significat necessitatẽ absolutam, & simpliciter, a nulla hypothesi dependentem, vt est necessitas huius consequentis, homo est substantia: consequentiæ vero est illa quæ in se nullã habet intrinsecam necessitatem, nisi ea sola ratione, qua infertur ex antecedente, quemadmodu hæc consequentia est necessaria, si ego te video currentẽ, tu curris in qua cõsequens, tu curris necessario sequitur ex illo antecedente, nõ enim posito illo,

D. Tho.

1. Argum.

2. Argum.

Obseruat.

potest

potest consequens non sequi: ego tamen visione mea, nullam tibi infero currendi necessitatem. Itaque ea quę scita sunt à Deo Opt. Max. necessario euenient, necessitate consequentiæ, quia recte sequitur Deus scivit hoc euenturum, ergo hoc eueniet, idq; propter immubilitatem scientiæ diuinæ: non tamen euenient necessario necessitate consequentis, quia ex eo quod Deus vidit illud euenturum, nulla rei necessitas infertur, quemadmodum vt in eodem exemplo persistamus, ex eo quod ego videam Socratem currentem, nullam necessitatem ipsi infero, vt currat, quamuis sit hæc consequentia necessaria. si ego video Socratem currentem, ergo ille necessario currit, quia tali antecedente posito non potest non sequi tale consequens. Verum hæc non sunt subtilius à Dialecticis contemplanda, sed Theologis, quorum est officium de his disputare erunt prærermittenda.

3. Conc.

3. *Conclu.* Neque actiones, influxus, aut quæuis aliæ virtutes cælorum, auferunt contingentiam ab his rebus inferioribus. Legendus est D. Tho. *1. p. q. 115. art. 6. & 3. Cont. Gentes cap. 80. & in his locis Caiet. & Ferra.* Primoque sic illam suademus, ex Aristot. in lib. de diuinatione per somnium cap. 2. vbi inquit, quod neque eorum quæ in corporibus sunt signorum cælestium, velut aquarum, & ventorum multa eueniunt, sed possunt non euenire. *Jam* virtus cælorum est finita, requiret igitur materiam præparatam, & dispositam, vt suos effectus in eam inducere valeat quia omnis virtus finita, requirit materiam præparatam, sed huiusmodi præparatio materiæ potest impediri ab aliis causis inferioribus, ergo poterit quoque causalitas cælorum impediri ne suos effectus producat: at vbi causa potest impediri, effectus qui inde subsequuntur sunt contingentes, non igitur virtus cælorum à rebus auferet contingentiam. Rem hanc vt apertior fiat, exemplo quodam illustremus. Sit aliqua cœli constitutio, vel aspectus a iquis planetarum, qui pluuiam sit natus inducere, arescat etiam terra, sitq; ea nimia siccitate perfusa, profecto quamuis natus sit hic conspectus pluuiam generare, non tamen illico eam generabit, quia materia non est præparata, vt ex ea hic effectus oriatur, pluuia n. ex humore terræ fieri debet. Demus etiam materiam esse præparatam, terramque copiam humoris ipsis

1. Argu.

orbibus offerre, vt ex illo nubes fiant, quæ a frigore condentatæ, in pluuiam conuertantur, perflet tamen illico boreas, qui illa omnino dissipet, & in auram tenuissima commutet, num pluuia sequetur? minime gentium. Non igitur omnes effectus orbium cœlestium necessarii, sed erunt quamplurimi contingentes, cum possint ab his caussis inferioribus impediri ne fiant. Hæc tamen pro instituto Dialecticorum sufficiant, nam plura in lib. de cœlo à nobis (Deo dante) proponentur.

2. Argu.

Iam dissoluenda sunt argu. quæ proposuimus *Ad 1.* Respon. ex 2 conclusio infallibilitatem scientiæ diuinæ, non auferre à rebus contingentiam, sed illa posita adhuc remanere res ipsas absolute contingentes: quemadmodum in exemplo proposito, data hypothesi quod ego videã Socratem currentem, visio mea est infallibilis, quia illa existente non potest non currere, quæ tamen nullam Socrati, vt currat imponit necessitatem, quia absolute potest non currere cum ab incepto cursu sistere possit. Vel dicimus supposita scientia infallibili, necessario res euenturas, necessitate consequentiæ, non tamen consequentis, vt in eadem secunda conclusione late diximus.

Ad 1. argum

Ad 2. Respondemus cum D. Tho. *in lotis superioribus & 6 metaphy. lect. 3.* falsam esse minorem propositionem, nam effectus per accidens, nullam habent causam per se. Etenim quamuis album habet causam per se, & etiam muticum, at quod muticum album habeat aliquam causam per se, hoc certe fieri nulla ratione potest, quia non est ens, vel vnum per se. Eadem ratione respectu orbium cælestium, quamuis vt portio aliqua ignis generetur in loco supero, eademque ad inferiorem descendat, habeat per se causam: at quod stupam aliquam descendens comburat, non datur aliqua causa per se, contingit enim vt descendens ignis, in illo loco esset stupa. Præterea quod in hoc agro Pomum floreat, causam habet per se, & quod Pirus floreat, etiam causam habet per se, at quod florente Pomo, simul etiam in eodem agro Pirus floreat, nullam potest habere causam. sed accidens, vt vna ex his arboribus florente, altera floreat. Vt etiam quod seruus inforum progrediatur, aut in villam, vel agrum, certe causam habet per se, voluntatem nimirum Domini, &

2. Argu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod alius etiam progrediatur eandem habet causam voluntatem scilicet heri, verũ occursus illorum seruorum, quod vnus alteri in eodem foro occurrat, respectu seruorum, nullam habet causam, sed præter vtriusque institutum fuit, vt sibi mutuo occurrerent in illo loco, & non igitur omnes effectus habet aliquam causam per se, vt his exemplis dedimus apertissime, explicatum. *Ad 3.* Dicimus falsam esse maiorem propositionem: nam quamuis sit aliqua causa necessaria, debet nihilominus agere iuxta dispositionẽ materiæ, maxime si fuerit virtutis finitæ, vt sunt orbes cœlestes: ac proinde huiusmodi præparatio possit impediri ab aliis causis. vt expositum in 3. conclu. non producet illa effectus necessarios, sed contingentes plerumque. Vel causa necessaria quantumcunque est ex se, nata est effectus necessarios producere: verum quia non agit immediate, sed modificata cum causis his inferioribus, (vt sol non generat equum immediate, sed vt eius vis modificatur in equo generante, cuius facultas non est necessaria, sed contingens) ob hanc rationem causa necessaria nõ producet semper effectus necessarios, sed interdum multos contingentes procreabit. Ad confirmationem dicimus virtutem orbium cœlestium vt in se est, non posse ab aliqua causa inferiori impediri propter rationem assignatam in argum. at eadem vt modificata in causis inferioribus optime potest impediri, ita enim sumpta non superat vires illius causæ cum qua modificatur, ac proinde quemadmodum causa inferior, potest ab alia causa vel aqualis, vel maioris potentiæ impediri, ita & virtus cœlorum potest ab eisdem causis impediri, vt virtus illorum in igne modificata ad calefaciendum, impediri potest ab aqua, quę si fuerit ligno comburendo perfusa, impedimentum præstabit ne ab igne, & hac virtute modificata calor generetur.

Ad 4. *Ad 4.* Negandum est antecedens. Ad confirm. dicimus esse disparem rationem inter præteritum & futurum, quia præteritum iam semel fuit positum in actu, atque ita implicat contradictionem quod non fuerit positum in actu: cæterum futurum nondum fuit positum in actu, proindeque potest non poni, & ex consequenti potest contingenter euenire. *Ad 5.* Respon. ex illa cœli figura & constitutione, nullam inferri Socrati necessitatem ad furandum: sed libere ipse & sponte furabitur: neque tamen illa vis cœlestis dicetur frustra, quia illa tantum potest inclinare, non tamen cogere voluntatem, quæ superior est omni virtute & influxu cœlorum. Sapiens enim (is inquam, qui non more pecudum, sequitur propensiones corporeas) dominabitur astris: verum de hac re alio loco.

Ad 3.

2. Solutio.

1. Opin.

Reiicit. à D. T.

2. Opin.

Reiicit. Scot.

Ad 5.

QVÆSTIO II.

Quænam sit radix contingentiæ in rebus ipsis.

QVærimus de prima causa vel radice, à qua ortum habet contingentia in ipsis rebus, num scilicet sit libertas diuinæ voluntatis, vel illius efficacia, aut quidpiam aliud, nam sunt de hac re diuersæ Philosophorum sententiæ. Multi enim putant (vt testatur D. Tho. in commenta. huius loci) originem esse potentiam materiæ primę ad contraria indifferentem, ita vt sublata etiam causa indeterminata propter varios concursus causarum naturalium se impedientium, & propter indifferentiam materiæ multa contingenter possint euenire. Quam opinionem sequi videtur in hoc loco Suetanus. Verum hanc sententiam merito rejicit D. Tho. quia cum effectus pendeat non solum à materia, sed etiam à causa efficienti, ad contingentiam illius, & indeterminationem requiritur non solum indeterminatio materiæ, verum etiam & causæ efficientis, ac proinde si hæc auferetur, omnes effectus necessario producerentur. Iam quæcunque non eueniunt à causa indeterminata necessario eueniunt, neque enim habent vnde magis ad hunc quam ad alium euentum determinentur: sed quæ necessario eueniunt, non contingenter, fiunt ergo si non esset in rebus causa aliqua indeterminata nullus esse posset effectus, contingens. 2. Sentent a est originem contingentiæ esse diuinam voluntatem, vel illius libertatem, ita vt ex eo dentur effectus contingentes, quia Deus libere agit. Sequuntur hanc Scotus Leuchetus *in 1 dist. 2. q. 2. dist. 8. q 2 dist. 39. q. 1.* Gabriel in his locis, & Corduba *lib. 1. q. Theologi. q 55. dub. 3* Cæterum neque hæc sententia est ex omni parte vera. Quia quamuis Deus non ageret libere, adhuc nihilominus possent esse effectus contingentes, ergo prima radix

dix contingentiæ non habet ortum à libertate diuinæ voluntatis. Verum quia antecedens negatur Scotus, confirmandum erit in hunc modum. 1. quia quamuis Deus necessario ageret (salua & integra suæ infinitę potentiæ efficacia) adhuc essent causæ quæ possent deficere, & quæ se mutuo possent impedire, quod certe satis est ad ortum effectuum contingentium. 2. Quia quamuis Deus ageret necessario, adhuc essent agentia libera, homines nimirum: at vbi est libertas arbitrii, ibi etiam possunt effectus contingentes reperiri. *Iam* Quamuis Deus ageret necessario, non immutaret rerum naturas, quemadmodum quamus nunc agat libere, non proinde easdem immutat, sed dantur multæ res ex sua natura contingentes, vt lectio, sessio, & cursus: ergo quamuis Deus necessario ageret, adhuc essent effectus contingentes.

1. Conc. His igitur constitutis opinionibus sit 1. *conclu* Prima radix contingentiæ est efficacia diuinæ voluntatis, vel virtus Dei potentissima, quæ effectibus quos nouit futuros esse necessarios, causas præparauit necessarias: & quos nouit futuros contingentes, causas etiam contingentes destinauit. Hanc profitetur D. Tho. 1. *p q. 19. arg. 8. Caie. ibidem, Ferrar. 2. c. Gent cap. 67. & 85. Soncí. 6. meta. q. 15 est q.* communis omnium tam Theolog. quam Philoso. sentenpræsertim illorum, qui grauiter in hac re philosophati fuerunt, confirmarique potest. A diuina voluntate eiusque summa efficatia & præpotenti virtute, omnes causæ ad suos effectus producendos destinantur, nam & vis illorum. & actio, modusque agendi, ab hac diuina virtute dependent: sed ex causis contingentibus oriuntur effectus contingentes, & ex necessariis necessarii, ergo ab efficacia diuinæ voluntatis tanquam a prima radice effectus contingentes orientur.

2. Conc. 2. *Conclusio.* Contingentia tanquam à proxima causa, & immediata, à virtute languente, vel (vt dicunt) defectibili causarum inferiorum ortum habet. Vnde si qui effectus contingentes dantur in rerum natura, ex imbecillitate causarum naturalium, vel libero arbitrio ortum habent. Confirmatur. Quia contingens est quod potest non esse, vel quod potest non fieri: sed non esse, vel non fieri aliquem effectum, vel ex imbecillitate causæ, quæ non potest illum producere, vel ex libertate arbitrii qui potest ferri in vtramque partem ortum habet, ergo contingentia effectuum tanquam a proxima causa, ab his inferioribus causis originem trahet. Rem hanc vno vel altero exemplo illustremus, imprimisque hominem claudicare, effectus est contingens, cuius causam proximam si inuestigemus, nullam aliam potemus inuenire, quam imbecillitatem quæ in cruribus reperitur. Rursus Socratem legere, etiam est effectus contingens, cuius profecto causa nulla alia poterit, quam libertas arbitrii excogitari, quibus exemplis aperte satis constat, contingentiam effectuum, tanquam à proxima causa, vel ab imbecillitate causarum inferiorum vel à libertate arbitrii, prouenire. Vnde colligimus quod quamuis Deus esset causa necessaria, nihilominus lectio (v. g.) aut claudicatio, simpliciter, & absolute essent vocandæ effectus contingentes, quia res à sua proxima, & immediata causa dicuntur possibiles, vel impossibiles, necessariæ vel contingentes, & non à prima, & generali, vt D. Tho. *q. 25. 1. p. art. 3. ad 3tr.* profitetur.

Explicat. exemp.

Objicit tamen Scotus, & contendit probare, quod si Deus ageret necessario non essent effectus contingentes. 1. Quia causæ secundæ tunc temporis necessario mouerentur à prima, ergo necessario quoque & non contingenter, suos effectus producerent. Antecedens est apertum, confirmatur consequentia. Causa quæ non mouet, nisi vt mouetur a superiori si necessario mouetur, necessario mouet: sed causæ secundæ non mouent nisi in quantum mouentur à prima, ergo si necessario mouerentur, necessario quoque producerent suos effectus. 2. Causa prima prius natura intuetur effectum, quam quæcunque alia secunda, ergo si necessario causat, omnis effectus in illo priori habebit ad illam necessariam habitudinem, ac proinde nullus effectus erit contingens. *Ad 1.* tamen negamus consequent. ad confirmationem respon. falsam esse maiorem propositionem, etenim quamuis causa prima necessaria, necessario quoque moueret causam secundam, quia tamen modificaretur ad modum illius, non necessario, sed contingenter effectum produceret. Vt nunc sol causa est necessaria respectu fructuum, mouetque necessario arbores ad illos emittendos:

Obiect. prima.

Secunda.

1. Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

verum quia modificatur ad modum arborum, vel quia recipit modum causandi earum non necessario, sed contingenter producit fructus. *Ad* 2. Respond causam primam non prius intueri effectum, quam modificetur in causa secunda, vt in eodem exemplo, non prius sol intuetur fructus, quam modificetur in arboribus, ac proinde quamuis necessario ageret, non essent omnes effectus necessarii, cum agat vt modificata in causis contingentibus.

2. Solutio.

QVÆSTIO III.

Num contingens quando est sit necessarium, vel contingens.

1. Argu. PRoposuerat Aristoteles hoc theorema. *Omne quod est, quamdiu est, necesse est esse.* Quod quidem verum non esse, hæc argumenta videntur studere. Primũ Cõtingens dicitur illud quod esse, & non esse potest: sed contingens, quod actu est, nequit esse, aut non esse: ergo contingens quod actu est, non erit contingens. Confirm. in hunc modum assumptio. Posse esse, & non esse, adinuicem contradicunt: at duæ contradicentes non possunt vere affirmari de vna & eadem re, ergo contingens quod actu est, non poterit esse, & non esse.

2. Argu. 2. Duæ differentiæ nequeunt eidem rei conuenire quia sunt inter se contrariæ: sed contingens & necessarium, sunt differentię diuidentes ens, ergo cum contingens, quod actu est iudicio Aristotelis sit necessarium, non poterit vllo modo esse simpliciter & absolute contingens.

1. Obser. Vt quæstionem istam explicemus animaduertimus, necessarium esse duplex, vnum simpliciter, & absolute, & alterum ex hypothesi. Necessariũ simpliciter est quod suapte natura non potest non esse, vt hominem esse animal. Ex hypothesi autem dicitur aliquid necessarium, quod suapte natura potest non esse constituta tamen hypothesi non potest non esse, vt currentem moueri necessarium est ex hypothesi, quia absolute homo potest non moueri: at constituto quod currat necesse est illum moueri.

2. Obser. Hoc autem necessarium optime conuenit rei quæ ex sua natura est contingens, at vero primum illud nulla ratione ei adaptari potest, quia contingens, & necessarium ex sua natura, sunt differentiæ contrariæ diuidentes omne ens. Animaduertimus deinde necessarium simpliciter diffiniti illud quod nullo modo potest non esse: contingens vero quod potest esse, & potest non esse, per primam partem separatur contingens ab impossibili, per secundam vero à necessario.

His constitutis sit 1. *Conclu* Contingens quando actu est semper est contingens ex sua natura, nulloque pacto necessarium simpliciter dici potest. Confirmatur duobus argum. 1. Attributa essentialia conueniunt rei in qualibet temporis differentia: sed contingens quod actu est sua natura est contingens ergo etiam vt actu erit in differentia temporis præsentis, erit contingens. 2 Contingens quod actu est potest absolute esse & non esse, ergo contingens quod actu est erit simpliciter contingens. Consequentia est aperta, confirmatur antecedens. Impossibile est illud posse esse deinde posse non esse inde fieri potest manifestum, quia si non posset nõ esse, impossibile esset quod illud non esset, quod tamen est omnino falsum, cum videamus contingens quod actu est, posse non esse, vtpote quod statim euanescat, ac rerum natura elabatur.

1. Conc. 1 *Conclusio*. Contingens quod est actu est necessarium ex hypothesi. Confirmatur hæc testimonio Arist. in hoc cap. qui constituit omne quod est, quamdiu est necesse est, habere esse, estque assertio satis aperta, quia lectio (v. g.) quando fit à præceptore, necesse est quod fiat, & quando Petrus currit necessarium est illum moueri, quia non potest currere quin moueatur.

1. Argu. Ad argu autem sigillatim resp. *Ad* 1. Aimus enuntiationes illas non esse contradicentes, quia non referuntur ad idem tempus, nam posse esse, refertur ad tempus præsens, & posse non esse, ad tempus futurum: vt lectio quæ actu est, potest esse in tempore præsenti, & potest non esse in tempore futuro. *Ad* 2. Dicimus contingens, & necessarium ex sua natura, esse differentias diuidentes omne ens, quæ eidem enti nullo modo queunt simul conuenire, nullum enim ens ex sui natura potest esse necessarium, & contingens: nihilominus necessarium ex hypothesi, & contingens suapte natura, non sunt differentiæ contrariæ, neque diuidunt omne ens, quare poterunt eidem rei contingenter conuenire, & actu existenti, simul

Ad 2.

ti, simul conuenire, quæ quidem ex sua natura erit contingens, ex hypothesi autem necessaria dicitur.

QVÆSTIO IIII.

An propositiones futuri contingentis sint determinate veræ nec ne?

ACcedamus iam ad institutum Aristot explicandum, num scilicet propositiones futuri contingentis sint determinate veræ nec ne? Etenim esse determinatæ veritatis vel falsitatis, his argu. ostendimus.

1. Argu. *Primum*. Non est maior ratio enuntiationum præteriti, quam futuri temporis, in materia contingenti: sed quæ sunt temporis præteriti de e minate veræ, vel falsæ, vt docuit Arist in textu: ergo & quæ erunt futuri contingentis, erunt etiam determinate veræ, vel falsæ. 1. Enuntiatio diffinitur oratio verum vel falsum significans: ergo si enuntiationes futuri contingentis non significãt determinate veritatem aliquam, vel falsitatem, non erunt enuntiationes.

2. Argu.

3 Argu. *Iam*. Hæc enuntiatio, Antichristus peccabit, est futuri contingentis, quæ tamen est determinate vera, nam est de fide: cui non potest subesse falsum: ergo enuntiationes futuri contingentis erunt determinate veræ. *Rursus*. Dicat aliquis, Thomas leget eras, quando legit est illa determinatæ veritatis: ergo quando illam protulit ante quam legeret erat quoque determinatæ veritatis, neque enim mutauit significationem: sed quando illa fuit prolata, ante quam legeret erat futuri contingentis: ergo huiusmodi propositiones erunt determinate veræ. *Ad extremum*. Eo modo se habet futurum contingens ad fores, sicuti præteritum adfuisse: sed præteritum fuisse est determinate verum, & implicat contradictionem non fuisse: ergo & futurum contingens fore, erit determinate verum, implicabitque contradictionem non esse futurum.

4. Argu.

5. Argu.

1. Opin. Non est eadem in hac quæstione explicanda Philosophorum sententia, nam prima est Ant. Cordub. 1. *lib. q. Theolog. q.* 55. *dubitat.* 2. qui putat omnes propositiones in se, vel respecta essentiæ diuinæ, esse determinate veras, vel falsas, vel quod idem est ex parte obiecti, at ex parte subiecti, vel quoad nos, qui non intelligimus determinat onem rei ad essendum, vel ad aliquam vnam partem, non esse has propositiones determinate veras, vt hæc propositio bellum nauale erit futurum, respectu Dei est determinate vera, & respectu rei significatæ quia à parte necessario debet determinari bellum ad esse, vel ad non esse, quamuis non sit respectu nostri. Adducit in patrocinium huius sententiæ Ioannem Medinam Complutum sane suo seculo clariss. & eruditum *in* 1. *dis.* 38. 2. *opinio est* Gregorii *in* 1. *dis.* 38. Villalpandi *in his commentariis* aliorumque nonnullorum, qui dicunt omnes propositiones futuri contingentis actu verasesse, vel falsas. Dici tamen indeterminatæ veritatis, vel falsitatis, quia earum veritas, vel falsitas potest mutari. 3 Est, quam aperte in hoc cap. profess̃us est Arist. omnesque fere interpretes cum eo D. Tho. *Alb. Mag. Ammo. Suef. Louanien. & quam sequuti fuerunt Gabriel, Occam, & Aureolus in* 1 *dis.* 8. *q* 1 *Catheri in lib. de prædest.* & complures alii, nimirum propositiones futuri contingentis neque esse certe, & diffinite veras, neque certe, & diffinite falsas, sed posse esse veras, vel falsas.

2. Opin.

3. Opinio.

Obser. Hanc igitur vt explicemus animaduertimus propositiones futuri contingentis quasdam esse absolute futuri contingentis, & alias quæ dependent, vel inferuntur ab aliqua propositione temporis præteriti Prioris generis sunt Petrus leget, vel Iacobus orabit: alterius sunt Ioannes dixit se eras disputaturum, vel Antonius exiit se prandio in Lyceum prog essurum, in quibus hæc, Ioannes disputabit, vel Antonius progredietur in Lyceum dependent ab illa præteriti temporis, Ioannes dixit, vel Antonius dixit. *Præterea*. Quæ significant futurum contingens dependenter ab aliqua de præterito quædam sunt, quæ inferuntur à causa variabili, & mutabili, & aliæ à causa variabili, & immutabili. Primi generis sunt quas proxime recensuimus, alterius autem generis sunt, Deus dixit se eras disputaturum, vel Antechristum futurum.

1. Conc. *Sit iam prima conclu.* Propositiones futuri contingentis quæ non dependent ab aliqua de præterito, vel ab ea non inferuntur, neque sunt determinatæ veræ, neque falsæ secundum se. Hanc aduersus primam opinionem profitemur, quæ certe est apertissima sententia Arist. in hoc cap. confirmatuque argumento efficacissimo. Si hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

propositio (v. g. Petrus disputabit) est determinatę veritatis: ergo non potest ille non disputare, nam illa propositio dicitur determinatę veritatis, quæ ita est vera, vt nullo modo possit esse falsa: ergo non contingenter sed necessario disputabit, quod sane cum sit absurdum, hæc propositio non erit determinatæ veritatis. Addimus contra Gregorium non ex eo dici hanc indeterminatę veritatis, quia illarum veritas potest mutari: etenim eadem ratione quæ sunt de præsenti (vt Iacobus disputat) essent indeterminatæ veritatis, quia earum veritas potest mutari.

1. Conc. 2. *Conclu.* Propositiones futuri contingentis quæ dependent ex aliqua de præterito, quarum causa est mutabilis, vel variabilis neque sunt determinate veræ, neque falsæ, vt est hæc Ioannes disputabit cras. Confirmatur *primo* quia quamuis dicerit tamen disputatio futura ab eius libero arbitrio dependet, ac proinde potest non euenire, nam a causa variabili, vt est illius voluntas, certum est posse effectum non prouenire. *Iam.* Hæc propositio futuri contingentis æquiualet huic hypotheticæ, Ioannes dixit, & Ioannes disputabit, cuius secunda pars est absolute contingens, nam potest ille disputare, & non disputare: sed illa hypothetica coniuncta cuius vna pars est contingens, est tota contingens vt omnes Dialectici profitentur: ergo & hæc Ioannes dixit se cras disputaturum erit absolute contingens, & ex consequenti non erit determinate vera vel falsa.

3. *Conclu.* Propositiones eiusdem generis quæ dependent ex aliqua de præterito, immutabili, & inuariabili, sunt determinate veræ, vel falsæ, vt est hæc, Deus dixit Antichristum futurum, est determinatę veritatis. Confirmatur. Scientia diuina tum & eiusdem voluntas, sunt causæ immutabiles, & inuariabiles: ergo si semel Deus dixit, Antichristum futurum, non poterit ille non esse, futurus, nam *ipse dixit & facta sunt*, Deinde quod dixit Deus futurum innititur primæ veritati reuelanti, vel proponenti: atqui primæ veritati non potest subesse aliquod falsum: ergo si Deus dixit Antichristum futurum non poterit ille non esse, ac proinde certæ, & determinatæ veritatis.

Iam ad argumenta. *Ad* 1. negamus propositionem, ratioque discriminis est, quia antequam res fiat, semper remanet indifferens, vt possit fieri, vel non fieri, ac proinde propositio quæ indicat rem illam futuram, vel non futuram, non erit determinatę veritatis: at postquam res semel fuit, vel semel est posita in actu, non est indifferens vt possit esse, vel non esse, sed iam fuit ad essendum determinata, atque ita propositiones præteriti temporis, quæ rem illam indicant fuisse, erunt definitæ, & determinatæ veritatis de futuro nequaquam. 1. Argu.

Ad 2. Respon aliud esse significare veritatę & aliud determinate veritatę exprimere, nam significare veritatem, est significare rem esse sicuti est: significare vero determinate, est ita vnam partem significare, vt nulla ratione aliam exprimere valeat. Itaque hæc enuntiatio, Socrates leget, significat veritatem contingentem, vel possibilem, quia significat rem esse sicuti est, nimirum rem contingentem, & quæ potest esse, & non esse: non tamen significat illam determinate, quia potest ipse non legere. 2. Argu.

Ad 3. Respon. illam propositionem Antichristus peccabit, etiam esse contingentem: nam absolute, & simpliciter potest non peccare: & quamuis sit de fide illum peccaturum, non proinde necessario peccabit absolute, nam hoc tantum est necessarium ex hypothesi, quia scilicet data hypothesi quod fides docet, vel Deus reuelauerit, non potest ille non peccare in sensu composito, propter infallibilitatem scientiæ, & reuelationis diuinæ: iam tamen diximus q. 3. necessitatem ex hypothesi non auferre absolutam contingentiam, vel libertatem. Ad 3.

Ad 4. Respon. negando consequentiam, quia quando Thomas legit, non est indifferens ad legendum, vel non legendū sed iam est illius indifferentia determinata per lectionem secundum actum: ac proinde hæc propositio quæ est de præsenti contingenti, Thomas legit, erit determinatæ veritatis: cæterum ante quam legat adhuc est indifferens ad legendum, vel non legendum, & ex consequenti propositio huius futuri contingentis Thomas leget, non erit definitæ, & determinatæ veritatis. Ad 4.

Ad vlti. iam respon. *in* 1. q. cui nunc respon. esse disparem, longeque diuersam rationem, inter præteritum, & futurum, Ad vlt.

quia præteritum iam actu fuit in rerum natura, & ita non potest non esse præteritum: at vero futurum nondum est in rerum natura, & ita potest fieri à Deo ne illud sit futurum, cum illud nullam implicet contradictionem: manifestam tamen implicat (è conuerso) contradictionem præteritum non fuisse. Aut respon possumus præteritum, & futurum sumi posse, formaliter, vel materialiter, sumuntur formaliter pro ratione futuri, aut præteriti, at materialiter vsurpantur pro rebus ipsis quæ præteritæ, aut futuræ nuncupantur, vt pro Adamo præterito, aut Antichristo futuro. Itaque quamuis si hæc sumantur formaliter, sit eadem habitudo esse futuri ad futurum, quæ est esse præteriti ad rem præteritam at si materialiter vsurpentur, non est eadem habitudo, quia res quæ præterit iam semel fuit in rerum natura, habuitque potentiam ad essendum determinatam per actum, res vero quæ futura non dum posita fuit in actu, neque illius potentia ad essendum fuit ab actu limitata ac proinde poterit illa non esse. Quidam nonnullas alias quæstiones hoc loco miscent, vt num detur potentia ad præteritum, & ad præsens, vel an præteritum potuerit non esse præteritum: & qua ratione futura contingentia cognita sint à Deo, quas disputant Theologi *in* 1. *sent. & in* 1. *p. q.* 14. *&* 25. Et quamuis in illis explicandis non parum delectet dum Theologi refero personam: at nunc Dialecticum agens, vitio mihi vertendum putarem, si eas Dialecticis explicatas tradidissem, cum reliqua quæ de contingentibus diximus, nisi nos ad illa proponenda Aristot. inuitasset libenter (quia nonnulla superiorum scientiarum postulant fundamenta) silentio inuoluissem. Hactenus igitur de 1. lib. de interpretatione.

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENTARIA IN SECVNDVM LIBRVM DE Interpretatione.

Eodem Fr. Didaco Maſſo Valentino Vilarealenſi Ordinis Frædicatorum auctore.

CAPVT I.

De Enuntiationibus infinitis.

ARGVMENTVM. CAP.

EXplicat inprimis ex quibus partibus conſtare debeat enuntiatio, ſecundo nonnulla theoremata proponit ad oppoſitionem inter enuntiationes finitas, vel infinitas intelligendam neceſſaria: & tandem in vltima parte nonnulla annotat ad hæc intelligenda apprime neceſſaria.

QVoniam autem affirmatio omnis quiddam de quodam dicit, idque vel nomen eſt, vel vocat nomine, quod autem in affirmatione continetur, id & vnum eſſe, & de vno re dici debet: quod autem de nomine & de eo, quod vocat nomine modo dixi, ad id referendum eſt, quoniam non homo, non nomen, ſed infinitum nomen appello: nam vnum quiddam ſignificat quodam modo nomen infinitum: quemadmodum non valet non verbum dico, ſed infinitum: profecto omne effatum aut ex nomine & verbo, aut infinito nomine verboque conſtet neceſſe eſt. Eſſe autem effatum ſine verbo nullum poteſt. Nam verba illa, eſt, fuit, erit, fit, & cætera eiuſdem generis, quoniam tempus adſignificant, tanta ſunt quæ verba eſſe ſupra poſuimus. B Prima igitur erit affirmatio & negatio, Homo eſt, Homo non eſt. Deinde hæ, Non homo eſt, Non homo non eſt. Tum hæ, Omnis homo eſt, Non omnis homo eſt. Poſtremo hæ, Omnis non homo eſt, Non omnis non homo eſt. Eadem eſt ratio temporum, quæ præſens vtraque ex parte claudunt.

C. Cum vero verbum eſt in oratione tertium dicitur, tum duo contrario nomine oppoſitarum pronuntiationum genera naſcuntur: quod autem dixi hoc exemplo intelligi poteſt, Homo iuſtus eſt: hic enim tertium: ſive nomen ſive verbum ponitur illud eſt. Ob eamq; cauſam hæc quatuor erunt, quorum duo affirmata vnum eodemque modo ad affirmationem & negationem, quo prius, & alia duo non erunt. Quatuor autem fieri, dixi quoniam iſt, vel nomini iuſti coniungi poteſt vel non iuſti. Quod idem fit in negatione. Sunt igitur quatuor. Sed quod dixi, ex deſcriptione intelligi licet.

A. Homo iuſtus eſt. } Huius negatio. { *C. Homo non iſt iuſtus.*
C. Non iuſtus non eſt homo. } { *A. Nõ iuſtus eſt homo.*

In his enim eſt & non eſt nominibus iuſti & non iuſti adiunguntur. Atque hæc quid mea ordine diſpoſita ſunt quem in Analyticis oſtendimus. Nec diuerſa erit ratio, ſi nominis ſint affirmatio, adiecta generis vniverſi nota.

A Omnis homo iuſtus eſt. } Cuius negatio eſt { *C. Nõ omnis hõ iuſtus eſt.*
C Nõ omnis homo nõ iuſtus eſt. } { *A. Omnis hõ eſt nõ iuſtus.*

Nſi quod non poſſunt aque vera ſimul eſſe enuntiationes ea, quæ tollunt inter ſe reſpondent. Sed tamen vera ſunt interdum eodem tempore. Atque hæ quidem duæ contradictiones ſunt. Aliæ autem duæ tum hæ, non homo, ſubiectum eſt, itque aliquid attribuitur.

Non homo iuſtus eſt. Non homo non eſt iuſtus, Non homo eſt nõ iuſtus Non homo nõ eſt nõ iuſtus.

His autem plures eſſe contradictiones nullo modo poſſunt: neque ab illis, hoc ipſo diuerſæ erunt, quod illud non homo, tanquam nomen, ſibi adiungant. D. Atque in hac etiam omnibus in quibus eſt verbum non accipitur, ſi in illo verbo valere & ambulare, idem fieret ſi ſana, oriatur, ac ſi eſt coniungeretur: velut omnis homo valet, Non omnis homo valet, & Omnis non homo valet, Non valet omnis non homo. E. Non enim non omnis homo, de ente dicitur, ſed nega-

tio ad hominis verbum addi debet, quoniam omnis non res vniverſa eſt, ſed in toto genere rerum accipi declarat. Quod ex hic enuntiatis omnibus perſpici poteſt. Valet homo, Non valet homo, Valet non homo, Non valet non homo. Inter has enim & illas hoc intereſt, quod in his nihil prorſus vniverſe & in totum dicitur, in illis dicitur. Ergo ſignificat omnis & nullus alius vtrius, niſi non ea vniverſe & in toto genere accipi in affirmatione aut negatione. In cætera eadem omnia conuenit adhiberi. Quando autem huic enuntiationi, Omnis animans iuſtus eſt, illa contraria eſt quæ dicit, nullum eſſe iuſtum animantem, perſpicuum eſt eas nunquam ſimul in eodem vera futuras eſſe, quæ autem his opponuntur, poſſunt interdum: velut, Non omnis animans iuſtus eſt, &, Eſt aliquis animans iuſtus, mutuo autem ſe hæ enuntiationes conſequuntur? hæ quidem, Nemo eſt iuſtus, huic, Omnis homo eſt non iuſtus: & hæc, Eſt aliquis homo iuſtus, huic, Non omnis homo eſt non iuſtus, quandoquidem ſit aliquis iuſtus neceſſe eſt ſi hoc ſit F. Illud etiam perſpicuum eſt, ſi vere licet negare in ſingulis enuntiationibus ei qui rogatus ſit, vere etiam eandem poſſe affirmare, vt, Eſtne ſapiens Socrates? Non eſt igitur non ſapiens Socrates. In vniverſi autem non eſt vera huiuſmodi affirmatio, ſed tantum negatio, vt, Non omnis homo ſapiens eſt. Non omnis igitur homo non ſapiens eſt. Hoc enim falſum eſt, at illud verum. Non omnis igitur homo eſt ſapiens. Atque hæc quidem illi tradiderunt, illa aduerſa. G. Quæ vero ex nominibus & verbis infinitis inter repugnantes & contradicentes ſunt, qualia ſunt hæc, non homo, & nõ iuſtum, ea ſive nomine & verbo negationes videri poſſunt, ſed tamen non ita eſt. Nam quum neceſſe ſit ſemper verum aliquid vel falſum negationem declarare, qui hoc totum non homo dixerit, nihilo magis atq; adeo minus, quam qui ſolum hominis verbum pronuntiauerit vere aliquid aut falſo dixerit, niſi quid adiungat. Nec vero pronuntiatum hoc, Eſt omnis non homo iuſtus, idem quod ſuperiorum vllum declarat: nec illud quod huic repugnans eſt & contradictens, Non eſt omnis non homo iuſtus. Atq; hæc, Omnis non homo eſt non iuſtus, par illi eſt, Nullus eſt iuſtus non homo. H. At vero nomina & verba ſi tranſponantur, aut tralata ſint, idem ſemper ſignificant: velut, Eſt albus homo, eſt homo albus. Si enim ſecus ſit, certe eidem affirmationi multæ ſunt futuræ oppoſitæ negationes: At vnam eſſe oportere demonſtrauimus: huius enim, eſt albus homo, negatio eſt, Non eſt albus homo. Huius autem, Eſt homo albus, ſi idem quod illa, Eſt albus homo, non declarat, negatio erit vel hæc, Non eſt non homo albus, vel illa, Non eſt homo albus. Atqui hæc, Non eſt non homo albus, huius eſt negatio, Eſt non homo albus. Altera autem huius, eſt albus homo. Duæ igitur ſint vnius neceſſe eſt. Ex quo intelligitur, ſi nomen & verbum tranſponatur tractentur q; in oratione eandem omnino affirmationem & negationem futuram

COMMENTARIA.

QVamuis apud Græcos hoc opus de interpretatione non ſit in duos libros diſtributum, quia tamen Latini omnes illud in duos libros ſunt partiti, illorum noſtram ſectionem approbantes, reliquam partem huius operis, hoc alio ſecundo libro complectemur, in quo diſputat Ariſt. de propoſitionibus infinitis, & modificatis. Imprimis vero agit de enuntiationibus infinitis in hoc 1 cap. vt autem id quod de ipſis in eo traditur intelligere valeamus in memoriam erunt nonnulla ex iis quæ ſupra diximus reuocanda. Imprimis enuntiationem quandam eſſe ſecundi adiacentis, vt illa in qua præter ſubiectum, & verbum, nullum collocatur attributum, qualis eſt hæc homo eſt: alteram autem eſſe tertij adiacentis, in qua præter ſubiectum & verbum, etiam continetur attributum, qualis eſt hæc, homo eſt animal. Deinde oppoſitionem quandam eſſe finitam, & aliam infinitam quæ diuiſionem totum habet ex eo quia omnis propoſitio conſtare debet vel ex nomine finito & verbo, vel ex nomine infinito & verbo, quod in hunc modum confirmat in prima parte capitis Ariſt.

1. Pars capitis.

A. *Quoniam autem affirmatio omnis, &c.* Omnis enuntiatio aut eſt affirmans, aut negans ſed tam affirmans quam negans conſtant nomine & verbo, vel nomine infinito & verbo, vt eſt apertum: ergo omnis enuntiatio conſtare debet, vel nomine & verbo, vel nomine infinito, & verbo. Erit ita quæ enuntiatio in hanc tam, & in infinitam merito diuidenda, illa enim quæ nomine tantum ab verbo conſtat dicitur finita, altera vero quæ ex nomine infinito, & verbo conſtituitur, infinita dicetur. Tertio annota enuntia, vtramque tam finitam, quam infinitam, tam ſecundi, quam tertij adiacentis, ſumi poſſe aut vt ſubiectum abſque vlla nota accipitur, aut vt idem aliqua nota

Universidad de Deusto
Biblioteca

affectum vsurpatur. Iam oppositionem quę inter enuntiationes reperitur tam finitas, quam infinitas dignoscamus.

B. *Prima igitur erit, &c.* His igitur constituris in hac secunda cap. parte nonnulla tradit Arist. theorem. ad oppositionem quæ inter enuntiationes, tam finitas, quam infinitas intercedit intelligendam apprime necessaria. primum est In enuntiationibus secundi adiacentis, quatuor inueniuntur oppositiones, duæ subiecti finiti. & aliæ duę subiecti infiniti. Subiecti finiti sunt hæ, homo est, homo non est, subiecti vero infiniti, hæ duæ aliæ, non homo est, non homo non est, quæ quidem propositiones constant subiecto vniuerso nulla nota affecto. Eademq; oppositio in enuntiationibus infinitis reperitur, quarum subiectum est aliqua nota affectum, nam si propositionibus adductis præponatur aliqua nota, eodem modo opponentur quo & illæ, vt cuilibet esse potest notissimum.

1. Pars capitis.

C. *Cum vero verbum, &c.* Secund. theor. In enuntiationibus tertij adiacentis dantur itidem quatuor oppositionum genera, duæ enim ex illis sunt finitæ & duæ infinitæ, seu attributi infiniti: finitæ sunt hæ duæ homo est iustus, homo non est iustus: infinitæ hæ duæ aliæ: homo est non iustus, homo non est non iustus. Addit tamen Arist. hanc particulam In huiusmodi enuntiationibus tertij adiacentis, esse obseruandam legem quæ obseruatur in attributis exprimentibus aliquam priuationem ratione affirmationis, vel negationis

2. Theorem.

3. Theorem.

D. *Atque in hu etium, &c.* Proponit Arist. tertium theorem. quod prius quam proponamus animaduertendum erit propositionem quæ reperitur in enuntiationibus tertij adiacentis attributi infiniti, reperiri etiam in eiusdem licet sint subiecti infiniti. Vnde hæ duæ erunt oppositæ non homo est iustus, & non homo est non iustus. Sit igitur tertium theorem. In enuntiationibus tertij adiacentis quatum verbum est adiectiuum, dantur etiam eadem genera oppositionum, quia affirmatio finitæ, quemadmodum, homo valet, opponitur huic negationi, homo non valet: & affirmatio infinita opponitur negationi infinitæ, quemadmodum hæc affirmatio, non homo valet, opponitur huic negationi, non homo non valet. Et quod de enuntiationibus infiniti aut finiti subiecti nulla nota affecti dictum est, idem etiam constituendum erit de eisdem enuntiationibus, si ipsarum subiectum aliqua nota afficiatur.

3. Pars capit. 1. Obseru.

E. *Non enim non omnis homo, &c.* Adnotat tamen Aristot. in enuntiationibus infinitis minime debere negationem præponi notæ vniuersæ, sed subiecto, vel attributo, eo quod nota ex se quidem nihil significat, bene tamen addita attributo, vel subiecto, vt illud hoc, vel altero modo accipiatur præstat, quemadmodum in superioribus docuimus: negatio autem constituens nomen aliquod infinitum præponenda est rei quæ ex se aliquid significet, quod Arist. explicat exemplis satis apertis in textu.

2. Obseruatio.

F. *Illud etiam perspicuum est, &c.* Animaduertit præterea idem Arist. in enuntiationibus subiecti singularis, parum referre num negatio præponatur, vel postponatur subiecto, quemadmodum in hac enuntiatione, Socrates est candidus parum refert, an ita dicamus. non est Socrates candidus, vel Socrates non est candidus: nihilominus in vniuersis multum refert præponere, vel postponere negationem, vt si non ita dicamus, omnis homo est iustus multum refert ita dicere, omnis non homo est iustus, vel omnis homo non est iustus, quia prima illa reddit sensum affirmantem, hæc autem altera negantem. Dixi priorem illam reddere sensum affirmantem si sumatur non homo infinite: si vero præposita negatione toti præpositioni ita dicamus, non omnis homo est iustus, est negans particularis & vera, altera vero est vniuersa negans, & falsa.

3. Obseruat.

G. *Quæ vero nominibus, &c.* Annotat etiam nomina, vel verba infinita, neq; significare veritatem, neque falsitatem, eo quod veritas, & falsitas, tantum est in propositione, at huiusmodi nomina infinita non sunt propositiones, quare neque veritatem, neque falsitatem indicabunt.

Assertum Vnicum.

H. *At vero nomina, & verba, &c.* Tandem constituit Arist. verba transposita in aliqua oratione, nō mutare sensum, quod in hunc modum ipse confirmat. Si verba transposita mutarent sensum, sequeretur, eidem enuntiationi aienti, esse oppositas duas negationes: atqui hoc repugnat omnibus, quæ sunt à nobis constituta in superioribus ergo verba transposita in enuntiatione non mutabunt sensum. Confirmatur propositio sumamus hanc enuntiationem, est homo candidus, & rursus hanc alteram, est candidus homo, si secunda enuntiatio differret sensu à prima, vel haberet eandem negationem oppositam, vel diuersam, non eandem, neque diuersam, igitur nullo modo duæ illæ enuntiationes sensu different. Confirmatur assumptio. Inprimis non obtinent diuersam negationem, nam illi affirmationi, est candidus homo repugnat hæc negans, non est candidus homo: alteri vero affirmanti, vel repugnat hæc, non est non homo candidus vel illa, non est homo candidus. Primo nō potest repugnare, eo quod repugnat huic affirmanti infinitæ non homo est candidus, neque secundæ, quia illa repugnat alteri aienti, est homo candidus. Præterea neque eadem negatio esse potest, ita enim fieret vt eidem negationi opponerentur duæ affirmationes: sequitur igitur verba transposita nullo modo mutare sensum.

Scholia in cap. primum de enuntiatio. infini.

AHæc verba multis aliis prætermissis interpretationibus, ita cum D. Tho. Alexandro, & Porph. possunt explicari. In enuntiationibus attributi priuati, hæc debet obseruari lex iuxta Arist. 1. *prior. cap vlt.* vt ex affirmatione, colligamus negationem, nequaquam vero è contra ex negatione, affirmationem inferamus. Sit exemplum Ex hac affirmatione attributi priuati, homo est non iustus, recte inferimus istam negationem, ergo homo non est iustus è contra tamen ex hac nimirum negatione attributi priuati, homo non est iustus, vitiose progrederemur ad illam affirmationem inferentes ergo homo est non iustus, nam Socrates mortuus non est iustus, qui tamen, non est, non iustus Neque diuersa præterea ratione in huius generis enuntiationibus ex attributo infinito constitutis res esse habet, nam in his ex aientibus accurate etiam colligimus negantes propositiones, non possumus nihilominus in eisdem negantibus, ex ipsis ad aientes accommodate procedere Quemadmodum sumpto (verbi gratia) non iusto (vt in eodem exemplo persistamus) infinite, bene ex hac aiente homo est non iustus, hanc negantem inferre possumus ergo homo non est non iustus: cæterum ex hac negante, nō recte aientem è conuerso colligeremus. Adhæc sicut in enuntiationibus tertij adiacentis, quarum attributum nulla nota est affectum, duas, constitutum est, dari oppositiones vnam enuntiationis finitæ, & alteram infinitæ, ita quoque in enuntiationibus tertij adiacentis quarum subiectum aliqua nota afficitur, eadem etiam constituenda sunt oppositionum genera. Exemplis hoc vtrumque declaremus. In enuntiationibus finitis, hæ duæ sunt ad inuicem oppositæ, v. g. omnis homo est iustus, non omnis homo est iustus: in infinitis vero hæ duæ aliæ, omnis homo est non iustus, non omnis homo est non iustus. Quamuis hæ maxime differant ab aliis, quarum subiectum nulla nota est affectum, quia in illis duæ eiusdem lineæ sunt veræ, vt apertum est in his, homo est iustus, homo non est iustus, quæ quia æquiualent particularibus quum fiant in materia contingenti ambæ veræ existunt, nequeunt tamen in eis enuntiationibus in quibus subiectum aliqua nota afficitur duæ eiusdem lineæ veræ esse simul, quemadmodum in his est manifestum, omnis homo est iustus, quæ quidem quia sunt contradicentes, ambæ simul veræ esse minime possunt.

H. Hanc legem nimirum verba transposita non mutare sensum, Ammonius, & acutissimus Caietanus *in Comment. huius loci* (nam Caiet. commentaria D. Tho. quæ in hunc lib. ob mortem celerem absoluere nequaquam potuit ab hoc cap vsq; ad finem libri fuit prosequutus, & adeo feliciter, vt eruditionem, & dexteritatem D. Thomiu Aristo. interpretando hausisse visus fuerit) ita interpretantur, vt dicant intelligendam illam esse, de mutatione secundum situm, non autem secundum formam subiecti vel attributi, nam hæc mutatio inuertit haud dubie sensum propositionum vt si in hac propositione, homo est animal verba transponantur, ita vt dicamus animal est homo, manet sensus eius inuersus, aliusque quam qui ante erat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT II.

De propositio vna & multiplici, & qua ratione liceat argum. à diuisis ad coniuncta, & è conuerso.

ARGVMENTVM CAPITIS.

INprimis docet quænam sit vna & quæ multiplex enuntiatio. Secundo proponit quæstionem, qua ratione liceat argumentari à diuisis ad coniuncta, vel è conuerso, & tertio explicat ipsam quæstionem.

AFfirmando autem aut negando vnum aliquid de multis, aut multa de vno, nunquam vna & simplex affirmatio & negatio fit, nisi vnum quippiam ex multis illis declaretur: vnum autem appello, non si nomen vnum sit illi impositum, nec ex hu vnam aliquid efficiatur: velut homo certe, & animal est, & bipes & ridet, sed vnum quiddam ex his constat: ex homine autem, & albo & ambulante non vnum efficitur. Quare si quis vnum quippiam de his enuntiet, una pronuntiatio sit, sed multa, etiam si vna esse videatur. Itemque multa sunt, si de vno quodam hæc dicantur omnia. B. Quocirca si dialectica interrogatio responsionis petitio est, vt vel ipsa propositio accipiatur, vel pars altera contradictionis, propositio autem vnius est pars contradictionis, profecto nunquam ad hæc vnum responsum adhiberi potest, quandoquidem ne si vera sit quidem, vna interrogatio est. Sed de his in Topicis diximus. Ex quo id etiam perspicuum est, quid sit, non esse dialecticam interrogationem. Nam & optio danda est, vt ex interrogatione vtram velit partem contradictionis alter eligat: & qui interrogat, ante constituere definitionem debet, ac tum quærere, sit, necne sit hoc homo. C. Sed quoniam alia coniuncta & copulata sic dicuntur, vt vnum fiat attributum ex his quæ separatim dicuntur, alia non: qua hoc inter sit distincti & assimilitudo est, quærat aliquis. Nam & an mal de homine separatim vere dicitur, & bipes separatim, atq; ea coniuncta vnum faciunt attributum. Item homo & albus, qua eadem vnum faciunt. At vero non si quis sutor sit, & bonus, continuo sutor bonus esse dicatur. si enim quia vtrumque separatim verum sit, etiam coniuncta ambo vera semper esse debere credat quis? an permulta incommoda subsequi cogetur. Nam hominu albique nomen de homine vere dicitur, ergo etiam totum: rursum autem albi nomen separatim dici potest, quare etiam coniunctim. Ita erit homo albus, albus: atq; ad exitum nunquam perueniet oratio. Itemq; erit musicus, albus, ambulans, eademq; sæpe connexa & repetita, nihil in quo consistant habebunt. Præterea si Socrates, Socrates sit & homo: etiam Socrates sit Socrates homo necesse est. Et si homo, ac bipes, sequitur vt sit etiam homo bipes. Illud igitur perspicuum est: absurda multa consecutura necessario, si quis attributorum coniunctiones omnino contendat fieri posse. Nunc quemadmodum hæc constituenda sint omnia, videamus. D. Eorum igitur quæ dicuntur, & eorum de quibus alia dicuntur, quatuq; per accidens ita dicuntur, vt aut de eodem aliquo subiecto dicantur vtraque, aut alterum de altero, ea omnia non vnum efficiunt. Velut in hoc, Homo est albus & musicus, nec vnum ex albo fit & musico: siquidem vtrumq; accidens est: nec si verum sit quenquam album eundem esse & musicum, idcirco ex albo musico fit vnum. Ex accidente enim qui albus est idem est musicus. Quare non vnū quiddam ex musico & albo efficitur. Quocirca ne sutor quidem bonus simpliciter dicendus est: sed animal bipes, hæc enim non per accidens, sed per se vnum efficiunt. E. Atque etiam vnum quiddam non constat ex iis omnibus quæ in altero posita rursus repetuntur. Itaque nec id quod album est, album est, nec homo, animal vel bipes: quod in homine & bipes & animal continentur. F. Vere autem de eo quod cum signo particulari accipitur, idem ipsum nomen citra vllum signum sumptum dicitur, vt dicitur aliquis homo esse homo: aut quidam homo albus, albus homo esse: nec id verum est semper. G. Tumq; id falsum est denique, cum id quod adiunctum est, aliquid repugnans continet, ex quo etiam contradictio consequatur. Vt si mortuus homo, homo esse dicatur. H. At si nihil tale in copulato reperiatur, totum vere dicitur. An si adsit tale aliquid, semper id verum non est? si non adsit, ne tum quidem semper vere dicitur? Velut Homerus aliquid est, vt poeta. Est ne ille tamen, an potius non est? Nam ex accidente de Homero illud est, in hac enuntiatione, Poeta est Homerus, dicitur, non per se. Quamobrem in quibus dicendi rationibus contradictio est nulla, si pro nominibus definitiones adhibeantur, in quibusque non ex accidente, sed per se inque vere enuntiantur, in his omnibus quod tale est aliquid vere dicetur esse omnino & citra vllam adiectionem tale. I. Nam quæ nulla sunt, quia cogitabilia sunt, non vere aliquid esse dicuntur: quippe cum ea non opinemur esse, sed non esse in rerum natura.

COMMENTARIA.

Quidsit propositio vna & quid multipl.

COnstituit primum Aristot. in hoc cap. quæ sit vna, & quæ multiplex propositio.

A. *Affirmando autem aut negando.* Propositio (inquit) vna illa est, quæ vnius est subiecti, & vnius attributi, quemadmodum hæc propositio est vna, homo est animal, vnicum namq; in ea est subiectum, & vnicum etiam attributum. Multiplex vero propositio est illa, in qua vel multa attributa prædicantur de eodem subiecto, vt quando ita dicimus, Socrates est candidus, & musicus, vel vnum prædicatum pluribus subiectis attribuitur, sicut hæc, Socrates & Plato sunt candidi. Animad. tamen Arist vnitatem subiecti, vel attributi, non esse colligendam ex vnitate vocis, sed ex vnitate rei ipsius significatæ, etenim aliquando euenit, vt subiectum sit vna vox, & tamen propositio ex ipsa constituta existat multiplex, quemadmodum in hac propositione, canis mouetur, subiectum est vna tantum vox, cum tamen illa multiplex existat, potest enim illa vel de sidere cœlesti, vel de cane matino, vel de domestico intelligi. Potest præterea euenire vt in attribu contineantur pleræq; voces quæ tamen quia significant vnam, & eandem rem constituunt illæ vnam propositionem, quemadmodum animal particeps rationis, bipes, & mansuetum, sunt multæ voces: cæterum quia omnes illæ significant vnam, & eandem naturam hominis ob hanc causam constituunt hanc vnicam propositionem, scilicet homo est animal particeps rationis, bipes, mansuetum.

Obseruat.

Consec.

B. *Quocirca si dialectica interrogatio, &c.* Ex his colligit Arist. interrogationem dialecticam qualis est hæc, sitne cœlum sphæricæ figuræ, necne? non esse vnam propositionem, eo quod in illa contineantur varia subiecta, & attributa, quare neque satisfaciendum illi erit vna tantum, sed multis potius responsionibus, nam cum in ea proponamus exagitandam vtramque partem contradictionis, optio datur respondenti, vt eligat quam maluerit ex illis. Quare definitio non poterit esse interrogatio dialectica, eo quod illa determinate significat rem diffinitam, neq; de illa dubitari potest in vtramque partem conueniatne, vel non conueniat rei diffinitæ.

2. Pars capitis.

C. *Sed quoniam alia coniuncta, &c.* In hac secunda parte tradit Arist. qua ratione possimus à diuisis, ad coniuncta, & è contra, à coniunctis ad diuisa argumentari, idq; præstat adductis in medium quibusdam theorematibus. Priusquam tamen, licitum esse hoc modo argumentari, sic confirmat. Consequentia hæc. Socrates est animal, & bipes, ergo Socrates est animal bipes. optima est, sicut & hæc alia Socrates est homo & albus, igitur Socrates est homo albus. E cõtra et hoc argumentandi genus accommodatum non esse hoc alio pacto demonstrat, propositis nimirum pluribus argumentationibus, in quibus processus a diuisis ad coniuncta, vitiosus est, minus enim recte infertur, primum. Petrus est sutor, & est bonus, ergo Petrus est sutor, bonus: deinde sortes, est homo albus & albus igitur sortes est homo albus: adhæc. sortes est sortes, & homo ergo sortes, est sortes homo, ac tandem sortes est homo, & bipes, igitur sortes est homo bipes. Vnde cum in his argumentationibus, a diuisis ad coniuncta progredi vitiosum esse, cuilibet sit apertum, satis, ac manifestum consequens fieri videtur, non licere semper argumentari à diuisis ad coniuncta. Iam vero his argumentis pro vtraque parte huius quæstionis effectis tradit in eius explicationem hæc theoremata?

D. *Eorum igitur quæ dicuntur, &c.* Primum. Quando attributa enuntiationum, accidentario prædicantur de subiecto, nunquam licet à diuisis ad coniuncta progredi, quemadmodum non recte inferimus. Petrus est albus & musicus, ergo Petrus est albus musicus, quia esse album, & musicum, accidentario & prædicantur de Petro, & inter se inuicem vnuntur. Nec recte iterum

3. Pars capit.

1. Thes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

argumentamur, Petrus est sutor, & est bonus, igitur Petrus est sutor bonus, accidunt namq; Petro hæc duo, esse nempe bonum, & sutorem & coniunguntur præterea inter se accidentaria ratione, minime enim necesse est, vt qui est sutor sit etiam bonus vel è contra, qui est bonus, sutor existat. Diximus autem quando attributa accidentario prædicantur, alioquin enim si vnum solum prædicetur secundum accidens & alterum secundum essentiam, recte inferte poterimus, ad iisis ad coniuncta, sicut recte colligimus, Petrus est homo, & albus, ergo Petrus est homo albus, eo quod attributum illud dumtaxat, nimirum esse album, accidentario de Petro prædicatur.

Secun. theo. circa idem.

E *Atque etiam vnum quiddam, &c.* Secundum theoremа. Quando attributa sunt inter se affecta, vt vnum illorum sit inclusum in ratione alterius non bene argumentari possumus à diuisis ad coniuncta, quemadmodum quia animal est inclusum in ratione hominis, nō recte argumentatemur, Petrus est homo, & est animal: ergo Petrus est homo animal: & præterea quia bipes est inclusum in ratione hominis, vitiose colligeremus, Socrates est homo, & bipes, ergo Socrates est homo bipes.

F *Vere autem de eo, &c.* Quæ tradita sunt theoremata qua ratione à diuisis ad coniuncta progredi possimus ostendunt: quo modo vero à conuerso à coniunctis ad diuisa procedendum sit, hoc iam explicat Arist. videtur enim id fieri posse, nam recte colligitur Socrates est homo albus, igitur Socrates est homo, & Socrates est albus. Cæterum quia quamuis in huiusmodi argumentatione ita liceat colligere, non tamen id ipsum in omnibus aliis licitum est, ideo ad discernendum in quibus id possit, & in quibus non possit fieri, hæc alia theoremata proponit. Primum in his verbis.

Prim. theor. circa secun.

G *Tunque id falsum est, &c.* Quando attributa quæ prædicantur de aliquo subiecto repugnant inter se, non licet argumentari à coniunctis ad diuisa, vt quia hæc duo attributa, esse hominem, & esse mortuum, inter se repugnant, non recte colligeremus, Socrates est homo mortuus: ergo Socrates est homo, & est mortuus.

H *Ac si nihil tale, &c.* Secundum theoremа. Quando attributa ita ad inuicem afficiuntur, vt vnum efferatur de subiecto ratione alterius, non recte argumentabimur à coniunctis ad diuisa. Quemadmodum quia esse magnum conuenit Arist. ratione Philosophiæ, & non ratione corporis non recte colligimus Arist. fuit magnus & Philosophus, ergo Arist. fuit magnus: & quia Homero conuenit esse ratione poesis non recte inferre possumus Homerus est Poeta, ergo Homerus est. Vnde concludendum erit, inquit Aristot. tum temporis esse licitum argumentari à diuisis ad coniuncta, vel è conuerso, quando attributa primo & per se conueniunt, ac ratione sui subiecti, sin minus ratio colligendi nulla omnino erit.

Secun. theor. circa id. m.

I *Nam quæ nulla sunt, &c.* Ex his inquit Arist. colligenda erit solutio cuiusdam argumenti à veteribus proposiri, quo nitebantur ostendere ipsum non ens esse. Non ens est opinabile vel intelligibile, ergo non ens est. Argumentatio enim hæc nihil penitus colligit, nam non enti non competit esse ratione sui, sed tantum ratione opinabilis, & ita non recte colligimus non ens est opinabile, ergo non ens est, quia argumentamur à coniunctis ad diuisa.

Soluit quod dam argum.

Caput III.

De enuntiationibus modificatis.

Argvmentvm Cap.

AGit de enuntiationibus modificatis, in quarum tractatione duo explicat, & oppositionem, & mutuam consequentiam, primoque de oppositione, & deinde de consecutione, multa de his aduersus veteres proponens.

His autem expositis, nunc quemadmodum inter se affecta sint enuntiationes quæ de eo fiant quod possit fieri aut non possit: de que eo quod euenit, aut non euenit: de eo denique quod impossibile, quodq; necessarium est, disseramus. B. Quam enim vim habeant, magna quæstio est. Si enim ex iis quæ inter se comparantur, ea inter se pugnant, & contradicunt quæ ex verbis est, &

non

non est, constant: Scilet huius, Est homo, negatio est, Non est homo, non illa, Est non homo: Et huius Est homo albus, hæc, Non est homo albus, non illa, Est home non albus. C (Nam cum necesse sit de omni re vel quod ait vel quod negat dici, certe verum erit, lignum hominem nō album esse. Quod si ita est, in omnibus ita etiam in quibus est verbum non adiungitur, quod pro illo est dictum erit, idem valebit. vt huius effati, Homo ambulat, non hæc, Ambulat non homo, sed illa, Non ambulat homo. futura negatio est, quoniam vtrum hominem dicamus ambulare, an ambulantem esse, nihil interest) D. Si inquam ita se res habeat in omnibus: profecto huius: Possibile esse, hæc possibile non esse non illa, non possibile esse, negatio sit necesse est E Atqui res & fieri & non fieri eadem potest. Quicquid enim fieri & ambulare potest, id & non diuidi potest & non ambulare. Cuius ratio est, quod non semper actu est quod hoc pacto possibile est. Ita etiam conuenit negatio. Nam potest etiam non ambulare quod ambulare potest: & non cerni, quod sub aspectum potest cadere. At fieri non potest, vt in eodem vere enuntiationes repugnantes contradicentesq; dicatur. Non igitur huius pronuntiati, Potest fieri, illa, Potest non fieri, repugnans contradicentesq; est. F. nam ex his quæ dicta sunt horum alterum efficitur, vt aut idem de eodem dicamus simul, & negemus, aut ea re vt nō ex verbis est, & non est, quæ adiunguntur omnibus affirmationes nascantur & negationes. Quod si fieri illud non potest, hoc profecto sequendum est. Ergo huius enuntiationis, potest fieri, negatio est non hæc, Potest non fieri, sed illa, Non potest fieri G. Eadem ratio est eius quod contingit. Etenim eius negatio est illud, Non contingit. Quod idem fit in cæteris: cuius modi sunt, impossibile, necessarium H. Vt enim in illis est & non est ve ba, additamenta sunt, illa autem albus & homo res subiectæ: sic in his, est & non est pro subiecto habentur: hæc autem, potest & contingit, accessiones sunt, quæ quidem in his enuntiatis, Potest fieri, &, Non potest fieri, ita quid verum sit quid ve falsum, vt in illis est & non est, diuinum: & explicant. I. Huius autem, potest non fieri, negatio nō est quæ sequitur, Non potest fieri, sed hæc, Non potest non fieri. Et huius, Potest fieri, non illud, Potest non fieri, ea hoc, Non potest fieri. K. Quocirca quod fieri potest & quod potest non fieri, alterum alteri consequitur: nam quod possibile est idem esse & non esse potest. Non enim pugnant secum & contradicunt, quod fieri potest, & quod potest non fieri: sed quod fieri potest, & quæ fieri non potest, quoniam dissident à se & contradicunt, nunquam in eodem vere dicuntur. L. Eodem q; modo de hu, quod potest non fieri, & quod non potest non fieri, iudicandum. Similiterque huius, Necessarium est, negatio est non illud, Necessarium non est, sed illud, Non necessarium est. Huius autem, Necessarium non est, illud, Non est non necessarium. Itemque huius, Impossibile est fieri, non illud, impossibile est non fieri, sed illud, Non impossibile est fieri. Huius vero, Impossibile est non fieri, illud, Non impossibile est non fieri. In summa, est & non est ponitur, vt dixi, pro rebus subiectis debent: hæc autem quæ negationem & affirmationem efficiunt, ad illa ipsa verba est & nō est addenda sunt. Atque ea demum contradicentes existimanda sunt enuntiationes, N. Potest & non potest: contingit, & non contingit: impossibile est, & non impossibile: necessarium, & non necessarium: O. Verum, & non verum. P. Atq; consecutiones hinc pro ratione nascitur quæ disponenda sunt hoc modo. Q. Ei quod fieri potest, illud quod contingit vt sit, consequitur, retroque id commeat vicissim. Hæc etiam consequuntur, quod non impossibile est fieri, & quod non necesse est fieri. R. Ex eo vero quod potest non fieri, & quod accidit vt non fiat, id quod non necesse est non fieri, & quod nō impossibile est non fieri consequentia sunt. S. Ex eo etiam quod fieri non potest vt sit, & quod non accidit vt sit, id quod necesse est non esse & quod impossibile est esse sequitur. T. Consequentia etiam sunt, & id quod necesse est esse, & quod impossibile est non esse, ex eo quod non potest non esse, & quod non accidit vt nō sit. Id quod ex hac descriptione intelligi potest.

Fieri potest vt sit.	*Quod fieri non potest.*
Accidit vt sit.	*Quod non accidit vt sit.*
Non impossibile esse.	*Quod impossibile.*
Non necessarium esse.	*Quod necesse est non esse.*

Fieri potest vt non sit.	*Quod nō potest fieri quin sit.*
Accidit vt non sit.	*Quod non accidit vt non sit*
Non impossibile nō esse.	*Quod impossibile est quin sit*
Non necessarium non esse	*Quod necesse est esse.*

V. Quod igitur impossibile est vt sit, & quod non impossibile est esse ex contradictentibus eius quod accidit vt sit, & quod fieri potest vt sit, & quod non accidit vt sit, & quod non potest fieri vt sit, ita consequentia sunt, vt conuerso ordine affirmationis negationibus, non affirmationes affirmationibus conuenant. Ex eo enim quod potest fieri, eius quod impossibile est consequens est negatio hæc, Non impossibile est esse. Ex ex autem quod negat, id quod ait, quoniam ex eo quod non potest fieri vt sit, id quod impossibile est assistitur. Hæc enim totum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

impossibile est esse, affirmatio est illud negatio, Non impossibile est esse X Sed quam affectionem ad illa habeas id quod necesse est videamus. Atq; illud quidem perspicuum est in his non ita esse vt in illis contrarias que his conequit contradicentes autem, seorsum esse ab iis quæ conuertuntur. Neque enim huius, Necesse est non esse illa. Non necesse est esse, negatio est, quandoquidem vtraque de eodem vera esse potest. Quod enim necesse est non esse, id est non necesse esse. Y. Cur autem enuntiationes quæ de eo quod necesse est dicunt, non eodem modo, quo superiores, ex illis consequuntur, hoc causa est, quod id quod necessarium est, id quod impossibile est esse, idem valet, contrario nomine oppositum. Quod enim impossibile est vt sit, idem necesse est, non quidem esse, sed non esse. Quod autem impossibile est quin sit, id sit necesse est. Ita si illa eodem modo, ex eo quod potest esse & non potest esse concluduntur: certe in his contra fiat necesse est: quandoquidem non idem valet quod necesse est esse & quod impossibile est vt sit: sed contrario modo alterum cum altero consentit, vt dictum est. Z. An fieri non potest, vt hoc modo constituantur contradictiones eius quod necesse est? Huic enim quod necesse est esse, consequitur id quod fieri potest vt sit. Huic minus negatio erit consequens: quoniam necesse est de quacumque re vere aut affirmari aut negari. Ergo si non possit esse, impossibile est esse. Quod igitur impossibile est vt sit, id necesse erit esse: quo nihil absurdius. Aa. Atqui ex eo quod potest esse, consequens id est, quod non impossibile est esse, ex quo id quod non necesse est esse. Ita fit vt quod necessarium est, id non sit necesse esse, quod fieri non potest. Bb. Nec ex eo quidem quod potest esse id, quod necesse est esse, aut non esse concluditur. Nam illud vtramque in partem potest cadere, horum autem vtrumlibet verum sit, non tam illa vera sunt futura. Simul enim aliquid & esse & non esse potest. Si vero necesse sit esse aut non esse, iam amplius vtramque in partem cadere non poterit. Relinquitur ergo vt id quod non necesse est non esse, eius sit consequens, quod potest esse. Cc. Nam de eo etiã quod necessarium est, id vere dicitur: Dd. atque etiam hac ipsa contradictione ei quæ ex eo concluditur, quod fieri non potest. Ex illo enim efficitur id quod impossibile est esse, & quod necesse est non esse: cui hoc, Non necesse est non esse, negatio est. Consequuntur ergo etiam hæ contradictiones, altera alteri quemadmodum dixi: atque ita collocatæ, nullum quo urgeamur incommodum consequitur. Ee. Verum autem ex eo quod necesse est esse: id quod fieri potest vt sit, sit consequens. quæstio est. Num si non sit consequens, contradictens erit consequẽs id, quod fieri non potest. Quod si quis hoc contradicens esse neget, is necesse est fateatur id esse quod fieri potest vt non sit, sed & hoc & illud falsum est in eo quod necessarium est. Ff. At contra idem videtur secari posse, & non secari, esse & non esse. Ita quod necessarium est, id potest non esse quod falsum est. Gg. Illud igitur perspicuum est, non quicquid potest aut esse aut ambulare posse etiam non esse, aut ambulare: sed sunt de quibus id vere non dicatur: primumque in iis quæ rationis expertia aliquid efficere possunt Vt ignis vim habet ille quidem calefaciendi, sed qua rationis sit expers. Quæ igitur potestates ratione ad agendum impelluntur, ea multa, etiam contraria efficere possunt rationis autem expertes, non omnes, cum præsertim ignis calorem suum vi gignere & non gignere non possit: nec ea omnia quæ semper actu sunt. Sunt tamen quædam facultatibus rationis expertibus prædita, quæ simul contraria recipere possint. Hh. Sed quod dixi huc pertinet, vt intelligamus non omnem potentiam ad contraria accipienda aptam esse nec in iis quidem, quæ sunt eiusdem generis. Ii. Sunt vero nonnulla facultates homonymæ Quod enim possibile est, id nõ uno modo dicitur: aliudque eo dicitur posse, quia iam re vera actu sit: Vt posse aliquem ambulare, quia iam ambulet, & vt semel dicam, posse esse, quod iam actu ipso sit, id quod posse esse dicitur. Aliud, quod futurum sit vt agat aliquando: velut cum aliquem posse ambulare dicimus, quod futurum sit vt ambulet. Kk Atq; hæc quidem potestas in iis tantum modo reperitur, quæ mutabilia sunt, illa etiam in iis quæ immutabilia sunt. Et vtrumq; vere dicitur posse ambulare, aut esse, & quod ambulabat iam, atq; in actu est, & quod vim habet ad ambulandum. Ll. Ergo quod hoc modo potest, non vere omnino dere necessaria dici potest, alterum potest. Mm. Ita quoniam ex parte gen. consequens est, certe ex eo quod necessariũ est, id quod fieri potest, etiam si non omne, concludetur. Nn. Ac fortasse quod necessarium est, aut non necessarium, initium est unde sunt aut non sunt omnia: vt cætera omnia ex eo spectari debeant quomodo sint consequentia. Quapropter ex his quæ dicta sunt apparet actu & re ipsa esse, quæcumq; sunt necessario. Oo. Si igitur priora sunt æterna, Pp. etiam actu, vi & facultate prior est Qq. Atque alia cum potestatem nullam habeant, actu modo sunt, veluti hæ substantiæ quas primo diximus, alia simul potentiã habent cum actu, eaq; natura ordine priora sunt, posteriora tempore. Alia nunquam actu sunt, sed potentiæ tantum,

COMMENTARIA.

Quid sit modus.

A. *His autem expositis, &c.* Agit iam Arist. de modificatis enuntiationibus, quarum tractationem merito tractat oni enuntiationum simplicium, & absolutarũ postposuit, vtpote quæ compositiores sint illis, & posteriores, cum illarum expostulent cognitionem, vt exacte cognoscantur, nam modificatæ enuntiationes ex simplicibus, & modo constituuntur, sicut hæc, necesse est hominem esse animal. Modus definitur vox indicans quo pacto attributum subiecto conueniat, sicut, bene, vg accurate, & alii fere innumeri, vt omnia aduerbia qualitatis: quamuis hæc tantum quatuor in hoc loco proponat Arist scilicet possibile contingens, impossibile, necesse: qui quidem deseruunt syllogismis, cuiusibet que enuntiationis veritatem vel falsitatem metiuntur. Suscipit vero in hoc cap. harum modificatarum enuntiationum, tum oppositionem, tum etiam & mutuam earundem ad inuicem consequentiam, explicandam, ipsarum reciprocationem ad lib priorum tractandam rejiciens.

2. Pars capitis.

B. *Quam enim vim habent, &c.* Dubium (inquit Arist) est qua ratione affectæ sint enuntiationes modificatæ inter sese, quo ad oppositionem, & consequentiam, quæ inter eas versantur rogatque inprimis à quo desumatur in ipsis affirmatio, & negatio, num à verbo, vel à modo potius? Pro vtraque autem quæstionis huius parte argumentans, primum argumento à simili petito confirmat ex verbo petendam esse. Eadem est ratio propositionum modificatarum, quæ cæterarum aliarum modo nullo constantium: at quælibet aliæ enuntiationes sunt aientes, vel negantes, ratione verbi: ergo & propositiones modificatæ etiam erunt aientes, & negantes à verbo & non à modo. Confirmatur assumptio adductis exemplis de omni genere enuntiationum simplicium, huius enim inprimis, est homo, negatio est, non est homo, non vero illa, est non homo: huius deinde affirmationis rettii adiacentis, est homo albus, hæc censetur negatio, non est homo albus, non autem hæc alia, est homo non albus.

C. *Non si de omnibus, &c.* Illius affirmationis, est homo albus, nullo modo censeri negationem hanc, est homo non albus, sed iam non est homo albus, hoc pacto (penthesim interponens) demonstrat enuntiationes contradicentes hoc modo inter se afficiuntur, vt si vna vere dicatur de aliquo re, alia falso de eodem effetur: at hæc, est albus homo, falso dicitur de ligno albo: ergo hæc, est homo non albus, vere dicetur de ligno albo quod falsum esse cuilibet apertum est. Consequentia patet, quia si de quouis affirmatio, aut negatio vere dici debet, de ligno vere affirmabit, esse ipsum hominem non album, quod perabsurdum est. Nec in his tantum propositionibus in quibus verbum, est, contingit ex hoc verum, sed & in iis etiam quæ ex verbo adiectiuo constant idem verum inuenitur, velut in his contingit, homo ambulat, homo non ambulat, in quibus negatio a verbo postulatur, & non a subiecto: nam si ita dicamus, non homo ambulat, nequaquam propositio ista negans erit sed aiens potius subiecti infiniti.

D. *Si inquam ita res se habet, &c.* Concludit Aristot quod si affirmatio, & negatio in simplicibus enuntiationibus non ex subiecto, & attributo, sed ex verbo affirmato aut negato sumuntur, etiam & in modificatis, erunt eædem non ex modo, sed ex verbo desumendæ.

1. Argu.

E. *Atqui res & fieri & non fieri, &c.* Proxima parte quasi propositæ hoc alio vtitur argumento ducente ad incommodum, confirmans in his modificatis enuntiationibus, peti debere affirmationem, & negationem à modo ipso. Si in his propositionibus attendantur affirmatio & negatio, penes verbum, fiet dari duas contradicentes simul veras: hoc inuolucrit repugnantiam: igitur in huiusmodi enuntiationibus affirmatio, & negatio ex modo potius petentur quam ex verbo, esto quod in aliis simplicibus multo aliter contingat. Propositionem ita probat. Hæ duæ enuntiationes, possibile est Petrum ire, possibile est Petrum non ire, sunt modificatæ, & contradicentes: at vtraque illæ existunt veræ, petitis à verbo affirmatione, & negatione, Petrus enim habet vim, & facultatem, vt & ire & non ire possit. possibile autem indifferens est ad esse, & non esse: iam ergo si in his enuntiationibus negatio, & affirmatio petantur à verbo potius quam à modo, sequetur esse duas contradicentes simul veras.

F. *Nam ex iis quæ dicta sunt, &c.* Infert iam Arist. ex dictis, enuntiationes modificatas

Universidad de Deusto
Biblioteca

catas contradicentes existere de eodem simul veras, quod inconueniens est, vel (vt hoc absurdum vitetur) hauriendam esse in ipsis affirmationem & negationem ex modo, ita vt negatio coniungatur in eis semper cum modo, fit exemplum huius affirmationis, possibile est Petrum ire, hæc iudicatur negatio nō possibile est Petrum ire.

G *Eadem ratio eius quod, &c.* Id ipsum prorsus de tel quis modis sentiendum esse docet, quod de modo exposito, possibile, explicatū supereſt, scilicet in enuntiationibus quæ ex ipsis constituuntur, vt sint negantes adhiberi semper debere negationem ipsi modo.

2. Argum. H *Vt enim in illis est, & non est, &c.* Confirmat iterum Arist. id quod de modificatis propositionib⁹ tradidit, vt in enuntiationibus simplicibus quæcunque illæ sint, verbum est & non est attributum, nomina autem vt homo, & albus obtinent locum subiect: ita in enuntiationibus modificatis verba esse, vel non esse, sunt subiectum: at modus scilicet possibile, contingens, impossibile, & necesse sunt attributa: sed in simplicibus enuntiationibus, quia verbum est, vel non est, definiebant & explicabant quid verum, & quid falsum esset, ab illis sumebatur affirmatio, & negatio & ex consequenti (quæ ex his oritur) oppositio, ergo etiam cum in modificatis, modi sint qui definiunt verum, vel falsum (modi enim respectu verbi esse, vel non esse, habent se vt forma respectu materiæ) ab illis sumenda erit affirmatio & negatio, sicque propter modos fiet oppositio. Vnde illæ modificatæ quarum modi erunt oppositi, eaque ratione opponentur enuntiationes inter se, quæ & modi adinuicem opponuntur.

I *Huius autem rei est manifesti, &c.* Illustrat Arist nonnullis exemplis quod de enuntiationibus modi *possibile & impossibile & necesse*, proposuit quod de enuntiationibus modi *contingens* minime praeſtitit, idque ex eo quia modus contingens modo possibile æquipollet. Assignat autem exemplum in quibus esse sine dictum negatur, prout quæ de modo possibile. huius affirmationis (v. g.) possibile non esse, nequaquam censetur negatio hæc non possibile esse, sed ista alia non possibile non esse: rursusque huius alterius affirmationis possibile est esse, hæc existit negatio non possibile est esse, & non hæc alia possibile est non esse.

Consec. K *Quo circa quod fieri potest, &c.* Colligit ex his duas istas modificatas, possibile est esse, & possibile est non esse, nequaquam opponi ad modum affirmationis, & negationis, nec enim in eis pugnant ac proinde nullum est inconueniens si veræ sint simul, quemadmodum supra ostendimus, hę namque veræ sunt, possibile est Petrum ire possibile est Petrum non ire: potius ergo has contrarias esse constituit possibile est esse, & non possibile est esse, in prima namque affirmatur modus, in secunda autem negatur, & ob idque nequeunt esse simul veræ.

L *Eodem modo de his, &c.* Idem probat Arist propositis in exemplum similium modorum enuntiationibus, impossibile est, scilicet esse quas demonstrat ita se affectas esse debere, vt inter se contraria sint quod in altera illarum modus negari debeat, in altera autem affirmari. Iurta quod hæ inter se opponentur, impossibile est esse, non impossibile est esse, rursusque necesse est esse, & non necesse est esse. Consulat qui voluerit de aliis exemplis Arist. textum in quo aperte satis illa ab ipso proponuntur.

Obser. M *In summa est & non est ponit, &c.* Concludit Arist in enuntiationibus modificatis negantibus, vel affirmantibus, verbum est, vel non est, poni loco subiecti, modos autem qui efficiunt affirmationem & negationem loco attributi collocari. Vnde fit etiam consequens (vt ipsemet ait) ex modificatis enuntiationibus, illas fore oppositas quarum modi erunt oppositi, & repugnantes cum affirmatio & negatio, quæ reperiri debent in oppositione, petantur in eiusmodi enuntiationibus ex ipsis modis.

Oppo. mo. inter se propo. eis neg. N *In quibus potest & non potest, &c.* Hic noster interpres modos enuntiationum explicat verba ista contingit, & alia, sed nos facilius per nomina explicabimus. Docet igitur Arist. hos modos opponi inter se si illis proponatur negatio, vt possibile, non possibile: contingens, non contingens, impossibile, non impossibile, necesse, non necesse. Vbi obseruandum est hos quatuor modos opponi inter se omnibus generibus oppositionis. nam modus necesse, & impossibile, sunt contrarii, habent enim se, vt nota, omnis, & nullus: deinde modus possibile, & possibile non, existunt modi subcontrarii, nam habent se vt notæ istæ quidam, & quidam non, mox modus necesse,

& possibile non sunt contradicentes, afficiuntur enim inter se eo modo quo omnis, & quidam non: tum modus possibile & impossibile etiam censentur contradicentes, eadem namq; intercedit inter hunc vtrumque modum habitudo, quæ inter has notas, quidam, & nullus. Denique modus necesse, & possibile, tum etiam impossibile, & possibile non sunt subalterni.

O *Verum & non verum, &c.* Hoc loco aperte docet Arist. præter quatuor modos propositionos determinantes compositionem attributi cum subiecto, esse alios plures, vt per se, per accidens, verum, & falsum, sed quatuor illorum meminit Arist. ob causas tam superius explicatas, ex aliis vero quatuor modis, per se, reuocat ad necesse, & modum per accidens, ad contingens.

3. Pars capitu. P *Atque consequentia quæ hinc, &c.* Cum oppositionem modificatarum enuntiationum accurate satis expl carit, iam ad consequentiam siue æquipollentiam earundem expl candam accedit, in qua tradenda consulto nullum perscripsit certum rerum terminum, vt liceat vn cuique in quauis materia has enuntiationes conficere. Tradit vero primo loco earum æquipollentiam iuxta verum opinionem, quam quidem penes partem reprehendit, sicque suam de æquipollentia sententiam colligit.

Q *Et enim quod fieri potest, &c.* Docebant primum veteres Philosophi, enuntiationes eiusdem ordinis, ex quatuor illis iam superius propositis, æquipollere sibi inuicem, vnamque ex alia sequi, vt enuntiationem modi possibilis, affirmati modi, & verbi, cuiusmodi est hæc, possibile est Petrum ire, æquipollere enuntationi modi contingentis, modi etiam, & verbi affirmati vt contingens est Petrum ire: tum etiam enuntiationem modi impossibile modi negati & verbi affirmati, vt non impossibile est Petrum ire, tum enuntiationem modi necesse, modi negati & verbi affirmati, vt non necesse est Petrum ire, hæ enim tres æquipollent illi priori, possibile est Petrum ire

2. Dict. R *Ex eo vero quod potest non fieri, &c.* Docebant etiam in secundo ordine enuntiationi modi possibilis modi affirmati, & verbi negati, v., possibile est Petrum non ire, æquipollere enuntiationē modi contingens, verbi negati, & modi affirmati, vt contingens est Petrum non ire, tum etiam & enuntiationem modi impossibile, modi, & verbi negati, vt non impossibile est Petrum non ire, tum etiam enuntiationem modi necesse, modi, & verbi negati, vt non necesse est Petrum non ire, hæ enim tres æquipollent illi priori, possibile est Petrū nō ire.

3. Dict. S *Ex eo etiam quod fieri non potest, &c.* Docebant rursus enuntiationi modi possibile, modi negati, & verbi affirmati, in tertio ordine, vt non possibile est Petrum ire, æquialere tum enuntiationem modi contingens, modi negati, & verbi affirmati, vt non contingens est Petrum ire, tum enuntiationem modi impossibile modi pariter, ac verbi affirmati, vt impossibile est Petrum ire, tum enuntiationem modi necesse, modi affirmati & verbi negati, vt necesse est Petrum non ire, hæ enim tres æquipollent illi priori non possibile est Petrum ire.

4. Dict. T *Consequentia etiam sunt, &c.* Assebant demum, enuntiationi modificatę modi possibile in quarto ordine, quæ est modi, & verbi negati, vt non possibile est Petrum non ire, tum enuntiationem modi contingens, modi etiam & verbi negati, vt non contingens est Petrum non ire: tum enuntiationem modi impossibile, modi affirmati & verbi negati vt impossibile est Petrum non ire tum enuntiationem modi necesse modi & dicti affirmati, Necesse est Petrum ire æquipolle e.

Quoad quid recte Vet. sensc. V *Quod igitur impossibile est, &c.* Docet Arist. ex ordinibus a veteribus positis, quod attinet ad modos possibile, contingens, & impossibile recte se habere, quia in his modis ex affirmatione vnius recte sequitur negatio alterius, nam ex hac affirmatione modi impossibile, scilicet impossibile est Petrum ire, recte sequitur negatio modi possibile & contingens: nimirum non possibile est Petrum ire, & non contingens est Petrum ire, tum ex hac negatione modi impossibile, scilicet non impossibile est Petrum ire, recte sequitur affirmatio modi, possibile. & contingens scilicet possibile, & contingens est Petrum ire. Idem etiam verum est de modis possibile, & contingens, comparatis cum hoc alio modo non impossibile, nam si illi affirmantur hic negatur, & si illi negantur, hi affirmantur.

Quo ad quid errarint. X *Sed quam affectionem habet, &c.* Docet Arist. veteres errasse in enūtiationibus modi necesse, ordinis amabitis & dentuli, quia hæ non æquipollent cum aliis, licet enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

in his reperiantur veræ contrariæ enuntiationes, non tamen contradicentes, nam hæc modi necesse, scilicet necesse est Petrum non ire, quæ est in Iliace, æquipollet huic modi possibile negati, scilicet non possibile est Petrum ire, sed huius affirmationi necesse est Petrum non ire, non illa negatio neque ei contradicit hæc, non necesse est Petrum non ire, quia hæ duæ possunt esse (vt Aristo. ait) simul veræ, nam de hircoceruo verum est dicere simul, necesse est hircocerum non esse, & non necesse est hircocerum esse, non igitur erunt contradicentes cum sint simul veræ, sed illæ erunt contradicentes, necesse est Petrum non ire, & non necesse est Petrum non ire.

Reddit causam erroris

Y. *Cur autem enuntiationes, &c.* Reddit causam Arist cur enuntiationes modi necesse, non æquantur ex modo impossibile: quemadmodum enuntiationes modi impossibile, inferebantur ex modis possibile, & contingens. Et est hæc. scilicet quia modus possibile, & contingens, cum modo impossibile, ita se habent, vt contrariæ opponantur, scilicet præposita negatione, vt supra ad ximus, sicque ex affirmatione modi possibile, & contingens, sequitur negatio modi impossibile, & proinde æquipollent: at vero modus impossibile, & necesse, in primo, & secundo ordine Veterum, non æquipollent quia idem valent, sed oppositio modo respectu verbi, scilicet postposita negatione hoc modo, impossibile est esse, ergo necesse est non esse tum contra necesse, ergo impossibile est non esse. Adde etiam has, impossibile est non esse, ergo necesse est esse, tum contra nec sse est esse, ergo impossibile est non esse Vnde non æquivalent enuntiationes modi necesse, & impossibile in ordinibus veterum, qui ita sunt disponendi, in primo enuntiatio modi necesse, sit modi, & verbi negati, vt non necesse est Petrum non ire, in enuntiatione vero modi necesse, secundi ordinis, tantum modus negetur, vt non necesse est Petrum ire.

Irquit contra veteres primo.

Z. *An fieri non possit, &c.* Iam Arist. argumente ad incommodum probat contra veteres, ad modum possibile in primo ordine, non sequi non necesse esse hoc modo Si non necesse esse, sequitur ex possibili, ergo, sequitur vt necesse esse, sit idem quod non necesse esse: sed hoc est absurdum: igitur non necesse esse, non colligetur ex possibili Consequentiam propositionis argute probat Aristo. hoc pacto. Quod necesse est, possibile est, alioquin enim fieret illud esse impossibile, iuxta illud axioma (vt Aristot. ait) de omni re vera est affirmatio, vel negatio. Nunc ita colligit. Si non sequitur possibile, fiet igitur ab vltimo ad primum, vt quod impossibile est, necesse sit esse, quo nihil est absurdius.

Iterum.

Aa *Atqui ex eo quod potest esse, &c.* Iam. Si ex necesse sequatur possibile, aliud absurdum colligit Aristot. in hunc modum. Si ex necesse sequitur possibile, vt constat ex superiori argum. quia quod necesse est esse impossibile est vt sit, & ex possibili sequitur non esse impossibile, ex non impossibili sequetur id quod necesse est esse, ergo ab vltimo ad primum ex eo quod necesse est esse, sequitur non necesse esse, quod est per absurdum. Fit igitur exploratum ex modo possibili in primo ordine, non sequi modum negarum non necesse esse.

Interroga.

Bb *Nec ex eo quide ; quod potest esse, &c.* Post explosum veterum ordinem quæritiam, si non necesse non sequitur ex possibili, cum modus necesse, quadrifariam (vt alii modi) cum verbo coniungatur, qui modus ex aliis tribus scilicet, necesse esse, necesse non esse, non necesse non esse, sequatur modum possibile? Probatque non sequi modos necesse esse, nec necesse non esse, nam possibile, ex eo quod possibile est, in vtramque partem cadere potest, quia & esse, & non esse potest, at modus necesse esse, solum est verus, in his quæ nequeunt aliter se habere, cum necessario sint, tum modus necesse non est esse, solum est verus in iis quæ nullo modo esse possunt, cum necessario non sint in rerum natura. ergo a sufficienti diuisione, modum possibile, in primo ordine, sequetur tantum modus (non necesse non) vt huic possibile est Petrum non ire.

Diuisio potent.

Cc *Nam de eo etiam quod necessarium, &c.* Quod probauit a sufficienti diuisione, scilicet non necesse non æquipollere modo possibile, confirmat duobus argum. Primum est. Quia hoc modo vitamus absurdum in quod incurrerunt veteres, nam non necesse non sequitur ad omne possibile, siue possibile dictum sit de necessario, scilicet si hoc necesse est esse, ergo possibile est esse, siue possibile dictum sit de contingenti ad vtrumque, vt hoc possibile est esse, ergo non necesse est non esse.

Dd *Atque etiam hæc ipsa repugnat, &c.* Secundum. Ex negatione modi possibile, vt non possibile est esse, sequitur, necesse non, vt necesse est non esse, huic autem contradicit, hæc alia, non necesse est non esse, ergo ex affirmatione modi possibile, scilicet possibile est esse, sequetur non necesse non, vt non necesse est non esse, quæ est contradicens illius necesse est non esse. Concluditque Aristot. his ita constitutis, nihil repugnans contineri in ordinibus veterum. Sed rogabis cur cum veteres etiam in secundo ordine errarent, Arist. non correxit illum, docens qualis ille esse deberet enuntiationum necesse in secundo ordine. Respon. id prætermisisse quia cum tertius, & quartus ordo recte dispositi sint, & primus iuxta ea quæ docuit Aristo affirmet enuntiationem modi necesse secundi ordinis, in qua modus & verbum negatur, necessum fit enuntiationem modi necesse primi ordinis, in qua modus tantum negatur, & verbum affirmatur, ponendam esse in secundo ordine, loco illius quam sustulimus.

Dubita. 1. Pars quæst.

Ee *Vtrum autem ex eo quod necesse est, &c.* Dubirat Aristot. an verum sit quod supra, vt certum & exploratum sumpserat, scilicet ad modum necesse sequi modum possibile, & vtramque partem probat, ac primum partem negantem fere eodem argumento supra posito, quod sic se habet. Si ad necesse esse, non est consequens possibile esse, erit consequens eius contradicens, scilicet non possibile esse, vel si quis asserat hanc non esse contradicentem eius illa alia, possibile non esse: sed tam non possibile esse, quam possibile non esse, falsa sunt de eo quod necesse est esse, nam quod necessarium est, certo est, at quod vel non possibile est, vel possibile non est, nunquam certo erit, ergo hæc duo non possibile esse, & possibile non esse, non sequuntur ex necesse esse, cum eius naturam destruant. & nihil inferatur ex eo cuius naturam destruit.

Diuisio potent.

Ff *At contra idem videtur, &c.* Alteram quæstionis partem, scilicet ad necesse esse. non sequi possibile esse, ita probat, quod possibile est hanc habet naturam vt possit esse & non esse: sed quod est necessarium, non est indifferens ad vtrumque cum solum possit esse, non vero non esse, ergo ad necesse non sequitur possibile.

Gg *Illud igitur perspicuum est, &c.* Ad profligandam hanc quæstionem diuidit Arist. potentiam, vbi obseruandum est primum ex 5. Metaphy. cap. 12. potentiam nihil aliud esse quam principium operationis, vel esse, vt potentia ad ambulandum, est solum potentia ad operationem ambulandi, potentia vero vt sit homo, vel lapis, est potentia ad esse. Potentia igitur a qua deducitur possibile, alia est rationis particeps (& vt hic recte obseruat Alexander agit de potentiis hominum) quæ agit cum consilio & electione, & potest ad opposita tam contrarie, quam contradictorie, vt Medicus libere agit sicque & potest curare, & non curare. tum etiam potest agere contrarie, id est vel salutaria, vel mortifera adhibere remedia. Alia est expers rationis, quæ sine cõsilio agit, & est duplex alia agens, vt calor ignis, vel frigus aquæ: alia vero patiens ad recipiendum, vt potentia lapidis, vel ligni ad recipiendum calorem, vel frigus. Expotentiis rationis expertibus agentes, si sint rerum inanimatarum, sunt diffinitæ ad vnum, neque possunt agere contraria, vt ignis, & aqua, nequeunt non calefacere, aut refrigerare, si vero sint rerum animatarum, (vt acute hic obseruant Ammonius, & Magentinus) non semper sunt diffinitæ ad vnum cum canis possit latrare, & non latrare, quia visiones siue phantasmata sibi obiecta sequitur: patientes vero sunt indefinitæ, cum contraria possint recipere, & si non simul nam lignum vel lapis potentiam habent ad recipiendum calorem, & frigus.

Hh *Quod dixi propterea quod, &c.* Docet Aristot. non omnem potentiam aptam esse ad recipienda contraria, neq; eas omnes quæ sunt eiusdem generis, scilicet omnes potentias rationis expertes, quia ex his tantum patientes id habent.

Ii *Sunt vero ipsæ facultates, &c.* Potentiæ inquit Aristot. siue facultates homonymæ sunt, quia non vno modo sed multipliciter dicuntur: possibile enim quod a potentia deriuatur aliud est quod dicitur de eo quod iam actu est, vt de eo qui ambulat, vel actu est. dicimus eum possibile esse ambulare, vel esse. Quod primum possibile deducitur ab ea potentia quæ dicitur a Dialecticis potentia quæ est simul cum actu, vel potentia Logica, vt continuum posse diuidi in infinitum, vel potentia mathematica, vt lineam posse effecere quadratum, quarum quamli. appellant potentiam per non repugnantiam, quia dicere eum qui actu ambulat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

bul t, vel est, possibile esse ambulare, vel esse, nihil aliud est, quam affirmare non repugnare illi ambulare, vel esse, nam si repugnaret illud non actu haberet: aliud est possibile quod futurum sit, & adhuc non est in rerum natura, sed esse potest, vt possibile est cum qui sedet, vel cubat, ambulare & hoc secundum possibile deriuatur a potentia, quam vocant Dialectici potentiam includentem secum priuationem actus, & licet non habeant actum, habent tamen principium actus, vt possibile est Petrum sedentem ambulare, quia habet principium ambulationis. Quidam has potentias vocant homonymas illas vero similes participes, vel expertes rationis, agentes, vel patientes vocant synonymas.

Kk *Atque hæc quidem potestas, &c.* Ponit discrimen inter has potentias, ex eo quod hæc secunda, siue possibile secundum, solum in corporeis, ac mutabilibus rebus reperitur: at vero illa prima, & possibile primum non in mutabilibus solum, sed & in necessarijs etiam rebus locum habeat, nam dicimus possibile est omnem hominem esse animal, vere enim id quod iam actu est. possibile esse dicimus primo modo possibilis.

Dissoluit Dubitatio.

Ergo quo hoc modo potest, &c. Iam ex distinctione proposita satisfacit Aristot. quæstioni docens primum possibile, vere sequi ex necessario, nam si hominem necesse est esse animal, ergo possibile est esse animal, id est, non repugnat illi esse animal Id confirmat hoc argu. Ex parte, scilicet specie licet genus colligere, vt si homo est, ergo animal est: igitur etiam ex necessario, accurate colligi potest possibile, licet non omne sed solum secundum.

Ll *Ita quemadmodum & parte, &c* Ista cautè animaduertamus hinc minime sequi, possibile esse genus ad primum illud, & secundum possibile, quod proposuimus: quod haud dubie ipsi Aristot repugnat, docenti supra potentias, siue facultates esse homonymas, sicque nullo modo possibile erit genus. Docet vero esse genus impropriè, quia quemadmodum genus sequitur speciem, ita possibile sua homonymia, quodammodo, & improprie, sequitur ad sua significata.

Mm *Ac fortasse quod necessarium est, &c.* Non dubitans, sed cum modestia & candore veterum ordines rejiciens aduerbio isto *fortasse* vsus est Arist. quos quidem corrigit, quo ad rationem originis. & naturæ, docens in illis primo esse connumerandum modum necesse, cum hi sit quasi fons, & causa, ob quam cætera sint vel non sint, ex quo spectari debet qua ratione alij modi æquipolleant. Deinde secundo loco modus possibile, tertio contingens, ac demum quarto modus impossibile erit recensendus.

Nn *Sequitur priora sunt, &c.* Idem probat duabus rationibus. Prima. Æterna priora sunt caducis: at necessario sunt æterna, & possibilia sunt caduca ergo modus necesse prior est modo possibile. *1. Argu.*

Oo *Etiam actus vt & facultate, &c.* Secundum. Omnis actus est prior natura ipsa potentia: sed necessarium est veluti actus, & possibile veluti potentia ab ea enim deriuatur, ergo modus necesse priorem sibi vendicat locum quam modus possibile. Addimus & nos tertiam. Quia necessarium se habet vt pars quare cum pars sit prior suo toto, modus necesse prior erit modo possibile. *2. Argu.*

Pp *Atque alia, &c.* Tandem triplex ait esse genus rerum, nam aliæ sunt tantum actus simplices, ita vt nihil habeant potentiæ, cum nihil habeant materiæ, quæ potentiæ respondet, vt substantiæ primæ: aliæ sunt res quæ ex actu, & potentia simul coalescunt, quæ nec fuerunt, nec erunt semper, sed esse, & non esse possunt, in quibus quidem actus prior natura est ipsa potentia, quia ex actu, id est, ex forma, habet res perfectius esse, imo est esse absolute, estque actus in quem omnes mutationes naturæ dirigit: at potentia est prior tempore res poterunt esse quam actu sint huiusmodi sunt omnes res corruptibiles. Aliæ tandem sunt quæ solam habent potentiam nunquam tamen actu erunt, qualia sunt impossibilia vt continuum, vel numerum diuidi, aut multiplicari in infinitum Ex qua rerum diuisione, sic volebat concludere Arist Enuntiationes modificatæ horum ordinum sic sunt naturaliter disponendæ, sicut res ex quibus constant: sed ex hoc triplici rerum genere necessariæ quæ explicentur modo necesse, sunt priores, quia semper sunt, mox sequuntur possibiles, quæ & esse, & non esse possunt (sub quibus contingentes complectitur Arist.) denique sequuntur impossibiles ergo modi in his ordinibus ita erunt disponendi vt prior sit necesse, secundus possibile, tertius contingens: quartus impossibile. Deinde vero ordines etiam

sunt transmutandi ita vt inter illos primus sit Purpurea, secundus Iliace, tertius Edentuli, quartus & vltimus Amabimus. Hæc omnia schematibus quibusdam propositis facilius multo, & apertius intelligentur quæ ne orationis seriem turbaremus omisimus in commentariis illa in scholis tradituri.

Digressio de propositionibus modificatis.

QVamuis multa de modificatis enuntiationibus tradiderit Arist. nonnulla tamen alia erunt addenda quibus apertius multo, natura harum propositionum perfectam habere possimus, maxime vero ea quæ spectant ad æquiualentiam, & contrarietatē ipsarū nam de reciprocatione 1. *lib. pri.* cum Aristo luculenter satis disputabimus. Agunt de hac re M. Sotus & Mercado 3. *lib. Summul. cap. 6. Titelmanus 3. lib. Dialecti. à cap. 21. vsque ad finem illius lib. M. Iustinianus lib. 4. institu. à cap. 9 vsque ad 14* Modificat igitur propositio illa est, quæ aliquo modo constat vel in qua non tantum attributum subiecto inesse exprimitur, verum etiam modus quo illi conueniat declaratur, vt hæc propositio homo necessario est animal, est modificata nam non tantum in ipsa animal homini conuenire ostendimus, verum etiam modum quo illi conueniat indicamus, nimirum necessario. Modi autem constituentes enuntiationes modificatas apud Dialecticos sunt hi quatuor, Necesse impossibile, vel contingens, & possibile non, ex quibus duo priores necesse, & impossibile constituunt propositiones vniuersas, illud aientem, hoc autem impossibile nempe negantem: duo vero alij posteriores, possibile scilicet, seu contingens, & possibile nō, componunt enuntiationes particulares, possibile seu contingens, particularem aientem, at vero possibile non, particularem negantem.

Trade. Iam sunt quædam regulæ circa modos isto quibus ipsorum oppositio luce clarius explicatur. *Prima.* Necesse, & impossibile opponuntur contrarie, vel aduerse Itaq; duæ istæ enuntiationes, vna modi necesse v.g) necesse est hominē esse animal altera modi impossibile, nempe, impossibile est hominē esse animal, opponuntur aduerse Confirmatur. Docuimus supra enuntiationes vniuersas. vnā aientem, & alterā negantē opponi sibi inuicē contrarie: atqui duo hi modi necesse, & impossibile, componunt enuntiationes vniuersas, impossibile negantem, necesse vero affirmantem: opponuntur igitur hi modi inter se contrarie. *1. Reg.*


Secunda. Possibile contingens (quæ pro eodem sumuntur) & possibile non, subaduersæ, vel subcontrarie sibi aduersantur. Vnde hæ duæ. possibile est hominem esse candidum, non possibile est hominem esse candidum, erunt subaduersæ. Ratio est quia enuntiationes subaduersæ sunt duæ oppositæ enuntiationes, ambæ notis particularibus affectæ: atqui superest demonstratum possibile, & possibile non, constituere particulares enuntiationes, possibile aientem, possibile non, negantem: hi igitur duo modi opponentur subaduersæ. *2. Regu.*

Tertia. Necesse, & possibile non, tum etiam impossibile, & possibile opponuntur contradictorie. Confir. Vniuersalis affirmans, & particularis negans, vt explicatum dedimus sunt enuntiationes contradicentes: atqui modus necesse constituit vniuersalem aientem, & possibile non, partic. negantem ac præterea modus impossibile componit vniuers. negantem possibile vero partic. aientem, vt admonuimus: iam ergo inter hos modos erit oppositio contradictoria: atque ita erunt enuntiationes contradicentes: necesse est hominem esse animal, non possibile est hominem esse animal: sicuti & hæ aliæ, impossibile est hominē esse candidum possibile est hominem esse candidum. *3. Reg.*

Quarta regula. Necesse, & possibile, impossibile, & possibile non, sunt subalternæ velut hæ, necesse est hominem esse animal, possibile est hominem esse animal, sicut & hæ aliæ, impossibile est hominem esse lapidem, non possibile est hominem esse lapidem Confir Vniuersa affirmans, & particularis affirmans, & vniuersa negans, & particularis etiam negans. sunt subalternæ: diximus autem necesse constituere vniuersam aientem, possibile vero particularem etiam aientem: & contra modum impossibile, componere enuntiationem vniuersam negantem, ac possibile non, particularem negantem: erunt igitur huiusmodi enuntiationes subalternæ. Verum hanc oppositionem in Schemate sequenti possumus inueri. *4. Regu.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Schema.



Quid æquiual.

ÆQuiualentia (quâ alii Ysodinamiam, concordiam, vel æquipollentiam dicunt) nihil est aliud, quam tanta similitudo inter propositiones, penes earum notas, affirmationem, & negationem, veritatem, & falsitatem, vt quamuis verbis discrepent, sensu tamen eædem esse videantur. De hac igitur modificatarum concordia mutuoque consensu, agere in hoc loco instituimus, quod vt facilius præstemus erunt nonnulla animaduertenda. *Primum.* in enuntiationibus modificatis tria reperiri, dictum, verbum, modum. Dictum in enuntiatione censetur pars illa, quæ constat verbo infinito, vna cum nominibus, modus vero quilibet ex nuper à nobis assignatis: verbum autem, copula illa, qua media dictum cum modo connectitur expressa per verbum substantiuum indicantis modi, ac temporis præsentis. Sit exemplum. In hac enuntiatione, leonem esse fortem est possibile, prima illa particula, *leonem esse fortem*, pellatur dictum, tertia vero *possibile*, est modus, secunda autem, inter vtrasque intersecta, scilicet *est* verbum nuncupatur. Obseruau. est iterum, quatuor esse à Dialecticis adinuentas voces explicandæ modificatarum enuntiationum æquipollentiæ, deseruientes. Hæ sunt *Amabimus, Edentuli, Iliace, & Purpurea*, quarum singulæ ex 4. syllab. consti. singulis correspondent modis, prima modo possibile, secunda modo contingens, tertia modo impossibile, & quarta modo necesse. Iam ex quatuor vocalibus, quæ in singulas hisce vocibus reperiuntur, A scilicet, E, I, & V, prima A, denotat enuntiationem sibi correspondentem esse modi & dicti aientis, v. esse econtra vtriusque modi & dicti, negati, E, esse dicti negati, & modi affirmati, I, denique, esse è conuerso, modi negati, & dicti affirmati. Erunt itaque A, & V, contrariæ, E, autem & I, erunt etiam inter se pugnantes eo modo quo supra dedimus declaratum quarum vim his carminibus veteres dialectici optime expressere.

1 *Obser.*

Destruit, V, totum. sed A, confirmat vtrumque.
Destruit, E, dictum, destruit, I, quoque modum.

Tradamus iam regulam huic instituto necessariam. Omnes enuntiationes contentæ sub eadem voce vt *amabimus* v.g aut *edentuli*, sunt æquiualentes. Confirmatur. Æquiualentia enuntiationum modificatarum desumi debet à modis, i. a plane, vt illæ censeantur æquiualentes, quarum modi sunt æquiualentes, ac è contra: at omnes modi eiusdem vocis æquiualent sibi mutuo, vt in amabimus possibile, contingẽs, non impossibile, non necesse non: igitur omnes enuntiationes quæ sub eadem voce continebuntur erunt æquiualentes Quare hæ omnes enuntiationes sibi inuicem æquiualebunt.

4. *Reg.*

Possibile est quendam hominem esse animal.
Contingens est quendam hominem esse animal.
Quendam hominem esse animal non esse impossibile.
Quendã hominẽ non esse animal non esse necesse.

2 *Obser.*

Caterum

1. *Obserս.* *Caterum* animaduertendum est quando tres priores enuntiationes in aliqua ex his vocibus, nota particulari affectæ sunt, vltimam debere affici nota vniuersa, eam scilicet quæ est modi necesse. vt in proposito exemplo, vltima sic proferenda est, quendam hominem non esse omne animal non est necesse, alioquin enim darentur in eadem voce tres priores enuntiationes veræ, & vltima falsa quod minime fieri debet. *Ad extremum* ex enuntiationibus modificatis, quædam sunt diuisæ, aliæ autem compositæ. Diuisæ sunt illæ, in quibus modus comprehenditur intra partes dicti, cuiusmodi est hæc, hominem possibile est esse animal: compositæ autem dicuntur eæ, in quibus modus extra partes dicti post verbum collocatur, id genus est hæc, hominem esse animal est possibile. Quæ penes hoc distinguuntur, quod enuntiatio modificata constituta ex terminis contrariis, si fuerit diuisa, est vera, sin autem composita, est falsa, quemadmodum hæc enuntiatio, quæ est diuisa, album possibile est esse nigrum, est vera, indicat namque rem affectam albedine, illa euanescente posse affici nigredine quod quidem omnino verum est: hæc vero altera composita, album esse nigrum est possibile, iudicatur falsa. indicat enim, album etiam dum album est, posse affici nigredine, quod falsissimum est. Huiusce rei hæc assignatur ratio, nimirum quod enuntiatio diuisa separat vnum contrarium ab alio in eodem subiecto, composita vero, contraria ipsa in vno eodemque subiecto coniungit, contraria autem bene quidem diuidi. nequaquam tamen in eodem subiecto simul coniungi possunt.

2. *Obserս.*

Vltima Obseruat.

Illud tandem animaduertendum erit, possibile, duobus modis sumi posse primo, pro eo quod potest esse, & non esse, fieri, & non fieri, qua ratione dicimus Iacobum deambulare, esse possibile, quia potest deambulare, & non deambulare: Secundo pro eo quod potest esse, quamuis non possit non esse, qua ratione asserimus solem singulis diebus, oriri, & interire, esse possibile, qui tamen non potest non ita oriri, aut interire: itaque in his propositionibus modificatis, non sumitur possibile primo modo, vt potest esse, & non esse, sed secundo, vt denotat tantum id quod potest esse Iam contingens, non sumitur, vt denotat naturam ad vtrumlibet indeterminatam, & indifferentem, qua ratione à philosophis vsurpatur, sed vt denotat idem quod possibile, vel quod potest esse, in hac siquidem significatione à dialecticis in hac disputatione accipitur, quod poterat facile à nobis hoc loco confirmari, nisi Arist. absque ambagibus hæc eadem in cap. nos docuisset. De modificatis igitur hæc dicta sint satis, nam reliqua quæ hic proponi poterant, cum in primis dialecticæ rudimentis tyronibus tradi soleant, non est cur à nobis hoc loco iterum repetantur.

Caput IV.

In quo quædam quæstio. declarantur.

Argvmentvm Capitis.

QVæstionem illam, num affirmationi opponatur affirmatio contrarij attributi, vel negatio eiusdem, suculenter disputat in hoc cap. Arist. in quo ex propria sententia docet opponi negationem eiusdem, non autem affirmationem, contrarij attributi.

AVtrum autem affirmatio negationi, an affirmatio affirmationi. & oratio orationi contrariæ sit ea, quæ omnem hominem iustum esse dicit, illi, Nemo iustus est: an hæc, Omnis homo iustus est, illi, Omnis homo iniustus est, velut Callias iustus est, Callias iustum non est, Callias iniustus est: quæ, inquam, ex his inter se sint contrariæ, magna quæstio est. B. Si enim sensa animi imitatur oratio, illic autem contraria sententia de contrario est, vt hæc, Omnis homo iustus est, illi, omnis homo iniustus est, certe in iis etiam enuntiationibus quæ voce exprimuntur, ita res habeat necesse est. Sin minus illic opinio & sententia de contrario contraria est, ne hic quidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem affirmatio affimationi contraria erit, verum negatio: vt dixi. C. Quæ igitur opinio & sententia falsa, vera contraria sit, videamus: vtrumne ea quæ negat, an quæ ait Quod dico, sic habet. Est de bono sententia vera quæ id dicit bonum esse: alia falsa, id non esse bonum. tertia, id malum esse. Harum vera vere illi sententiæ contraria sit: & si vna sit, vera sit contraria, quæ sic est. Atque illud quidem falsum est, ex eo iudicari contrarias sententias esse, quia verbis contrent contrariis. Nam illa de bono sententia, id bonum esse, & de malo, id esse malum. Deinde fortassis atque adeo vera est siue multæ sint siue vna: sunt autem hæc contraria. At vero non quod contrariorum sint contrariæ sunt opiniones, sed potius quod contrario modo suscipiatur. E. Quod si vna sententia de bono est, id esse bonum, alia non esse bonum: & si est etiam quæ aliquid dicat, quod nec in bonum cadat, nec cadere possit, profecto nulla ex illis alia statuenda contraria est, quæ cadere dicunt, quod non cadit in bonum, & cadere negant quod cadit. (Veraque enim hæc infinita æque sunt, & quibus ineſſe aliquid affirmamus, quod abest, & abesse, quod adesse negamus) F Sed ea demum statuenda sunt contraria, in quibus animo occipiendis, prima inest error ac deceptionis causa. Errores autem ac deceptiones inde obtinentur extremis quibusdam rerum ortus. A quibus in media spatia extrema, omnes continentur rerum generationes. Ergo etiam fallacia. G. Si igitur bonum bonum est & non malum: illudque vera (vt per se dicatur hoc ex accidente (accidit enim vt sit non malum) verior autem ea est de qua ratiocinatio, quæ sua vi ex se & per se vera est: & pari ratione falsa magis, quæ suapte natura & per se falsa: fallax autem hæc optimo bonum non esse, bonum eam respicit quæ per se vera erat: altera autem fallax etiam bonum esse malum eam respicit quæ per accidens vera erat. Ex quo efficitur, vt magis falsa sit in bono ea sententia, quæ ex negatione est, quam quæ est ex contrario. H. Atque demum errat in quaquere vehementer, qui in contraria sententia est. Si quidem contraria dicuntur ea, quæ in eodem genere plurimum differunt. Quod si harum altera contraria est, magis autem ea est contraria quæ negat: certe hæc ipsa sit contraria necesse est. I. Illa autem altera, quæ bonum in malo esse enuntiatur, cum ea conuincta implicitaque sit: propterea quod eundem necesse est bonum non esse in bono putare qui in malo esse opinatur. K. Iam vero si in rerum omnibus hoc modo sumi contradictio debeat, etiam hic illud vere dictum est à nobis. Aut enim in omnibus ea quæ contradicunt contraria est, aut in nullis. Vbi autem verba contraria sunt nulla, ibi falsa ea sententia vere opponitur, quæ vt dissentaneum quippiam alteri repugnat, vt is qui hominem non esse hominem putat fallitur. Si igitur hic contraria sunt negationes, etiam in aliis eadem erunt contraria, quæ contradicentes erunt. L. Præterea eadem est ratio eius quæ bonum in bonis ponit, & eius quæ non bonum in non bonis: & præterea eius quæ bona in non bonis, & eius quæ non bona in bonis collocat. Ergo sententia vera, quæ non bona in non bonis putat, quæ tandem contraria erit? Non ea quidem quæ in malis non bona ducit, quandoquidem simul vera est interdum: & vera verè esse contraria nullo modo vere potest. Aliquid enim quod est non bonum, est in malis. Ita vera simul esse possunt. Nec vero ea contraria erit, quæ non bona in non malis numerat: siquidem hæc quoque vera est, & simul esse possunt. Relinquitur ergo, vt eius quæ non bona in non bonis numerantur illa contraria sit sententia, quæ non bona in bonis esse dixit, quoniam falsa est. Quare eam huius, Bonum non est bonum. hæc, Bonum est bonum contraria est. M. Perspicuum autem est, nihil interesse, verum verbum hoc omnis, in affirmatione, necne collocemus. Nam contraria erit vniuersa negatio. Vt illi opinioni, Omne quod bonum est, est in bonis, hæc aduersatur, Nihil quod bonum est, est in bonis. N. Et certe sententia ea quæ ipsum bonum esse bonum putantur, si bonum vniuersale verbum sit, idem valet quod hæc, Quod bonum est, id est in bonis. Inter hanc autem & illam, Quicquid bonum est, id est in bonis, nihil interest. Quod idem in eo quoque quod est non bonum dicendum est. O. Quapropter si ita in iis quæ animo concipiuntur, vti diximus, res habet, & si intelligentiarum & notionum quæ in animis imprimuntur, interpres est oratio, quæ aut affirmamus aut negamus, certe affirmationi contraria sit necesse est ea demum negatio quæ idem aliquid quod affirmabatur, de toto genere negatur: veluti huic, Omne quod bonum est, in bonis est: vel, Omnis homo bonus est, ea in qua nullum vel nemo contrario nomine apponitur. Contradictoria autem nomine ea opponitur, in qua non omne vel non omnis, adhibetur. P. Illud etiam perspicuum est, veram enuntiationem vel sententiam, & ea contrariam esse non posse. Nam ex oppositu contrariæ seu aduersæ constant, de quibus homo idem vere potest dicere, at contraria eidem simul conuenire non possunt.

COM-

COMMENTARIA.

Num affirm vera oppona nega. eius attr.

A *Verum autem affirmationi negationi, &c.* Disputaturus Arist. in hoc vltimo cap. aduersus Antistenes eos qui nullum terminum contrariatis affirmationi adhibentes, tam negationem quam affirmationem aduersari credebant, statim in eius initio quæritan affirmatio. veræ. huius (v. g.) omnis homo est iustus, vel Callias est doctus, opponatur negatio eiusdem attributi, vt omnis homo non est iustus, vel Callias est indoctus.

B *Si enim sensa animi imitatur oratio, &c.* Priusquam propositam q. explicet, obseruat, eam esse pertractandam in notionibus animi, quia voces, vti initio lib. 1. diceba mus, sunt signa, & notæ, notionum animi: vnde si in notionibus, affirmationi veræ, contraria est affirmatio attributi contrarij, & non negatio eiusdem attributi, etiam experimento comperietur, in enuntiationibus quæ ex vocibus constituunt r, affirmationi veræ affirmationem eiusdemmet attribut. contrariam esse, & non negationem.

Quæst. inserta.

C *Quæ igitur opinio & sententia, &c.* Inserit rursus aliam q æstionem, antequam præcipuæ, ac prius propositæ satisfaciat, num scilicet opinioni verę semel imbibitæ, vt huic exempli causa, bonum est bonum, magis contraria sit, quæ attribuum istud negat, mirum. bonum non esse bonum, quam hæc alia quæ illius attributi contrarium affirmat, bonum, nempe esse malum. Cuius quidem explicationi hanc præmittit doctrinam, rationi scilicet consonum non esse eas enuntiationes contrarias iudicare, q æx contrariis componuntur terminis, quod idem de sententiis illis proferetur, quæ de extremis contrariis interdum haberi consueuerunt. hæ namque duæ sententiæ bonum, scilicet est bonum & malum est malum, tequaquam existunt inter se contrariæ, quantumuis illarum extrema bonum videlicet, & malum, contraria inter se sint. hoc ipsum etiam est de enuntiationibus dicendum. Et quod ne sententiæ. nec enuntiationes huiusce modi, sibi inuicem contrariæ sint, in hunc modum demonstrat. Contraria nequeunt esse simul vera. atqui tam duæ sententiæ, quam duæ enuntiationes eius generis, cuius docuimus existunt simul veræ, simul enim verum est, virtutem esse bonum, & vitium esse malum, ergo non erunt duæ huiusmodi opiniones vel enuntiationes inter se oppositæ.

Quæst. inserta.

D *Eadem fortassis atque adeo vera sit, &c.* Huic insertæ quæstioni satisfaciens, hæc inquit opiniones, bonum est bonum, & malum est malum, vna sunt, & eadem opinio non plures: nam si ego existimo, bonum esse bonum. necessario etiam fateri debebo. malum esse malum, & è contra, vnde cum duæ illæ sint vnius modi rationis, & iudicij, vna & simplex opinio, & non plures censebuntur. Quia vero dictum istud, nouum creditur. difficile nonnullis videri potest. proinde non absolute illud protulit. sed hisce verbis vsus est *eadem fortassis atq; vera sit siue multæ sint siue vna.* Subiungit autem Arist. non eo modo contrariari sibi inuicem enuntiationes, quo notiones, seu opiniones inter se opponuntur, nam hæc quia alio, & alio modo concipiuntur inter se oppositæ sunt: illæ vero quia contrario nomine opponuntur, id est quia mutuo se destruunt quales sunt, affirmatio, & negatio, eiusdem attributi de eodem subiecto, inter se contrariantur.

Affir. magis contra est attri. eius nega quam contra. affir. confir. primo.

E *Quod si vna sententia de bono.* Confirmat iam Arist. (ad priorem quæstionem tegrediens) non vna, aut altera sed pluribus coacervatis rationibus, affirmationi veræ, multo magis repugnare negationem eiusdem attributi, quam enuntiationem attributi contrarij. Prima est. Si huic affirmationi veræ bonum est bonum, non magis repugnat hæc negatio, bonum non est bonum, quam quæuis alia falsa contraria illi, & repugnans. sequetur aperte vni enuntiationi, complures alias esse contrarias: at iuxta vnum tantum contrarium esse potest: ergo affirmationi veræ, magis repugnabit negatio eiusdem attributi, quam quæuis alia repugnare possit. Confirmatur propositio quia huic propositæ verę affirmationi, bonum est bonum repugnant ex parte attributi, quam plures falsæ infinitæ, ac incertæ, vt Arist ait, tam scilicet illæ quæ affirmant conuenire bono quę minime competunt, vt esse malum turpe, nefarium & catera huiusmodi, quam illæ etiam quæ a bono denegantur & quæ illi propria sunt sicut bonum non esse vtile, decorum, honestum, & reliqua id genus: quarum enuntiationum plures haud dubie opponerentur quod absurdissimum est.

F Sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secunda.

F. *Sed ea demum statuenda sunt contraria, &c.* Secunda. Illæ enuntiationes debent constitui contrariæ, maximeque inter se dissidentes, in quibus animo concipiendis prima & maxima ineſt erroris, ac deceptionis causa: at affirmatio & negatio eiusdem attributi sunt huiusmodi: hæ igitur primo & maxime, à se inuicem distabunt. Confirmat Arist. assumptionem in hunc modum. Ex eisdem extremis generantur in nostris mentibus errores, & deceptiones, ex quibus nonnulla monstra in rerum natura oriuntur: sed omnium rerum ortus fit inter extrema disparata, scilicet inter esse, & non esse: ergo etiam generatio opinionum, & fallaciarum, fiet inter hæc eadem extrema scilicet esse, & non esse: at affirmatio & negatio in generatione opinionum respondent esse, & non esse, in ortu rerum: quemadmodum ergo esse, & non esse, primo, & maxime inter se repugnant, ita affirmatio & negatio quæ illis respondent, primo & maxime à se inuicem distabunt.

Tertio.

G. *Si igitur bonum bonum est, &c.* Tertia. Hæ duæ enuntiationes sunt veræ, bonum scilicet est bonum, & bonum non est malum: & prior est vera per se, secunda per accidens ob id q; prior illa verior existit quam hæc posterior, quia quod per se est tale, magis est tale: iterumque duæ istæ sunt falsæ, bonum non est bonum, & bonum est malum, & prior est magis falsa, quia per se est falsa, posterior vero minus falsa, quia per accidens dumtaxat falsa est: at vero per se magis opponitur falsum per se, quam falsum per accidens: iam igitur huic affirmationi, bonum est bonum, cum sit vera per se, multo magis contraria erit hæc negatio eiusdem attributi, bonum non est bonum, quæ est falsa per se, quam hæc affirmatio attributi contrarij, bonum est malum, quæ per accidens dumtaxat falsa existit.

Confir. assumpt.

H. *At ut demum errat simul, &c.* Eos qui aliter sentiunt decipi ostendit, & nunc propositæ rationis assumptionem hac vnica ratione confirmat. Contraria sunt quæ sub eodem genere posita, plurimum differunt: sed plus differūt affirmatio, & negatio, eiusdem attributi, quā duæ affirmationes contrariorum attributorum: ergo magis proprie opponi dicemus affirmationem & negationem eiusdem attributi, quam opponantur quæuis aliæ enuntiationes.

Superat. vltio.

Quarto.

I. *Illa autem altera qua bonum, &c.* Quarta ratio. Opinioni veræ simul & simplici, magis repugnat opinio falsa pariter, & simplex, quam repugnet falsa, & composita opinio: ergo huic simplici veræ, bonum est bonum, magis repugnabit hæc negatio simplex falsa, bonum non est bonum, quam affirmatio attributi contrarij, bonum est malum, quam ostendit Arist. esse compositam, quia qui dicit, bonum est malum, necessario fatearur oportet, bonum non esse bonum, il a enim prior hanc secundam sub se complectitur.

Quinto.

K. *Iam vero si in cæteris omnibus, &c.* Quinta. Vera repugnantia debet in omnibus reperiri, & non in aliquibus tantum: sed negatio eiusdem attributi, est repugnantia in omnibus locum habens, nequaquam autem attributi contrarij affirmatio: magis igitur repugnabit affirmationi eiusdem attributi negatio, quam repugnet eidem contrarij attributi affirmatio. Confirmatur assumptio, quia de quibuis re affirmatio, & negatio sibi inuicem opponuntur, cum tamen contrarij attributi affirmatio in aliquibus rebus locum nullo modo obtineat, vt in substantia v. g. & in quantitate, quæ carent contrariis in quibus eisdem cum aliqua repugnantia quælibet illa sit, denegari non debeat, nam si quis diceret substantia est, substantia non est, nemini dubium est, quin pugnantia loqueretur, sequitur aperte, magis inter se pugnare affirmationem, & negationem eiusdem attributi, quam affirmationem vnius attributi, & illius contrarij attributi affirmationem.

Vltimo.

L. *Præterea eadem est ratio, &c.* Vltima ratio est. Hæ duæ enuntiationes sibi inuicem similes sunt, bonum est bonum, & non bonum, bonum non est non ambæ quippe veritatem continent: sed huic negationi non bonum non est bonum, minime videtur repugnare hæc affirmatio, non bonum, est malum, quia ambæ sunt veræ de vitio, de quo vere enuntiamus & esse non bonum, ac simul, esse malum: neque hæc alia, non bonum, non est malum, quia ambæ sunt veræ, in infante recens nato, de quo simul verum est dicere, illum neque esse bonum, neque esse malum: quare illi enuntiationi, non bonum non est bonum, aduersabitur hæc, non bonum est bonum, cum hæc sit falsa, & illa vera: ad eundem igitur etiam modum huic affirmationi, bonum est bonum

solum

Id ipsum in aliis explicat.

solum aduersabitur hæc negatio eiusdem attributi, bonum non est bonum.

M *Perspicuum est nihil interesse, &c.* Ne quis crederet id quod hactenus confirmauit in solis enūtiationibus verum esse, hinc ad id commotus, quia illarum tantum exempla adduxit: proinde nunc ostendit verum etiam id ipsum esse quod explicuit, in enuntiationibus quarum subiectum afficitur nota vniuersa, non quod æquiualeant indefinitis, sed quod argumenta adducta tam de indefinitis, quam de vniuersis enuntiationibus concludant. Sit exemplum. Huic veræ affirmationi vniuersæ, omne bonum est bonum, repugnat hæc negatio vniuersa eiusdem attributi, nullum bonum est bonum, non vero affirmatio attributi, contrarij omne bonum est malum.

N *Et certe sententia, &c.* Ait Arist. sententiam illam iuxta quam asserebamus, ipsum bonum esse bonum, si bonum vniuerse accipiatur, eundem sensum fore habituram, quem hæc. quidquid est bonum, seu omne bonum, est bonum: hæ vero, bonum est bonum, & omne bonum, est bonum, ne quaquam differunt quia vtraque vera est, & vtrique proprie repugnat eiusdem attributi negatio. Nec diuersa ratio est de his, aliis, non bonum est non bonum, & omne non bonum est non bonum, quibus quidem sola negatio eiusdem attribu. aduersatur.

Conclus.

O *Quapropter si ita in his, &c.* Concludit Aristot quod si vera sunt quæ de contrarietate dicta supersunt, in conceptionibus animi, ac opinionibus, & vera etiam ipsamet censenda erunt, in enuntiationibus, & orationibus, quæ vocibus exprimuntur, cum ab initio docuerimus orationem quæ ex vocibus constituitur notionum animi interpretem esse. Itaq; enuntiationibus his affirmantibus omne bonum est bonum, & omnis homo est bonus, cōtrariæ opponentur hæ negationes vniuersæ, nullum bonū est bonum, & nullus homo est bonus: & contradictoriæ hæ aliæ, quę particularibus æquiualent, non omne bonum est bonum, non omnis homo est bonus.

P *Illud etiam perspicuum est, &c.* Quia in sexta ratione hoc dictum sumpserat, veram sci icet enuntiationem aliæ veræ contrariam non esse, id nunc explicat, tam in conceptionibus, & enuntiationibus, quam etiam in vocibus, in his namq; omnibus verum nunquam inuenietur vero repugnare. Id quod hoc pacto demonstrat. Enuntiationes contrariæ, ex contrariis componuntur: at oppositæ vel si mauis contrariæ, nequeunt simul veræ esse: ergo vnum verum alij vero contrarium non erit sed soli dumtaxat falso.

Dubitatio.

Solutio ex Caiet.

Scholia in cap. vlt.

QVamuis Ammonius & multi alij putent hoc cap. non esse Arist. sed ab aliqu. posterioti Philosopho adiectum fuisse, communem tamen aliorum opinionē amplectentes, qui ipsum tanquam legitimum Arist. fœtum agnoscunt, illud commentatiu libuit illustrare. In quo nihil nobis animaduersione dignum visum fuit, præter illud vnum, quod inquit, oppositiones contrarias opponi secundum affirmationem, & negationem: etenim si hoc ita esset, fieret illas opponi contradictorie, quia oppositio secundum affirmationem & negationem, est contradictoria, quod sane aditi nulla ratione debet, cum opponantur secundum veritatem, & falsitatem, quæ non contradictorie, sed contrarie opponuntur. Huic tamen dubitationi Cardinalis Caietan. acutissimus satisfacit animaduertens, opiniones posse sumi tribus modis, primo vt sunt actiones quædam secundæ operationis intellectus, secundo ratione rei significatæ, & tertio vt res significatæ, in oppositionib. splendent, aut repræsentantur per eas. Reiecto primo modo quia nihil ad institutum spectat eum actiones intellectus inter se minime contrarientur. Si sumantur secundo modo, pro rebus ipsis repræsentatis, oppositio vera, & contrarie & contradictorie, & priuatiue, opponitur falsæ: nam huic veræ opinioni, Socrates est videns, opponitur, contrarie hæc, Socrates est luscus, contradictorie hæc altera, Socrates non est videns, & priuatiue hæc alia Socrates est cœcus: nam visui contrarie oppon tur ob scuritas quædam ipsis oculis affixa, contradictorie, non visus, & priuatiue, cœcitas. At si tertio modo de oppositionibus disputemus, sola oppositione contraria inter se pugnant nam pugnant ea oppositione, quę inter duo entia positiua reperitur (sunt enim duæ oppositiones cōtrariæ, entia positiua) certum autem est inter duo entia positiua, solam oppositionem contrariam reperiri (omittō relatiuam, quæ nihil ad præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sens attiner institutu) nam contradictoria, & priuatiua inter entia, & non entia intercedunt vt in postcategoriis de hac re agentes docebamus. Igitur si ratione rei significatæ oppositiones contẽplentur opponentur secundum affirmationem, & negationem, & hac ratione intelligi debet Arist. Si vero vt repræsentant res ipsas sumantur sola oppositione contraria inter se, pugnabunt, vt hæ duæ oppinionis, prima qua quis oppinatur materiam primam esse puram potentiam, & altera qua alius sentit, habere aliquem actum, & ex consequenti non esse puram potentiam, contrarie tantum opponuntur, & non contradictorie eo modo quo actus, & potentia (de quibus est opinio, quodnam ex illis conueniat materiæ primæ) contrarie opponuntur. De secundo igitur lib. de interpretatione hæc dicta fuerint satis.

COMMENTARIA IN DVOS LIBROS DE PRIORI ANALYSI.

Eodem R. P. F. Didaco Masio Valent. Vilarealen. ordi. Prædicatorum authore.

Prolegomena operis.

PRIVS quam contextum Arist. interpretandum aggrediamur præfanda ducimus (vt de more habemus) aliquot prolegomena, de instituto, de materia subiecta, de diuisione, de genere scribendi, ac de titulo denique operis, quod auspicandum instituimus.

Primum. *Institutum* quidem in hoc opere est agere de ratiocinatione, siue de syllogismo, eius partes proponere, & inuestigare quæ sint eius proprietates. *Ex hoc ab qui* difficultate vila quænam sit materia subiecta (in qua præsens opus versatur) inuagare possumus, nam cum materia alicuius libri, ex eius instituto (vt sæpe admonuimus) peti debeat, institutumque in hoc opere (vt diximus) sit de syllogismo disputare, manifestum superest, materiam huiusce operis, esse syllogismum. *In duos* præterea libros opus hoc distribuitur, in quorum primo de oratione inprimis conficiendi syllogismos, deinde de inuentione medij verbi, tandemq; de analysi & resolutione syllogismorum ad modos perfectos disputat Arist. In secundo vero lib. de illorum proprietatibus, ac vitij, quæ in construendis ratiocinationibus sese possunt offerre disserit luculenter. *Vtitur* ruitus Arist. subtili, & acroamatico dicendi genere in his libris explicadis, qui aliquando inscribuntur ab Arist. de syllogismo, seu ratiocinatione, vt 1. lib. de demonst. cap. 4. interdum analytici, seu resolutorij, sumpta denominatione à postrema parte primi libri in qua Arist. de resolutione syllogismorum accurate disserit. Animaduertit tamen Alexander quod si hanc posteriorem inscriptionem retineamus, addere debemus particulam *priori* ita vt sensus sit *lib. de priori analysi*, eo quod in illis agimus de syllogismo in communi, in reliquis vero disserimus de demonstratione topicoque & sophistico syllogismo, quæ sunt species eiusdem, cumque genus prius sit specie proinde hi libri de priori analysi inscribentur aliis sequentibus præcipue qui de demonstratione differunt de posteriori resolutione inscriptis *Tam* hoc ordine libri hi inter reliquos lib. Dialecticos di poni debent vt postponantur lib. de interpretatione, libris vero de demonstratione præponantur. Huius ratio est, quia ordine naturæ partes priores sunt toto, genus autem suis speciebus atq; ita cum syllogismus (cuius natura in hoc opere explicatur) & totum quoddam sit, quod ex enuntiationibus (velut ex partibus) consurgit, & genus præterea, ad demonstrationem existat, præcedere opus hoc debuerunt libri de enuntiatione, an reponi autem idipsum libris de demonstratione merito debuit.

Secundum.

Tertium.

Sextum.

Quartum & quintum.

CAPVT I.

De quibusdam diffinitionibus & diuisionibus.

ARGVMENTVM CAPITIS.

EXplicat inprimis suum præcipuum in toto hoc opere institutum: deinde principia & elementa futuræ disputationis quid nempe & quotuplex sit propositio, & quomodo Dialectica à demonstratiua distinguatur: rursus aperit quid sit terminus, quid & quotuplex sit ratiocinatio: ac denique duo generalia principia dici de omni & dici de nullo, in fine proponit.

INitio dicendum videtur quid sit, in quo versatur hac nostra commentatio, quaque de re sit susceptæ. Versatur autem in demonstratione, ac de demonstrandi scientia & instituta. Tum explicandum nobis est, quid sit propositio, quid extremum, quid ratiocinatio, cuiusmodi sit tum qua perfecta, tum qua imperfecta dicitur. Demum quidnam sit quidpiam in toto aliquo esse, aut non esse: quidque appellemus aliquid de alio omni, aut nullo dici. A. Est igitur propositio, oratio qua aliquid de aliquo affirmat aut negat. B. Idque aut in toto, aut in parte, aut indefinite. In toto autem dico, cum quid aut omni, aut nulli inesse dicitur: cum vero alicui, vel non alicui, vel non omni, id particulare appello. Quod si inesse aut non inesse dicitur absque vniuersali aut particulari nota, indefinitum id voco. Cuiusmodi hæc sunt. Aduersorum eadem est scientia, Voluptas non est bonum. C. Eo autem differt demonstratiua propositio à dialectica, quod illa est ex atentibus & negantibus vnius partis assumptio: quippe vt confessum sumit qui demonstrat, nihil rogat. Dialectica propositio, interrogatio est vtramque contradictionis partem complexa. At quod attinet ad ratiocinationem ex veraui struendam, nullum inter eas fidei crimen. Nam & qui demonstrat, & qui rogat, ita ratiocinatur vterque, Si quid cuique inest, vel non inesse prius sumpserit. Ita propositio syllogistica, affirmatio est, vel negatio simpliciter cuiusdam de alio eo, quo diximus modo. Demonstratiua autem tum demum est, cum vera fuerit, & per initio posita hypotheses confirmata & sumpta. Dialectica vero propositio: quod ad eum attinet qui rogat, interrogatio est contradictionis, quod autem ad eum qui ratiocinatur, est assumptum quid apparens aut probabile: quemadmodum in Topicis exposuimus. Sint igitur hæc, quod ad rem præsentem attinet, de propositione satis, quid inquam illa sit, quæ differat ea, qua ratiocinatiua dicitur, à demonstratiua, & dialectica, ea tenus inter se. Diligentius enim de his post a disseremus. D. Terminum vero id appello, in quo desinit vltima propositio: nempe id quod de alio dicitur, idq; de quo illud dicitur, seu a diciatur, seu tollatur esse, vel non esse. E. Ratiocinatio vero est oratio, in qua nonnulla ita ponuntur, vt diuersum quid ab iis necessario efficiatur, quia ea ita sint: quod postremum indicat propter illa hoc effici, hoc vero est nullo termino egere externo, vt necessaria sit consecutio. F. Perfectam vero ratiocinationem eam appello, quæ nulla alia regit præterea, quæ in ea sumpta sunt, quo colligendi necessitas sit euidens ac perspicua. Imperfectam, quæ vna re, aut pluribus egeat: qua etiam si adextrema quæ subiecta sunt consequantur necessario, non sunt tamen illa in propositionibus expressa. G. Est autem res eadem, quidpiam in aliquo toto esse, & quidpiam de aliquo omni dici: nempe cum nullam subiecti partem reperias, in qua attributum non vere dicatur. Eodem pacto intelligendum est, de nullo aliquo dici.

COMMENTARIA.

QVÆ ad nostrum institutum spectare videbantur breuiter explicata iam contextum Arist. aggrediamur. Statim in principio huius cap. proponit nobis institutum suum, aiens illud nullum aliud esse, quam de scientia demonstrandi disputare, quod præstat in libris sequentibus, ad quos hi libri velut in finem, & copum sunt reuocandi. Ait præterea explicandum in primis esse, quid sit propositio, quid extremum, quid syllogismus, quænam sit ratiocinatio perfecta, & quænam imperfecta, ac demum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid sit dici de omni, & quid dici de nullo, quæ omnia erunt fuscincte in hoc cap. proponenda. Quod ad primum ergo attinet propositionem Arist. sic definit.

Quid sit oratio.

A *Est igitur propositio, &c.* Propositio est oratio in qua aliquid de aliquo affirmatur, vel è contra, aliquid ab aliquo negatur, propositionis primi generis exemplum sit hæc, leo est fortis: secundi autem, hæc alia, homo non est leo. Sub qua diffinitione implicite proponitur prima diuisio enuntiationis, in aientem & negantem, è quibus aiens est ea in qua præcipuum verbum affirmatur, negans autem ea in qua præcipuum verbum negatur.

B *Idque aut in toto, &c.* Secunda diuisio Enuntiatio quædam est vniuersa seu in toto, alia est particularis siue in parte, & alia indefinita. Prima illa nimirum vniuersa est cuius subiectum est vniuersum nota vniuersa affectum, vt hæc, omnis homo est animal: particularis vero cuius subiectum est vniuersum, affectum tamen nota particulari, velut ista, quidam homo currit, indefinita denique ea est, cuius subiectum est etiam vniuersum, nulla tamen nota affectum, sicut hæc, homo est albus Prætermittit autem Arist. enuntiationem subiecti singularis, qualis est hæc, Socrates est homo eo quod sit illa inepta ad conficiendos syllogismos, de quibus instituit in hoc lib. disputare.

Diui.

C *Eo autem differt, &c.* Tertia diui. Propositio quædam est Dialectica, vel topica, alia vero analytica, siue demonstratoria Quæ duæ inprimis distinguuntur, quia analytica, vnam solam quæstionis partem explicandam proponit, eam nimirum quæ necessaria est: topica autem tam partem aientem, quam negantem quæstionis exagitandam tradit Differunt secundo, quia propositio analytica, semper, ac necessario est vera, typica nihilominus interdum falsa esse potest. Cóueniunt tamen inter se, quia vtræque conficiendis syllogismis deseruire aptæ sunt, parum enim refert, ex quibus propositionibus sint illi constituti, num ex necessariis, vel ex probabilibus, dum tamen sint in modo & in figura illi ordinati.

Quid sit termi.

D *Terminum vero id appello, &c.* Tradit iam Arist. diffinitionem termini, quæ huiusmodi est. Terminus est in quem propositio resoluitur, vt subiectum, vel attributum propositionis in quæ duo resoluenda est tandem quælibet propositio, termini merito dicuntur: velut hæc, homo est animal resoluenda est, in hominẽ velut subiectum, & in animal tanquam attributum, atque ita, homo, & animal, illius termini dici poterunt.

Quid sit ratiocin.

E *Ratiocinatio vero est oratio, &c.* Propositis ratiocinationis partibus tam maioribus quã minoribus, diffinit iam Arist. ipsam ratiocinationem in hæc verba. *Ratiocinatio est oratio in qua quibusdam positis aliud ab his quæ posita sunt necessario sequitur, etiam si nihil extrinsecus adhibeatur* Quæ quidem diffinitio tres continet particulas, prima est *oratio* quæ profecto particula locum obtinet generis est etenim oratio verum genus syllogismi, vt postmodum ostendemus. Secunda particula est *aliud ab his quæ posita sunt necessario sequitur*, id est in syllogismo præter præmissas quæ in eo collocantur, propositionem nimirum, & assumptionem, necessario infertur conclusio. Vltima particula est *etiam si nihil extrinsecus adhibeatur*, quæ ita intelligi debet. In syllogismo exvi, & natura propositionum, sequi debet conclusio, sine adminiculo, aut ope alterius propositionis extrinsecæ.

Ratiocinat. perfecta & alia imperfecta.

F *Perfectum vero, &c.* Constituta diffinitione ratiocinationis, diuidit eam Arist. in perfectam, & in imperfectam. Perfecta dicitur ea, quæ colligit suam conclusionem, ex vi præmissarum, qualis est hæc ratiocinatio, omnis arbor est substans, omnis pirus est arbor, ergo omnis pirus est substans. Imperfecta vero vocatur, quę suam conclusionem infert in vi alterius extrinsecæ propositionis, non autẽ ex propria natura præmissarum, vt hæc Platonis, qua demonstrabat omnem animam humanã esse immortalem. Quidquid sponte mouetur semper mouetur: atqui anima rationis particeps sponte mouetur: ergo anima rationis particeps immortalis est. Huius enim argumentationis conclusio non infertur ex præmissis, nisi in vi huius alterius propositionis, omne quod per se, aut sponte mouetur, est immortale.

Duo generalia.

G *Est autem res eadem, &c.* In vltima denique huius cap. parte tradit Arist. duo generalia principia, iuxta quæ sunt omnes syllogismi regulandi. Primum est dici de omni, quod deseruit propositionibus aientibus, alterum vero est dici de nullo quod vsui est propositionibus negantibus. Dici de omni

omni tunc contingit quando nihil continetur sub aliquo subiecto, de quo non prædicitur attributum, vt euenit in hac propositione, omnis homo est animal, sub cuius subiecto nimirum, homine, nihil prorsus continetur, de quo attributum scilicet animal non affirmetur. At dici de nullo est quando nihil sub subiecto continetur, à quo non remoueatur etiam attributum: est hoc apertum in hac propositione, nullus homo est arbor, in ea enim nihil sub homine, qui est subiectum contentum est, à quo arbor, quæ est attributum, non separetur.

CAPVT II.

De reciprocatione propositionum.

ARGVMENTVM CAP.

TRadit alia principia quibus mediis ratiocinationes imperfectæ ad perfectas queant reuocari. Distribuit autem primum propositiones in eas quę modo afficiuntur, & quæ eodem destitutæ sunt: rursus quo modo destitutæ reciprocentur ostendit, vniuersa negans cum negante tam vniuersa quam particularis affirmans cum particulari: particularis autem negans cum nulla alia: singulaque suis rationibus confirmat.

AT vero cum essatorum alia rem esse dicant alia necessario eam esse, alia eam accidere: horumque alia aiant, negant alia, idque quauis enuntiandi ratione: aientium rursus & negantium, alia in toto sunt, alia in parte, alia indefinita: hæc inquam, cum ita sint, B. in essato eo quod quidpiam vniuersim esse negat, necessario extrema recip rocantur: exempli causa, si nulla voluptas est bona, nihil quod bonum sit est voluptas. C. In eo autem pronuntiato quod vniuerse ait quid, extrema retro commeant illa quidem: sed in parte tantum, non vniuersim: vt si voluptas omnis est bona, quoddam bonum voluptas sit necesse est. D. Ex particularibus vero affirmans in parte retro commeat necessario, nam si quadam voluptas est bona, quoddam bonum est voluptas. E. In negantibus id non ita est, vt enim quoddam animal non sit homo: non ex eo efficitur quendam hominem non esse animal. F. Principio igitur constituamus propositionum, in qua quidpiam vniuersum negetur: sitque hæc, b: tum si nullum b, est a: ne illum quidem a, erit. Quod si quis reluctetur, quoddam a esse b: designetur illud, sitque c: non erit igitur tum vsquequaque verum, quod dicebamus nullum b esse a, cum c, pars sit aliqua ipsius b, eoque contineatur. G. At si dicas, omne b esse a, hinc consequetur quoddam a esse b: nam si nullum esse dicas, ne illum quidem b erit a. tum antea pro confesso id haberetur, omne b esse a. H. Est autem eadem ratio, si in parte fuerit proloquium: nam si quoddam b est a, necessario efficitur vt quoddam a sit b: nam si nullum a esse b dicas, hinc consequetur, ne illum quidem b esse a. At si dicas, quoddam b non esse a, non continuo efficitur, vt quoddam a non sit b: verbi causa, si b, pro animante intelligatur, a vero pro homine: neque enim omne animans est homo, cum omnis homo sit animans.

COMMENTARIA.

Quid sit recipro.

REciprocatio vel conuersio nihil est aliud, quam mutatio partium ipsius propositionis ita vt ex subiecto fiat attributum, & è contra, ex attributo efficiatur subiectum, eadem semper qualitate propositionum seruata: ita vt si vna fuerit aiens, etiam & altera aiens sit, & si vna negans extitetit etiam & altera negans existat. Diuiditur autem conuersio in eam quę est ex toto, & eam quæ est ex parte. Prima illa est conuersio vnius propositionis vniuersæ, in aliam vniuersam: hæc vero secunda, est conuersio aut vnius particularis propositionis in aliam vniuersam, aut è contra vnius vniuersæ in aliam particularem enuntiationem Animaduertit præterea Aristo. variis modis posse propositionem diuidi.

Diui. reciproca.

A *At vero cum essatorum, &c* Diuidit igitur propositionem primo, in simplicem, & modificatam, deinde in aientem, & ne-

Universidad de Deusto
Biblioteca

g nem: act rio, n vniuersam, & parti u arem, quibus iam explicatis ad quædam theoremata tradenda progreditur ad reciprocationem in elligendam apprime accommodata Primum in his ve bis.

1. Theo.

B *Ineffato, &c.* Proposit o ait vniuersa negans, in aliam vniuersam negantem debet conuerti, velut hæc nulla voluptas est bona, conuertenda est in hanc, nullam bonum est voluptas.

Secun.

C *In eo autem pronuntiatio &c.* Secundum theorema. Propositio vniuersa aiens, conuertitur ex parte, in particularem aientem, quemadmodum hæc vniuersa, omnis voluptas est bona, in hanc aliam particularem, aliquod bonum est voluptas

Tertium.

D *Ex particularibus ve o, &c.* Tertium. Propositio particularis aiens reciprocari debet cum altera particulari etiam aiente, veluti hæc, quædam voluptas est bonum, reciprocatur cum hac alia, quoddam bonum est voluptas.

Quartum.

E *In negatiuibus, &c.* Quartum. Propositio particularis negans minime reciprocatur cum particulari negante, sicut hæc, quoddam animal non est homo, nequaquam reciprocatur cum hac alia, quidam homo nõ est animal, si enim vna ex his duabus cum alte a reciprocaretur, sic et consequens, vt in legitima argumentatione, daretur antecedens verum, & consequ ns falsum, verum enim est quoddam animal non esse hominem ex q o ramen ne cedente falsa colligeretur ergo quidam homo non est animal.

Confir. 1. Theo.

F *Principio igitur constituamus, &c.* In relqua parte cap. quæ iam proposuit theoremata ogrediatur confirmat, in primisque primum hoc pacto. si vniuersa negans non esset conuertenda in vniuersam negantem, darentur duæ contradicentes simul veræ: hoc autem fieri nullo modo potest: iam igitur propositio vniuersa negans debet in illam vniuersam negantem conuerti. Propositio sic ostenditur. Sit hæc vniuersa negans conuertenda, nullus lapis est animal, nisi illa conuertatur in hanc, nullũ animal est lapis, dabitur profecto in optima argumentatione antecedens verum, & consequens falsum, ex illa enim propositione tanquam ex antecedente, hoc falsum recte inferri potest consequens ergo nullum animal est lapis. Et ita quod hoc sit falsum contradicens illius debet esse vera: aliquod animal est lapis, hæc rursus cum hac alia particulari aiente reciprocetur, aliquis lapis est animal, quam verum etiam esse constituamus: atqui hæc est contradicens illius vniuersæ, nullus lapis est animal, quã veram esse, asserebamus: ap imo igitur ad vltimum si vniuersa negans in vniuersam negantem non conuertatur, sequetur dari duas contradicentes ambas simul veras.

Confir. Secun.

G *At si dicas, &c.* Vtens eodem genere arg. hoc modo secundum theorema ostendit, Si vniuersa aiens hæc (v. g.) omnis homo est animal non conuerteretur in particularem aientem, vt in hanc aliquod animal est homo, duæ aduersæ essent simul veræ quod haud dubie est inconueniens: igitur aiens in particularem aientem debet conuerti. Antecedens hac ratione comprobatur. Si hæc non fuerit accommo conuersio, ex illa propositione vniuersa aiente, velut ex antecedente vero hoc colligetur consequens falsum, ergo aliquod animal non est homo, cuius contradicens hæc nimirum nullum animal est homo erit inuicanda vera: nunc istam in hanc aliam vniuersam negantem iuxta primum theorema conuertamus, nullus scilicet homo est animal: at hæc est aduersa illius primæ propositionis vniuersæ aientis veræ omnis homo est animal, ergo iam duę enuntiationes aduersæ erunt simul veræ.

Confir. Tertium.

H *Est autem eadem ratio, &c.* Iam tertium theorema hoc alio argu. demonstrat. Si particularis aiens non bene reciprocaretur cum particulari aiente, sicut hæc, aliquis homo est animal, cũ hac alia, aliquod animal est homo, darentur itidem duæ contradicentes veræ, nam si hoc consequẽs ex prima illa propositione illatum, aliquod scilicet animal est homo, est falsum, eius igitur contradicens, nullum nimirum animal est homo vera propositio existimabitur: hanc rursus conuertamus, primo theorema insistentes, in istam vniuersam negantem nullus homo est animal: certe hæc contradicens illius primæ extat, quidam vide icet homo est animal, quæ etiam constituebatur vera: essent igitur duæ enuntiationes contradicentes ambæ simul veræ.

Confir. Vltim.

I *Ac si dicas, &c.* Confirmat denique Arist vltimum theorema eiusdem generis argumento, quo & alia confirmauit. Sequeretur enim ex antecedente vero, inferricõ uens falsum, in accurata argumentatio

ne. Sit exemplum. Quoddam animal non est homo, ergo quidam homo non est animal. in qua anteceden s est verum, consequens vero falsum: iam ergo si particularis negans deberet conuerti, in particularem negantem, ex antecedente vero, colligeretur in ligitima argumentatione consequens falsum.

CAPVT III.

De conuersione modificatarum propositionum.

ARGVMENTVM CAPITIS.

OStendit propositiones modi necesse eodem modo conuerti, atque illas quæ modo destituuntur, sicut & propositiones etiam modi contingentis si ille sumatur vt communis modo necesse, & modo non eodem pacto quo illæ aliæ reciprocantur, redditque rationem cur prius de ratiocinatione quam de demonstratione disseruerit.

EAdem erit reciprocatio nec in pronuntiatu necessario. A. vniuersa enim negans in totum reciprocatur, affirmantium vtraque in parte tantum. Si enim nullum b est a, idq; necessario: nullum quoq; a est b, eodem modo. Nam si ipsum b alicui a accidere contendas: a quoq; cuidam b accidet. B. At si omne vel aliquod a b necessario sit a sane & quoddam, a ne essario est b: si enim id non sit necessarium, neq; etiam quoddam b necessario est a. C. Negatio vero in parte ob eam ipsam, quam antea exposui, nullam, non reciprocatur. D. At quod attinet ad contingentia, quia contingendi vocabulum varium est ac multiplex: quippe quo, tum necessarium contineatur, tum non necessarium, denique & possibile. E. Sane in affirmantibus omnibus eadem est quæ prius reciprocandi ratio. Nam si a ipsi b vel in totum vel cuidam accidat, & b quoq; ipsi a cuidam acciderit: nam si vt nulli commentum necesse est, a quoq; nulli b conuenire oportet: id quod paulo ante confirmauimus. F. In negantibus vero diuersa est ratio: quia quæ accidere negantur, aut quia necessario non insunt, aut quia citra necessitatem absint, eodem modo commeant: vt si quis dicat homini accidere, vt non sit equus, aut albedinem nulli vestimento (quorum vnum non inest, idque necessario: alterum citra necessitatem.) Et eodem prorsus modo vetro commeat vtraque propositio, quo superiores: si enim accidat, vt nullum homo sit equus, accidat quoque, vt nullus equus sit homo. Et si in nullo vestimento albedo accidat, in nulla quoq; albedine vestimentum accidit. Nam si in aliqua necessario sit, in quodam etiam indumento albedo reperietur necessario id quod paulo ante confirmauimus. Illud idem de negante particulari iudicandum est. G. At priuantes illæ propositiones in quibus quid contingere dicitur, quia plurimum ita fiat, & quia natura ita sit comparatum (quomodo contingentis vocabulo peculiariter vtimur) iam non eadem lege reciprocationis vtuntur: quin negatio vniuersalis vero non conuertat: particularis autem maxime. Id quod perspicuum erit, vbi de contingenti disseremus. H. In præsens id tantum nobis prater ea quæ dicta sunt confessum sit, quod accidere nulli, aut cuidam non esse contingere, speciem habet affirmationis: nam illud, accidit, consimilem locum atque ordinem seruat, atque ipsum, est. Hoc autem quibuscunque attributis adiungatur, affirmationem quoquo modo efficit, ac perpetuo. Cuiusmodi hæc sunt. Est non bonum non album. & in vniuersum, est non hoc, ut non illud. Id autem etiam postea confirmabitur. Hæc vero reciprocandi legem eandem sequuntur, quæ & alia. Hæc ita constituta dicendum nobis est, quæ sint ea ex quibus struatur ratiocinatio quæuis: Quando ratiocinatio probabilis sit futura: quaq; via ac ratione sit componenda. Posterius de demonstratione dicendum nobis erit. Est enim ante demonstrationem de ratiocinatione differendum, eo quod hæc latius patet. Omnis enim demonstratio est ratiocinatio, at non omnis ratiocinatio, demonstratio est.

COMMENTARIA.

MOdificatę propositiones quędam sunt affectæ modo *necesse*, aliæ modo *contingens*, de quibus omnibus qua ratione ad necem conuerti debeant quędam proponit Arist. theoremata, ex quibus quidem pro ora ad enuntiationes modo necesse constantes attinent posteriora vero ad eas spectant quæ ex modo *contingens*, constituuntur Est igitur primum.

1. Theo enunti. mo. necess.

A *Vniuersale enim negans, &c.* Propositio vniuersa negans, conuerti debet in aliam vniuersam negantem, quemadmodum hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

propositio, necesse est nullum lapidem esse animal, in hanc aliam vniuersam etiam negantem, necesse est, nullum animal esse lapidem. Hoc confir. eodem modo quo de simplicibus negantibus enuntiationibus in superiori cap. confirmauerat. Si non esset huiusmodi conuertio accurata, in eadem argumenta. esset antecedens verum necesse scilicet est nullum lapidem esse animal, & consequens falsum, nimirum, ergo ne esse est nullum animal esse lapidem. Vlterius progredior. Consequens hoc est falsum, iam igitur eius contradicens, contingens nempe est aliquod animal esse lapidem, vera erit. Nunc conuertatur hæc, in istam aliam particularem aientem, contingens est aliquem lapidem esse animal: atqui hæc est contradicens illius primæ, necesse scilicet est nullum lapidem esse animal: iam itaque duæ contradicentes simul de eodem veræ essent.

ecun. theorem.

B *At si omne vel aliquod, &c.* Secun. theorema. Tam propositio vniuersaliens quam particularis etiam aiens, est in particulare aientem conuertenda velut hæc, necesse est omnem hominem esse animal, & hæc alia necesse est aliquem hominem esse animal, amb æ reciprocantur cum hac particulari aiente; necesse est aliq animal esse hominem. Hanc esse exactam conuersionem eodem genere argu. Arist confirmat: quia si talis non esset ad antecedens verum sequeretur falsum earum scilicet conuertens iam proposita, necesse est aliquod animal esse homi. em Hæc est falsa eius igitur contradicens, contingens est nullum animal esse hominem, cui ebitur vera: conuertamus ergo illam in hanc vniuersam negantem, contingens est nullum hominem esse animal: constat autem aperte hanc ad- [illegible] earum quas primo loco proposuimus: iam igitur, cum & illæ sint veræ & hæc etiam colligitur duas aduersas vel contrarias esse simul veras.

Tertium theorema.

C. *Negatio vero in parte, &c.* Tertium theorema. Particularis negans nulla ratione conuerti potest, velut hæc, necesse est aliquod animal non esse hominem, nequit conuerti in istam necesse est aliquem hominem non esse animal: si enim illa hoc modo conuertibilis esset, ad antecedens verum cuiusmodi est illa prima propositio, necesse est aliquod animal (vt leonem v.g.) non esse hominem inferretur istud consequens, ergo necesse est, aliquem hominem non esse animal, quod haud dubie est falsum, quia omni homo necessario est animal, hoc autem absurdum esse cuilibet est compertum: iam itaque propositum theorema verum erit

D *At quod attinet ad contingentia, &c.* Explicuit hisce theorematibus quo modo enuntiationes modificatæ modi necesse mutuo inter se reciprocent hoc præstito, iam ad id ipsum de aliis modificati enuntiationibus modi *contingens* ostendendum hæc alia theoremata adducit. Prius tamen quam illa proponat, recenset varias nomini *contingens* significationes, ne ipsius homonymia & ambiguitate perturbari possimus. Prima (inquit) est quæ id quod necessarium est explicat, secunda quam dicere consueuimus hominem esse animal est contingens, id est necessarium: secunda autem est in qua id, quod actu est, quamuis minime necessarium sit, declarat, iuxta quam aimus, hominem esse album est contingens, quia quamuis actu sit albus, non tamen necessario est albus. Tertia est in qua exprimit id quod esse, & non esse potest, & penes hanc hominem legere, contingens nuncupamus. etenim, & legere, & non legere, & currere ac non currere aliquis pro sua libera voluntate potest, estque hæc propria, & germana vocis huius significatio. Quibus adductis significationibus, institutum sum prosequitur, primum ex huius secundi generis theorematibus, hisce verbis proponit.

Varia nomi. contin. signifi.

1. Theorema.

E *Sane in affirmantibus, &c.* Propositiones vniuersæ affirmantes, conuertendæ sunt in particulares affirmantes, rursumq; hæ si conuertendæ sint in alias particulares etiam affirmantes conuerti debent Afferamus de singulis earum exempla. Hæc propositio vniuersa affirmans, contingit omnem hominem esse animal, reciproce habet se ad hanc aliam particularem aientem, contingit aliquod animal esse hominem: ita pariter sicut & omnia supernus adducta theoremata, nunc propositum theorema demonstrat. Quia alioquin ex antecedente vero, vt hac propositione exempli causa contingit aliquem hominem esse animal, colligeremus consequens falsum, sit illud contingit v. g. aliquod animal esse hominem. Si hoc consequens est falsum, debet contradicens nimirum, necesse est nullum animal esse hominem, esse verũ, conuertatur nunc propositio ista simpliciter ad hunc modum, necesse nullum hominem esse animal: certe hæc tam aduersa est illi vniuersæ affirmanti contingit omnem hominem esse animal, quam alteri particulari affirmanti contradicat, contingit aliquem hominem esse animal: & tamen simu cum his vtiq; veris illa vi argumenti adducti conuincitur: iam itaque, duæ aduersæ, & duæ contradicentes existent de eodem simul veræ

Secun.

F *In negantibus vero, &c.* Est iam secundum theorema. Propositiones negantes, primi, & secundi modi contingentis, si fuerint vniuersæ, conuerti debent in propositiones negantes vt hæ duæ contingens v.g. contingens est nullum lapidem esse hominem, ac rursum contingens est nullam vestem esse albam, cum his aliis hoc pacto reciprocantur, prima quidem cum hac, contingens est nullum hominem esse lapidem: secunda vero cum hac alia, contingens est nullum album esse vestem. Confirmatur theorema quia si illud verum non esset antecedenti vero quale est quælibet ex duabus illis prius adductis propositionibus, subsequeretur consequens falsum, vt vel hæc propositio, ex duabus illis posterius assignatis contingens (nimirum) est, nullum hominem esse lapidem, vel hæc altera, contingens scilicet est nullum album esse vestem. Cuius vtriusque propositionis contradicens est profecto vel ob eam solam causam vera existimanda, quia vtraq; prædictarum constituitur esse falsa. prima quidem, *necesse est aliquem hominem esse lapidem, alterius vero necesse est aliquod album esse vestem*: si hæ rursus conuertantur in has alias particulares aientes, scilicet necesse est aliquem lapidem esse hominem, necesse est aliquam vestem esse albam cum hæ & veræ sint. vt argumentum effectum suador, & illis duabus in principio propositis, scilicet contingens est nullum lapidem esse hominem & contingens est nullam vestem esse albam, contradicto ie opponantur, supererit certe confirmatum, duas propositiones contradicentes, esse de eodem simul veras. Subiungit autem Aristo. propositionem particularem negantem in huiusmodi modis, non quaquam conuerti posse, sicuti de simplici enuntiatione demonstratum reliquitur in cap. superiori.

G *At priuantis illa, &c.* Tertium theorema. Enuntiationes vniuersæ negantes modi contingens tertio modo accepti, nequeunt aliquo pacto conuerti, negantes ve o particulares conuerti poterunt quem ad modum infra c12. & 16. ostendet vberius.

H *In præsens id tantum, &c.* Absoluit Arist præsens c. p. satisfaciens tacitæ cuidam ob ect oni. Poterat enim aliquis hoc pacto aduersus eum insurgere. Constitutum superest in superioribus enuntiationes modificatas appellatas aientes, vel negantes, non à verbo, sed a modo negato, vel affirmato: non igitur recte hic constitutum est, hanc enuntiationem. contingens est nullum lapidem esse hominem, esse enuntiationem negantem, cum in ea modus affirmetur. Huic dubitationi respon huiusmodi enuntiat ones modificatas, absolute sumptas, vocari affirmantes, vel negantes, à modo, quemadmodum simplices à verbo ipso denominantur negantes, vel affirmantes: attamen in reciprocatione eaund m, affirmantes, aut negantes, ipsas constitui, non per modũ, sed per verbũ, conuersio namq; afficitur penes verbũ prout illud connectit subiectũ cũ attributo. His omnibus velut firmissimis fundam cõstitutis tractationẽ suã de ratiocinatione à consequenti usq; ad finem totius huius operis prosequitur Arist.

Capvt IIII.

De prima figura.

Argvmentvm Cap.

Assignat primum rationem primæ figuræ, mediique ac extremorum diffinitiones adducit: proponit deinde quatuor modos vtiles qui demonstrantur per duo illa principia dici de omni, & dici de nullo: tandemq; recenset duodecim modos inutiles qui hoc ipso reiiciuntur, quod iuxta illos nulla inferatur certa conclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVandocunque ergo tres termini ita inter se affecti fuerint, vt postremus in medio toto contineatur, hanc autem in toto primo vel sit vel non sit, necessario hinc efficitur extremorum perfecta complexio. Medium id appello, quod cum in alio sit, aliud quoque in hoc continetur, & situm quoque medium seruat. Extrema vero ea dico quorum alterum in alio est, in altero autem aliud cuntinetur. A. Nam si a de omni b affirmetur, & b de c quouis: necesse est vt a de quouis c affirmetur, paulo enim ante explicatum est, quid sit de omni dici. B. Eadem est ratio, si a de nullo b dicatur: b & rursum c toto sit. Nam a in nullo c reperietur. C. Quod si primum cuiuis medio sit consequens, & hoc nulli postremo insit, nulla erit extremorum complexio: nihil enim quidquam necessario hinc efficitur, quia ea ita se habeant cum fieri possit, vt primum postremo, tum omni insit, tum nulli: vnde nec in parte nec in toto necessarium quidquam efficitur Quotiescunque autem nihil necessario colligitur, ex iis sane ratiocinatio non fuerit. Termini in quibus consistere tur generaliter affirmans sint hi, animans, homo, equus, in quibus generalu negatio, illi animans, homo, lapis. D. Neratiocinatio quidem fuerit, vbi primum in medio nullo reperietur: simul & hoc in postremo nullo. Extrema assumendi sint haec, scientia, linea, medicina: negandi vero haec, scientia, linea, vnitas. Hinc perspicuum est, quando in hac figura futura sit ratiocinatio: quando non item, vbi extrema vniuersalia fuerint. Illud etiam constat, quandocunque fuerit ratiocinatio, extrema, eo quo diximus modo, affecta esse oportere: quod si ita digesta sint, ratiocinationem exitus efficit. At vbi extremorum alterum ad aliud sit affectum in totum, alterum in parte, cum vniuersalis seu affirmatio, seu negatio maiori extremo coniuncta fuerit, minori vero affirmatio, in parte, necesse est hinc nasci ratiocinationem absolutam: vbi autem minori extremo additum fuerit vniuersale illud aut quoquo alio modo extrema fuerint digesta, ratiocinatio fieri nullo modo potest. Maius extremum id dico, in quo medium continetur. Minus vero id quod medio substernitur. E. Sit enim hoc confessum, quodus b esse a, quoddam item c esse b: hinc sane efficitur necessario vt quoddam c sit a, siquidem de omni di id sit, quod initio explicauimus. F. Et si nullum b sit a, quoddam vero c sit b, necesse est, vt quoddam c non sit a. Nam quid esset de nullo dici ante expositum. Erit igitur ad hunc modum ratiocinatio suis numeris absoluta: quod idem fiet si b affirmatio fuerit infinita: quippe cum eadem structuram ratiocinatio: seu particulae sumas pronuntiatum, seu indefinitum. G. Quod si minori extremo iungatur vniuersalis affirmatio, vel negatio, nulla hinc erit ratiocinatio: cum propositio, aut in parte fuerit aut indefinita, seu affirmet illa, seu neget: verbi gratia, si quoddam b sit a, vel non sit, c vero quoduis sit a: extrema conclusionis affirmantis sint haec bonum, habitus, prudentia: Negantis, bonum, habitus, inscientia. Rursus si nullum c sit b: quoddam vero b, vel etiam non omne, sit a, vel non sit: nec sic quidem erit ratiocinatio: extrema complexionis de toto genere affirmantis sunt, album, equus, cygnus. Vniuersalis negantis, album, equus, cornus: quae eadem vsurpanda sunt, si b, a proposito infinita fuerit. Neque item ratiocinatio fuerit, vbi priori extremo addita vniuersalis affirmatio fuerit, vel negatio: posteriori vero negatio in parte, vel etiam indefinita: vt si omne b sit a, quoddam vero c non sit b. Nam de quo medium in parte negatur, de eo primus terminus vniuerse & affirmabitur & negabitur: vt si proponantur his tres fines, animans, homo, album: tum ex iis albis de quibus homo asseuerari non possit, secernantur, olor & nix: sane de altero horum animans vniuersim affirmatur, negatur plane de altero: ita ratiocinatio nullo modo fuerit. Rursus a in nullo b reperiatur: nec item b in aliquo c: extrema vero sint inanimatum, homo, album, atque tum assumantur ea illa alba, de quibus homo non dicitur, olor & nix: nam inanimum de altero quidem omni affirmabitur, de altero nullo dicetur. Adhaec, cum incerta sit huius pronuntiati veritas, quoddam c non est b (quod quidem verum est, seu nullum plane sit, seu non omne) cum autem eo modo sumpta fuerint extrema, vt alterum in altero nullo reperiatur, inde non instruetur ratiocinatio vt paulo ante confirmauimus: perspicuum est ex hac extremorum structura ac dispositione ratiocinationem non effici: alioqui ex illa quoque efficeretur: eadem autem probandi ratio erit, vbi negatio in toto fuerit. Quod si ambo interualla in parte erant quid, aut negent, seu alterum aiat, neget alterum, seu ambo indefinita sint, seu alterum indefinitum, alterum certum ac definitum, ne tum quidem ratiocinatio vlla erit. Hu autem compositionibus omnibus extrema haec communem praebebunt vsum, animans, album, equus: animans album, lapis. Ex iis quae hucusque expositimus, hoc constat, ad ratiocinationem in parte per hanc figuram connectendam, necessariam esse eam extremorum collationem: quae si obseruetur, necessario inde ratiocinationem efficit:

alioqui

alioqui nulla plane effici possit. Exitus etiam hoc intelligimus, quae in hac figura struantur ratiocinationes omnes suis numeru absolutas esse ac perfectas: quippe quae ex iis absoluantur, quae initio sumpta sunt. Hinc etiam id constat, quaestiones omnes per hanc figuram probari, si quidem generis vniuersi affirmationes & negationes hic concluduntur, item quae in parte affirmantes & negantes. Ac figuram eam primam appellandam censeo.

COMMENTARIA.

RAtiocinationis tractationem aggrediens Arist. eius diuersas figuras caeteris omnibus quae circa illam pertractaturus est praemittit, quas per singula cap sequentia digestas tradit: primam vero earum in hoc cap. pertractat. Libuit autem nobis priusquam ad eius contextum explicandum accedamus, nonnulla breuiter ex iis quae diffuse satis de huiusmodi figuris 6. li. nostr. Dialect. institut. docebamus in memoriam reuocare, eo quod ea non parum, his quae de ipsis hoc loco ab Aristo. traduntur, exacte intelligendis, conducere posse arbitramur. Est primum argumentationem constare duplicis generis partibus, proximis scilicet, & remotis. Proximae sunt propositiones, ex quibus syllogismus coalescit, atque componitur: remotae vero sunt termini in quos propositiones ipsae, resoluuntur, qui quidem sunt tres, maius scilicet extremum minus ac medium verbum. Medium verbum est, illud quod bis sumitur ante conclusionem maius extremum quod vna cum medio verbo in propositione vsurpatur, minus denique extremum, quod cum ipsomet medio verbo in assumptione collocatur. Secundum est inter has minores argumentationis partes, medium verbum, praecipuum, ac principem locum obtinere, quod in causa est, vt ex aria illius cum extremis maiori, & minori, coniunctione, ac disiunctione, variae etiam syllogismorum formae, oriantur. Nam si illud in maiuri propositione vt subiectum, e contra vero accipiatur, in assumptione iterum vt attributum, consurgit prima figura: quod si illud ipsum in vtraque praemissarum vsurpetur vt attributum secunda figura constituetur ac demum si illud idem collocetur in vtraque earundem sicuti subiectum, tertia figura remanebit composita. Ad exprimendas has figuras modosque qui in eis fiunt Petrus Hispanus ordi. Praedicavit de arte differendi benemeritus quasdam voces excogitauit, quibus haec omnia elegantissime explicantur: sunt autem

Barbara, Celarent, Darii, Ferio, Baralipton, Celantes, Dabitis Fapesmo Frisesomorum.

Hiq; attinent ad primam figuram, quatuor priores ad modos, perfecto, & alii ad imperfectos. Caesare, Camestres, Festino, Baroco, qui secundae figurae vim, & naturam proponunt. Darapti, Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison, qui tertiam figuram, alliusque modos declarant. Posteriores Dialectici hoc omnes modos rectissime his carminibus expresserunt.

Tres varias reddit, varias medii ordo figuras.
Subiacet in prima medium, post dicitur apte.
Hoc est praemissa dicatur vtraque secunda.
Sed contra postrema subiiciatur vtraque.
Inde modos certos cuiusui pone figura.
Prima Barbara, Celarent, Darii, Ferio.
Et baralep, celantes, dabitis, fapesmo, frisesomo.
Caesare, camestres, festino, baroco, secundae.
Tertia erunt hi darapti, felapton, disamis,
Datisi, Bocardo, Ferison.

1. Obser. Sunt autem circa has voces nonnulla animaduertenda. In primis quatuor vocalium ex quibus singulae illarum compositae sunt hanc esse significationem, vt A significet propositionem vniuersam aientem, E, vniuersam negantem, I. particularem aientem & O, particularem negantem Deinde primam syllabam earundem denotare propositionem, secundam assumptionem, & tertiam conclusionem: quod si plures additae inueniantur, ornatus gratia additae illae esse credendae sunt. Ad haec quaelibet harum vocum sumit initium, ab vna ex his quatuor consonantibus, B. C. D. F. quae indicant hunc ordinem esse obseruandum in reducendis tam modis aliarum figurarum, quam etiam modis imperfectis primae figurae, ad modos perfectos ipsius primae figurae, vt inspecta litera à qua incipit modus imperfectus, in quo aliquis syllogismus continetur intelligatur statim, talem syllogismum fore ad eum modum ex perfectis reuocandum litera consonans est initialis. Denique hanc esse aliarum quatuor consonantium literarum, quae mediis hisce dictionibus inseruntur vim, nimirum S. P. M. C. vt S. indicet propositionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem ſignificatam per vocalem ſibi propinquiorem fore conuertendam conuerſione ſimplici. P. ex parte debere eandem conuerti: M. autem tranſmutandas eſſe propoſitiones, ita vt ex propoſitione fiat aſſumptio, & aſſumptio in locum propoſitionis ſubijciatur: denique C. denotat ſyllogiſmum eſſe reuocandum medio argumento ad incommodum vrgente.

Æquum eſt iam vt Ariſt. contextum explicandum aggrediamur. Illa igitur ſtatuitur prima figura, iuxta quam medium verbum eſt in propoſitione ſubiectum, in aſſumptione autem attributum. Primus modus huius figuræ proponitur in his verbis.

1. Modus & vtilis huius figu. *Nam ſi, A, &c.* Eſtque ille quando ex propoſitione vniuerſa aiente, & aſſumptione vniuerſa etiam aiente, infertur quoque concluſio vniuerſa aiens ſit exemplum *omne animal eſt ſubſtantia: omnis homo eſt animal: iam igitur omnis homo eſt ſubſtantia.* Explicatur autem modus iſte hoc nomine *Barbara.*

Secundus eiuſdem gene. B *Eadem eſt ratio, &c.* Secundus modus eſt quando ex propoſitione vniuerſa negante, aſſumptione autem vniuerſa aiente, colligitur concluſio vniuerſa negans, appellaturque modus hic *Celarent*, cuius hoc adduci poteſt exemplum. Nullum animal eſt arbor, omnis homo eſt animal, ergo nullus homo eſt arbor.

Primus mo. inutilis. C *Quod ſi primum, &c.* Interponit nunc Ariſt. duos indirectos, ſiue imperfectos modos huius primæ figuræ. Primus eſt, quando aſſumptio eſt negans, ex qua in prima figura nihil concludi poteſt, alioquin darentur termini omni ineſſe, & nulli ineſſe. Explicemus vtrosque. Termini primi generis ſunt, qui ita diſponuntur, vt concludatur maius extremum de minori argumentatione, cuius concluſio cum propoſitione eſt vniuerſa affirmans, aſſumptio autem è contra eſt vniuerſa negans. In hac argumentatione fiet hoc cuiliber perſpicuum. *Omnis homo eſt animal: nullus equus eſt homo, ergo omnis equus eſt animal.* Termini ſecundi generis exiſtimantur, quando aliis collocatis terminis etiam infertur eodem modo concluſio negans. Conſtare id aperte poterit in hac argumentatione. Omnis homo eſt animal: atqui nullus lapis eſt homo, ergo nullus lapis eſt animal. Omnem vero argumentationem, in qua dantur termini omni ineſſe, & nulli ineſſe eſſe vitioſam hinc colligere licebit, quod in ſyllogiſmo concluſio debet eſſe certa, at quando dantur in ea huiuſmodi termini nullam propoſitionis certitudinem continet, cum nunc aientem, interdum negantem propoſitionem concludamus.

Alter mo. inutilis. D *Ne ratiocinatio quidem, &c.* Alter inutilis modus eſt cum ambæ propoſitiones ſunt negantes in prima figura, nequit enim aliquid ad eas ſequi ſin minus admitterentur termini omni ineſſe, & nulli ineſſe: primi illi in hac argumentatione. Nulla linea eſt ſcientia: nulla medicina eſt linea, ergo omnis medicina eſt ſcientia: ſecundi vero in hac alia. Nulla linea eſt ſcientia: nulla vnitas eſt linea, ergo nulla vnitas eſt ſcientia.

Tertius vtilis modus. E *Sit enim hoc, &c.* Regreditur iam ad inſtitutum, proponitque tertium modum, qui eſt quando ex propoſitione vniuerſa aiente, & aſſumptione particulari etiam aiente, colligitur concluſio particularis affirmans, vocaturque *Darii.* Eius hoc ſe offert exemplum. *Omne animal ſentit: quidam leo eſt animal: quidam igitur leo ſentit.*

Quartus etiam vtilis. F *Et ſi nullum, B, &c.* Quartus modus eſt cum ex propoſitione vniuerſa negante, aſſumptione vero particulari aiente, infertur concluſio particularis negans, qui quidem *Ferio* nuncupatur, iuxta cum hoc connectere poſſumus argumentum. *Nullum animal eſt lapis: quidam homo eſt animal: quidam igitur homo non eſt lapis.*

12. Huius figu. inutiles modi. G *Quod ſi minori extremo, &c.* In ea tandem quæ ſupereſt ea parte, duodecim recenſet Ariſtot. primæ huius figuræ inutiles modos. Primus eſt cum ambæ ſumptiones ſunt vniuerſę negantes: ſecundus, cum propoſitio eſt vniuerſa aiens, aſſumptio vero vniuerſa negans: tertius, cum propoſitio eſt particularis, & aſſumptio vniuerſa, ambæ tamen aientes. quartus quando propoſitio eſt particularis & aſſumptio vniuerſa, vtraq; tamen earum exiſtit negans: quintus, cum propoſitio eſt particularis affirmans, ac aſſumptio vniuerſa negans: ſextus quando propoſitio eſt particularis negans, aſſumptio vniuerſa affirmans: ſeptimus, cũ propoſitio eſt vniuerſa & aſſumptio particularis, vtraque negans octauus, cum propoſitio eſt vniuerſa affirmans, & aſſumptio particularis negans: nonus cũ ambæ ſumptiones ſunt particulares aientes: decimus, cũ ambę ſunt particulares negãtes: vndecimus, quando ambę propoſitiones ſunt particulares, prima aiens ſecunda negans: duodecimus, ac poſtremus, quum propoſitio eſt negans, aſſumptio affirmans, ambæ autem ſunt particulares. Nulli quidẽ vſui ſunt omnes hi enumerati modi, nihil enim colligunt in hac prima figura: qui tamen ad perfectos modos his duabus regulis accurate obſeruatis reduci queunt. Prima in hac figura ex duabus particularibus, vel prima ſaltim propoſitione ſpecialibus, nihil penitus ſequitur: in cadẽ figura ex duabus ſumptionib. negantibus, vel ſaltim ſecũda (aſſumptione nimirum) negante, nihil concludi poſſe.

CAPVT V.

De ſecunda figura.

ARGVMENTVM CAPITIS.

APerit inprimis huius figuræ rationem, medij etiam ac extremorum diffinitionem & collocationem: proponit iterum 4. modos vtiles, quos eoſdem per primam figuram confirmat, tres priores per reductionem & per incommodum: quartum autem ſolum per incommodum, duodecim itidem inutiles modos, penes quos nulla certa concluſio inferri poteſt, vltimo loco refert.

VBi vero aliquid vnum & idem, in aliquo quidem toto, in alio vero nullo reperiatur, ſeu in vtroq; toto vel nullo, figuram eam ſecundam appello. In qua medium voco, id quod de ambobus extremis dicitur: Extrema vero ac fines, ea in quibus id dicitur: Maius quidem, id quod proxime medium ſitum eſt: Minus quod ab eo longius diſtat. Collocatur autem medium extra fines ac extrema, ſitu vero primum eſt omnium: quapropter nullo pacto integra ac perfecta futura eſt ratiocinatio per hanc figuram: neceſſaria tamen concluſio hic fieri poteſt, ſeu extrema in toto ſumpta ſint, ſeu non ſint. A. Sane vbi extrema vniuerſa fuerint, ſtruetur tum legitima ratiocinatio, vbi medium in altero nullo, in altero omnino reperitur vtrouis loco ponatur negatio: ſin ſecus fiat, nihil omnino colligetur. Faciamus enim vt m, in nullo n reperiatur: in x vero omnino: tum quia negatio in toto, reciprocatur ac retro commeat, nullum m eſt n: iam autem confeſſum eſt, omne x eſſe m: ita nullum x eſt n. Hoc enim ante eſt demonſtratum. B. Rurſus, ſi m in toto n, & in x nullo reperiatur, ſane & n in nullo x erit: nam ſi nullum m, in nullo x cohæreat, ne x quoq; in nullo m inſit: inerat autem m omni x, nullum igitur x n erit: eo enim modo iterum effecta eſt prima figuræ ſtructura: & quia negatio inuertitur, n quoq; in nullo x reperiatur: ita eadem complexio efficietur. C. Licet autem & id ipſum ea qua ducti ad id quod impoſſibile ſit probationes confirmare. Ex his igitur hoc conſtat, vbi ita collocata atq; digeſta fuerint extrema, inde ratiocinationem quidem effici, non tamen abſolutam ac integram, vt in qua colligendi neceſſitas non ab hu modo ſit, qua initio ſumpta ſunt, ſed aliunde quoq; abſoluatur. D. Quod ſi omnen ſit m, iterum & omne x, nulla hinc efficitur ratiocinatio. Extrema autem concludenda affirmationu hac proponantur, eſſentia, animans, homo: negationis colligenda, eſſentia, animans, numerus. Eſſentia autem medium eſt E. Neque item complexio illa erit, vbi m, in nullo n, in nullo item x dicatur. Extrema affirmantis concluſionis ſint, linea, animans, homo: negantis hæc, linea, animans, lapis. Vnde plane conſtat, vbi ex vniuerſis extremis conſtituetur concluſio, diſpoſitionem eam extremorum, quam initio expoſui, neceſſario eſſe obſeruandam: alioqui non neceſſario conſequetur concluſio. F. At vero vbi medium in altero tantum extremo toto fuerit, tum demum concluſio eſt futura, qua aliquid in parte neget, ſi maiori extremo adiiciatur illa generis vniuerſi nota: ſeu affirmes ſeu neges: minori autem addatur partis alicuius nota, idque modo contrario. Quod fieri intelligo, ſi alterum totum neget, alterum in parte affirmet: & ſi totum illud, affirmetur, illud in parte neget. Nam ſi m in nullo n, & in aliquo x reperiatur, neceſſe eſt n in aliquo x non reperiri: cum enim negatio retro commeet, in nullo m reperitur n. At vero pro certo ſumptum eſt m in aliquo x reperiri: ita n in aliquo x non erit: quandoquidem in prima

Universidad de Deusto
Biblioteca

figura efficitur cõclusio. G. Rursum si m sit in toto n, in x autem aliquo non sit, necessario efficitur, vt n in aliquo x non sit: nam si omni insit, m vero de toto n dicitur: ita necesse est, vt m sit in toto x, tum antea pro certo & confisso sumeretur, in aliquo non esse. Quod si m in toto n intelligatur, in x autem non toto, inde efficitur, vt n in x non toto reperiatur: cuius rei eadem est. quæ prius, probatio. H At vbi m in toto x dicitur, in n vero non toto, nulla tum erit conclusio. Extrema aientia complexionis sint hæc, animans, substantia, cornutum: negantia vero animans, album, cornutum. Neque item erit ratiocinatio, vbi in nullo x dicetur illud m, in n vero aliquo. Affirmandi extrema sumantur animans, essentia, vnitas: negandi, animans essentia, scientia. Atque ita hucusq; nobis expositum est, quando futura sit, & non sit conclusio, vbi vniuersale pronuntiatum particulari contrarium fuerit. Vbi vero similia ambo fuerint, numquam si negent ambo, vel aiant, facebit plane conclusio. Quod vt intelligatur, propenatura primum præsentia, vt illud vniuersale adhibeatur extremo priori ad hunc modum, vt nullum n sit m, quoddam vero x non sit m: ane fieri possit, vt in ipso x & omni & nullo reperiatur ipsum n. Extrema concludenda vniuersalis negationis sint hæc, niger, nix, animans: vniuersæ affirmationis nunquam repetatur si m in aliquo x non sit, in alio non item si. Nam si in omni x reperiatur illud n: m vero in nullo, ane m in nullo x erit: cum antea pro confesso sumptum sit, in aliquo esse. Hoc igitur modo extrema reperiri non possit. Quapropter infirmanda est ea ratiocinatio per pronuntiati particularis inclinationem naturam. Nam quia verum illud est, aliquod x non esse m, etiam si nullum sit: cum autem nullum esset, antea iacebat conclusio: perspicuum est ne hoc quidem modo fieri posse. Constituantur rursus propositiones affirmatiua an hæc, vt illud vniuersale eodem modo collocetur. Verbi causa, vt omne n sit m, aliquod item x sit m: tum accidit, vt omne x sit n, & nullum. Extrema in quibus cernatur nullum x esse n, sunt album, cignus, lapis. Extrema vero, in quibus omne x sit n, reperire non possis ea ipsa de causa, quam antea exposuimus. Quare ex incerta propositionis de parte naturæ dubitandum est ad eam rem probandam argumentum. Quod si illud vniuersum minori extremo iunctum sit ita, vt nullum x sit m, quoddam vero n non sit, fieri potest, vt n in x & toto & nullo reperiatur. In toto quidem reperitur, vt in hic, albo, animante, cornuto: in nullo autem cernitur, vt in illo, albo, lapide, cornuto. Quod si affirment propositiones ambæ, extrema negantis complexionis sint, album, animans, nix: colligenda affirmationis, album, animans, olor. Ex quibus plane intelligitur nullam fore ratiocinationem, vbi similes fuerint propositionis ambæ, & altera in toto, altera in parte: quin ne sit medium in vtroque aliquo sit, vel non sit, aut in hoc quidem aliquo, in illo non item: aut in neutro toto, aut indistincte. Extrema omnibus communia sunt, album, animans, inanimum. Ex iis igitur, quæ exposuimus, perspicuum est ratiocinationem necessariam fore, vbi extrema ita inter se fuerint affecta, ac collocata, vt diximus. Quod si ratiocinatio sit, necesse est extrema ita esse collocata, atq; affecta. Hoc etiam intelligitur omnes imperfectas esse, quæ in hac figura statuuntur ratiocinationes: quippe quæ perficiantur omnes quibusdam assumptis, quæ vel in extremis necessario erant posita, vel certe conceduntur quasi ex pacto, & fictione, vt sit cum absurdo aliquid confirmamus. Constat & hoc, nullam in hac figura affirmantem effici conclusionem, sed omnes negantes, tum quæ in toto sunt, tum quæ in parte.

COMMENTARIA.

SEcunda syllogismorum figura constituitur illa in qua medium verbum est in vtraque propositione attributum, cuius, sicut & primæ quatuor existunt modi. Primus assignatur ab Arist in hæc verba:

A *Sane vbi extrema, &c.* Primus inquit modus in hac figura est quando ad propositionem vniuersam negantem. & assumptionem vniuersam aientem, consequitur conclusio vniuersa negans, qui quidem, cesare appellatur, vt in hoc syllogismo. *Nullum vitium est virtus, omnis sapientia est virtus, ergo nulla sapientia erit vitium.* Hoc ipsum præstat Arist. tribus vsus elementis M, nimirum, N, & X, per quorum primum possumus intelligere virtutem: per secundum vitium, ac denique per tertium, X, scilicet sapientiam.

B *Rursus si M, in toto, &c.* Modus secundus qui *Camestre* dicitur est iuxta quem ex propositione vniuersa aiente, & assumptione vniuersa negante, inferimus conclusionem vniuersam negantem in hunc modum. *Omnis sapientia est virtus: at nullum vitium est virtus: iam ergo nullum vitium est sapientia.*

C *Licet*

C *Licet autem, &c.* Confirmat Arist. argu. ducente ad incommodum, tam eam consequentiam quæ effecta est in *Cesare* quam eam quæ iuxta modum *Camestres* illata est, esse legitimam. Si quæliber istarum consequentiarum non esset legitima, in accurata argumenta daretur antecedens verum, & consequens falsum. Sint etenim in *Cesare* propositio & assumptio veræ, & conclusio falsa, quæ huiusmodi erat, nulla sapientia est vitium. Tunc sic. Hæc propositio nunc assignata est falsa: igitur illius contradicens erit vera, aliqua sapientia est vitium: atqui hæc repugnat illi in qua diximus omnem sapientiam esse virtutem: iam itaq; duæ enuntiationes repugnantes, erunt ambæ simul veræ. Et apertius id ipsum præstare possumus in *Ferio* si sumpta hac propositione contradicente conclusionis v. g aliqua sapientia est vitium sumptaq; iterum loco assumptionis, propositione ita argumentemur. Nullum vitium est virtus. aliqua sapientia est vitium, ergo aliqua sapientia non est virtus. Hæc est legitima consequentia effecta in quarto modo primæ figuræ: igitur consequens est verum: atqui illud contradicit alteri propositioni quæ illata erat in argumento vt vera: dabuntur igitur duæ contradicentes ambæ simul veræ.

D *Quidem nunc, &c.* Miscet Aristot duos modos inutiles prius quam perfectos modos consequatur. *Primus est*, quando ambæ sumptiones sunt aientes, nam si ex duabus aientibus aliquid posset concludi darentur termini omni inesse, & nulli inesse id est ex eadem medij cum extremis dispositione, concludendo vere maius de minori, in vna argumentatione colligeremus conclusionem aientem & in alia negantem, q̃ maximum est vitium. Termini omni ineſſe sunt v. g *substantia, animal, homo*, ex quibus connectamus in hunc modum argu. Omne animal est substantia, omnis homo est substantia ergo omnis homo est animal. Terminos nulli inesse statuamus esse hos *substantia, animal, numerus* ex his hunc constituemus syllogismum. Omne animal est substantia: omnis numerus est substantia: ergo nullus numerus est animal.

E *Neq; item complexio, &c.* Secund. modus inutilis est quando in secunda figura ambæ sumptiones sunt negantes, si enim in ea colligererur aliquid ex duabus negantibus, darentur itidem termini omni inesse, & nulli inesse, primi vt *linea animal, homo* qui hunc componerent syllogismum. *Nullum animal est linea: nullus homo est linea ergo omnis homo est animal.* Secundi autem starui possunt *linea, animal, lapis*, ex quibus hoc coalesceret argum. *Nullum animal est linea: nullus lapis est linea: ergo nullus lapis est animal.*

F *At vero vbi modum, &c.* Tertius modus perfectus est *Festino* iuxta quem propositioni vniuersæ neganti, assumptioni particulari aienti: subsequitur conclusio particularis negans, vt in hoc argum. apertè constare poterit. Nullum vitium est virtus: aliqua sapientia est virtus: ergo aliqua sapientia non est vitium. *Tertius perfect. mo.*

G *Rursum si M.* Quartus modus est *Baroco* quando ex propositione vniuersa aiente, & assumptione particulari negante, infertur conclusio particularis negans id apertum conspicietur in hoc argumento. *Omnis sapientia est virtus: aliquod vitium non est virtus: ergo aliquod vitium non est sapienti.* *Quartus modus.*

H *At vbi M, &c.* In reliqua parte capitis ducit Arist. alios duodecim ineptos modos huius secundæ figuræ iuxta quos nihil potest in ipsa concludi *primus est*, si ambę sumptiones exiterint vniuersæ aientes: 2. si ambæ è contra fuerint vniuersæ negantes: 3. si propositio fuerit particularis negans, & assumptio vniuersa aiens: 4 si propositio fuerit particularis affirmans, ac assumptio vniuersa negans: 5. si propositio & assumptio exiterint negantes illa quidem vniuersa, hæc vero particularis. 6. si eædem è conuerso fuerint aientes propositione itidem existente vniuersa, assumptione vero particulari: 7 si propositio & assumptio fuerint negantes, illa particularis, hæc vniuersa: 8. si tam propositio quam assumptio fuerint aientes particulari illa existente, hac vero vniuersa: 9. si ambæ sumptiones fuerint particulares aientes; 10. si vtræque exiterint particulares negantes 11. si existentibus vtrisque particularibus propositio exiterit aiens & assumptio negans. 12. ac postremus si ambæ sumptiones fuerint particulares hoc pacto quod propositio sit negans, & assumptio aiens. His omnibus inutilibus modis accommodantur duæ regulæ, vt vtiles reddi queant. Prima ex duabus particularibus, vel propositione ad minus speciali nihil in hac saltim figura sequi potest. Secunda vero ex duabus *Duodecim alii inutiles modi.* *1. regula circa hos modos obser.*

negan

Universidad de Deusto
Biblioteca

negantibus, nihil itidem in hac eadem figura colligi poterit nisi existente dumtaxat altera ex præmissis aiente, & altera negante, vel è conuerso, altera negante, & prima aiente, conclusione autem semper, ac pertinente negante. Sed vt hos modos veluti inutiles missos facientes, ad quatuor perfectos huiusce figuræ modos, ad quos præcipue nostra tendit oratio, regrediamur, quo pacto illi ad quatuor primæ figuræ perfectos modos reuocandi fuerint ita sigillatim explicamus. Primus modus huius figuræ qui est *Cæsare* ad secundum primæ qui est *celarent* reuocatur propositione illius in totum conuersa, ad hunc modum, *Nulla virtus est vitium: omnis sapientia est virtus: igitur nulla sapientia erit vitium.* Secundus eiusdem modus, qui est *camestres*, etiam est ad eundem secundum primæ figuræ modum hoc modo reducendus, vt & assumptio, & conclusio conuertantur in totum, & præmissæ etiã adinuicem transmutentur. Hoc pacto. Nulla virtus est vitium: omnis sapientia est virtus: igitur nulla sapientia est vitium. Tertius præterea scilicet *Festino* debet ad quartum primæ figuræ modum *Ferio* nimirum in hunc modum reduci, vt propositio ipsius & in totum & simpliciter conuertatur, quod indicat litera illa cõsonans, s, scilicet proxime subsequens literam vocalem E correspõdentem in isto modo propositioni. Sit exemplum. *Nulla virtus est vitium: aliqua sapientia est virtus: igitur aliqua sapientia non erit vitium.* Vltimus denique modus qui est *Baroco* ad primum primæ figuræ *Barbara* non alia ratione quam argumento ducente ad incommodum est reuocandus exempli causa sit propositio in Baroco illata hæc eadem, aliquod vitium non est sapientia. Hoc statuto sic ago Hæc conclusio in *Baroco* illata non est accommodata, igitur dari poterit antecedens verum, & consequens falsum. Supponamus igitur hanc propositionem esse consequens falsum nimirum, *aliquod vitium non est sapientia.* Nunc vlterius, hæc propositio est falsa, contradicens igitur illius vera erit, scilicet omne vitium est sapientia. Connectamus modo ex hac argumentum istud in *Barbara.* Omnis sapientia est virtus: omne vitium est sapientia: igitur omne vitium erit virtus. Consequentia hæc legitima equidem est: erit ergo & illius consequens verum at illud contradicit propositioni illi prius propositæ, *aliquod scilicet vitium non est virtus*, quæ erat assumptio in *baroco*: constat igitur à primo ad vltimum, consequentiam in *Baroco* effectum esse accuratum. Est tamen in calce capitis huius obseruandum, modos primæ figuræ debere probari per illa duo principia iam superius explicata *dicti de omni* & *dici de nullo*, ita quidem quod ad conclusionem aientem sumatur *dici de omni*, ad conclusionem vero negantem suadendam *dici de nullo* vsurpetur.

Caput VI.

De tertia figura.

Argumentum Cap.

EXplicat primum rationem istius figuræ, & medij cum extremis variam dispositionem: adducit postmodum sex vtiles modos quos omnes perfici per primam figuram ostendit, quintum quidem per solum incommodum reliquos vero per incommodum simul & reciprocationem: confirmat rursus omnes eos ratione expositoria: ac denique ostendit decem modos inutiles.

AT vero vbi hoc in aliquo toto fuerit, illud autem in eodem nullo, seu ambo in eo toto, aut nullo sint, figuram eam tertiam appello. In qua Medium id voco, de quo ambo illa enuntiamus: Extrema vero ea ipsa, quæ de alio enuntiantur: Maius quidem, quod à medio longius distat: Minus vero id, quod propius accedit. Medium autem extra ipsa extrema collocatum est illud quidem, ac situ & dispositione est postremum. Ita ne in hac quidem figura vlla efficitur perfecta ratiocinatio: efficitamen possit, seu extrema vniuersaliter medio iungantur, seu non

omnino. A. Vbi igitur extrema vniuersum seruantur, si & p & r in toto s reperiantur, necessario efficietur conclusio, vt p in aliquo r intelligatur. Cum enim reciprocetur affirmatio, sane in aliquo r erit ipsum s. Itaque, quia ipsum potest in toto s: s vero in aliquo r, consequitur, vt p in aliquo r insit. Ita enim struitur ratiocinatio in prima figura. B. Licet autem id ipsum confirmare, tum ab absurdo, tum expositione. Si enim ambo extrema in toto s insint, & assumatur pars quædam ipsius s: verbi gratia, ipsum n, sane ei inerit & p & r: ita quidam r, p quoque inerit. C. Quod si r in toto s, in eodem vero nullo ipsum p reperiatur, efficietur conclusio, qua p in aliquo r non inerit, idq; necessario: quippe eadem est, quæ prius, ciuitei probandi ratio, si pronuntiatum hoc s retrotrahatur ac commeet. D. Confirmabitur & id ipsum ex incommodo, vt fit in superioribus. E. Vbi vero ipsum r in nullo sit s: in hoc vero toto ipsum p, iacebit plane conclusio. Extrema concludenda affirmationis sunt, animans, equus, homo: negationis, animans, inanimum, homo. Ne tum quidem ratiocinatio erit, vbi in nullo s ambo dicantur. Extrema conclusionis affirmantis sumantur, animans, equus, inanimum: conclusionis negantis, homo, equus, inanimum: Ex iis inanimum est medium. Hinc igitur manifestum, quando sit, vel non sit futura in hac figura ratiocinatio. Vbi extrema cum generis vniuersi notis sumpta sunt: quippe vbi affirmant, colligetur extremum alterum in aliquo altero esse: vbi vero negant, nihil efficietur. At vbi alterum ait, alterum negat: si maius quidem neget, alterum autem affirmet: hinc consequitur extremum alterum in altero aliquo non esse: sin contra fit, nulla futura est conclusio. F. Quod si extremum alterum medio iungatur vniuersim, alterum vero in parte: si ambo affirment, necessario efficitur conclusio, etiamsi vtrumuis eorum in toto dicatur. Nam si r sit in toto s, p vero in eo aliquo, necesse est p in aliquo r inesse. Nam quia retro cõmeat affirmatio, ipsum sane s in aliquo erit, atque ita, cum ipsum r in toto s intelligatur, ipsum vero s in aliquo p: sane r in aliquo p erit: quare & p in aliquo r. G. Rursum si ipsum r in aliquo s intelligatur, in eo vero toto ipsum p, necesse est, vt p in aliquo r insit. Huius enim cõclusionis adstruendæ eadem est atq; superiorum via, quam etiam confirmare possit. quemadmodum antecedentes, tum absurdo, tum expositione. H. Quod si extremorum alterum alteri, alterum neget, atq; illud vniuersim dicatur: sane vbi minus extremum ita affirmet, habit conclusio. Nam si r in toto s sit propositum: p vero in eo ipso aliquo non insit, necesse est, vt p in aliquo r quoq; non insit. Nam si in eo toto esset, r autem in toto s, profecto ipsum p in toto s quoq; reperiretur. At pro concesso sumptum est non inesse. Potest autem absurdi modus absq; eo ductu, si aliqua pars ipsius s sumatur, in qua p non sit. I. Quod si maius extremum affirmet, minus autẽ neget in parte, nulla erit conclusio: vt si p in toto s insit, in eo vero aliquo ipsum r non insit. Sumantur pro extremis conclusionis vniuersè sientes, animatum, homo, animans: pro conclusione in totum negante nulla accipi possunt. si r in s alia ex parte insit, alia non item. Si enim p in toto s reperiatur: r vero in s aliquo, & p quoq; in aliquo r erit: at vt confessum est, in nullo erat, sed quemadmodum antea, eodem modo hic faciendum est. Cum enim aliquid in alio aliquo non esse indefinitum sit ac incertum, sane quod in nullo est, vere dicitur in aliquo non esse: cum autem in nullo esset, nulla erat ratiocinatio. K. Quod si extremum negans vniuersim dicatur, affirmans vero in parte, vbi negans prius fuerit, affirmans autem posterius, habit ratiocinatio. Nam si p in nullo s in hoc vero aliquo sit ipsum r: sane p in quodam p non erit. Nam si pronuntiatum hoc s permutetur, vt fiet prima figura. L. Quando vero minus extremum negauerit quid, iacebit plane ratiocinatio. Extrema cõplexionis affirmantis sunt, animans, homo, fera, negantis vero, animans, sapientia, fera: in quibus illud fera medium ineft. Ne syllogismus quidem erit, si ambo extrema negent, vt alterum in toto sit, alterum in parte. Extrema quibus negatio colligitur sunt, vbi minus in medio toto dicitur, animans, sapientia, sseratum: Quibus affirmatio, animans, homo fera. In quibus autem maius extremum in toto genere dicitur, minus vero in parte. Extrema negantis conclusionis sunt, corium, nix, album: Affirmantis vero reperiri non possunt, si r in ipso s partim sit, partim non sit. Nam si omni r ipsum p sit consequens: ipsum vero r alicui s, sane & p ipsum alicui s consequens est. At pro certo ac concesso habebatur nullum consequi: verum ex incerta veritate propositionis de parte, hoc confirmari debet. Quod si vtraq; extrema in medio aliquo sint vel non sint, seu hic insit, ille non item: seu alter in aliquo, alter vero in eo non omni, seu indefinita sint ac incerta, ne tum quidem firma est vllo pacto futura ratiocinatio. Fines autem omnibus modis in commune vtiles, animans, homo, album: animans, inanimum, album. Hinc igitur constat quando sit in hac figura futura firma conclusio, quando secus. Ac si ita termini disponantur, vt præcepimus, necessario conclusionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

effici: quod si stet ratiocinatio, terminos necessario ita esse collocandos. Illud quoque constat imperfectas eas esse, quæ in hac figura struuntur, ratiocinationes: quippe quæ absoluantur omnes, aliunde acceptis quibusdam. Adde quod in hac figura nulla conficitur vniuersalis conclusio, nec affirmans nec negans. Id etiam ex hu persicuum est quando in quauis figura taceat conclusio, sane vbi extrema ambo in parte atant quid, aut negent, nihil plane inde efficitur. M. Quod si affirmatio cum negatione vniuersali sumatur, perpetuo sequitur conclusio negans minus extremum de maiori: Verbi causa, si a in toto b, aut aliquo sit, b vero in nullo c, cum retro commeent propositiones, necessario efficitur, vt c in aliquo a non sit quod in alua figura eodem modo sit. Nam in quauis efficitur ratiocinatio ex conuersione constat & hoc: si indefinita propositio pro affirmante particulari sumatur, eundem atque illum syllogismum efficere in quauis figura. Illud quoque manifesto apparet, imperfectas ratiocinationes, in prima figura omnes perfici atque absolui: quippe, aut demonstratione finiuntur omnes, aut per absurdum. At vtrouis horum modorum efficitur prima figura. Nam vbi demonstratione perficiuntur, reciprocatione absoluuntur omnes, hæc autem primam figuram constituebat. In his autem quæ ab absurdo confirmantur, ratiocinatio in prima figura struitur, proposita atque constituta aliqua re falsa: vt si in vltima figura a & b, in toto c reperiuntur, ipsum a in aliquo b erit: alioqui in nullo b fuerit a: b vero in toto c, a igitur in nullo c inerit: at antea in toto esse concessum est. Eadem modo in cæteris fieri posset. K. Licet etiam reducere ratiocinationes omnes ad eas, quæ vniuersim colligunt in prima figura. Est enim in secunda figura id perspicuum omnes perfici per illas, præterquam quod non eadem via omnes: quæ vniuersales perficiuntur quidem si priuans retro commeet, at quæ in parte sunt, amba abinconmodo confirmantur, quæ autem in parte sunt in prima figura, vt ex seipsis perfectæ sint, atque absolutæ, eas tamen per secundam figuram confirmare licet ductu ad inconmodum: verbi causa, si a est in toto b, hoc vero in aliquo c, a quoque in aliquo erit. Nam si in nullo sit, sit vero in toto b, b sane in nullo erit: id quod ex secunda figura intelligitur. eadem est in priuante conclusione confirmatio. Nam si a in nullo b cernitur, b vero in aliquo c maximo, a sane in aliquo non reperietur: aliquis si in toto eo esset, & in nullo b reperiretur: profecto ipsum b in nullo esset: eo autem modo struebatur media figura. Vnde quia ratiocinationes figuræ mediæ ad eas quæ in prima figura vniuersales sunt, reducuntur omnes: particulares autem ex prima ad eas referuntur, quæ in media sunt: perspicuum est quæ in parte efficiuntur, referri posse ad eas, quæ in prima figura vniuersim fiunt. Quæ vero in tertia figura struuntur, si extrema vniuersalia sint, continuo per ratiocinationes illas primæ figuræ perficiuntur. Quod si in parte sint extrema, ad syllogismos eos referuntur, qui in parte colligunt per primam figuram. Hos vero ad illos referri do uimus: quare referentur quoque qui in part struuntur per tertiam figuram. Hinc igitur plane constat, ratiocinationes omnes ad eas referri posse, quæ vniuersim fiunt in prima figura: Atque ita hucusque a nobis expositum est, qua sit dispositio, vis & natura earum ratiocinationum, quæ aliquid esse, vel non esse colligunt, seu per se in sua quaque figura ceruantur, seu ex diuersis figuris simul comparentur.

COMMENTARIA.

TErtia figura est in qua medium verbum tam in propositione quam assumptione accipitur loco subiecti: cuius sex extant vtiles modi.

A. *Vbi igitur extrema, &c.* Primus est *Darapti* iuxta quem ex propositione, & assumptione vniuersa aiente, colligimus conclusionem particularem affirmantem, ad hunc modum. Omnis albedo est color: sed omnis albedo est qualitas igitur aliqua qualitas erit color.

B. *Licet autem, &c.* Esse autem consequentiam hanc accuratam licebit colligere (inquit Arist.) argum. ducente ad inconmodum, eadem prorsus ratione qua in cap. superiori cõsequentiam in *Cesare* quam etiam in *Camestre* effectam accommodatam esse ostendebamus, ac subinde non est, quod aliud illi simile hoc loco à nobis connectatur argum. Potest etiam & argumento expositorio illa confirmari, sumpta exempli causa peculiari aliqua albedine, vt niuis, aut cigni, vel alterius cuiuspiam rei recte enim progrederemur: *Hic candor niuis est color, hic idem nitens in niue candor est qualitas, iam ergo aliqua qualitas est color.*

C. *Quod si. R, in toto, &c.* Secundus modus est *Felapton* secundum quem ex propositione vniuersa negante, & assumptione vniuersa aiente, colligimus conclusionem particularem negantem. *Nulla v. g. albedo est linea: at omnis albedo est color: ergo aliquis color non est linea.* Secund.

Confir id ipsum quod prius.

D. *Confirmabitur, &c.* Esse consequentiam hanc accuratam argum. ducente ad inconmodum confirmandum erit in quo efficiendo immorari superfluum fore & in hoc loco & in quolibet alio sequenti iudicamus quando quidem iam in superiori capite apertum eius conficiendi exemplar tradidimus.

Quidam inuti. mo.

E. *Vbi vero ipsum, R, &c.* Inserit hic duos inutiles modos huius figuræ, sicut & in duobus superioribus cap. effecit. Eorum primus est quando propositio est vniuersa affirmans, & assumptio vniuersa negans, dantur enim termini *omni inesse*, & nulli inesse. Omni inesse vt *animal, equus, & homo*, ex quibus talis efficitur syllogismus. *Omnis homo est animal: nullus homo est equus, ergo omnis equus est animal.* Termini nulli inesse vt *animal inanimatum, & homo* ex quibus iste alius syllogismus componitur. *Omnis homo est animal, nullus homo est inanimatus: ergo nullum inanimatum est animal.*

Alter id genus.

Secundus modus inutilis est cum ambæ sumptiones sunt vniuersæ negantes, nam si ex illis aliquid inferretur, darentur itidem iidem termini omni, & nulli inesse, primi sunt *animal, equus, inanimatum*, qui talem constituunt syllogismum *Nullum inanimatum est animal: at qui nullum inanimatum est equus: igitur omnis equus est animal.* Rursus termini nulli inesse esset in hoc modo, *homo, equus, inanimatum*. Ex quibus huiusmodi componeretur syllogism.: Nullum inanimatum est homo: sed nullum inanimatum est equus, ergo nullus equus est homo. Offert autem se obiter circa duos primos modos obseruandum, debere illos ad modos primæ figuræ reuocari: Darapti quidem ad tertium primæ figuræ nimirum Darij conuersa ex parte assumptione: alterum vero Felapton similiter ad vltimum eiusdem primæ figuræ Ferio nempe assumptione itidem ex parte dumtaxat conuersa: vt cuilibet attenti inspicienti satis per se est manifestum.

Tertius primi generis modus.

F. *Quod si extremum, &c.* Redit iterum ad modos vtiles huiusmet figuræ explicandos. Eorum tertius Disamis appellatur secundum quem propositio particularis aiens, & assumptio vniuersa etiam aiens, inferunt conclusionem particularem aientem ad hunc modum. *Quædam albedo est qualitas: at omnis albedo est color: ergo aliqua qualitas est color.* Quint.

Quintus.

Quinto modus nuncupatur, Bocardo, in quo ex propositione particulari negante & assumptione vniuersa aiente, infertur conclusio particularis negans. vt sit in hoc syllogismo aliqua albedo non est corpus: omnis albedo est qualitas: aliqua igitur qualitas non est corpus. Quæ consequentia est ad primum primæ figuræ modum qui est Barbara argumento ducente ad inconmodum tenendo assumpta contradicente consequentis præfecti loco assumptionis, & alterâ præmissarum loco propositionis vsurpata prout cap. superiori effecimus dum reuocaremus, Baroco ad Barbara.

Obseruat.

F. *Quod si manet, &c.* Admonet Arist. inutilem huius figuræ modum existere, cum propositio est vniuersa aiens, & assumptio particularis negans ob sæpe assignatam rationem, quia nimirum darentur termini omni in esse v. g. *Animatum homo & animal*, ex quibus vitiosus ille coalesceret syllogismus. *Omne animal est animatum: aliquod animal est homo: omnis ergo homo est animatus.* Admitterenturque rursum termini nulli inesse, cuiusmodi sunt *animatum, album, & animal*, ex quibus tale conficeretur argum. *Omne animal est animatum: aliquod animal non est album: nullum ergo album est animatum*, quod certo non est exactum, & accuratum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sextum.

Decem inutiles modi.

K *Quod si extremum, &c.* Proponit iam sextum & vltimum accuratum tertię huius figuræ modum, qui vocatur, Ferison, qui quidem obseruatur, quando ad vniuersam negantem, & assumptionem particularem aientem, consequitur particularis negans. vt videre est in hoc exemplo. *Nulla albedo est linea aliqua: albedo est qualitas ergo aliqua qualitas non est linea.* Reducitur modus hic postremus, ad postremum etiam primæ figuræ modum, qui est Ferio, conuersa sola assumptione simpliciter, non alia quam hac ratione. Nulla albedo est linea: aliqua qualitas est albedo: ergo aliqua qualitas non est linea.

L *Quando vero minus extremum, &c.* Nequaquam prætermittendos putauit decem, qui extant, vltimæ huius figuræ inutiles modos, quin potius omnes hoc loco proponit. Primus (inquit) est cum propositio est vniuersa affirmãs: & assumptio vniuersa negans 2. cum ambæ sumptiones sunt vniuersæ negantes 3. cum propositio est vniuersa affirmans, & assumptio particularis negans 4. cum ꝓpositio est particularis affirmans, & assumptio vniuersa negans 5. quando propositio est particularis, assumptio vero vniuersa ambæ tamen negantes 6. quando ambæ sumptiones sunt particulares affirmantes 7 quando ambę sumptiones sunt particulares negantes 8. quando ambæ sunt particulares ꝓpositio affirmãs & assumptio negans 9. quando ambæ sunt particulares, propositio negans, & assumptio affirmãs. Qui quidem omnes modi possunt ad hunc vnum reuocari, quando scilicet, vel ambæ propositiones sunt negantes, vel ambæ sunt particulares, aut indefinitæ, qui est decimus & postremus huius figur. mod⁹ inutilis. Est enim regula in hac tertia figura maxime obseruanda, vt assumptio semper sit aiens, & conclusio particularis.

Assert duos mo. inutiles 1 figuræ.

M *Quod si affirmatio, &c.* Proponit Arist. duos modos inutiles primæ figuræ, Fapesmo, scilicet, & Frisesomorum, qui indirecte concludunt. Addunt præterea Eudemus & Theophrastus tres alios modos indirecte concludentes in eadem prima figura. Hi sunt, Paralypton, Celantes, Dabitis Fapesmo, Frisesomorum, si paralipton, est quando ex ꝓpositione & assumptione vniuersa aiente, colligimus indirecte conclusionem particularem aientem, hoc pacto. *Omne animal sentit: omnis homo est animal: aliquod igitur sentiens est homo.* Qui syllogismus reuocandus est ad Barbara, conuersa conclusione in vniuersam aientem. Celantes, est cum ad propositionem vniuersam negantem assumptionem vniuersam negantem consequitur conclusio vniuersa negans, sicut in hoc syllogismo. Nullũ animal est Cygnus: omnis homo est animal, ergo nullus Cygnus est homo. Modus hic conuertitur ad Celarent, conclusione simpliciter reciprocata. Dabitis, deniq; est cum existen. vtraq; præmissa a ente. assumpt particulari, propositione autẽ vniuersa, inferimus conclusionem particularem aientem, vt licet iuuari in hoc syllogismo *Omne animal sentit: aliquis homo est animal: ergo aliquod sentiens est homo.* Debet modus hic ad Darij reduci conclusione in particularem aientem commutata. Fapesmo, est quando propositione existente vniuersa aiẽte, & assumptione vniuersa negante, colligitur conclusio particularis negans. Omne animal est substantia, nullus lapis est animal, ergo aliqua substantia non est lapis Quæ quidem ratiocinatio conuersa propositione ex parte, & assumptione simpliciter, præmissisque transpositis ad Ferio, est reducenda. Vltimus modus est Frisesomorum, iuxta quem ꝓpositioni particulari aienti, & assumptioni vniuersæ neganti, subiungimus conclusionem particularẽ negantem hac ratione. Al quod animal est sentiens: nullus lapis est animal, ergo aliquod sentiens non est lapis. Reuocabitur modus iste ad Ferio conuersa simpliciter propositione & assumptione, transmutatisque propositionibus.

Tres alii modi. Primus.

Secundus.

Tertius.

Prim. ex allatis ab Arist.

N *Licet etiam, &c.* Deniq; concludit Arist. omnes modos aliarum figurarum reuocandos esse ad quatuor modos primæ figuræ, vel per conuersionem propositionum, vel argu. ducente ad incommodum eo ꝓprius modo, quo efficimus nos in cap. superioribus. Et non solum (inquit) modi aliarum figurarum, verum etiam duo posteriores modi primæ figuræ *Darij & Ferio* reuocari debent ad duos modos priores *Barbara & Celarent* eo quod singulare contineatur sub vniuerso, & reuocatur ad illud, & ita cum *Darij* concludat particularem conclusionem aientem, *Ferio* autem particularem negantem, *Darij* reuocabitur ad *Barbara* qui concludit vniuersam aientem, & *Ferio* ad *Celarent* qui concludit vniuersam negantem.

Genera. dictum.

Hactenus

Hactenus totam structuram syllogismorum nobis ante oculos obiecit Aristot. in sequentibus de varia enuntiationũ tã de inesse, quam modificatarum mixtione in syllogismis, & de inuentione medii, ad omnem quæstio. explicandam, & de nonnullis aliis differit luculenter: verum quia plura ex illis potius tædio afficere possunt lectorem, quam ei vtilitatem aliquam sint nata conferre, ob hanc causam minus necessariis prætermissis, quæcunque necessaria iudicauimus sub breui paraphrasi complexi fuimus, idemque in secundo lib. eiusdem operis præstabimus.

CAPVT VII.

De varia pronunciatorum coniugatione.

AT vero quia diuersa sunt hæc, inest, necessario inest, accidit inesse: permulta enim insunt illa quidem. non tamen necessario: alia nec necessario insunt, nec reipsa omnino insunt, inesse tamen possunt. Perspicuum est inde ratiocinationes ex iis singulis confectas, diuersas esse, extremaque in iis non eodem modo se habere: sed alias ex necessariis conflare, alias ex absolutis, alias ex contingentibus. *A. In necessariis igitur eodem firme modo res se habet, ac in absolutis: si enim eodem modo collocentur extrema, tum in iis quæ inesse, tum in iis quæ necessario inesse quid aiunt vel negant, modo conficitur ratiocinatio, modo non conficitur. Hoc tantum differunt, quod extremis additur necessario inesse, vel non inesse: priuans enim propositio eodem modo reciprocatur, ac in toto aliquo esse, ac de toto aliquo dici, eodem hic modo locum habent, quo in absolutis. Quo fit, vt quemadmodum in iis, quæ insunt, ita in necessariis conclusio per reciprocationem ostendatur, idque in omnibus: præterquam quod in media figura, cum altera propositio fuerit affirmatiua vniuersalis, altera particularis priuans. Itemque in tertia, cum altera vniuersalis affirmatio erit, altera negatio in parte, non ita ostendi possit: quam necesse est, vbi singulare aliquod proposueris, cui neutrum insit, in eo ratiocinationem effici re: in eo enim necessario efficietur. Quod si in re singulari proposita necessario efficitur, in illius generis, cuius pars est illa res, aliqua parte etiam efficietur. Harum autem ratiocinationum vtraque in sua figura efficitur.*

CVM syllogismi non solum conflentur ex propositionibus simplicibus, verum etiam ex modificatis. hactenusque solum sit explicatum qua ratione conflentur ex propositionibus simplicibus, superest iam vt explicemus quomodo etiam ex modificatis enuntiationibus constitui illi debeant, primumque quomodo ex enuntiationibus modo, necesse, affectis ipsi coalescant.

A *In necessariis igitur, &c.* In syllogismis constitutis ex enuntiationibus modificatis eadem lex obseruari debet, quæ in syllogismis constantibus enuntiationibus simplicibus. & ita in qualibet figura si ambæ propositiones fuerint modificatæ, conclusio etiam erit modificata Sit exempl'um in prima figura. *Necesse est omne animal sentire: necesse est omnem hominem esse animal: ergo necesse est omnem hominem sentire.* Aliud eiusdem generis argumentum sic libet in, cesare, connectere iuxta 2 figuram ad hunc modum. *Necesse est nullum lapidem esse animal: necesse est omnem hominem esse animal: ergo necesse est nullum hominem esse lapidem.* Idem hoc modo præstare possumus in tertia figura iuxta modum Darapti. *Necesse est omnem hominem esse animal: necesse est omnem hominem esse rationalem: ergo necesse est aliquod animal esse rationale.* Vnde quemadmodum argumentationes in prima figura, quæ conflantur ex propositionibus simplicibus, confirmari debent per duo illa principia dici de omni, & dici de nullo, ita etiam & hæ, quæ conflantur ex propositionibus modificatis in prima figura, confirmari debent per hæc eadem principia: & quemadmodum aliæ figuræ confirmandæ sunt ex eo quo directo concludant, vel per reciprocationem propositionum, vel denique argum. ducente ad incommodum: ita pariter syllogismi compositi ex propositioni

Ratio Confir. huius syllogism.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus modificatis aliarum figurarum, confirmandi quoque erunt aut reciprocatis eius propositionibus, aut argum. ad incommodum vrgente.

CAPVT VIII.

Qua ratione sequatur conclusio ex mixtione propositionis de inesse, cum necessaria.

Est autem nonnunquam vt necessaria efficiatur conclusio, vbi altera propositio necessaria sit: verum non grauis, sed qua maiori extremo continetur est: verbi causa, si sumptum sit, a necessario esse, vel non esse inb: b vero in c esse modo: sane, si eo modo sumpta sint propositiones, in c necessario erit vel non erit: quippe quod sit in b necessario vel non sit: c vero pars est ipsius b. Quo posito sit, c necessario alterum eorum futurum. Quod si b esse a necesse non sit, c vero esse b maxime, inde non efficietur necessaria conclusio, atque adeo accidet quoddam b necessario esse a tum in prima, tum in tertia figura, quod paulo est falsum: fieri enim potest, vt b eiusmodi sit, vt illud nullo in tempore a aliquando insit. Iam vero conclusionem non sequi necessariam extremis propositis, facile intelligitur exempli causa, si a sit motus, b animans loco c loco vero homo, tum homo necessario est animans, animans autem mouetur. neque id necessario, neque istud homo.

Eadem est ratio, si priuans fuerit propositio ab: est enim demonstrandi ratio eadem: in ratiocinationibus autem particularibus, cum propositio vniuersalis necessaria fuerit, connexio efficietur necessaria: sin particularis necessaria sit, non inde sequetur conclusio necessaria, siue priuans sit vniuersalis propositio, siue affirmatiua. Constituamus primum vniuersalem necessariam, sitq; omne b necessario a: quoddam vero c sit b, tantum necessario inde consequitur quoddam c necessario esse a: c enim sub b continetur, omni autem b, a necessario inerat. Idem fiet vbi conclusio priuans fuerit: est enim eadem probandi ratio. Quod si particularis propositio necessaria sit, non consequetur conclusio necessaria: quemadmodū enim in vniuersalibus ratiocinationibus ita neque in his quicquam absurdum accidit: quod & in priuantibus aeque est intelligendum sint extrema haec motus, animans, album,

COMMENTARIA.

Aliquando sunt syllogismi ex vna propositione simplici, seu inesse, & alia modificata. Quare explicandum videtur quæ nam conclusio sequatur ex hac permixtione propositionum modificatarum: vel simplex?

A *Est autem nonnunquam, &c.* In prima figura si propositio (inquit) fuerit necessaria & assumptio simplex sequitur conclusio necessaria in barbara hac ratione. Necesse est omne animal sentire: sed omnis homo est animal, ergo necesse est omnem hominem sentire. Quod si propositio fuerit de inesse, & assumpta modificata non colligetur conclusio modificata, sed de inesse, velut in secundo modo. Nullum animal currit: atqui necesse est omnem leonem esse animal: ergo nullus leo currit. Nam si recte sequeretur modificata, semper vera sequeretur: quod tamen cernimus interdum esse falsum, cum aliquando non recte sequatur, vt apertum id esse possit in hac argumentatione in barbara effecta. Omne animal est coloratum: atqui necesse est omnem hominem esse animal: ergo necesse est omnem hominem esse coloratum. Sunt enim præmissæ huius argumentat. omnis veræ, existente conclusione ipsa falsa. Confirmari itidem hi syllogismi possunt, per duo illa principia dici de omni, & dici de nullo.

CAPVT IX.

De secunda figura.

CVm autem in secunda figura propositio priuans me ssari fuerit, necessaria efficietur conclusio: A. Sin affirmatiua non item. Constituatur enim primum priuans necessaria, ita vt a nulli b inesse possit, sit autem ipsi c tantum. Nam cum negatiua reciprocetur, & b nulli a inesse poterit: a vero omni c inest: igitur in nullo c, b esse potest: est enim c sub a comprehensum. Ita fiet si negatio ipsi c adiiciatur. Nam si nulli c inesse potest, & c nulli a: a vero omni b inest: ita sit vt nulli b possit inesse c: constituitur enim rursum prima figura, ita sit vt & ipsum b nulli c inesse possit: eodem enim modo retrocedunt. Quod si affirmatio necessaria sit, non efficietur necessaria conclusio. Faciamus enim, vt omne b necessario sit a: nullum vero c sit a tantum: si retrocedat negatio, constituitur prima figura, in qua antea probatum est, nisi maior propositio negatiua necessaria sit connexionem non fore necessariam: vnde c in hu ne esse est fore. Praeterea si necessaria sit conclusio, sit, vt c alicui a non inesse necessario: si enim b nulli c inest, idque necessario, & nulli b aque necessario inest: b autem alicui a necessario inest. Nam a omni b necessario inerat: ita fit vt sit necesse c alicui a non inesse. At nihil vetat, quin ea modo acceptum sit, vt vniuersum ipsum c inesse possit. Iam vero extremum propositu, probari possit conclusionem non esse absolute necessariam, sed tantum quantum ita sunt. Verbi gratia, proassumatur animans, loco b homo, in locum c succedat album, sintque eodem modo sumpta propositiones: accidit nullum album esse animans, nullum item album est homo, non tamen necesse: fieri enim potest, vt nihil quod mouetur sit homo. Nam si hæc argumentatio reuocetur ad primam figuram, ad secundum eius modum, nihil omnino concludet atque ita debet reuocari conuersa assumptione, & conclusione in totum, transmutatisque propositionibus ad hunc modum. Nullum animal mouetur: sed necesse est omnem hominem esse animal: ergo necesse est nullum hominem moueri. Quæ argumentatio nulla est, eo quod in prima figura ex propositione de inesse, & assumptione affecta modo necessaria nihil potest concludi.

1. *Regu.* IN secunda figura, si propositio negans fuerit necessaria, ex illa, & altera propositione aliente de inesse, sequitur conclusio necessaria, vt in hac argumentatione, Necesse est nullum lapidem esse animal: sed omnis homo est animal, ergo necesse est nullum hominem esse lapidem.

2. *Regu.* A *Sin affirmatiua non item, &c.* At si propositio modificata fuerit affirmatiua, & propositio de inesse negatiua, nequit ex illis ferri conclusio necessaria, quemadmodum non recte colligitur. Necesse est omnem hominem esse animal: sed nihil quod mouetur est animal: ergo necesse est hominem sit album, non tamen quandiu nullum album est animans. Ita conclusio necessaria est, quandiu illa sunt, absolute necessaria non item. Ita fit in ratiocinationibus particularibus: cum enim propositio priuans vniuersa fuerit & necessaria, connexio quoque necessaria erit. Quod si affirmatiua vniuersa sit & necessaria: negatio autem particularis sit, nec necessaria: non sequetur connexio necessaria. Primum itaque constituamus negationem vniuersalem necessariam, nullum b potest esse a, quoddam autem c est a. Nam quia reciprocatur negatio, necesse est nullum a esse b, quoddam autem est a: si, vt necessario quoddam c non sit b. Rursum probatur vniuersalis affirmatio necessaria, vt affirmatio adiiciatur ipsi b: tum si omne b necessario est a, quoddam autem c non est a, perspicuum est inde, quoddam c non esse b, sed non necessario. Eadem enim extrema vsui erunt ad id probandum: quæ antea in vniuersalibus syllogismis. Quod si negatio necessaria sit in parte, melio magis conclusio necessaria est: id enim per ipsa extrema probari potest.

CAPVT X.

De tertia figura.

CVm autē extrema de medio in totum dicentur in vltima figura, fuerint q; amba propositiones affirmantes, & vnaqua necessaria, conclusio quoque necessaria consequitur. Quod si propositionum altera aiat, altera negat, cum negans necessaria fuerit, connexio necessaria est futura: Sin vero aiens necessaria fuerit, non erit necessaria conclusio. Constituantur amba primum affirmantes, vt & a & omni b c insint, sitque necesse a inesse ipsi c: iam cum b omni c insit, c alicui b inest (commutatur enim vniuersalis in particularem.) Ita si a necessario inest omni c, & c alicui b inest, necesse est a alicui b inesse: quippe cum b comprehendatur sub c. Et ergo ru sus prima figura. Eadem ratione probabitur, si necesse sit omni c inesse b: commutatur enim altera, & c alicui a inest. Itaque si omne c necessario est b, quoddam autem a est quoddam a necessario est b: e conuerso sit priuans propositio ca, & c b affirmans, sitque priuans necessaria: tum quia reciprocatur affirmatio, quoddam b est c, nullum autem c est a, id q; necessario: igitur quoddam b necessario non sit a, cum b sub c comprehendatur. Quod si affi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

matio necessaria sit non sequetur necessaria connexio. Constituamus enim ex .c. b. necessariam affirmationem, ex .c. a negationem non necessariam: quia commutatur affirmatio, quoddam b necessario .a. est .c. igitur cum nullum .c. sit .a., quoddam vero .b. sit .c., quoddam .b. non est .a., non tamen ex necessitate: docuimus enim, cum negatio in prima figura necessaria non fuerit, neque concl'usionem necessariam fore quod & ab extremis intelligi potest. Constituamus enim loco .a. bonum, pro animal, loco equum. Tum nullus equus est bonus: (id enim fieri potest) omnis autem equus necessario est animal: neque tamen necesse est, quoddam animans non esse bonum, cum fieri possit, vt omne sit bonum: quod si forte id fieri non possit, aliud extremum constituamus vigilare, vel dormire: namomne animans vtrumq; horum recipere potest. Cum igitur ambo extrema de medio vniuersim dicentur, exposuimus, quando conclusio necessaria fuerit, si vero alterum vniuersim, alterum in parte dicatur, si affirmans sit vtraque propositio atque ea quæ vniuersalis est, necessaria, conclusio efficietur necessaria: cuius rei probatio eadem est, quæ prius: affirmatio enim in parte retro commeat, ac reciprocatur. Igitur cum omne .c. necessario sit .b. a vero sub .c. contineatur, necesse est quoddam .a. esse .b., quod si quoddam .a. est .b. necessario, vicissim etiam quoddam .b. est .a., idque de necessitate: hæc enim retrocedunt. Eadem est ratio, cum ex .c. & .a. necessaria fuerit & vniuersalis propositio, quia .b. ipsi .c. subiicitur, sin particularis necessaria sit, non efficitur necessaria conclusio. Sit enim verbi causa, ex .cb. particularis propositio, ac necessaria, sit quoomne .c. a, necia necessario: commutata igitur propositione .cb. prima figura efficitur, vniuersalis autem propositio non est necessaria: at particularis maxime: cum autem ita constituta sint propositiones, docuimus non effici necessariam complexionem. Igitur ex quibus etiam conficietur, quod vel maxime ab extremis intelligitur. Sit itaque .a. vigilia, .b. vero bipes, ipsi .c. succedat animans: tum .b. cuidam .c. necessario inest: .a. vero omni .c. inest, nec tamen .a. ipsi .b. necessario inest id, quod bipes est, dormire, aut, & giare. Hoc idem ex iisdem extremis probabitur, vbi .ac. propositio fuerit particularis ac necessaria, conclusionem non fore necessariam. Quod si extremorum alterum affirmetur negetur alterum, cum id quod negatur, & vniuersim & necessario negabitur, complexio tum necessaria erit. Nam si nullum .c. est .a., idque necessario, quoddam autem est .b., quoddam .b. necessario non est .a. At vero cum affirmatio necessaria fuerit, siue ea in toto dicatur, seue in parte, vel negatio fuerit particularis, non erit conclusio necessaria, cætera enim eadem, qua prius afferemus: vbi autem affirmatiua, vniuersalis necessaria fuerit, extrema sint, vigilia animans, homo, sitque homo medium. Cum vero affirmatio in parte fuerit ac necessaria, sumemur hæc, vigilia, animans, album. Nam quoddam album necessario est animans: fieri q; potest, vt nullum animans vigilet, nec tamen efficitur, vt quoddam animans non vigilet necessario. Cum vero negatio particularis fuerit ac necessaria, extrema hæc proponantur, bipes, motus animal, sitque in his medium animal. Hinc igitur intelligi potest conclusionem non fore absolutam, nisi propositiones ambæ absolutæ sint. At necess. est, vt altera tantum propositio necessaria fuerit: in ambobus autem siue affirmantes sint syllogismi, siue negantes, oportet alterum effatum complexioni respondere: nempe vt absolutum sit, si illa sit absoluta: necessarium, si necessaria. Ita id quoque perspicuum est, neque necessariam neque absolutam fore connexionem, nisi antecedat prænuntiatum necessarium, vel absolutum: ac de necessario abunde satu, qua, inquam, ratione colligatur, quoque discrimine distinguatur ab eo quod absolute inest.

IN tertia figura in, darapti, si propositio fuerit necessaria, & assumptio simplex, siue econuerso sequitur conclusio modificata. In felapton vero si propositio negans est necessaria, & affirmans fuerit de inesse infertur conclusio necessaria. In disamis, & datisi, existente propositione vniuersa necessaria & particulari simplici sequitur conclusio necessaria. In ferison, vero si propositio negans fuerit necessaria, & affirmans simplex, sequitur conclusio necessaria. In bocardo vero nunquam sequitur conclusio necessaria quæ omnia exemplis apertissimis explicari à quouis poterunt.

CA-

CAPVT XI.

De syllogismis constantibus propositionibus modificatis, modo contingens effectis.

DE contingenti vero deinceps nobis est dicendum, quando quæ, via, quibus item propositionibus conficietur syllogismus. Contingere autem ac contingens in præsentia intelligo id, quod cum non sit necessarium, si tamen ponatur esse: nullum inde sequitur incommodum: cum enim necessarium dicimus esse contingens, non imitantur similitudine id facimus, & agnominatione: quod autem contingens id sit, quod diximus, abunde argumento sunt affirmationes, & negationes inter se contrariæ: nam non contingens esse & impossibile esse, ac necesse non esse, vel eadem sunt, vel certe sese mutuo consequuntur: quod si ita est, eorum quæque contraria sese mutuo consequentur. Hæc ergo accidit esse, non impossibile est esse non necesse est non esse, vel eadem sunt plane, vel sibi inuicem adiuncta: dare enim quæuis affirmatio dicitur, vel negatio. Ita fit, vt contingens sit non necessarium, & non necessarium contingens. At vero hoc in contingenti reperitur, vt omnes de eo propositiones in se mutuo commeant ac reciprocentur quod non ita intelligo, quasi affirmationes in negationes commutentur, sed qua speciem affirmandi habent, in oppositas commutari: verbi causa contingit esse, in hanc commutari potest, contingit non esse: item in omni contingit, in hanc commeat, in nullo contingit, aut non omni: item in aliquo contingit, in hanc vertitur, non omni accidit: quod idem fit in cæteris. Nam quia contingens non est necessarium, quod autem huiusmodi est, potest non esse, hinc constat, si contingit b esse a, contingit & non esse: quod si accidit in omni repeti, accidit & in nullo reperiri. Eadem est affirmationum in parte ratio: eadem enim est in his demonstrandi via. At vero propositiones huiusmodi affirmant, non negant. Nam verbum accidendi (quod & prius diximus) eodem fungitur munere, quo ipsum esse. His igitur ita constitutis rem ab initio repetamus. Vocabulum accidendi duobus modis vsurpamus, altero pro eo quod frequentius fit, & à necessario deficit: cuiusmodi hæc sunt, hominem canescere, augeri, tabescere, & (vt semel dicam) quicquid natura ita comparatum dicitur. Id enim non habet perpetuam necessitatem, quia non semper est homo: hic tamen cum est, aut necessario illud est, aut certe plurimum. Altero modo accidere id dicimus, quod incertum est & indefinitum, quoadque ita, & secum euenire potest. Cuiusmodi hæc sunt, animans incedere, aut dum incedit, starram concuti, & (vt uno verbo dicam) quicquid fit forte fortuna: eorum enim omnium nihil in hanc partem natura magis est propensum, quam in contrariam. Quocirca vtraque contingentis acceptio in contrarias propositiones reciprocatur, sed non eodem plane modo. Quin quod ita dicitur contingere vt significet ita esse natura comparatum, conuertitur in non necessarium: sic enim dicimus, contingens est, hominem non canescere: quod autem indefinitum & susque deque est, in id mutatur, quod in vtranque partem ex æquo vergit. Ac de his ita incertis, neque scientia constitui potest, nec demonstratio, quia medium inordinatum & inconstans est. De his autem, quæ natura propensa sunt, in partem alteram potest quidem constitui: quin disputationes fermè omnes, ac commentationes de his fiunt, quæ ita accidunt: de illis autem vt ratiocinatio fieri possit, non solent tamen quæstiones institui: sed de ea re posterius explicabimus fusius. Iam vero dicamus quando quaque via, ac cuiusmodi futura sit ex contingentibus propositionibus ratiocinatio. B. At vero cum hac dicendi forma, accidit hoc illi inesse, duobus modis intelligi possit, tum de eo, cui insit, tum de eo, cui inesse possit: hæc enim loquendi ratio cui b inest, ei ipsum accidere horum vtrunque designat, vel de quo absolute dicitur b, aut de quo dici contingit: hæc autem inter se nihil differunt, in quocunque b, & a quoque eidem accidere, & omni b inesse posse a. Planum igitur duobus modis accipi posse illud, contingit a in omne b inesse. Initio igitur dicamus, quæ sit futurus syllogismus, cum b accidit ipsi c, a vero ipsi b: ita enim ambæ propositiones contingentes sumuntur: cum autem a ei accidit, cui b inest, altera absoluta est propositio, altera contingens. Dicendum igitur nobis est primum ab iis, quæ similia sunt, ac eiusdem formæ, quod & alias fecimus. Quum ergo accidit omni b b vero omni c, syllogismus erit perfectus, quo colligitur, a accidere omni c: quod ex finitione perspicuum est: ita enim antea explicauimus, accidere omni. Haud

Universidad de Deusto
Biblioteca

fecus, si a nulli b accidit: b autem omne, a nulli c accidit. Diximus enim cui b accidit, a non accidere, id sibi velle, vt ne vnum quidem omittatur ex iis, quibus b accidit. At vero quum a omni b accidit; b vero nulli c, ex proloquutis ita accepta nulla nascitur ratiocinatio: quod si effectum ex b, c commutetur pro natura accidentis, is ipse erit syllogismus qui paulo ante expositus est. Nam quia accidit, vt b nulli c insit, potest & inesse omni: id enim antea docuimus. Ita si b omni c accidit, a vero omni b, idem iterum oritur syllogismus: Hoc idem fit, si ambabus propositionibus contingentibus adiicitur negatio: Verbi causa, si a nulli b accidit: b vero nulli c. Vt enim ex pronuntiatis ita sumptis nulla constituatur ratiocinatio, si tamen ea commutentur, eadem erit quæ superior. Ex quo perspicuum est, nullum plane fieri syllogismum: aut certe quidem, sed imperfectum, vbi negatio vel minori extremo adiiciatur, vel etiam ambabus propositionibus. Necesse est enim ita demum colligatur complexio, si primum conuersio fiat. At vbi pronuntiatio alterum vniuersale fuerit, alterum in parte: si vniuersale maiori extremo contingatur, perfectus erit syllogismus. Nam si a omni: b vero alicui c, a quoque alicui c accidit, quod facile intelligitur ex definitione eius quod omni accidit. Iam si a nulli b accidit: b vero cuidam c, necesse est consequitur, vt a cuidam c possit non inesse: cuius rei probandæ eadem est, quæ superius, ratio. Quod si particularis propositio negatiua sumatur, vniuersalis autem affirmatiua, & eundem retineant situm, vt a omni b accidit, b cuidam c accidit non inesse: syllogismus ex propositionibus ita acceptis non habebit vim apertam. Quod si reciprocetur particularis, ac sumatur, b alicui c accidere, eadem quæ prius sequetur complexio, quemadmodum initio fecimus. Sin minor in parte fuerit, minor vero in toto, nullo pacto hinc fiet syllogismus, siue affirment ambæ, siue negent, siue qualitate euarient: si etiam ambæ indefinitæ sint, aut particulares. Nihil enim vetat, quo minus b excedat ipsum a, nec æqualiter dicatur. Sumatur igitur c pro eo, quo b excedit ipsum a, sane huic nec omni, nec nulli, nec alicui, nec non alicui accidit ipsum a: etiam si conuertantur contingentes propositiones modo b pluribus accidat, quam a. Quod autem ita constitutis propositionibus primum postremo, modo omni, modo nulli, accidere sit necesse, extrema plane ostendunt: Sintque hæc extrema omnibus communia in quibus necessario insit primum postremo, animans, candidum, homo: in quibus non inest, animans candidum, vestimentum. Nullum autem fieri syllogismum constitutis extremis, hinc manifestum est, quia syllogismus omnis, aut colligit inesse, aut necessario inesse, aut quid cuiquam accidere. Quod autem vt syllogismus nec inesse colligat, vt necessario inesse, hinc intelligitur: affirmatiua enim conclusio tollitur negatiua: negatiua vero per affirmatiuam euertitur. Restat vt primum postremo accidat: quod fieri non potest. Ostendimus enim si ita statuantur extrema primum postremo omni inesse necessario in nonnulla, in alia nulla inesse, idque necessario. Non igitur contingens fuerit conclusio: quippe quod necessarium est, id ab eo, quod accidit, diuersum esse dximus. Constat igitur, vbi extrema vniuersaliter accepta fuerint in contingentibus propositionibus, semper fieri syllogismum in prima figura, siue affirment, siue negent: præterquam quod si affirment, perfectus est futurus: sin negent imperfectus. Contingens autem, id sumendum est, quod a necessario distinguitur, quo modo diximus, non quod cum eo conuenit: id quod nonnunquam agrius discernitur.

HActenus exposuimus, quæ conclusio sequatur ex propositionibus affectis modo necesse: reliquum est iam, vt quænam conclusio ex propositionibus modo contingens, affectis inferri soleat, declaremus. Sed antequam in huius rei explicationem theoremata aliqua proponat Aristot. quandam eius quod est contingens diffinitionem proponit. Contingens, inquit, est illud quod cum non sit necessarium, potest tamen esse. Solent autem tres contingentis species hoc loco assignari, nimirum contingens raro, velut fodientem terram thesaurum aut inuenire: contingens vt in plurimum, sicut hominem nasci cum quinque digitis in singulis manibus. ac contingens ad vtrumlibet, velut hominem ambulare, aut legere nam tam indifferens est homo ad ambulandum quam ad non ambulandum & ad legendum quam ad non legendum. Iam 1. theo. proponit hisce verbis.

Diffini. contin.

1. Theo.

B *At vero cum hac dicendi forma, &c.* In prima figura ex duabus contingentibus, sequitur conclusio contingens, vt in hac argumentatione constat. Contingit omnem vigilantem moueri: sed contingit omnem hominem esse vigilantem: ergo contin-

2. Theo.

contingit omnem hominem moueri Secundum. In secunda figura ex duabus enuntiationibus modi contingens, nihil sequitur, idque ob duas rationes, prima quia nequit syllogismus ex huiusmodi enuntiationibus constitutus ad modum aliquem primæ figuræ vllo pacto reduci, vt cuilibet attenterem perpendenti est perspicuum: secunda quia daretur antecedens verum & consequens falsum. Velut sit in hac argumentatione Contingit nullum hominem ambulare: atqui contingit etiam omnem equum ambulare ergo continget quoque nullum equum esse hominem. Cuius ratiocinationis conclusio nulla certe iudicatur, nec enim consequens in ipsa illarum est vllo modo contingens, sed necessarium, nam necessarium est nullum equum esse hominem. Tertium theorema. In tertia figura ex vtraque propositione contingenti sequitur conclusio contingens. Sit exemplum in Darapti. Contingit omnem hominem ambulare: sed contingit omnem hominem esse album, ergo contingit aliquod album ambulare.

3. Theo.

CAPVT XII.

De coniunctione contingentis & absoluti in prima figura.

QVod si altera propositio absoluta sit, altera vero contingens, quum accidere significabit ea quæ maiori extremo cohæsit, perfecti erunt syllogismi: qui hinc oriuntur, syllogismi: ac de contingenti, eo quo exposuimus modo. Quod si minori extremo contingatur, imperfecti erunt omnes syllogismi: ac priuantur non secundum contingentis acceptionem ante expositam fiens, sed quod aut nulli, aut non omni necessario insit. Si enim nulli, aut non omni ex necessitate insit, accidere diximus, vt id nulli, aut non omni insit. A. Fac igitur, vt a omni b accidat, b vero omni c insit, tum quia sub b comprehensum est, a autem accidit omni b, perspicuum est, illud idem ipsi c accidere, siquis defectus syllogismus. Eodem modo fiet, si maiores absolutus fuerit syllogismus, quæ colligetur accidere, vt a nulli c insit. Si primum fuerit propositio a b, affirmatiua autem b c, sitque de contingenti sumpta a b, pura vero a b. Constat igitur perfectos constituisse syllogismos, vbi maior propositio absoluta fuerit, cæteræ opositi modorum haberi syllogismi quæ cæteris: quod ab absurdo ostendi potest: sed hoc semel perspicuum sit, imperfectos eos fore: quippe quæ propositiones a contingenti proxime consequantur. Et autem vnum exponendum, si vtrum fieri necesse sit, an fieri esse possit, posse esse, reliqua necessario. Diximus enim, dum de his haberi, vt ea, quæ possibile colligerentur: probe, impossibile: si ergo possibile, quia possibile est, fiat: impossibile certe, quia impossibile est non fieri. At si simul cum a possibile est, impossibile sit cum hoc per se, vt a fiat sine b: quod fieri, esse quæ queat: quod enim fieri non est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& falsum sit, non est tamen impossibile: tum si omne c non potest esse a, quum omne c sit b: non omne b potest esse a. Fit enim in figura tertia syllogismus. At vero antea positum erat fieri posse, vt omne b esset a: colligitur itaque necessario, vt omne c possit esse a. Cum enim res falsa, non tamen impossibilis ex fictione posita fuisset quod ex ea consequitur impossibile est. Illud ipsum ductu ad incommodum in prima figura ostendere etiam licet, si concedamus, vt est b, nam si omne c est b, omne autem b potest esse a, e quo, omne potest esse a, cum tamen positum sit non omne posse. Quod autem dicimus omni inesse, non est accipiendum tempore quodam præfinito, quasi nunc sit, aut hoc vel illo tempore, sed omnino ac simpliciter: ex eiusmodi enim propositionibus syllogismos constituimus. Quod si propositio in ipso articulo, & tempore præsenti accipiatur, nullus inde fiet syllogismus: nihil enim fortasse prohibuerit, omne quod mouetur, hominem esse aliquando, nempe si præter hominem nihil moueatur: omnia tamen equus potest moueri, at nullus equus potest esse homo. Præterea loco ipsius a, sumatur animal, sit q; medium id quod mouetur. post eius autem limes sit homo: tum propositiones eodem modo se habent vt antea, complexio tamen necessaria est non contingens: quippe necesse est hominem animal esse. Hinc planum est, vniuersale illud simpliciter accipiendum esse, non tempore præfinito. Rursus a, b proloquium vniuersale capiatur, & priuans vt nullum b sit a, omne autem c possit esse b: his ita constitutis efficitur, vt nullum c possit esse a: sint enim ea talia, vt c sit b, eo modo quo prius necessario essi itur, vt quod iam b sit a: constituitur enim in tertia figura syllogismus: hoc autem est absurdum. Contingit igitur, vt nullum c sit a: cum enim res falsa ponatur, non tamen impossibilis, ex ea impossibile quid sequitur. Hic autem syllogismus non est de contingenti, vt definitum est, sed quod nulli necessario insit: hoc enim est contrarium fictioni iam constitutæ: est enim positum, vt quoddam c necessario sit a. Syllogismus autem ad incommodum de contraria & aduersa conficitur. Quod autem complexio contingens non sit terminis id plane indicant, accipiamus enim loco a, eorum: pro b, intelligens: loco c, hominem: sane nullum b est a: nulla enim res intelligens est eorum. At omne c potest esse b, quippe cum omnis homo intelligere possit: at necessario nullum c est a, non est igitur complexio contingens: quin nec perpetuo necessaria. Constituamus enim vt a sit quod mouetur, b vero scientia: & c homo: tum nullum b est c, b autem omni c necesse est: non igitur necessaria non erit: neque enim est necesse nullum hominem moueri, imo vero quemlibet non est necesse. Hinc ostenditur est, complexionem sequi, vt nulli insit necessario. Sunt autem commodius sumenda extrema. Quod si assumptio negatiua sit, & contingens, ex his propositionibus in accepto nullus fiet syllogismus: quod si contingens retrahatur, fiet syllogismus vt antea. Faciamus vt omne b sit a, fierique possit. Sit nullum c sit b. dum extrema ita se habent, nihil efficitur necessario: quod si permutetur b c, & accipiatur omne c posse esse b, commodo fit syllogismus quo antea: quippe cum eundem habeant situm extrema. Eadem est ratio, si priuantia fuerint ambo interualla: dum n, b c significet non inesse, b accidere nulli. Vt enim per propositiones acceptas non efficitur necessaria argumentatio, si tamen permutetur contingens propositio, ilico fiet syllogismus. Sit enim sumptum, nullum b esse a: item fieri posse, vt nullum c sit b: ex his nihil efficitur necessario. Quod si sumas omne c posse esse b, verum habet: propositio autem a b eadem seruetur, idem rursus efficietur syllogismus. Quod si sumptum sit, omne c non esse b, non item non accidere, non inesse: nulla inde fiet quouis pacto ratiocinatio, siue a b propositio affirmet, siue neget. Sint autem omnium communia extrema, quibus ostendatur necessario inesse, a bum, animans, nix: extrema alia, quibus ostendatur non posse inesse, album, animans pix. Constat, si extrema vniuersaliter sumantur & altera propositio absoluta sit, altera contingens, dum minori extremo coniuncta fuerit propositio contingens, perpetuo fieri syllogismum: præterquam quod nonnunquam ex ipsis propositionibus fit, aliquando propositione vna commutata. Quando autem vtrumque horum fiat, & qua de causa, superius exposuimus. Quod si altera vniuersalis intercapedo fuerit, altera in parte tantum, syllogismus semper erit perfectus, dum maiori extremo vniuersali contingens iungatur, siue affirmet, siue neget, particularis autem affirmatiua sit absoluta: non aliter ac cum extrema vniuersaliter accipiuntur. Huius rei probatio eadem est quæ superius. Vbi vero propositio maiori extremo iuncta in toto fuerit & absoluta, nec contingens: altera vero in parte ac contingens, siue negent ambæ, siue affirment: seu altera neget, altera, syllogismus erit omnino imperfectus. Hoc interest, quod alij ductu ad incommodum ostendentur, alij per reciprocationem contingentis, quemadmodum in superioribus fieri diximus. Adde quod syllogismus erit ex per-

ex permutatione, vbi propositio maio i extremo iuncta vniuersalis fuerit, quæ esse, vel non esse significet: altera vero particularis priuans, & contingens: vt si omne b sit a, aut non sit, & fieri possit, vt quoddam c non sit b: si b c commutetur secundum naturam contingentis, constituitur syllogismus: vbi vero particularis propositio significet non esse, nullus fiet syllogismus. Extrema ad docendum inesse, sint hæc, album, animans, nix: quibus autem docetur non inesse, album, animans pix. Est enim probatio ostendenda ex indefinito. Quod si vniuersalis sit propositio, quæ minori extremo coheret, quæ autem ad maius extremum posita est, sit particularis, siue negans, contingens an absoluta, nihil refert. Quocunque enim modo habeat, nullo pacto syllogismus constituitur. Nihilo item magis syllogismus fuerit, cum in parte, vel indefinita propositiones fuerint, siue contingentes fuerint, siue absolutæ, seu eiusmodi ordine inuerso. Eadem est huius rei ostendendæ ratio quæ prius, & extrema communia ad ostendendum inesse necessario, animans, album, hemo: at quibus ostenditur posse inesse, animans, album, vestu. Hinc perspicuum est, cum maiori extremo vniuersali propositio apposita fuerit, perpetuo firmam esse ratiocinationem: quod si minori extremo adiungantur, nihil vllo pacto inde colligi.

NOn tantum potest conflci syllogismus ex vtraque propositione contingenti: verum etiam ex vna propositione contingenti & altera simplici interdū constitui consueuit. Restat igitur aperiendum, quo pacto possit ex his propositionibus sequi aliqua conclusio. In eius explicationem hæc subiicit Arist theoremata.

1. Theorem. *Fit igitur vt, A, &c.* Primum. In prima figura ex propositione contingenti & assumptione simplici, colligitur conclusio contingens omnem hominem, &c. Contingens est exempli causa, omne animal currere atqui omnis homo est animal, ergo contingit omnem hominem currere. Quod si è conuerso propositio existat simplex, & assumptio contingens, etiam infertur conclusio contingens, nō quidem sumpto contingenti in propria & germana sua significatione, sed in quadam late patente iuxta quam sumitur pro necessario quidquid v.g. mouetur est substantia: contingit omnem hominem moueri: continget igitur omnem hominem esse substantiam. Nec est quod conclusio illa censeatur inepta: nam talis non esset accurata, ce te contradicens eius, quæ est non contingit omnem hominem esse substantiam, esset vera, quæ æquivalet huic, necesse est aliquem hominem non esse substantiam quæ quidem propositio falsissima est. Secundum. In secunda figura ex propositione negante vniuersa & modificata, assumptione vero simplici quæ sit aiens, nequaquam colligi potest conclusio accurata, non ob aliam rationem præterquam assignatam. Quod si affirmans propositio extiterit contingens, negans autem simplex nihil prohibet inferri conclusionem contingentem, id patere potest intuenti in hac argumentatione. Nullum sanum est ægrum: contingit omnem hominem esse ægrum: ergo contingit nullum hominem esse sanum. Verum hoc contingens est in illa late patente significatione, nam si illud ipsum vsurpetur in sua propria significatione, nequaquam sequetur conclusio contingens, vt videre est in hoc alio syllogismo. Nullus homo ambulat: atqui contingit omnem equum ambulare, ergo continget nullum equum esse hominem. In quo quidem assumptioni veræ & contingenti in igore, non subsequitur conclusio contingens, sed necessaria, necessariū quippe est nullum equum esse hominem. In tertia denique figura ex vna propositione simplici, alteraque contingenti sequitur conclusio contingens, quemadmodum fit in hac argumentatione. Omnis homo est animal: atqui contingit omnem hominem ambulare, ergo contingit aliquod ambulans esse animal.

2. Theorem. 3. Theorem.

De mixtione necessarij & contingentis à decimotertio cap. vsque ad vigesimum.

AT vero vbi proloquiorum alterum necessario esse, vel non esse significauerit, alterum autem accidere, modo extrema eodem pacto ac antea se habeant, efficietur syllogismus, isque perfectus, cum minori extremo necessarium iunctum fuerit. Complexio vero contingens erit, non

Universidad de Deusto
Biblioteca

absoluta, si amba propositiones affirmatiuæ sint, siue vniuersales sint amba, siue non sint. Quod si altera affirmet, altera neget, cum affirmãs necessaria fuerit, conclusio erit contingens, nec significabit, non inesse quid: sin necessaria sit ea, quæ negat, colligetur & accidere non inesse. item non inesse semper totos sint extrema, sæpe non sint. Est autem contingens in complexione & eo modo intelligendum, quo accipi superius diximus: neq; autem colligetur necessario non inesse. Et ea enim maxime diuersa sunt, non necessario esse, & necessario non esse. Sane complexionem necessariam non esse, ibi extrema affirmantur, hinc perspicuum est. Faciamus enim, vt omne b necessario sit a, & omne c accidat esse b: syllogismus sane imperfectus erit: quo colligetur, omne c accidere esse a. Hunc autem imperfectum esse, ex ipsa probatione constat: eodem enim modo ostenditur colligere, quo superiores. Rursum accidat, vt omne b sit a, sit vero omne c necessario b, hinc sane colligetur, omne c posse esse a: esse vero, non item: atque hic perfectus est, & nulla ex parte imminutus: illico enim absolutus ex propositionibus ab initio sumptis. Quod si dissimiles fuerint propositiones, fingamus negantem esse necessariam, vt nullum b sit a, nec esse possit, idque necessario, omne autem c possit esse b: necessario efficitur, vt nullum c sit a: concedamus enim vel omne c esse, vel aliquod: concessum autem fuit, nullum b posse esse a. Quia igitur reciprocatur negatiua, & nullum a potest esse b, admittitur autem, omne c esse a, vel certe quoddam: nullum igitur c potest esse b, aut quoddam esse nequit: cum ab initio omne c esse b concessum sit. Constat autem posse colligi, accidere inesse quandoquidem tollitur non esse: Rursum sit affirmatiua præpositio necessaria, sitque contingens, vt nullum b sit a, omne autem c sit b necessario: syllogismus sane perfectus erit, quo colligetur non esse: sed posse non esse: quippe ita accipitur maior propositio. Nec licet hinc in absurdum deducere: si enim admittatur, nullum c esse a, est autem confessum fieri posse, vt nullum b sit a; nullum hinc efficietur inconmodum. Quod si negatio maiori extremo iuncta sit, & significauerit accidere, syllogismus erit per reciprocationem, quemadmodum antea fieri diximus. Quod si significet non posse esse, nullus erit syllogismus: ne si amba quidem præmissa sint, minor autem non fuerit contingens. Sunt autem extrema eadem, in quibus alterum alteri inest, album, animans, nix. In quibus non inest, album animans, pix. Eadem passio erit bobus in particularibus syllogismis: cum enim priuans necessarium fuerit, efficietur non esse, vt si nullum b possit esse a, quoddam c possit esse b, hinc necesse est consequi, quoddam c non esse a, nam si omne c sit a, nullum autem b potest esse a: sane nullum quoq; a potest esse b. Itaq; si omne c est a, nullum c potest esse b. At modo concedebatur, quoddam c posse esse b. Quando vero affirmatiua particularis necessaria fuerit, ea, tum quam, qua in syllogismo priuante, vt b c, vel etiam vniuersalis in affirmante syllogismo: verbi causa, ab: non colligetur aliquid esse: cuius rei eadem est probatio, quæ superioribus adhibita est. Quod si vniuersalis minori extremo iuncta sit contingens: sine affirmet sine neget, maior autem sit particularis & necessaria, nulla est ratiocinatio. Extrema in quibus alterum alteri inest necessario animans, album, homo in quibus inesse nequeat, animans, album, vestis. Vbi vero vniuersalis necessaria fuerit, particularis autem contingens, si vniuersalis priuatiua sit, extrema affirmantia, animans, album, corui: negantia, animans, album, pix. Quod si vniuersale affirmet, extrema affirmandi hæc sint, animal, album, cygnus: negandi vero, animal, album, nix. Neq; item syllogismus erit, vbi amba indefinita fuerint propositiones, aut particulares. Extrema communia tendi, animans, album, homo: negandi, animans, album, inanimum. Quoddam enim album animans est, quoddam etiam inanimum est album, & id necesse est esse, nec nunquam esse potest. In contingenti itidem fit: extrema igitur hæc ad omnes modos valent. Ex his, quæ exposuimus, perspicuum est, eodem modo affectis terminis, quod attinet ad collocationem absolutis ac necessarijs fieri aut nõ fieri syllogismum: præterquam quod cum ea quæ negat propositio, absoluta sumitur, cum complexio est contingens: cum vero sumitur necessaria negatio, complexio tum contingens, tum absoluta erit. Id etiam intelligitur, omnes esse imperfectos syllogismos, a-ssq; per figuras ante expositas perfici.

Caput XIV.

De ratiocinationibus ex ambobus pronuntiatis contingentibus in secunda figura.

Nvlla erit in secunda figura ratiocinatio, cum ambo ex contingente fuerint, siue affirmans, seu negans, seu in toto sint, seu in parte. Quod si alterum esse, alterum accidens significet; siue absolutum assumas, nec tum quidem syllogismus erit: Vbi autem negans & vniuersale absolutum erit, syllogismus semper erit. Eadem erit ratio, vbi alterum fuerit necessarium, alterum contingens. Contingens autem in hu intelligendum est complexionibus eodem modo quo paulo ante intelligebatur. Principio vero ostendendum est contingens negatiuum non reciprocari: nempe si a nulli b accidat, non necessario reciprocatur, vt b nulli a accidat: sit enim hoc admissum, vt b nulli a contingat: iam cum commeant affirmationes ex contingenti in negationes, aduersa in aduersas, contraria in contrarias, b autem contingit inesse nulli a, constat & omni contingere: id quod sane falsum est. Vt enim hoc illi omni accidere, ita non retro commeat negatio: tam quidvetat quo minus a nulli b accidat, b vero alicui a non insit idque necessario: verbi causa, contingit vt omni homini album non insit, cum omni inesse possit: At falsum est hominem accidere nulli albo, quandoquidem in multis non inest, idque necessario: necessarium autem à contingenti diuersum esse diximus. Quin ne ab absurdo quidem retro commeare probabitur: nempe si quis, quia mendacium sit nulli a accidere ipsum, b, rogat quasi verum, sibi concedi, non accidere nulli (hæc enim sunt affirmatio & negatio) quod si verum sit, ex eo effici putet, vt aliquod a necessario sit b, atque ita quoddam b esse a, quod fieri non possit: non enim si nulli a ipsum b non accidat, continuo quoddam a necessario est b: cum illud, nulli et non accidere duobus modis intelligatur: vno, si alicui necessario insit: altero, si alicui cui necessario non insit. Nam quemadmodum id quod in aliquo necessario inest, falso dixeris, in toto posse reperiri: ita quod in aliquo a necessario non sit, non vere asseuerabis in toto eo non posse esse. Quapropter si quis ex eo quod c in toto b non accidat, postulet sibi concedi in illo aliquo ipsum ex necessitate non esse, falsum profecto assumat, quandoquidem in toto fortasse reperitur. At in toto non accidere ideo dicimus, quia in nomullo est necessario. Quo fit, vt in aliquo ex necessitate esse, in aliquo item non esse, ambo illi aduersentur: in toto inquam posse esse, hunc item, in nullo accidere. Hinc igitur constat, ex eo accidenti & non accidenti, quod initio exposuimus, non modo sumi oportere in aliquo esse necessario, sed etiam in aliquo ex necessitate non esse: quod si sumatur, nullum ex eo sequitur incommodum: ita nulla efficitur ratiocinatio. Ex iis quæ hactenus diximus, perspicuum est, negationem non reciprocari, quod cum abunde probatum sit, ponamus in nullo b accidere ipsum a, in illo autem toto ipsum c: sane ratiocinatio nulla efficitur per reciprocationem: quandoquidem paulo ante docuimus, enuntiationem huiusmodi retro non commeare. Necitem ab absurdo effici possit: vt enim in toto c, accidere id concedatur, nihil inde falsum efficiatur, quippe cum in toto c, & in eo ipso nullo ipsum a esse possit. Hoc autem constat, si quæ futura sit conclusio, de contingenti eam perpetuo fore, eo quod nullum sumptum sit pronuntiatum absolutum, eam quæ aut affirmantem, aut negantem: at neutro modo fieri potest. Nam si affirmet, per extrema docebimus non posse inesse: sin negat, conclusio probabitur illa quidem necessaria esse, non item contingens. Quod vt intelligamus, ponamus pro a, album: loco ipsius b, hominem: in ipso c, equum: sane ipsum a, quod pro albo intelligitur, in altero toto esse contingit, in altero vero nullo: b vero in ipso c, nec esse contingit, nec item non esse: ex eo enim non contingere esse constat, quod nullus equus homo est. At quod ne non esse quidem contingat, ex eo intelligitur, quod necesse sit, nullum equum hominem esse: necessarium autem à contingenti diuersum esse diximus. Nulla igitur eo modo efficitur conclusio. Eadem erit probandi ratio, si priuatio diuersam habeat dispositionem, vbi item amba enuntiationes affirment, vel negent: quippe ex iis ipsis terminis res ipsa confirmabitur, item si altera in toto sit, altera in parte: aut amba in parte, aut indefinita, seu quo alio modo permutari illa possunt: nam ad ea omnia demonstranda eadem adhibebuntur extrema. Hinc igitur hoc est manifestum si ambo pronuntiata de accidente sumantur, nullam fore conclusionem.

Caput XV.

De coniunctione earum enuntiationum, quæ quid esse dicunt, & quid accidere, in secunda figura.

Quod si vnum, quid esse dicat, alterum autem quid accidere, hoc autem affirmet, illud vero neget, ne tum quidem syllogismus erit, seu in toto, seu in parte sumantur extrema, cuius rei confirmandæ eadem est quæ prius ratio, & per eos ipsos terminos efficitur. At vbi affirmans accidere dixerit, negans vero inesse, tum sabit ratiocinatio. Quod vt intelligatur, ponamus a in nullo b esse, in toto vero eidẽ accidere, retro commeante negatione, ipsum b in nullo a reperietur, a vero in toto a accidit, hinc sane efficitur conclusio in prima figura, nulli c accidere b. Quod idem fiet, si negatio ipsi c adiiciatur. Quod si ambo pronuntiata negent, vt alterum neget esse,

Universidad de Deusto
Biblioteca

alterum contingere non esse dicat, ex enuntiationibus ita propositis nihil ex necessitate efficitur. Quod si ea, quæ est ex accidenti in suam conuertatur oppositam, efficitur conclusio, vt nulli c accidit ipsum b eodem atq; antea modo: ita enim prima figura repetetur. Quod si ambo effata affirment, tacebit conclusio. Extrema concludendæ affirmationis sint hæc, valetudo, animans, homo: negationis, valetudo, equus homo. Eodem modo res habet in syllogismis his, qui sunt in parte: vbi enim affirmatio quiddam esse dixerit, seu in toto, seu in parte, nulla tum erit complexio, id quod eadem via, ac iis ipsis finibus ostenditur, quibus antecedentes. At vbi priuans fuerit, ex reprocatione efficitur, vt & antea. Rursus si intercapedines amba priuantes ita sumantur, vt in toto sit, qua non esse aliquid dicit, sane ex pronuntiatis ita digestis nihil efficitur necessario: efficitur autem complexio, si in oppositum conuertatur contingens. Quod si priuans esse quiddam dicat, ida; in parte conclusio nulla erit, seu affirmet, seu neget pronuntiatum alterum: ne si ambo quidem indefinita sint affirmantia, aut negantia, aut in parte. Cuius rei eadem est quæ prius confirmatio, ac per eos ipsos terminos.

Caput XVI.

Dispositio necessarij & accidentis in secunda figura.

At vero vbi pronuntiatorum alterum ex necessitate esse, alterum vero quidpiam accidere dixerit, si negatio necessaria sit, efficietur conclusio, non modo quod accidit non esse, sed & quod non sit, quod si affirmatio ea sit, tacebit conclusio. Sit enim hoc concessum, nullum, inquam b esse a ex necessitate, omne vero c, contingere esse a, tum commutata negatione, ne vllum quidam a est b: omne autem c contingebat esse a: atq; ita rursum efficitur in prima figura complexio, nullum c accidere esse b. Hoc etiam constat absolute verum esse hanc complexionem, nullum c esse b: nam faciamus esse, tum si a nulli b accidit, b vero in aliquo est, sane a in aliquo c non accidit, cui omni accidere antea sit concessum. Idem erit probationis modus, si negatio ipsi c adiiciatur. Rursus proponatur affirmatio necessaria, negatio vero accidens, vt a nulli b accidat, omni vero c necessario insit: in ea finium dispositione nulla efficitur conclusio, quandoquidem fieri potest, vt b in c ex necessitate non sit: vt si pro a statuas album, in b vero, hominem, in c olorem: nec album cuipiam olori necessario inest, in homine vero nullo accidit: homo tamen in nullo est olore, idque necessario. Vnde perspicuum est complexionem contingentem non fieri, cum necessarium à contingente maxime sit diuersum. Quinetiam nec necessaria quidem complexio inde sequitur, quæ quidem efficeam diximus, aut ex necessarijs ambobus, aut ex priuante necessaria. Adde quod vt ea concedantur, potest tamen b in c reperiri. Quid enim vetat, c sub b comprehendi, a vero ipsi b toti accidere, ipsi vero c ex necessitate inesse: verbi causa, si in c intelligatur vigilia, in b animans, loco vero ipsius a, motus: in vigilante enim motus est necessario, animanti autem toti accidit, cum tamen omne, quod vigilat, sit animans. Vnde constat ne conclusionem quidem fore, qua non esse dicat, quippe cum ex tali quodam dispositione concludatur absoluta: nec vero contrariæ enuntiationes colligi dici possit: ita nulla plane efficitur conclusio. Eadem erit probationis via, si permutetur affirmatio. At vbi similes & eiusdem formæ propositiones fuerint, si amba negent, semper sequitur complexio, conuersa ea, quæ est de contingenti, eo quo diximus modo. Sit enim sumptum a in b necessario non esse, in c vero pleraq; non esse: tum si commutentur propositiones, & b in nullo a erit, a vero in toto c poterit esse, sane eo modo struitur prima figura: hoc idem fiet si ipsi c negatio adiiciatur. Quod si affirmantes amba sint, nulla est futura conclusio. Constat enim eam non fore, qua quidpiam non esse dicat, aut ex necessitate non esse, eo quod priuans propositio nulla sumpta sit, qua vel esse, vel necessaria esse diceret: quin ne colligitur quidem posse non esse, cum b in c non insit necessario, extremis ita collocatis: nempe si a intelligamus album, b cygnum, c vero hominem: nec item conclusio erit affirmationum, aut negationum contrariarum, cum probatum sit b in c necessario non esse, nullo igitur pacto syllogismus efficitur. Eodem modo res habet in syllogismis, qui sunt in parte: cum enim priuans in toto fuerit & necessaria, perpetuo assumetur conclusio: tum qua accidere dicat, tum qua non esse. Cuius rei confirmatio per reciprocationem facienda est. Vbi vero affirmatio ea fuerit, nulla plane ratiocinatio erit. Id enim eadem via, si quem item finibus monstrabitur, quibus in vniuersalibus modo vsi sumus. Ne tum quidem erit, cum amba affirmantes sumentur: eius enim rei eadem est, quæ antea confirmatio. Vbi vero amba quidem negent, in toto autem sit, ac necessaria ea, qua non esse significat, sane ex iis, quæ sumpta sunt, nihil necesse est effici. Quod si contingens illa propositio in oppositam commutetur, habebit ratiocinatio eo modo, quo antea. Sin

ambo proloquia indefinita proponantur, aut in parte, nulla erit ratiocinatio. Id quod eadem ratione, iisdem item extremis confirmatur. Ex iis igitur, qua exposuimus, perspicuum est, vbi priuans vniuersa fuerit & necessaria conclusionem effici, non modo quod possit quidpiam non esse, imo vero quod non sit: quod si affirmans ea sit, nullam conclusionem sequi. Hoc etiam constat, vbi in necessarijs, & absolutis eadem seruetur finium dispositio, eodem modo fieri, & non fieri ratiocinationem. Est & hoc manifestum, omnes eas ratiocinationes imperfectas quidem esse, perfici autem & absolui in figuris iis, quas commemorauimus.

Caput XVII.

De ratiocinationibus, quæ ex ambobus contingentibus in tertia figura struuntur.

At vero in tertia figura efficietur conclusio seu ambo pronuntiata accidentia sint, siu alterum tantum. Sane cum ambo accidere significauerint, complexio quoque accidens erit. Item fiet si alterum accidere alterum esse quid dixerit. Quod si alterum necessarium fuerit, vbi affirmauerit illud quidē complexio consequetur contingens neq; necessaria neq; absoluta, At quum necessarium illud fuerit priuans, colligetur etiam absoluta negatio, vt in superioribus fieri diximus. Est autem hinc contingens illud, quod in complexione sit intelligendum eodem quo ante dictum est modo. Sint igitur ambo contingentia primum vt a & a, & b ipsi c omni accidant: Iam cum affirmans in parte retro commeet, b autem omni c accidat, & c quoq; cuidam b acciderit: Ita si a omni c accidat, c vero alicui b, necesse est profecto, ipsum a alicui b accidere. Nam ita struitur prima figura. Quod si a nulli c accidat, b vero in toto c inesse possit, necesse est, vt a in aliquo b possit non esse: quippe cum iterum fiat prima figura per reciprocationem. Quod si ambo priuātia proponantur, ex rebus ita sumptis nihil efficietur necessario. At si in oppositā commutentur pronuntiata, efficietur conclusio eo modo, quo antea. Si enim a & b possint non esse in c, ex conuersione rursus fiet prima figura. Vbi finium alter in toto fuerit, alter in parte, vbi eadem fuerit eorum dispositio, qua in absolutis, eodem quoq; modo erit vel non erit ratiocinatio. Faciamus enim, vt a omni c accidat, b vero alicui c, profecto si inuertatur ea propositio, qua est in parte, iterum efficietur prima figura. Nam si a in toto c inesse potest, c vero in aliquo b, a sane in aliquo b inesse potest. Eadem est ratio si ipsi c adiiciatur vniuersalis nota. Item vbi a c priuans fuerit, b affirmans: ex inuersione enim rursus fiet prima figura. At vbi amba enuntiationes negant, altera in toto, altera in parte, ex iis eo modo sumptis nulla efficietur complexio: quod si commutentur illa, efficietur sane eo, quod antea, modo. Quod si amba indefinita sumantur, aut in parte, nullus erit syllogismus: quippe cum necesse sit, a in b & toto & nullo reperiri, extrema conclusionis affirmantis sunt hæc, animans, homo, album. Negantis vero, equus, homo, album, in quibus ipsum album medium est.

Caput XVIII.

Coniunctio accidentis, & absoluti in tertia figura.

Vbi autem effatum alterum quid esse dixerit, alterum quid accidere, colligetur quidpiam accidere. esse non item. Constabit autem ratiocinatio in eadem extremorum dispositione, qua prius. Faciamus enim primum, vt affirmet illa, vt a sit in toto c, b vero toti c accidat: retro commeante ipso b c, prima figura efficitur, colligeturq; a in aliquo b posse inesse: hoc enim diximus, vbi in prima figura pronuntiatū alterum significet quid accidere, complexionem effici accidentem. Hoc idem fiet, vbi ipsum b c dixerit esse, a c vero accidere: item vbi a c neget, b c affirmet, & vtrumuis esse significet, vtroq; modo contingens erit complexio. Fit enim iterum prima figura, in qua si pronuntiatum alterum sit contingens, conclusionem quoq; contingentem fore docuimus. Quod si minori extremo iungatur negatio contingens, vel ambo pronuntiata negent, in positiū pronuntiatū nulla est ratiocinatio: erit autem, si hæc in contraria commutentur, quemadmodum sit in superioribus. Vbi vero pronuntiatorum alterum in toto sit, alterum in parte, affirmentq; ambo, vel certe quod in toto est, neget: quod autem in parte affirmet, idem erit ratiocinationum modus, omnes enim per primam figuram perficiuntur. Vnde perspicuum est, colligi tum iri, non quidem esse, sed accidere. Si autem affirmet vniuersale proloquium, particulare vero neget, confirmatio ducetur ab absurdo, vt si b sit in toto c, a vero alicui contingat non inesse, necessario efficitur, vt a in aliquo b possit non esse. Nam si a in toto b ne essario reperiatur, est tum concessum ipsum b in toto c inesse: ita ipsum a in toto c necessario erit. Id enim antea probauimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

At pro certo habebatur, in aliqua posse non esse. Vbi vero amba indefinite, aut in parte sumuntur propositiones, nulla erit conclusio. Cuius rei eadem est, quæ in vniuersalibus fuit probatio, ac per eos ipsos fines.

Caput XIX.

Connexio necessarij ac contingentis in tertia figura.

Quando vero pronuntiatum alterum necessarium est, alterum contingens, & affirmant ambo, conclusio perpetuo contingens erit. Vbi autem alterum ait, alterum negat, si aiens sit necessarium, colligetur accidere non esse: sin negans id fuerit, concludetur tum accidere non esse, tum non esse, necessario nō esse, nequaquam, vt nec in alia figura. Faciamus primum, vt ambo extrema affirment, & a in toto c necessario insit, b vero in toto esse possit: tum quia a in toto c necessario inest, c vero alicui b accidat, a quoq; alicui b accidet, non merito: eo enim modo in prima figura colligebatur. Eadem erit probandi via, si illud b c sit necessarium, a c contingens. Rursus alterum ait, neget alterum, sitq; aiens necessarium, & a in nullo esse possit, b vero in toto c necessario insit: iterum sani fiet in prima figura. Conclusio autem contingens erit, non absoluta, qu pocum pronuntiatum primans dicat accidere. Ex quo perspicuum est, conclusionem fore contingentem: cum in tribus modis digesta essent propositiones in prima figura, sequebatur contingens complexio. Quod si prius sit necessaria, complexione colligetur, accidere in aliquo non esse, item & non esse. Eorum enim, a in c non esse ex necessitate, in eadem autem toto ipsum b posse esse, si affirmatio illa b c verborum reciprocatione conuertatur, fiet prima figura, in qua primans propositio sit necessaria: ex qua dispositione dixi mus effici, vt a in quodam c posse non esse. & non sit. Necesse est igitur, a in aliquo b non esse. Cum autem negatio minori extremo iuncta sit, eaque contingens, ratiocinatio erit, si pronuntiatum illud permutetur, & & antea fiebat: sin necessaria sit, nulla erit conclusio, quippe cum modo alterum in altero toto sit necessario modo in nullo item esse possit. Alterum in altero toto est, vt in homine, somno equo, homine, dormiente. In nullo vero, vt in his, somno equo, homine vigilante. Eadem ratione si extremum alterum in toto medio sit, alterum in parte tantum, aiant que ambo efficitur, alterum alteri accidere, illi inesse non item. Colligetur item contingens conclusio, si negetur vnum, affirmetur alterum, & hoc sit necessarium: nam si quod negatur necessarium sit, colligetur, quidpiam non esse. Est enim eadem probandi ratio, seu in toto sint extrema seu non sint, cum in prima figura instaurentur syllogismi. In hu igitur vt in illis, euenire est necesse. Quando vero negatio in toto minori extremo iuncta fuerit, eaque contingens, ratiocinatio per reciprocationem efficietur: sin necessaria ea fuerit, nulla erit conclusio: id quod eadem via, iisdem iterum extremum confirmabitur, ac in vniuersalibus. Hinc igitur plane intelligi potest, quando quoque modo, in hac quoque figura futura sit ratiocinatio, quando accidere quid, quando item quippiam esse colligetur. Manifestum est etiam omnes syllogismos imperfectos quidem esse, instaurari autem eos ac perfici in prima figura.

1. Præceptum.

Miscentur etiam contingens & necessarium in syllogismorum compositione: atque ita quomodo ex huiusce modi mixtione liquid sequi vel non sequi possit, est a nobis in hoc cap. declarandum. Vt à prima figura exordiamur circa eam hæc erunt obseruanda præcepta. Primum. Si propositio fuerit contingens, & assumptio necessaria, inferri potest conclusio contingens. Contingit v.g animal dormire: atqui necesse est omnem hominem esse animal: continget igitur omnem hominem dormire. Secundum. Si propositio fuerit necessaria, & assumptio contingens, sequitur conclusio contingens. Velut necesse est omne quod currit moueri: sed contingit omnem hominem currere, ergo contingit omnem hominē moueri. Modis aientibus hæc quæ tradidimus præcepta deseruiunt, negantibus enim hęc alia sequentia accommodantur. Primum. Si propositio quæ est negans extiterit contingens, & assumptio necessaria: quæ inferetur conclusio contingens erit. Exempli causa. Contingit nullum animal dormire: at necesse est omnem hominem esse animal: continget ergo nullum hominem dormire. Secundum. Existente propositione necessaria, & assumptione contingente, duplex sequitur cōclusio simplex vna, altera contingēs, sumpto quidem contingente in illa late patente significatione. Sit exemplum. Necesse est nullum lapidem esse hominem: sed contingens est omne quod est album esse lapidem, ergo vel contingens

1. Præceptum.

2. Præceptum.

1. Præceptum.

2. Præceptum.

tingens est nullum album esse hominem, vel aliter: nullum album est homo.

Transeamus iam ad secundam figuram, in cuius tribus prioribus modis, si propositio negans fuerit necessaria, & affirmans contingens, duplex conclusio infertur: simplex vna & altera contingens. Patet in hac ratiocinatione. Necesse est nullum cygnum esse nigrum: atqui contingit omnē equum esse nigrum: ad has præmissas inferimus vel hanc cōclusionem simplicem, ergo nullus equus est cignus vel istam contingentem (contingentem inquam lato modo dictam) ergo contingit nullum equum esse cignum. Quod si è contra se res habeat, ita vt negans sit contingens, affirmans vero necessaria, nequit ratiocinatio vlla constare inprimis, quia vniuersa contingens nullo pacto conuerti potest, quare neq; ratiocinatio ex illa constituta poterit ad primam figuram reduci, deinde quia alioquin daretur antecedens verum, & consequens falsum, quod ostendi potest in hac argumentatione. Contingit nullum equum esse album: atqui necesse est omnem cygnum esse album. Certe in hac ratiocinatione antecedens verū est, nihilominus consequens illatum falsum in se continet, quippe cum necesse sit, & non contingens, cygnum esse equum. In quarto autem modo huiusce figuræ nulla fieri potest collectio.

Agamus demum de tertia figura, in cuius modis affirmantib⁹ altera ex præmissis existente contingenti, & altera necessaria accommodate infertur cōclusio contingens, vt in hac argu. est apertum. Contingit omnem hominem esse album: at necesse est omnem hominem esse animal: contingit ergo aliquod animal esse album. In modis autem eiusdem figuræ negantibus, si negans extiterit contingens, & affirmans necessaria: inferenda superest conclusio contingens. Contingit (v.g.) nullum hominem ambulare: atqui necesse est omnem hominem esse animal, ergo contingit aliquod animal non ambulare. Si autem è contra negans extiterit necessaria, & aiens contingens inferri poterit duplex conclusio, contingens vna, altera simplex, vt cuique manifestum esse poterit. Atq; hæc sint dicta de commixtione propositionum simplicium, & modificatarum, in cu us explicatione aliquantulum digressi sumus ab ordine Arist vt facili⁹ multo possint illa memoriæ commendari. Complexi enim sumus omnia capita tradentes breuiter ea quæ ab Arist. diffuse dicta sunt vsque ad cap. 19. neque enim his plura indigent auditores.

Caput XX.

Omnem ratiocinationem debere ad tres illas figuras quas attulimus, reuocari.

Ex iis, quæ hucusq; exposuimus, constat, qui in his figuris fiunt syllogismi, par eos vniuersales perfici, qui in prima figura struuntur, ad eosq; referri. Vbi vero ostendimus, ratiocinationem omnem in aliqua earum figurarum strui, perspicuum erit, eandem esse omnium syllogismorum rationem. Ne esse igitur demonstrationem omnem ac ratiocinationem docere vel quippiam esse vel non esse, idque aut in toto, aut in parte. & recta probatione, & ex fictione. Huius autem quæ ex hypothesi dicitur, probationis pars ea est, qua sit ab absurdo quæque ad impossibile ducit. Primum igitur de ratiocinatione ea recta probante disseramus, in qua si res semel est probata, in reliquis facile perficitur, in ea, inquam, quæ in commodum, & omnibus, quæ sunt ex hypothesi. B. Si igitur colligendum sit, ipsum a in illo b esse, vel non esse, necesse est, vt aliquid de aliquo confitsum sit præsumptum. Quod si sumatur, a de b dici, in argumentum sumetur ipsa quæstio proposita inuis: si autem ipsum a de c dici sumatur, c vero de nullo alio, nec de illo aliud, nec de a quicquam aliud, nulla erit ratiocinatio, quippe cum nihil efficiatur necessario ex eo, quod vnum de vno sit sumptum: est igitur pronuntiatum alterum assumendum. Itaque si a in alio dici sumatur, aut aliud in ipso a, aut aliquid aliud in ipso c, nihil vetat ratiocinationem eo modo strui. Conclusio autem ex iis ita sumptu nihil pertinebit ad ipsum b, ne si ipsum c in alio, hoc item in alio rursus hoc aliud in alio, & nunquam quicquam cum b contingatur, nec tum quidem colligetur ipsum b in a: cum à nobis hoc antea dictum sit, nunquam quicquam de alio ratiocinatione collectum iri, nisi medium quoddam sumptum sit, quod ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

vtrumque illorum recta quadam dicendi lege se haberet. Nam tum omnia in vniuersum ratiocinatio ex propositionibus consist, profecto quæ ad quid iam certum pertinet, ex iis conficitur propositionibus, quæ ad illud ipsam affecta sunt: & quæ hoc in illo concludit, ex iis struitur, quæ hoc cum illo coniungant: fieri autem nequit, vt pronuntiatum quoddam sumatur ad concludendum ipsum b, cum de eo nihil affirmetur aut negetur: nec item ad colligendum a in b, si nihil ambobus commune sumatur, sed de vtroq; seorsum propria nonnulla affirmentur, aut negentur. C. Vbi igitur hoc de illo ratiocinatione est concludendum, medium quid in iis est sumendum, quod vnius de altero attributiones copulet ac vinciat. Quando ergo quippiam ambobus commune sumi oportet, id tribus modis fieri potest. Nam aut a de c, & c de b dicetur, aut c de ambobus, aut ambo de illo, hæ autem sunt figuræ a nobis expositæ: perfectum igitur est syllogismum omnem in aliqua ex iis figuris necessario strui. Eadem enim est ratio vbi per plura media ipsi b, coniungetur a: in pluribus enim eadem quæ in paucioribus erit figura. Ex his igitur constat ratiocinationes omnes directa probantes per figuras expositas effici.

Diuisio enuntiat.

VT confirmet Arist. omnem syllogismum contineri sub aliqua ex his tribus figuris assignatis, minimeque dari plures syllogismorum formas: reperit nonnullas diuisiones enuntiationis, quæ in syllogismo, non tanquam præmissa collocatur, sed velut conclusio infertur.

A *Necesse est igitur, &c.* Enuntiatio inprimis quædam inquit est aiens, quæ indicat rem esse: alia vero negans, quæ scilicet rem non esse declarat. Iterum enuntiatio alia est vniuersa, alia vero particularis. Deniq; alia est enuntiatio directa existens syllogismi conclusio: alia vero indirecta tantum, & ex hypothesi illata propositio.

B *Si igitur colligendum sit, &c.* His recensit enuntiationis diuisionibus statuit rursus ad institutum suum confirmandum, hanc hypothesim, in omni videlicet syllogismo, debere inueniri aliquod medium, in conclusione, maius extremum, cum minori connectens, quod idem non semel tantum, sed bis vsurpandum erit semel in propositione, iterumque in assumptione. Potior itaq; ac præstantior syllogismi pars ex medio pensari debet, adeo vt ad variam eius solius cum maiori, & minori extremo dispositionem, & collocationem variæ ac diuersæ syllogismorum figuræ, ac formæ, constitui debeant & efformari.

C *Vbi igitur, &c.* Ex his facillimum certe erit confirmare solas tres prædictas syllogismorum figuras dari, hoc vnico ad id suadendum effecto argumento. In omni argumentatione est sumendu aliquod medium, quod maius extremum, cum minori extremo copulet atque coniungat: sed tribus tantum modis medium cum extremis coniungi euenit: tantum ergo erunt constituendæ tres prædictæ syllogismorum formæ. Confirmatur assumptio. Medium verbum connectitur cum extremis, vel ita quod existat subiectum maioris propositionis, attributumque minoris, vnde consurgit prima figura: vel ita vt sit tam maioris quam minoris propositionis attributum, sicque secunda figura constituitur: vel denique ita vt sit subiectum vtriusque & hinc tertia figura remanet constituta: iam itaque solum dabuntur tres præfatæ syllogismorum formæ ac figuræ.

CAPVT XXI.

Argumentationem ex hypothesi & ex transsumptione sub his figuris comprehendi.

QVod autem in iis, quæ vrgent incommodo, eodem modo res habeat, hinc intelligetur. Num omnes, quæ per incommodū quippiam efficiunt, falsum quid concludunt: propositū autem ex hypothesi probant: quandoquidem ex contrario posito aliquid eueniat, quod fieri non possit: Verbi causa, docemus diametrum nullam cum latere rationem habere, ex eo quod si aliquam habere posuerit, sequetur, imparia paribus esse æqua. Sane concluditur, numeros impares paribus esse æquos. At dimetientem irrationabilem esse ex hypothesi monstratur, nempe quia ex illius contrario quippiam falsum euenit. Illud enim est, quod dicimus concludere per impossibile,

positione, quippiam ex hypothesi inuito proposita concludere, quod fieri nequeat. Cum igitur in ratiocinationibus iis quæ ad incommodum deducunt, recta ostendatur, ac concludatur quippiam falsum, quæstio autem proposita probetur ex hypothesi: & paulo ante docuimus, quæ aliquid recta ostenderet, omnem per aliquam ex tribus hiis figuris effici: manifestum est ratiocinationes ex incommodo per eas quoque fieri: A. Nec eas modo, sed & quæ sunt ex hypothesi parvatione omnes: transsumptum enim omnes quidem concludunt, propositum autem ex consensu ac conuentione probatur, aut ex alia aliqua hypothesi. Quod si ita est, necesse est demonstrationem ac ratiocinationem omnem per tres illas figuras, quas exposuimus, effici. Cum autem hoc plane probatum sit manifestum inde est syllogismum omnem per primam figuram perfici, & quemlibet ad eos referri, qui in ea sunt vniuersales.

Argumenta ex hypothesi reuocantur ad has figuras.

PEr argumentationem ex hypothesi intelligimus in hoc cap. argumentationem ducentem ad incommodum, quæ tunc fit, quando sumpto contradicente eius conclusionis quam nitimur suadere, & aliqua propositione manifeste vera, colligimus aliquam manifeste falsam, ex cuius falsitate colligimus iterum illam quam nitebamur suadere esse manifeste veram. Vt si fit proposita quæstio, An omnis planta viuat? & neget aliquis omnem illam viuere, sumpta contradicente quæ est, Aliqua planta non viuit: & hac manifeste vera. Omne quod alitur, & augetur viuit. Colligimus in Baroco conclusionem manifeste falsam, ad hunc modum, Omne quod alitur, & augetur viuit: sed aliqua planta non viuit: ergo aliqua planta neque alitur neque augetur. Tum postea sic argumentor. Hoc consequens est manifeste falsum (cernimus enim plantas ali & augeri) ergo aliqua ex præmissis illius argum. erit falsa: non prima, vt est notum, ergo secunda mirum assumptio: iam igitur illius contradictoria quam nitebamur suadere, omnis scilicet planta viuit erit manifeste vera. Argumentum hoc est ducens ad incommodum, continetur que in secunda figura sub Baroco. Fit igitur consequens, omne argumentum vrgens ad incommodum (quodlibet illud sit) tandem reducendum esse ad aliquam ex suprapositis figuram.

Argumen. ex transsum. ad ea fd. reducit.

A *Nec eas modo, &c.* Constituit præterea Aristo argumentationes quæ per transsumptionem efficiuntur ad has præfatas figuras debere reduci. Est autem hoc genus argum. quando sub subiecto conclusionis continentur multa, de quibus velle confirmare attributum sigillatim & seorsum, nimis difficile ac molestum existeret: atque ita transfertur disputatio ad vnum, de quo si semel confirmetur attributum, reliquitur itidem, & de aliis omnibus confirmatum. Sicut si afferatur in medium exagitandum, sintne omnia astra rotunda, & quia id de singulis astris in speciali examinare valde molestum foret, traducamus disputationem ad Lunam, v.g. vel aliquod aliud peculiare astrum, de quo si demonstretur esse rotundæ figuræ, idem de reliquis astris demonstratum iudicatur, constare nimirum illa sphærica figura. Ostendatur itaque Lunam esse rotundæ figuræ hoc pacto. Astrum illud cuius lumen augeturin orbem, haud dubie est rotundum: at Luna est astrum eiusce modi, lumen enim ipsius in orbem augeri aperte in suo pleni'unio intuemur: iam igitur Luna erit sphæricæ figuræ. Argumentum istud sicut & cætera huiusce modi est per transsumptionem, continetur que in prima figura sub darii. Quapropter hoc sicut & quodlibet aliud argumentorum genus, sub hisce figuris contentum erit.

CAPVT XXII.

De quibusdam theorematibus.

IAm vero in omni ratiocinatione necesse est extremum alterum affirmari. A. Vnum item in toto sumi: quippe cum sine vniuersali propositione nullus plane sit syllogismus: vel certe ad propositum non pertinebit, aut propositam initio quæstionem postulabit. Ponamus sane, Voluptatem ex musica esse honestam: Si quis igitur postulet, Voluptatem esse honestam, ab q; eo quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicat omnem, ratiocinatio nulla erit: quod si quandam honestam esse postulet, eamque aliam, hoc nihil ad rem propositam: sin eam ipsam roget, positam quæstionem sumit. Hoc autem clari cernetur in demonstrationibus mathematicis: verbi gratia, si probandum sit, qui in aquicruro ad basin sunt anguli, inuicem esse æquos: Ducantur ad centrum lineæ a b: iam si pro certo sumat, angulum a c æquum esse angulo b d, non omnino id postulans de semicirculorum angulis. Rursus si assumat angulum c angulo d æquum esse nec id in omni angulo sectionu sumat, tum si quærat, a totis æqualibus angulis, si æqualis tollantur, quæ restant æquales esse, propositum is posit labit, nisi sumat, si ab æqualibus æqualia auferantur reliqua esse æqualia. Hinc igitur perspicuum est, in omnu ratiocinatione quippiam vniuersale esse oportere, conclusionemque vniuersalem ex ambobus similibus in toto probari: eam vero, quæ sit in parte, tum hoc, tum illo modo. B. Vbi igitur conclusio in toto est, fines quoque in toto sumi necesse est. Vbi vero hi in toto sumuntur, fieri potest, vt conclusio non sit in toto. C. Planum est autem, in omni ratiocinatione, aut pronuntiata ambo complexioni similia esse necessario, vel certe alterum: non modo, inquam, qua aiat, aut neget, quin & qua necessarium sit, vel absolutum, vel accidens. D. Quod in aliu quoque dicendi rationibus observandum est. Constat autem ommno, quando futura sit, vel non sit ratiocinatio: quando item perfici possit, quando perfecta sit & vbicunque ratiocinatio fuerit, fines eo modo necessario esse collocandos, quo antea exposuimus.

1. Theo. PRimum theorema. In qualibet argumentatione, vel vtraque propositio, vel vna saltim debet esse aiens, nequit enim aliquid ex duabus negantibus inferri.

2. Theo. A *Vnum item, &c.* Secundum. In qualibet argumentatione, vel vtraque propositio, vel saltim altera debet esse vniuersa, nam si particularis extiterit, vel indefinita vel nihil, vel vtrumque, vel aliqua ex propositionibus tanquam conclusio infertur. Argumentemur hoc pacto in propositi theorematis exemplum. Voluptas est honesta: at voluptas ex musica proueniens est voluptas: voluptas igitur ex musica proueniens honesta erit. In hac enim argumentatione propositio æquualet huic particulari, aliqua voluptas est honesta Nunc vlterius. Vel per aliquam voluptatem intelligimus voluptatem prouenientem, v.g. ex Geometria, vel Astrologia, vel voluptatem eam quæ ex musica percipitur: si primam intellexerimus nihil certi colligimus, nam ex eo quod voluptas Geometriæ est honesta, quis obsecro inferre audebit, voluptatem Musicæ esse honestam? quod si alteram intellexerimus, ecquid quæso discriminis inter propositionem & conclusionem intercedet, cum hunc sensum propositio ipsa reddat, voluptas Musicæ est honesta, quod plane est vnum, & idem cum conclusione quæ in posita ratiocinatione inferebatur: Verum igitur erit propositum theorema.

3. Theo. B *Vbi igitur conclusio &c.* Tertium theorema. Si conclusio fuerit vniuersa, ambæ sumptiones debent esse vniuersæ: at si ambę fuerint vniuersæ, nequaquam necesse est conclusionem esse vniuersam, existentibus enim vtrilque vniuersis sequitur interdum conclusio particularis, vt in duobus prioribus modis tertiæ figuræ, darapti, & felapton, efficitur.

4. Tbi. C *Planum est autem, &c.* Quartum. Cuiuslibet ratiocinationis præmissæ, debent esse affines quodammodo & similes conclusioni, & è contra: ita vt si conclusio sit aiens, ambæ etiam præmissæ aientes existere debeant, & si negans saltim altera præmissarum debeat etiam esse negans: adhęc si necessaria extiterit conclusio, aut ambæ, aut altera earum ad minus debet esse necessaria: denique ipsa conclusione necessaria vel contingenti existente non possunt non aut ambæ sumptiones esse contingentes, vel de inesse, aut vna saltim earum.

Quod in aliis quoque, &c. Idemque obseruandum (inquit) est in aliis appellationibus, quia si conclusio est probabilis, aliqua etiam ex propositionibus erit probabilis: & si eadem falsa, vel impossibilis existat, aliqua etiam ex sumptionibus falsa: idem vel impossibilis erit: non tamen necessum est, quod si conclusio vera sit, aliqua etiam ex sumptionibus vera etiam existere debeat: potest namque verum ex falso interdum colligi, vt ex hoc falso, omnis arbor est homo, colligimus hoc verum: omnis arbor viuit, in hunc modum, omnis homo viuit, omnis arbor est homo, ergo omnis arbor viuit.

CAPVT XXIII.

Omnem ratiocinationem constare tribus terminis.

HOc etiam constat, demonstrationem omnẽ ex tribus terminis modo, non pluribus strui. Nisi forte per diuersa argumenta complexio eadem colligatur: *A. Vt si e complexio per a b. & c d. C.* aut per *a b, & a c, & b c*, probetur. Quid enim causæ est: quominus eiusdem complexionu probanda plura sint & diuersa argumenta? Vbi autem plura fuerint, plures quoque ratiocinationes erunt non vna. *C. Vel etiam vbi* pronuntiatum vtrunque *a*, inquam, *& b* syllogismo effectum fuerit, vt sit *a* per *d*, *b* vero *e f g*: vel alterum inductione, ratiocinatione alterum confirmetur. Eo quoque modo plures erunt ratiocinationes, cum complexiones sint plures: Nempe cum *a*, cum *b*, cum *c*. Quod si vna ratiocinatio fiat non plures, illo quidem modo licebit eandem conclusionem variis argumentis effici: *a d c* autem per *a b*, vt plura sint media, fieri nullo modo potest. Ponamus enim conclusionem *e*, qua ex *a*, *b*, *c*, *d* colligatur: profecto necesse est, ex iis quadam, ad alia rationem totius habere, alia vero partium. Id enim dudum ostendimus, vbi ratiocinatio sit quadam extrema inter se ita affecta esse oportere: faciamus igitur, vt *a a d b* ita affectum sit, profecto ex iis complexio quadam sequitur, eaque aut *e*, aut *c*, aut *d*, aut quæpiam diuersa ab iis. Quod si ipsum eundo concludatur, ex solis *a b* ratiocinatio constabit. Quod si ad rationem inter se totius, & partu habeant, quippiam quoque ex his efficietur. Nempe vel *e*, vel alterum ex illu *a b* vel etiam quippiam diuersum Quod si sequatur ipsum *e*, vel *a* etiam, vel *b*. profecto plures fuerint ratiocinationes, aut eandem conclusionem per fines diuersos probari accidet eodem modo, atque antea fiebat. Si vero quippiam ab iis diuersum sequatur, plures erunt ratiocinationes, eaque à se inuicem discretæ. Quod si illud *c* ad *d* non sit ita affectum, vt ratiocinationem componere possint, frustra sane sumpta sint: nisi forte aut ad inductionem, aut ad vim conclusionis occultandam, aut ob aliq ia aliam causam huiusmodi id fiat. Quod si ex ipsis *a b* diuersa quadam sequatur conclusio, non ipsum *e*: ex *c d* vero, aut alterum illorum, aut quippiam ab illis diue sum, plures sane ratiocinationes fient, non tamen ad quæstionem propositam: quippe cum propositum esset ipsum *e* syllogismo concludere. Quod si ex ipsis *c d* nulla conclusio efficiatur. frustra sane ea sumpta sint, nec conclusione colligetur initio proposita quæstio. Constat igitur omnem in vniuersum demonstrationem, omnem item ratiocinationem ex tribus tantum terminis strui.

Quot modi dicantur syllogismus compositus. Mod.

COnstituit Arist. omnem ratiocinationem ex solis tribus terminis cõstituendam esse, & connectendam, maiori nempe extremo, ac medio verbo, vt iam sæpe fuit repetitum: subiungit tamen hoc tantum esse in simplicibus syllogismis obseruandum, non vero in compositis, in quibus quidem plures quam tres termini collocari possunt. Contingit vero effici compositos syllogismos tripliciter.

A *Vt si, e, complexio, &c.* Nam dicitur primo aliquis syllogismus compositus, quando vnam eandemque conclusionem, iuxta eundem modum, eandemq; figuram per diuersa media confirmamus, vt si hanc conclusionem: Omnis homo est substantia nitamur per ista duo media suadere, animal scilicet, & viuens, & hoc in primo modo eiusdem primæ figuræ.

2. Mod. B *Aut per, a, b, &c.* Dicitur secundo aliqua composita quum vnam eandemque conclusionem inferimus per vnum quidem, ac idem medium, iuxta diuersas nihilominus figuras, quemadmodum si hanc conclusionem, aliquis homo non est albus, per medium istud quod scilicet, Æthiops sit, concludamus, non in prima solum, sed & in secunda & tertia figura, cum possit illa, sicuti & quælibet alia conclusio particularis negans, secundum omnes figuras demonstrari.

C *Vel etiam vbi, &c.* Dicitur tertio aliqua ratiocinatio multiplex, quando illa iam semel proposita, regredimur rursus ad singulas ipsius propositiones cõfirmandas Velut si proposita hac argumentatione. Omne animal est substantia, omnis homo est

Universidad de Deusto
Biblioteca

animal: igitur omnis homo est substantia, studeamus iterum singulas propositiones præfatæ ratiocinationis sigillatim confirmare. Propositionem maiorem ad hunc modum omne viuens est substantia: omne animal est viuens: igitur omne animal est substantia. Minorem vero hoc etiam alio pacto. Quicquid sentit est animal: atqui omnis homo sentit: omnis igitur homo est animal. Quod si quis (inquit Aristot.) velit omnes huiusmodi argumentationes, vnius, & eiusdem ratiocinationis nomine donare, eo quod quidpiam vnum, & simplex confirment, parum refert, id efficiat nec ne? dum tamen singulam quamque earum, vnam simplicem argumentationem appellet, non compositam.

CAPVT XXIV.

Omnem ratiocinationem constare duobus pronuntiatis.

QVod cum plane intelligatur, perspicuum quoque est, duobus tantum pronunciatis eam constare, non pluribus: quippe cum tres termini duo tantum pronuncia efficiant, nisi quippiam extrinsecus accedat ad perficiendum ratiocinationem, vt initio à nobis dictum est: Vnde luce clarius apparet, in qua ratiocinatione pronuntiata non sunt paria, ex quibus principalis conclusio efficitur (oportet enim nonnullas ex complexionibus antecedentibus pro sumptionibus accipi) eam inquam argumentationem, aut nihil colligisse, aut plura postulasse, quam quæ ad quæstionem necessaria essent. A. Itaque si ratiocinationes in potioribus tantum pronuntiatis cernantur, ex his paribus omnes struuntur, terminis vero imparibus: Cum hi pronuntiata vno vincant: complexiones autem dimidia pars pronuntiatorum erunt. At vbi probabitur conclusio per ratiocinationes antecedentes, vel per media plura non coniuncta, vt si ab per c, & d probetur: numerus terminorum eodem modo vincet numerum pronuntiatorum: terminus enim ille insertus aut extra collocabitur, aut medius inseretur. Quod cum vnius modo fiat, pauciora erunt interualla extremis: pronuntiata autem æqualia sunt interuallis. Nec vero hæc perpetuo paria erunt, illi vero impares, sed vicibus permutatis, cum pronuntiationes pares fuerint, terminis erunt impares: vbi vero hi sint pares, pronuntiationes erunt impares, quippe cum adiuncto extremo (no. simul accedat pronuntiatarum vnum, (Vndecunque extremum illud accedat. Quia igitur pares erant propositiones, termini vero impares, (vbi sit ea accessio, necesse est id permutari: complexiones vero eandem rationem non seruant ad terminos & prolocuta. Vbi enim extremum (num accedit, adiicientur simul complexiones (na tantum pauciores extremis antegressis. Terminis enim aliis sua cuique efficitur conclusio, vltimo tantum non sic. Vt si ipsis a, b, c, adiiciatur ipsum d, continuo accedunt conclusiones duæ: altera quidem ipsi a altera vero illi b. Quod idem fit & in aliis. Quod si terminus ille medius inseratur eadem erit ratio. Tantum enim ad vnum non concludit. Plures igitur erunt complexiones & extremis & pronuntiatis.

Par. maioratio. esse duas.

PArtes minores syllogismi sunt termini, maiores vero propositiones ipsæ, vt cuilibet apertissimum est. Quare cum ostenderimus capite superiori, partes minores ratiocinationis simplicis, non esse plures quam tres, optimo ordine sequitur in hoc cap. inuestigandum, quot extent maiores partes eiusdem. Eas igitur tantum esse duas, nimirum duas propositiones ex quibus quilibet syllogismus constituitur, constabit apertè hoc vnico argumento. In qualibet ratiocinatione dantur tres termini, & non plures, nec pauciores: atqui tres termini, duas tantum constituere possunt propositiones: igitur duæ solæ erunt partes syllogismi, duæ nimirum propositiones ex terminis minoribus ipsius syllogismi conflatæ. Confirmatur assumptio. Medium verbum solum potest vniri, vel cum maiori, vel cum minori extremo: si cum maiori vniatur, remanet constituta propositio, si cum minori assumptio supereſt composita: tantum igitur erunt partes ratiocinationis duæ propositiones. Nec hoc

in alis

in aliis præterquam in simplicibus syllogismis est intelligendum, in compositis namque vel continuis, vtpote quando multi concludunt eodem spiritu vnam conclusionem, vel disiunctis vt cum sunt plerique quorum quilibet colligit suam conclusionem, certum est quod pleræque propositiones concurrunt ad syllogismum aliquem constituendum, vt exemplis cap. superiori adductis potest cuilibet esse manifestum.

A *Itaque si rationes, &c.* Colligendum hinc erit (ait Arist.) in ratiocinatione simplici, & potissima partes minores, esse impares, at vero partes maiores esse inter se pares, ac æquales, eo quod partes minores ipsius sunt ipsi termini, qui quidem sunt tres, atque hoc ipso impares: cum numerus ternarius sit numerus impar: at partes maiores eiusdem sunt duæ propositiones, numerus autem binarius numerus est par, & æqualis. Et hoc ipsum tantum etiam intelligi debet de syllogismis simplicibus, ac minime de compositis in quibus nonnunquam termini ipsi pares existunt, & econtra propositiones ipsæ impares, quamuis contrarium sæpe etiam eueniat.

CAPVT XXV.

Quænam Quæstiones facilius, & quæ difficilius confirmentur.

QVando vero ex nostra disputatione intelligitur, quæ sunt ea, de quibus struuntur syllogismi, qualis item in quaque figura, quotque modis probari possint, facile quoque intelligere possimus, quænam quæstiones ad probandum difficiles sint, quæ item paratæ & faciles. Sunt enim ea faciles ac expedita, quæ per plures figuras, modos item ac casus concludantur: quæ vero in paucioribus probantur, & per casus non item multos, ea magis sunt difficiles & perplexæ. A. Sane affirmatio (niuersalis per primam tantum figuram concluditur, idque vno tantum modo. Negatio vero per primam & mediam, ac per illam (na tantum ratione, per hanc vero duobus modis. Affirmatio autem, quæ est in parte in prima, & postrema figura concluditur: ac in prima vno tantum modo, in postrema tribus. Negatio vero in parte in omnibus figuris probatur, præterquam quod in prima (nico tantum modo, in media vero duobus, in postrema tribus. Vnde planè liquet, (niuersalem affirmationem agre admodum astrui, euerti autem facile. B. Est autem omnino facilius multo, quæ in toto sunt quæstiones euertere, quam quæ in parte. Nam seu in nullo, seu in aliquo non insit, euertuntur: quorum hoc in omnibus figuris efficitur: illud autem in duabus. Eadem est ratio priuantium. Nam seu in toto sit, seu in aliquo, tollitur quæstio proposita: id autem in duabus figuris fieri posse diximus. In iis autem, quæ in parte sunt quæstiones, (nico modo fit refutatio: nempe si aut in toto, aut in nullo rem esse probes. C. Ad confirmandum autem magis sunt expedita quæstiones in parte, quippe cum & in pluribus figuris, & per plures modos concludantur. Et vt semel finiam, neminem ignorare oportet, quæ sunt in toto quæstiones, per eas quæ sunt in parte, has vero per illas vicissim refelli. In confirmatione autem vniuersales quæstiones per particulares astrui minime possunt: hæ vero per illas maxime. Illud etiam constat, refutandi negotium facilius esse multo quam confirmandi. Ex iis igitur, quæ exposuimus, perspicuum est, quæ via struatur omnis ratiocinatio, quot extremis ac prenuntiatis ea constet, quamque hæ rationem inter se habeant, quæ item quæstiones in quibus figuris concludantur, quæ item in pluribus, quæque in paucioribus probentur.

Quanam concludant in singulis figuris.

VT explicet Aristo. quæ quæst. facilius, & quæ difficilius confirmentur aut refellantur, prius ostendit quænam quæstiones concludantur in singulis figuris ex tribus superius constitutis.

A *Sane affirmatio, &c.* In primo inquit modo primæ figuræ tantum potest concludi vniuersa affirmans: Vniuersa vero negans, & in prima, & in secunda figura inferri consueuit, in prima quidem iuxta modum secundum ipsius qui est Celarent, in secunda vero iuxta duos Cæsare nempe & Camestres. Rur. particularis a ens in prima & in tertia figura infertur, in prima penes modū Darii: in tertia vero iuxta Darapti, Disamis, & Datisi. Demum particularis negans in omnibus figuris illata reperitur, in prima iuxta vltimum modum qui est Ferio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

i. secunda iuxta Festinu, & Bara. in tertia denique iuxta Felapton Bocardo & Ferison. His præmissis duas assignat Arist. regulas ad dignoscendum quænam quæstiones iam inter aientes & negantes quam inter vniuersas, & particulare fallitas multo quam alię confirmari possint vel refutari.

1. Regu. *Est autem omnino talis. &c.* Prima regula est. Quæstiones vniuersales siue aientes, siue negantes, facilius multo refutari possunt quam particulares, velut hæc propositio, vniuersa omnis, vel plures esse bonam humorem cum difficultate refellerentur, quam refelli hæc particularis possit, scilicet aliqua voluptas est bonum. Huius hæc reddetur ratio. Propositionibus vniuersalibus refellendis, patent viæ duæ per vniuersam et quæ refellenda est oppositam, alia vero per alteram particularem contradicentem. Quemadmodum nuper assignata propositio, omnis iustam potest, & per hanc vniuersalem contrariam, nulla voluptas est bonum. & per istam alteram particularem contradictentem, aliqua voluptas non est bonum. E contra vero particulares propositiones, per solas alias particulares subaduersas reiici queunt, velut hæc, aliqua voluptas est bona, tantum refellitur per hanc aliam particularem subaduersam, aliqua voluptas non est bona.

1. Regu. *Ad confirmandum autem, &c.* Secunda regula est. Quæstiones particulares maiori cum facilitate confirmari queunt, quam quæstiones vniuersales, idque ob duas itidem rationes. Prima quia particulares concludunt in pluribus figuris, velut particulares affirmantes in prima, & in tertia figura, cum vniuersales affirmans, in sola prima figura concludatur. Eandemq; particularis negans, in omnibus figuris concluditur, vniuersa autem etiam negans in sola prima & secunda. Secunda ratio est quia particularis aliens, & per se ipsam, & per vniuersalem etiam aientem suadetur, quemadmodum hæc aliqua voluptas est bona, & per se ipsam confirmatur quia nimirum aliqua voluptas est delectabilis, & per vniuersalem etiam, quia omnis voluptas est delectabilis, quia quem. dmodum singulare continetur in vniuerso, ita etiam quod de vniuerso demonstratum est, de particulari confirmatum iudicatur. Vnde inquit Arist. concludendum est facilius esse aliquid refutare, quam confirmare, plura namque media ad illud præstandum se offerunt, & id haud dubie facilius est, ad efficiendum plura media sese possunt offerre

CAPVT XXVI.

De copia pronuntiatorum paranda.

IAm vero exponendum nobis est hoc loco, quo pacto ratiocinationum copia nobis semper suppetat ad quæstionem, quaque via ac ratione in ea vnaquaque sumamus. Neque enim satis est, syllogismorum formandi rationem nosse, nisi eorum componendorum facultatem habeamus. Rerum igitur omnium quædam tales sunt, quæ tantum alio vere & in toto dicantur, vt Cleon, & Callias & quicquid singulare est, & subijcitur cadit. In his vero alia dicuntur: eorum enim vterque, & homo est, & animans: alia vero de aliis quidem dicuntur: alia vero priores de hominem. Nonnulla de aliis dicuntur, & de his alia, vt homo de Callia dicitur. de homine animal. Constat igitur res quasdam esse, quæ de nullo alio subijciuntur: quæ enim subiectum cadunt, omnia ferme talia sunt vt in singulis dicantur, nisi accidente: dicimus enim hominem quendam, hoc album esse Socratem, illud quod accidit esse Callian. Quod autem sursum versus procedendo aliquando sit statuo, alio loco iterum dicemus ac confirmabimus: id hoc loco quasi concessum assumamus. In his igitur concludi non potest aliud dici, nisi forte quorundam opinione id fiat: sed ex ipsa in alia dici. Nec item singularia in aliis, sed alia in illa dici. Quæ autem in su media sunt, vtramque rationem admittere possunt. Nam & ipsa de alio, & alia de ipsis dicentur: ac omnis ferme disputatio, ac commentatio de iis potissimum instituitur. In iis autem omnibus propositiones hoc modo sumendæ sunt. A principio proponendum est, de quo agitur & eius sinonima, ac omnes res proprietates: tum res consequentia, & antecedentia, ac repugnantia ea, quæ inesse nullo modo possunt: nec enim ea sunt sumenda, in quibus esse nequit, cum retro commeet negatio: & in consequentibus distinctione est vtendum. quæ sint quæ in re essentia sint posita; quæ vero illius proprietates, quæ item vt accidentia dicantur in re; quæ quæ

nam opinione sint in re, quæ re vera. Nam quo maior fuerit eorum omnium vis ac copia eo expeditius propositum concludemus: quo autem breviora fuerint, melius rem demonstrabimus. Cæterum antem ea deligenda, non quæ rem aliquam, sed quæ tectam constituunt: veritatis causa, non sunt sumenda, quæ hominem alicui, sed quæ omnino sint consequentia. Constat enim ratiocinatio vniuersalibus pronunciatis: vbi autem sumitur indefinitum effatum, antiquum est vniuersale sit necne: cum definitum est facile intelligitur. Eadem modo sumenda sunt antecedentia ea, quæ in toto genere sint antecedentia, idque ob eam ipsam causam D. Nec vero sumendum est, consequens totum sequi, nempe ad hominem omne animans aut ad musicam omnem scientiam: sed sequi tantum, quemadmodum etiam proponimus. Illud enim præterquam quod inutile est, fieri sane nullo pacto potest: verbi causa, vt omnis homo, sit omne animans, aut iustitia omne bonum: antecedentia vero illi quidem iungi solet illud omne. E. Cum autem ab aliquo continetur propositum cuius consequentia sint sumenda, tum non sunt ea deligenda, quæ illud quod magis generale est sequantur, vel non sequantur, quippe cum in illis tam sumptis sint. Quæ enim animans consequuntur, ea quoque omnia hominem sequuntur: quæ vero in illo non insunt, ne in hoc quidem reperiuntur. At consequentia propria vnicuique rei sumi debent, quippe cum quædam sunt species peculiaria non communia generi: in formis enim diuersis necesse est quædam propria consequentia reperiri. Nec vero in eo quod generalius est eius quod subeo continetur quærenda sunt antecedentia, velut in animali hominis antecedentia. E. Nam si animans hominem consequitur, necesse est omnia quidem hominis antecedentia etiam animalis esse antecedentia: attamen ad hominis antecedentia. d. dictum proprie pertinent: sumi quoq; debent, quæ plurimum consequuntur, vel antecedunt. Nam ad quæstiones eas, quæ plurimum eueniunt, ratiocinationes struuntur ex pronunciatis aut omnibus, aut nonnullis, quæ plurimum ita sint: quippe cum complexio ratiocinationis cuius ne fuerunt veritatem similitudinem quandam referat. G. Nec vero ea deligenda sunt, quæ omnibus quæstionis propositis verbis sunt consequentia, vt ex quibus ratiocinatio componi nequeat, cuius rei causa in progressu aperietur.

IN secunda parte huius primi lib. instituit Arist. disputare de ratione inueniendi medium ad omnem quæstionem propositam concludendam, quam disputationem exorditur a generali quadam diuisione Eorum (inquit) quæ sunt, quædam non dicuntur de aliquo per se quamuis accidentario de eodem dici queant, cuiusmodi sunt singularia omnia. vt Socrates non dicitur de aliquo per se, & proprie, quamuis contingat accidentario eundem de aliquo effetri, velut cum dicimus, veniens est Socrates. Alia vero sunt quibus nihil synonyme predicatur, nisi iuxta Platonicos diuntaxa existimates, ens, quemadmodum & vnum, habere se velut genera quædam catego. ipsa vero de omnibus effruntur. Tandem alia sunt media inter ipsa genera suprema, & indi idua, ac quibus quæ superiora enuntiantur, quæ tutius de subinferioribus dicuntur. Huiusmodi est vtrum animal, corpus animatum, & corpus, de corpore enim substantia dicitur, rursumque corpus ipsum de corpore animato, inferiori tædicatur, idemque est de aliis. Huiusmodi iacto fundamento illico, ac proponitur nobis aliqua quæstio exagitanda, attente sumus statim aspicienda ipsius partes, subiectum scilicet, & attributum, his enim cognitis, maior se offeret propositionum copia, ad colligendam quamlibet conclusionem. Sunt igitur ad hoc præstandum quæ sequuntur theoremata diligenter accurateq; obseruanda

1. The. A *Principio proponendum est &c.* Primum theorema est. Proponenda sunt tam subiecta, quam attributa, quam etiam antecedentia, consequentia & repugnantia. Antecedentia dicuntur ex quibus aliqua consequuntur: consequentia e contra appellantur quæ ex aliis in recta argumentatione colliguntur, vt homo, v. g. est antecedens animalis, & animal est consequens eiusdem, aperte enim procedimus ab homine ad animal: in hunc modum, homo est, ergo animal est. Breuiter omnia vnico verbo complectamur omne inferius est antecedens respectu sui superioris, & e contra omne superius extat consequens respectu sui inferioris, dicere enim in quali-cumque accurata argumentatione ex inferiori colligere superi. Quæ autem sint inter se repugnantia, fiet manifestum ex his diuisionibus quæ in eo continentur, & nobis solum sufficit inuestigasse, ea quæ ad subiectum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam etiam quoad attributum, nam præter hęc etiam vtriuſque proprietates & diffinitiones inquirendæ erunt.

2. Theo. B *In conſequentibus, &c.* Secundum theore. Diſtingui etiam debent ea quæ conſequuntur ſubiectum, & attributum, quædam enim ex eis conſequuntur ſubiectum vel attributum ſecundum eſſentiam, hæc ſunt, genus, differentia: ac tota ſimul diffinitio. Alia autem ſolum conſequuntur hoc vtrumque ſecundum accidens, velut proprium, & commune accidens, nam riſibilitas, v. g. accidentario conſequitur hominem, ſicuti, & calor, vel frigus, aliaque pene innumera accidentia, per accidens eundem conſequuntur. Ex his vero poſtremis conſequentibus, quædam conſequuntur rem ſecundum opinionem, qualia ſunt ea quæ probabiliter dumtaxat alicui rei attribuuntur: alia vero ſecundum rem, cuiuſmodi extant omnia neceſſaria.

3. Theo. C *Sunt autem ea diligenda, &c.* Tertium. Ad concludendam aliquam quæſtionem ea deligi debent conſequentia, quæ conſequuntur totum antecedens, & non aliquam tantum eius partem. Quemadmodum ſi hoc nobis concludendum proponamus, nimirum, omnem hominem eſſe ſubſtantiam, nequaquam ſumpturi ſumus album vel muſicum, quæ vtraque de aliquos dumtaxat, & non omnes homines conſequuntur, quin potius accipere debebimus, animal, quod quemlibet hominem conſequitur. Ratio autem huius rei eſt quia conſequens quod quoad ſolam partem ſequitur conſtituit propoſitionem particularem: iam vero conſtitutum reliquimus ſupra cap 22. ex præmiſſis particularibus. nihil poſſe cõcludi. Et hoc ipſum quod de conſequenti docere definimus, id ipſum penitus de antecedente etiam cenſendum eſſe iudicamus, depromi enim debent antecedentia quæſtionis, quæ non partem tantum, ſed totum etiam conſequens antecedant.

4. Theo. D *Nec vero ſumendum, &c.* Quartum theore. Nota vniuerſa omnis nequaquam debet addi conſequenti, ſed potius antecedenti: nam id ipſum fieri debet, quod eſt effectum in ſimplicibus conſtituendis. Quemadmodum enim in illis, vt late docuimus 1. lib. de interpreta cap nota vniuerſa nequit addi attributo, ita etiam minime eadem debent addi conſequenti ſed antecedenti dumtaxat. Inprimis quia ſi deretur conſequenti, nihil colligeremus: deinde quia fere ſemper illud exiſteret falſum, & impoſſibile, nam ſi ita dicamus homo eſt, ergo omne animal eſt, haud dubie antecedens verum eſt, cum tamen conſequens ſit impoſſibile neque enim fieri poteſt omnem hominem eſſe omne animal.

5. Theo. E *Cum autem ab aliquo, &c.* Quintum theo. Minime petenda ſunt conſequentia remota, ſed potius proxima, eo quod remota iam cerni poſſunt in proximis contenta. Sicut ſi concludere velimus huiuſmodi propoſitionem, omnis homo eſt ſubſtantia, non eſt quod ad id accipiamus conſequens aliquod remotum corpus v. g. animatum, ſed ipſum potius animal quod extat conſequens proximum, iam enim in animali cernitur ipſum corpus animatum incluſum, ac contentum. Id ipſumque in antecedentibus debet etiam obſeruari, vt nimirum non vſurpentur antecedentia remota, ſed ea quæ proxima ſunt conſequenti.

6. Theo. F *Nam ad quæſtiones eas, &c.* Sextum. Ad concludendam quæſtionem, ex iis rebus compoſitam, quæ vt in plurimum eodem modo ſeſe habent, exiſtuntque verifimilia ſat etiam eſt inueniri media, quæ verisimilia quoque cenſeantur, ac vt in plurimum ita ſeſe habentia, debet enim intercedere quædam affinitas inter præmiſſas, & concluſionem.

7. Theo. G *Nec vero ea, &c.* Septimum. Volentibus concludere quæſtionem aliquam, non eſt ſumendum id quod conſequitur tam ſubiectum, quam attributum. Ratio eſt, quia ſi medium conſequeretur vtrumque & ſubiectum ſcilicet & attributum, fieret vt in aliqua figura. (ſecunda v. g.) ſequeretur concluſio, ex duabus aſſertibus, cuius contrarium docuimus nequaquam fieri poſſe. Nam ſi proponatur hæc quæſtio. num ſcilicet omnis homo ſit particeps rationis, ſumamus q; vt medium, ipſum animal, quod conſequitur vtrumque tam ſubiectum quam attributum, concludemus aliquid ex duabus aſſertibus, in ſecunda figura ad hunc modum. Omne rationis particeps eſt animal: atqui omni homo eſt animal ergo omnis homo eſt particeps rationis. Quod genus argumentandi non caret vitio, vt in ſuperioribus oſtendimus.

CAPVT XXVI.

De inuentione medij in ratiocinationibus.

A. Eſt igitur, qui aliquid de aliquo toto confirmare velit, in ea inſiciendum eſt, quæ illi ſubiiciuntur, quod ſit aſtruendum, de quibus illud dicatur. *Item in conſequentia omnia eius, de quo id dici debeat. Nam ſi tale aliquid vnum & idem reperiatur, neceſſe eſt alterum in altero eſſe. B. Si vero ſit probandum non in toto, ſed in aliquo tantum eſſe, ſumenda ſunt vtriuſque antecedentia. Si enim huiuſmodi aliquid vnum ſit, neceſſe eſt alterum in altero aliquo eſſe. C. Quando vero concludendum erit, quippiam in alio nullo eſſe, tum vtio habenda eſt conſequentium eius, in quo aliud non eſſe probandum eſt: expendenda ſunt & repugnantia, quæ ineſſe nequeunt ei, quod probandum eſt non ineſſe: At vero contra, ſubiecti repugnantia, & attributi conſequentia accipienda erunt. Nam ſi hæc vtruiuis in vnum atque idem aliquid cadere reperiantur, ex eo, alterum in altero nullo eſſe conficietur: ita enim fit ratiocinatio, modo in prima figura, modo in media. D. Quod ſi in aliquo aliud non eſſe concludendum ſit, eius antecedentia accipienda ſunt, cui alterum non ineſſe docetur: & earepugnantia, quæ ei ineſſe nequeant, quod in altero non eſſe probandum eſt. Nam ſi quod vtrumque hoc ſit aliquid vnum, & idem reperiatur, neceſſe eſt, vt alterum in altero aliquo non reperiatur: Verum quæ à nobis dicuntur, ſingula hoc modo forſan magis erunt perſpicua. E Conſtituamus enim conſequentia ipſius a in b, eius vero antecedentia in c, repugnantia vero, & quæ illi ineſſe nequeant, in d: rurſum in f. intelligantur ea, quæ ipſi ei inſunt: antecedentia vero, & quæ ipſum conſequitur in g: ea autem quæ ipſi ineſſe nequeant in h. Sane ſi quod dam c cum aliquo f ita conueniat vt idem aliquid ſit vtrumque, neceſſe eſt a in toto e eſſe: ipſum enim f in toto e ineſt, a vero in toto c: ita fit, vt a ſit in toto e. Quod ſi c, & g idem ſint, neceſſe eſt a in aliquo e reperiri: quippe cum a conſequatur c totum: e vero ipſum g quoque ſequatur omnino. Quod ſi forte f, & d conueniant, in nullo e inerit a, atque per prosyllogiſmum. Cum enim negatione vtipropoſitur, & f. & d idem ſint, in nullo f erit a: e vero in toto f ineſt. Rurſus ſi b. & h cõcurrant, in nullo e ipſum a inerit: nam b in toto a ineſt, in e vero nullo: cum ipſum b cum h idem ſit, & h in nullo e ineſſe diximus. Si vero d, & g in idem redeant, a in aliquo e non erit. Nam in ipſo g non erit a: quandoquidem ne in d quidem ineſt: g vero ſub e continetur, ita ipſum a in aliquo e non erit. Quod ſi g, & b eadem ſint, inuerſa erit concluſio. Nam g in toto a erit, quippe cum b ſit in toto a: e vero in toto b, cum idem ſit atque g: hinc non efficitur neceſſario, vt a ſit in toto e: at in aliquo eſſe eſt neceſſe, quia reciprocatur affirmatio in toto in eam, quæ ſit ex parte. Conſtat igitur in vtraq; cuiuſuis quæſtionis parte, ea eſſe ſpectanda, quæ diximus, cum ex his ſtruantur ratiocinationes omnes. F. Ac in conſequentibus quidem, aut cuiuſuis rei antecedentibus inueſtiganda, priorum ac communiorum ratio eſt habenda potiſſimum: verbi cauſa, in ipſo e potius quærenda ſunt l f, quam ſ tantum: in a etiam ſunt prius ſumenda l e, quam e tantum. Nam ſi a in c f reperitur, tum in f, tum in e ineſt. Quod ſi illa non ſequatur, fieri poteſt, vt ipſi f ſit conſequens. Eadem eſt ratio habenda in antecedentibus illius. Nam ſi communioribus ſit conſequens, a quoque ſequetur, quæ illis continentur: quod ſi illa non ſequatur, hæc tamen ſequi poſſit. G. Apertum eſt autem ac perſpicuum in tribus extremis, ac pronuntiatis duobus rationem illam eſſe poſitam. H. Omnes item concluſiones in tribus figuris ſuperioribus efficit: tum enim probamus ipſum a in toto e reperiri, cum c, & f eadem ſint, ex hu autem medium efficitur: extrema autem ſumpta ſunt a e, ita fit prima figura: illud autem in ipſo aliquo oſtenditur, cum c & g pro eodem ſumuntur quo modo efficitur figura poſtrema: ipſum enim e g pro medio habetur, in nullo vero eſſe concluditur, cum d. & f eadem ſint: a tum & prima, & media figura efficitur: prima quidem, quia a in nullo f ineſt, quandoquidem ret-ocedit negatio: f autem in toto e ineſt. Media vero efficitur, quia d in nullo a reperitur: in e vero toto ineſt. Colligitur autem in aliquo non eſſe, cum d, & g eadem ſint, quomodo poſtrema figura ſtruitur. Nam a in nullo g ineſt, e vero in eo toto eſt. Hinc igitur luce clarius apparet omnem ratiocinationem in figuru illu fieri, quas expoſuimus. I. Nec in delectu ſumenda eſſe vtriuſq; conſequentia, vt ex quibus nulla ſtruatur ratiocinatio: ex conſequentibus enim nulla plane fuit confirmatio: nec item quippiam negare licet ex vtriuſq; conſequentibus. Nam ad hoc efficiendum oportet aliquid in vno eſſe, in alio non item. Hoc autem per ſe eſt manifeſtum, alias omnes rationes, ac via delectus habendi ad ſtruendum ſyllogiſmum, eſſe plane inutiles: nempe ſi conueniant vtriuſque

Universidad de Deusto
Biblioteca

consequentia, aut antecedentia ipsius a. & repugnantia, quæ ipsi e inesse nequeunt, vel quæ neutri e inesse possunt. ex iis enim nulla est ratiocinatio. Nam si conuenientia eodem conueniant vt b, & ipsi tertiæ mediæ figuræ ex ambobus pronuntiatis assumantibus: si vero eadem sint antecedentia ipsius a, & quæ nec esse non possunt, vt e. & h, sit prima figura ex posteriore pronuntiato privante. K Quod si eadem sumantur, quæ neutri ineant, vt d & h, privantia sunt ambo pronuntiata in prima aut media figura, quo modo nulla efficitur conclusio. Quod autem certa quadam ea lem sumi oporteat, non alia aut aduersa ea, quæ hac arte concluduntur hinc erit apertum L. Primum, quod cura ac cogitatio tota medij inuestigandi causa suscipitur, medium autem omne est sumendum & idem, non varium, de inde in quibus contingit fieri syllogismum, ex eo quod contraria aut ea quæ eidem inesse nequeunt, semper sunt; omnia ad superiores modos referentur, vt si b, & f sint contraria, aut quæ in eodem esse nō possunt. Nam si hæc ita sumantur, concludetur a in nullo e esse, quod ex iis sumptionibus non efficitur, sed ex ratione superiori. cum enim b sit in toto e, & in nullo a, necesse est vt b cum aliquo horum conueniat. M. Præterea si b, & f inuicem esse non possint, concluditur a in quodam e non esse, nam ex eo modo fiet media figura. Nam b in toto e inerit, & in nullo g: ita g omniet cum aliquo d: nihil enim refert an b, & g ei em repugnent, & inesse nequeant: an g cum quodam d sit idem. Nam in d comprehensa sunt omnia, quæ repugnant vi si a: liquet itaq; ex hac ratione huiusmodi, nullam effici ratiocinationem. Quod si b & f sint aduersa, profecto b cum aliquo g conuenit: atq; ita ex iis efficitur conclusio. Profecto qui res eo modo obseruant, iu accidere vt eiam quandam ac rationem aliam inuestigent ab ea, quæ necessaria sit: idq; quia non intelligunt, b & h eadem esse.

QVæ dicta sunt ab Arist. in cap. superioti exactius multo intelligentur in hoc cap quatuor ppositis theorematibus, quibus edocemur, qua ratione inueniri possit medium ad quamlibet ppositionem concludendam tam aientem, quam negantem, tam vniuersam quam particularem.

Primum. A *Ergitur, &c.* Primum est Ad conclud. propos. vniuersam aientem, inueniri debet medium quod sequatur subiectum, & antecedat attributum, velut si illaturi simus in recta consequentia propositionem hanc, omnis homo est substantia, deligendum est, animal, quod est consequens hominis qui est subiectum & antecedens substantiæ quæ est attributum, ita vt hoc modo argumentemur. Omne animal est substantia omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia.

Secundum. B *Si vero sit prouandum, &c.* Secundum Ad inferendam propositionem particularem aientem sumendum est medium quod antecedat vtrumque tam subiectum, quam attributum: sicut si se offerat concludenda huiusmodi propositio, aliquod animal est album, sum debebit cygnus tanquam medium, cum & animal, & esse album antecedat & ita connectetur huiusmodi argumentum in 1. cap. 1 Omnis cygnus est albus: omnis cygnus est animal: ergo aliquod animal est album.

Tertium. C *Quande vero, &c.* Tertium theorema in duas secatur partes. Prima est si colligenda sit propositio vniuersa negans, excogitandum erit medium consequens subiectum, attributo autem repugnans. Vt si hanc concludenda, exempli causa, hæc propositio, nullus homo est lapis, accipiendum erit vt medium, animal, hoc enim & consequitur hominem, & repugnat lapidi, quo accepto ita plane argumentabimur in celaret. Nullum animal est lapis: omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis. Secunda pars. Ad eandem propositionem concludendam, etiam potest vsurpari medium quod è contra sit consequens attributi, & repugnet ipsi subiecto, velut si ad eam quam assignauimus propositionem concludendam, acciperemus: animatum quod consequitur lapidem, & repugnat homini, recte sane in hunc modum progrederemur iuxta secundum modum secundæ figuræ Camestres. Omnis lapis est inanimat⁹, nullus homo est inanimatus, ergo nullus homo est lapis.

Quartum. D *Quod si in aliquo, &c.* Quartum theorema. Ad concludendam particularem negantem, debet vsurpari medium, quod & subiectum antecedat & attributo ipsi repugnet. Si v.g. concludenda huiusmodi propositio particularis negans aliquod animal non est album. Profecto ad hoc præstadum nihil aliud tanquam medium, aptius & accuratius vsurpari poterit quam corvus, hic enim & antecedit animal & albo repugnat quo certe assum pto velut medio, accurate procedemus hoc pacto, iuxta secundum

modum

modum tertiæ figuræ. Nullus cornus est albus: omnis cornus est animal: ergo aliquod animal non est album.

Facilium explica. horum 4. theo.

E *Constituamus enim, &c.* Hæc quatuor clarius multo conatur Arist. explicare adducit in medium his literis, ac elementis A, B, C, D, E, F, G, H, quorum singulæ suas obtinent significationes. A significat attributum quæstionis, E, subiectum eiusdem, B, indicat consequentia, C, antecedentia ipsummet attributum declarat, D, vero exprimit ipsi attributo repugnantia Rursus, F, significat consequentia subiectum, G, id ipsum antecedentia denotat ac denique, H, eidem subiecto repugnantia declarat. Sumamus exempla horum omnium, singulis elementis propositis respondentia. Sit in primis attributum bonum, & voluptas subiectum ita vt dicamus omnis voluptas est bona: & assignati attributi consequentia statuantur, vtile, optandum, prosequendum, &c. antecedentia vero fœlicitas, valetudo secundum naturam perfectum, & reliqua huiusmodi. Adeniq; eidem repugnantia imperfectum, fugiendum, noxium & aqui id genus Rursus præfati subiecti voluptatis scilicet supponantur consequentia motus, actio, appetendum, & alia: antecedentia satietas, abundantia, gloria: ac demum repugnantia morbus, labor, indigentia, timor & quæ sunt alia huiusmodi. Iuxta proposita elementa confirmat Arist in textu quæ nuper tradidit præcepta, verum quia facilimum erit cuilibet ex antecedēt bus consequentibus, & repugnantibus exempla depromere illud explicare prætermisimus.

Obsir. F *Ac in consequentibus, &c.* Postquam Arist conclusit variis argu optime esse præfata præcepta a se constituta, circa inuentionem medij ad quamlibet quæstionem propositam hoc animaduertit esse in consequentibus sumendis ob eruandum, vt scilicet quæ vniuersaliora sunt excipiantur. Quemadmodum si concludendum occurrat, omnem hominem esse substātiam, non erit ad animal immediate confugiendum, sed corpus animatum, vel corpus ipsum etiā vsurpandum, hæc enim pacto pluta sese nobis offerent media, quibus attributū de subiecto concludere possimus. Nec dispar est de antecedentibus habenda ratio, sunt enim & inter ipsa etiam ea quæ vniuersaliora existunt deligenda Hac enim ratione iuxta quoq; media coaceruabimus, nam si ex magis vniuersis sequatur optime subiectum, & attributum, haudquaquam ita quoq; illud ex minus vniuersis colligetur: vt si homo sequatur ex Philosopho, etiam ex Socrate colligetur, quamuis si ex vniuersalioribus neutrum horum consequatur, certe ex minus vniuersis ipsam inferri nonnunquam poterit, sicut licet ex bipede quocunque non sequatur homo, ex bipede tamen terrestri, idem optime colligi poterit.

1. *Conf.* G *Apertum est autem, &c.* ex dictis hactenus quædam consectaria colligit Arist. Primum optime constitutum esse supra cap. 25 & 24 quamlibet ratiocinationem ex solis tribus terminis, duabusque propositionibus componi. Quod hinc fit manifestum, quia si in quauis quæstione duntur duo termini, subiectum scilicet, & attributum, præter quæ inuenicndum etiam est aliquod medium quo attributum concludatur de subiecto, tres proculdubio erunt in qualibet ratiocinatione termini, medium scilicet maius, & minus extremum. Tum si medium tantum vnitur cum maiori extremo in propositione, & cum minori in assumptione, consequens est solas duas propositiones esse partes constituentes integrum, ac perfectum syllogismum.

2 *Conse.* H *Omnis item conclusiones, &c.* Secundum consecta. Accurate etiam deducimus in superioribus tantum esse tres syllogismorum formas assignatas, nam si medium verbum sequatur subiectum, & antecedat attributum est prima figura: si vtrumque antecedat, efficitur tertia figura: quod si sequatur attributum, & repugnet subiecto tertia figura constituitur atq; ita solum dabuntur tres formæ syllogismorum, id quod aperte superest explicatum exemplis habitis in regulis superioribus in quibus quædam extrema ita disponuntur cum medio, vt constituant primam figuram, velut in exemplo prioris theorematis: a ia vero sic cum eodem copulantur, vt secundam figuram relinquant constitutam, ac demum alia ita in vnum conueniunt cum ipso medio, vt tertiam figuram componant, sicut euenit in exemplo circa secundam partem 3 theorematis.

3. *Conse.* I *Nec in delectu sumenda est, &c.* Tertium consectarium est, ea sola quæ adducta sunt præcepta esse ad medium verbum excogitandum accurata, nam reliqua quæ afferri possunt minus accurata iudicantur:

primo

Universidad de Deusto
Biblioteca

primo enim si medium ipsum consequatur subiectum pariter ac attributum nihil colligemus: etenim argumentabimur in secunda figura, ex duabus aientibus, quod certe maximum est vitium. Vt si ad concludendam hanc propositionem vniuersam aientem, Omnis homo est particeps rationis, accipiamus animal, quod & subiectum (hominem scilicet) & attributum etiam consequitur, argumentemurque in hunc modum: Omne particeps rationis est animal: sed omnis homo est animal, ergo omnis homo est particeps rationis. In qua ratiocinatione progredimur iuxta secun. figu. ex duabus aientibus. Secund. præceptum. Si medium assumatur, quod & attributum antecedat, & subie repugnet nihil etiam colligitur, fiet enim inde vt argumentemur in prima figura, ex assumptione negante, quod nulla ratione fieri debet, velut si ad concludendum, nullum lapidem esse animal, sumamus hominem, qui & lapidi repugnat, & animal ipsum antecedit, argumentemurque hoc pacto. Omnis homo est animal: at nullus lapis est animal, in qua plane argumentatione in prima figura ex minore negante argumentamur. Tertium præceptum. Si medium assumptum vtrique repugnet & subiecto scilicet, & attributo, nihil in optima consequentia inferretur, efficeretur namque vt ex duabus negantibus procederemus, quod in nulla figura effici aliquo modo potest. Ex his igitur constabit aperte solas leges quas nos perscripsimus esse accuratas, quod idem manifestius etiam patebit aliarum duarum inutilium medij excogitandi rationum detecto vitio.

K *Quod si eadem, &c.* Prima est quando ad concludendam vniuersam negantem vsurpantur media consequentia vtrumque tam subiectum quam etiam attributum, ac inter se rursum pugnantia, vt si concludi debeat hæc propositio, nullus cygnus est coruus, & ad hoc præstandum sumantur tanquam media album, & nigrum, quæ & vtriusque consequentia sunt, & simul inter se opposita, ac repugnantia, iisque assumptis duæ huiusce modi connectantur ratiocinationes. Prima Omnis coruus est niger: nullum album est nigrum: ergo nullum album est coruus, quæ quidem est in secunda figura. Altera iuxta primam figuram hoc pacto componatur. Nullum album est coruus: omnis cygnus est albus, ergo nullus cygnus est coruus. Neutra certe harum ratiocinationum vitio caret, prima namque non concludit propositionem, quæ erat concludenda, in secunda vero, propositio, & conclusio, vnum ac idem sunt, quare hæc ratio inueniendi medij inutilis erit.

L *Primum quidem, &c.* Primo quia non sumitur vnum medium, sed duo disparata: cum tamen vnius ratiocinationis, vnicum solum debeat esse medium: Secundo quia quando infertur conclusio ex contrariis à nobis traditis, non colligitur propter ipsa, sed propter præcepta à nobis tradita, reuocatur enim hæc ad secundum præceptum, nam nigrum sequitur coruum, & repugnat cygno.

M *Præterea si B, & G, &c.* Secunda ratio inutilis est, quando ad concludendam particularem negantem accipimus media consequentia attributum, & antecedentia subiectum, ad inuicemq; inter se repugnantia velut si ad concludendum, aliquod corpus non esse hominem, vtamur animali, & lapide, tamquam mediis: idque præstemus duobus effectis syllogismis, primo in secunda figura ad hunc modum. Omnis homo est animal: nullus lapis est animal: igitur nullus lapis est homo. Secundo vero iuxta tertiam figuram hoc alio pacto. Nullus lapis est homo: omnis lapis est corpus: igitur aliquod corpus non est homo. Hæc namque medij excogitandi ratio nequit esse accurata, quia conclusio in his duobus syllogismis, non infertur ex illis repugnantibus tanquam mediis assumptis, sed ex eo solum, quia refertur ad quartum præceptum, à nobis constitutum, in quo asserimus sumendum esse medium, subiectum antecedens, & attributo repugnans, nam lapis antecedit corpus, hominique repugnat. Apertius igitur constat ex vitio huiusmodi rationum inueniendi medium, præcepta à nobis tradita esse maxime accurata.

Digressio circa ea, quæ ab Aristotele enarrata fuerunt.

HÆc sunt, quæ docuit Arist. in hoc cap. de ratione inueniendi medium verbum, quæ eadem, vt facilius omnia memoriæ commendari possint, confictis quibusdam vocibus fuere à nonnullis veteribus Latinis commodius explicata, in quibus traduntur præcepta ad quamlibet quæstionem concludendam, tum etiam, & quæ ad id ipsum inutilia & inepta sunt, explodunt. Sunt autem hæ: Fæcana, Cageti, Dafenes, Hebare, Gedaco, Gebali, Febas, Hedas, Hecas. Circa quas occurrunt nonnulla obseruanda. Inprimis vltimam vocalem indicare nobis, quæ cõcl. possit in vna qualibet harũ vocũ inferri: nam si, a, fuerit, innuit conclus. iuxta illã vocẽ illatã fore propositionem vniuersam aientẽ, si i, esse particularẽ aientẽ, si E, vniuersam negantem, denique si extiterit O, esse eandem particularem negantem. Ob idque iuxta Fecana concluditur vniuersa aiens, iuxta Dafenes, & Hebare, vniuersa negans: tum iuxta Cageti, & Gebali particularis aiens: denique iuxta Gedaco particularis negans. Deinde in vnaquaque ex his vocibus dari duas vocales, A, & E, è quibus A, denotat attributum quæst onis. E, vero eiusdem exprimit subiectum. Rursus cum his vtrisque vniuntur aliquot ex sex consonantibus, quæ hisce vocibus permixtæ cernũtur, cum A, quidem, B, C, & D, cum E, vero, F, G, & H, quarum quidem nulla alia assignatur significatio, quam quæ eisdem fuit à nobis cum Arist. in contextu tributa. His animaduertis explicemus iam huiusmodi excogitandi medii commodiorem artem. Præcipit igitur illa, vt cum primum aliqua quæstio agitanda proponitur statim inspiciatur vltima vocalis, quæ indicat conclusionem: deinde subiecta & attributa per A, & E, significata perpendantur, rursum consulantur consonantes, vtramque vocalem concomitantes, quæ quidem ostendunt nobis iuxta ea quæ perscripsimus, quænam media sunt desumenda ad quæstionem definiendam, & quæ extent antecedentia, quæ consequentia, & quæ repugnantia. Dilucidemus rem hac vnico exemplo. Fecana, v. gr. indicat nobis, quoad primum, conclusionem iuxta ipsam inferendam debere esse propositionem vniuersam aientem, quia vocalis, in quam desinit, est A. Rursus consonans F, antecedens vocalem E, exprimit consequentia subiecti, demum alia consonans, nimirum C, concomitans A, antecedentia attributi declarat. Admonet igitur nos hæc vox Fecana, ad concludendam propositionem vniuersam aientem, vnum & idem nobis deligendum esse medium, quod & consequatur subiectum, quod innuit littera initialis F, & antecedat attributum, vt consonans C, ante A, interiecta declarat. Vt si concludenda sit hæc propositio vniuersa, omnis homo est substantia, sumemus animal, quod sequitur hominem, qui est subiectum, antecedit que substantiam, quæ est attributum, atque ita argumentabimur: Omne animal est substantia: omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. Quod exemplum videtur nobis sufficere, adid, vt facillimo negotio quilibet intelligat, quid iuxta quãlibet aliarum vocum, & quo sumpto medio huic arti insistentes concludere debeamus. Sed est animaduertendum, tres voces vltimo loco à nobis recensitas denotare, tres alios inutiles modos medium excogitandi ab Arist. propositos, Febas, quidem illum, iuxta quem ad concludendam vniuersam aientem assumitur medium consequens, tam subiectum quam attributum, qui quidem inutilis est, vt ex his quę dixmus, cum Arist. constat. Hedas, illum alterum, qui iubet eligi medium, vtrique tam subiecto quam attributo repugnans: Hecas, denique denotat postremum illum inutilem modum, secundum quem desumendum erit medium repugnans subiecto, & antecedens attributum. Omnes tamen propositos modos, tam vtiles quam inutiles, in sequenti schemate poterit quilibet aperte de scriptos intueri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARS INVENIENDI MEDIVM.

Consequtia Attributum

Vtile, optabile, prosequendum, conducens.

Attributum

A

Bonum.

Repugnātia.

Imperfectū fugiēdum, noxium, malum, minime conducens

Antecedentia.

Felicitas, valetudo, secūdum naturam, perfectum, vita virtuti consentanea.



Consequtia subiectum.

Motus, actio secundū naturā, appetendū, secundum naturam, optabile.

Subiectum,

E

Voluptas.

Repugnātia.

Morbi, labor, indigētia, timor, præter naturam.

Antecedentia.

Sanitas, abundantia gloria, vita sine labore.

CAPVT

CAP. XXVIII.

Hanc methodum deseruire etiam ratiocinationibus ex hypothesi.

VT autem sit in ratiocinationibus iis, quæ institutum directo probant, eodem plane modo, & in iis, quæ ad incommodum ducunt. Sunt enim hæ ex consequentibus, & antecedentibus amborum, eademq; in ambabus adhibenda est obseruatio. Nam quod probando concluditur, ab absurdo quoque colligi potest, idq; per eosdem ipsos fines. Quod item ab absurdo colligitur, id etiam probatione colligitur: Verbi causa: nullum esse a, ita probatur: faciamus quoddam e esse a, tum quia omne a est b, quoddam item e est a: sane aliquod esse b necesse est, at confessum erat, nullum plane esse. Rursus ita colligitur in aliquo esse: nam si a est in nullo e, e vero in toto g ipsum a in nullo g reperietur, cum antea in eo toto fuerit, hoc idem fit in aliis quæstionum generibus, semper enim & in quouis conluditur propositum ab incommodo per vtriusque antecedentia, & consequentia. In quauis etiam quæstione eadem est sequenda ratio, seu propositum concludere velis, vel aduersarium ad incommodum deducere: quippe cum ex iisdem sint extremis ambo modi concludendi: vt si conclusum sit, in nullo e esse a, colligetur ipsum b in aliquo e inesse, quod fieri nequit. Si sumatur ipsum b, in e quidem nullo, in a vero toto ineſſe, perspicuum est ipsum a in nullo e fore. Rursus si recta conclusum sit. ipsum a in nullo e ineſſe, hoc ipsum ex incommodo monstrabitur, si faciamus in aliquo esse. Quod eodem modo fit in aliis quæstionibus: in quauis enim extremum quoddam commune sumendum est aliud ab iis, quæ subiecta sunt, in quo falsum colligetur: atque ita muerso eo pronuntiato, altero autem eodem manente per ea ipsa extrema, efficitur ratiocinatio probans. A. *Hæc enim ab ea differt, quæ est ad incommodum, quod in hac pronuntiatum alterum falsum accipitur, in illa ambo vera ponuntur. Hæc autem in progressu magis explicabuntur, vbi de impossibili syllogismo disseremus. Id tantum in præsentia perspicuum erit, ad illa præcepta aduertendum esse, seu recta conludere velis, seu ad incommodum deducere.* B *In aliis quoque ratiocinationibus, quæ sunt ex hypothesi, cuiusmodi sunt, quæ ex transsumpto fiunt, & quæ ex qualitate ducuntur, ad ea quoque aduertendum est, quæ ubiecta sunt: non in quæstione proposita, sed in translatitia. Est autem eadem plane animaduersionis ratio: intelligendum vero nobis est, ac diuisione explicandum, quot sint modi ratiocinationum ex hypothesi. Hæc igitur ratione vnaquæque quæstio concluditur:* C. *Nonnulla tamen alia quoque via concludi possunt, vt vniuersales ex particularium inspectione, idque per hypothesin. Nam si e & g eadem sint, & sumatur, ipsum e in solo g reperiri, ipsum a in toto e reperietur. Quod si rursus d & g eadem sint, e vero in g solo dicatur, conc'uditur, a in nullo e ineſſe. Constat itaque, tam esse animaduersionem adhibendam. Eadem est in necessariis & contingentibus ratio: est enim in iis eadem obseruatio: & in contingenti ratiocinatio erit per eadem extrema, ac eodem ordine posita, atque in absolutis. Contingentia autem nomine ea quoque intelligenda sunt, quæ cum non sint, esse tamen possunt: ostendemus enim contingens per ea quoque concludi. Eadem quoque est ratio in aliis dicendi modis.*

NOn solum (ait Arist.) proposita methodus, per antecedentia, consequentia, & repugnantia, ad rectos syllogismos constituendos vtui extat, sed & ad hypotheticos etiam, ex transsumptione, eosque, qui ad incommodū vrgentes appellantur componendos, deseruire eadem nobis potest. Huius rei ratio est, quia eadem conclusio, quæ per rectam argumentationem colligitur, colligi quoque potest per argumentationem ad incommodum ducentem, & ex transsumptione: quare & idem medium in vtraque ratiocinatione vsui esse poterit. Quod vero eadem conclusio per hanc duplicem ratiocinationem inferatur adductis vtriusque in medium exemplis demonstrat, quæ tum quia aperta sunt, tum etiam quia iam supe ioribus capitibus à nobis proposita sunt, hoc loco prætermittimus.

A. *Hæc enim ab ea differt, &c.* Post præfata exempla subiungit Arist. discrimen interueniens, inter hæc ratiocinationum genera, quoad sumendum medium institutæ propositioni concludendæ accommodatum. Inquit ergo, argumentationem rectam ex eo differre ab ea, quæ est ducens ad incom-

Universidad de Deusto
Biblioteca

modum, in sumendo medio, quia recta ratiocinatio, si concludere debeat aliquam propositionem veram, ex duabus ve is propositionibus progreditur: ratiocina io vero ducens ad incommodum, etiam si verã propositionem illatura sit, vnam propositionem f.lsam, assumit, conclusionis scilicet, quam inferre debet contradicentem, ex qua rursus vna cum alia manifeste vera al quam aliam manifeste falsam infert quo præstito relinquit confirmatum priorem illam quam nitebatur demõstrarẽ esse manifeste veram.

B *In alio quoque, &c.* Distinguitur itidem ratiocinatio ex transsumptione ab his vtrisque in eodem accipiendo medio, quia in ipsa non est sumendum medium à subiecto prioris quæstionis, sed ab eius duntaxat subiecto in quam disputatio transfertur Exemplum sit. Si quæstio sit, num omnia astra sint rotunda, non est quærendum medium ex astris ipsis sed ex luna potius, si ad ipsam quæstio transferatur, nam si luna fuerit rotunda, cum illius & aliorum sit vna & eadem ratio, & alia etiam rotunda, idque confirmare poterimus ratione in cap. 21. à nobis effectas,

C *Nonnulla tamen, &c.* Constituit praterea Aristoteles ad co.cludendam vniuersam dicentem, sumendum esse interdum medium, antecedens vtrumque tunc scilic. quando termini subiectum & a tributum pares sunt & æquales inter se, vt si concludi debeat hæc vniuersa, omnis homo est animal, & ad id efficiendum accipiamus tãquam medium capax di ciplinæ quod antecedit vtrumque ita plane argumentabimur Omne capax disciplinæ est animal: omnis homo est capax disc plinæ: igitur omnis homo est an mal Vnde regula assignata de vniuersis aientibus, tunc locum habebit, cum medium non erit par, & æquale, alicui ex extremis. Iterum ad concludendam vniuersam negantem, cum termini sunt sibi inuicem pares, sumi debet medium, antecedens subiectum, repugnãsque attributo: velut ad concludendam istam propositionem, nullus homo est lapis, assumendum erit tanquam medium capax risus, quod & hominẽ antecedi, cũ eoq; reciprocatur, & lapidi repugnat, vnde hoc pacto argumẽtabimur in Cæsare. Nullus lapis est capax risus: atqui omnis homo est capax risus: igitur nullus homo est lapis.

CAPVT XXIX.

Nullam aliam methodum præter hanc posse ad inueniendum medium excogitari.

EX iis, quæ adhuc exposuimus, id constat, non modo hac via ratiocinationes omnes strui posse, sed & alia nullo pacto posse. A *Cum enim antea probatum sit ratiocinationes omnes in figuris antea expositis strui, illa vero ex aliis quam ex consequentibus, & antecedentibus rei cuiusuis componi nequeunt, quippe cum ex iis pronuntiata fiunt, & medium sumatur, profecto nulla ratiocinatio ex aliis potest effici.* B *Omnis igitur quæstionum concludendarum, tum quæ in Philosophia sunt, tam quæ in quauis arte ac disciplina tractantur, vna est & eadem via & ratio: in re enim quauis cogenda sunt simul, quæ in ea insunt, & in quibus ipsa insit, earumque maximam copiam parare, atque ita illa in trib. extremu contemplari, si euertas, hoc modo sin confirmes illoudq; si ad veritatem agas, in vero pronunciatis, & quæ reipsa ita sint: de Dialectica ratiocinatione cogites in probabilibus, & verisimilibus. Ac ratiocinationum initia in totum exposuimus, tum quo se modo habeant, tum qua sit eorum conquirendorum ratio, ne præcepta omnia, quæ exposuimus, in singulis inspiciamus: neue in confirmando, & euertendo eadem sequamur: in toto item ac in parte astruendu, aut in iis euertendis: sed pauca quædam, ac certa nobis sint ad obseruandum proposita.* C *In singulis autem rebus sic sunt deligenda principia, vt aut ipsius rei, quæ proposita sit principia, quæras, vt boni: aut scientia principia. Sunt autem propria cuique arti permulta: vnde & initia illa in quaque re offirre hominis est in ea maxime versati & periti: verbi caussa, ex peritia, qua in rebus est astrologicis, Astrologia petita sunt principia: quippe vbi astrorum ratio longa obseruatione comperta est, tum iuuenta sunt, & instituta de Astrologia demonstrationes: id quod in cæteris tum artibus, tum scientiis eodem modo habet,*

habet, quæcunque sunt illa tandem. Vbi igitur inuenta fuerint, quæ in vnaquaque re insunt, nostrum tum erit demonstrationes continuo exequi edere. Nam si in inuestiganda rei natura nihil sit prætermissum, quod illi reuera & plane insit, licebit sane rerum omnium, quæ ostendi possint, demonstrationem instituere, & adferre.

Explicare etiam facile erit, si quid ita sit natura comparatum, vt demonstrari nequeat. Quo igitur pacto propositiones deligenda sint, ad opus generaliter ferme exposuimus: de qua ratione subtilius in tractatione de arte dialectica disseruimus.

METhodum perscriptam inueniendi medium valde commendans Aristot. adeo illam necessariã esse ait, vt præter eam nulla equidem alia, quæ aptior sit & accuratior, excogitari queat, quod quidem huiusmodi argumento demonstrat.

A. *Cum enim antea probatũ sit, &c.* Omnis ratiocinatio fit iuxta aliquam figuram ex nuper assignatis: sed nullæ aliæ possunt perscribi leges ad inueniendum medium in iis figuris, præter eas quas tradidimus, deseruiunt enim illæ tam ad propositiones aientes, quam ad negantes, tam ad vniuersas, quam ad particulares, quæ iuxta has figuras sint concludendæ: igitur præter hanc artem nulla alia poterit adinueniri.

B. *Omnium igitur, &c.* Concludendum igitur erit, inquit Aristot methodum hanc esse generalem, & vniuersam, deseruireque omnibus artibus & disciplinis, ac omni denique philosoph æ parti, in omnibus enim illis erit excogitandum medium, ad quamlibet quæstionem dirimendam, p rtia illa, quæ à nobis sunt assignata, antecedẽtia nimirum, consequentia, & repugnantia.

C. *In singulis autem, &c.* Sed quantumuis aliquis sit optime hac methodo instructus, nequaquam tamen putet (inquit Aristotel.) se illa sola sine adminiculo aliarum artium, in quibus propria cuiuslibet rei principia explicantur, vt in Astrologia, v.g astrorum principia traduntur, posse in omnibus rebus inuenire medium, ad hoc enim omnes illas probe nouisse debet, illæ namque præbebunt ipsi materiam. ex qua instructus huiusmodi methodo possit deligere medium ad quamlibet quæstionem definiendam.

CAPVT XXX.

In quo reprehenditur methodus diuisionis.

HVius autem via ac rationis particulam quandam esse eam, qua per genera fit, diuisionem, facile intelligi potest, cum diuisio sit quasi infirma quædam ratiocinatio: A. postulat enim id, quod probare oportuit: semper autem quippiam superius concludit: id quod ignorarũt, quicunq; ea sunt vsi, atq; inde rei essentiam probare conati sunt: quasi vero natura rei ac essentia, & quid res sit, demonstratione concludi possit: ita nec intellexerunt, quid diuisione concludi possit, nec hoc item eo, quo dximus, modo concludi potuisse. B. *Ac cum demonstratione concludendum est, quidpiam esse medium id, quo struẽda est ratiocinatio, semper sumi oportet minus ac angustius priori extremo, non de eo toto dici. At contra fert diuisio: sumit enim vniuersum medium. Nam ponamus pro a, animans, pro b, mortale, in c, vero, immortale, homo vero, cuius definitio sumi debet, loco ipsius d, locetur, sane sumit, qui diuidit, omne animans mortale esse, aut immortale, perinde ac si dicas, omne a, aut esse b, aut c: tum ponit hominẽ esse animans: sumit igitur, ipsum a in d inesse: concluditur itaque omne d aut esse b aut c, atque ita hominem necessario mortalem esse, vel immortalem. At animans esse mortale solum, non efficitur necessario, sed postulatur, cum tamen concludendum id fuisset. Rursus si quis constituat, a esse animans mortale, b vero pedestre, loco ipsius c xpes, in d vero hominem intelligat: eodem pacto sumit a, aut in b esse, aut in c: nam omne animal mortale aut pedestre est, aut xpes: item in d esse: sumpsit enim, hominem esse animal mortale: ita necessario efficitur, vt homo sit animal pedestre, vel expes: non autẽ vt sit pedestre: sed hoc pro certo sumit, cum id rursus illa argumentatione concludendum esset. Ita in omni diuisione hoc modo accidit, mediũ vniuersale sumi. Extrema vero, id, de quo sit concludendã, & differẽtia: ad extremũ nihil plane differunt, quo efficiant necessario, ac*

Universidad de Deusto
Biblioteca

d ceant, quod hoc homo ſit, vel aliud quidlibet, de quo agatur. Nam cum nonputent, aliam poſſe reperiri facultatem ad probandi rationem, quas alias, aut rationes omnes eo modo faciunt.

C Perſpicuum eſt autem, cum ad refutandum nihil plane valeat, tum nihil hac via inuocidentium: aut proprietatibus, aut genere, poſſe concludi. D *Denique in quibus omnibus quæſtio eſt, itane an ſecus res habeat: cuiuſmodi hoc eſt, ſitne dimetiens comparabilis an non comparabilis. Nam ſi ſumat, qui diuidit, longitudinem omnem comparabilem eſſe, aut incomparabilem, ac dimetientem eſſe longitudinem, inde efficitur, dimetientem rationalem eſſe, aut irrationalem. Quod ſi ſumat, eam eſſe irrationalem, idipſum ponit, quod concludi oportuit, atque ita propoſitum probari nequit: cum enim hac ſit diuiſionis ratio, & per eam probari non poſſit, aut rationale, aut irrationale (ſit loco a longitudo, in b uero, rationale, aut irrationale, in c dimetiens) conſtat non ad omnem modo diſputationem, non conferre illam inueſtigandi rationem, ſed ne ad eam quidem, cum maxime accommodata videretur. Eſt igitur ea res, quæ adhuc expoſuimus, diluciduin quibus exrebus, quæq; ratione ac modo demonſtrationes componantur, quæ item ſint in quouis genere quæſtionu obſeruanda.*

QVidam ex veteribus laudarunt maxime methodum diuiſionis tum ex maximo ipſius vſu ad definitiones inueniendas, tum etiam ex ſumma eiuſdem neceſſitate, ad definitionem de re definita neceſſario concludendam. Et quidem maxime illa conducere ad definitiones indagandas, nõ ſolum ingenue fatetur Ariſt. ſed & accurate etiam confirmat infra 2. libr. de demonſtratione: nihilominus tamen eandem omnino ineptam eſſe ad diffinitionem, vel quippiam aliud fieri definita concludendum acute ſane, ac diſerte in hoc cap demonſtrat. animaduerſo prius, methodum hanc eſſe veluti quandam particulam, ex ea quæ à nobis tradita eſt exciſam, genus quippe attinet quodammodo ad conſequentia ſpeciem, at vero tunc methodum diuiſionis in vſum reuocamus quando per diuiſionem generis, ad definitionem ſpeciei progredimur. Quatuor igitur rationibus hoc ſuum inſtitutum Ariſt probat.

Prima ratio quia reijcitur method. diuiſionis.

A *Poſtulat enim, &c.* Prima eſt: Iuxta methodum diuiſionis, vel non concludimus, quod concludere debebamus, vel ſi concludimus hoc præſtamus poſtulato prius in aſſumptione, quod concludere tenebamur: huiuſmodi ergo methodus vitioſa erit. Cõſequentia eſt aperta, confirmatur antecedés. Sit quæſtio hæc in dubium verſa, num omnis homo ſit particeps rationis, necne? cuius pars aiens per diuiſionem concludatur. Inprimis certum eſt non fore illam per argumentum iuxta diuiſionem effectum concludendam: nam ita argumentum cõnectetur. Omne animal vel eſt particeps, vel expers rationis: atqui omnis homo eſt animal: igitur omnis homo erit vel particeps, vel expers rationis, in quo certe non colligimus prædictã propoſitionem. Rurſus eſto quod illam concludamus, in aſſumptione tamen petemus principium, dum hoc alio pacto argumentabimur. Omne animal eſt particeps, vel expers rationis: ergo erit animal particeps rationis in hac enim argumentatione, quis non animaduertat, petiri in eius aſſumptione illud, quod in concluſ. probandum ſuperat? nam nõ minus incertum relinquitur hominem eſſe expertẽ rationis, quam eſſe eũdem rationis capacem.

2. *Ratio.*

B *Accidit demonſtrat, &c.* Secunda eſt: Illa methodus eſt vitioſa, iuxta quam medium aſſumptum latius patet maiori extremo, in omni enim argumentatione, legitima, medium, vel par, vel minus aliquoties eſſe debet ipſo maiori extremo: at iuxta methodũ diuiſionis, aſſumi debet medium latius patens maiori extremo, genus nimirum, hoc enim in ipſa eſt medium, quod quidem latius patet qualibet differentia dirudente, quæ ſecundum eãdem methodum, eſt maius extremum: hæc igitur methodus haud dubie vitioſa erit.

3. *Ratio.*

C *Perſpicuum eſt autem, &c.* Tertia: Methodus diuiſionis vt in plurimum deſeruire poteſt concludendæ propoſitioni vniuerſaienti, nimirum diffinitoni, aut differentiq de re definita, non autem eſt vſui ad inferendam propoſitionem negantem, & quæſtionem proprii, accidentisue diſtimendam, hæ namque non ſunt quæſtiones definitionis, at illa argumentand methodus quæ omnibus deſeruire non poteſt, vitioſa cenſeri debet, erit igitur etiam & methodus diuiſionis vitioſa.

4. *Ratio.*

D *Denique, in quæſtionib. omnibus, &c.* Quarta. Metho

ta. Methodus diuiſionis nullius eſt vſus ad indagandas ſpecierum differentias, ergo multo minus ad aliud quippiam apta erit. Confirmatur conſequentia, quia huiuſcemodi methodus ſolum laudabatur à veteribus propoſita ipſius vtilitate ad ſpecierũ differentias inueſtigandas: antecedens vero ſic ſuadetur. Vel eſt nobis certum differentiam conuenire ſpeciei, vel dubium potius, vt mortale v. g. competere homini. Si eſt certum, quid igitur intereſt beneficio diuiſionis illud confirmare? quod ſi dubium extiterit, nequaquam illud per ipſam concludere poterimus, quod circa propoſitam quæſtionem inferẽdum nobis erat, ſed propoſitionem dumtaxat multum diuerſam, quemadmodum in primo fuit oſtenſum: methodus igitur diuiſionis inutilis erit. Obiter autem occurrit hic animaduertendum Ariſtot in hoc loco nequaquam reprehendere diuiſionem, cum illa ſit inſtrumẽtum Dialecticum, & maxime neceſſarium ad cuiuſlibet totius partes inueſtigandas, tum etiam & ad nominum auferẽdam ambiguitatem: ſed ſolum demonſtrare aduerſus quoſdam Platonicos, diuiſionem non eſſe inſtrumentum ad concludendam definitionem, de re diffinita neceſſarium.

CAPVT XXXI.

De ratiocinationum reſolutione.

Dicendum autem deinceps fuerit, quomodo ratiocinationes referamus ad figuras eas, quas antea expoſuimus. Nam bo ũnum ex propoſita commentatione reſtat: tum demum enim ad finem perductum erit propoſitum, cum & ſyllogiſmorum ſtructuram intellexerimus, & veram inueniendi facultatem habuerimus, & ſtructos iam & compoſitos in figuras ſupertones reſoluendi. In quo hoc etiam conſequamur, vt ex iis, quæ poſtea explicabuntur, confirmentur quæ antea expoſuimus, eorumq; clarior ſit & apertior veritas, quippe cum vera omnia neceſſario ſecum ipſa omni ex parte conſentiant. A *Ac principio quidem enitendum eſt, vt duo pronuntiata ratiocinationu ſeiernas, quandoquidem facilior eſt diuiſio illa, qua in maiores partes ſit, quam qua in minuiores, tota autẽ ſuu partib. ſunt maiora. Tum animaduertendum, vtrũ in toto ſit, vtrum in parte. Quod ſi ambo ſumpta nõ ſint, & expreſſa alterum ſumendũ eſt, & ſupponendũ. Nam & qui, tribunt, & qui interrogãt, vbi pronuntiatũ vniuerſale propoſuerint, quod eſt in eo cõprehenſum omittunt, aut hæc quidẽ ponunt, ea autem prætermittunt ex quibus hæc concluduntur, alia quæ fruſtra ſunt poſtulant. Eſt autem diligenter hoc obſeruandũ ſitne ſumptũ quippiam ſuperuacaneum an prætermiſſum quicquã, quod neceſſariũ eſſet: ac hoc adiungendum eſt, illud adiicendum eſt, quoũq; ad duo tandẽ pronuntiata perueniatũ ſit: nihil enim hac ita fiant, reſolui ac reduci non poſſunt ratiocinationes ita rogata. Ac in nõnullis ſtatim percipi poteſt, ſi quid deſit, in aliis res eſt obſcurior, at ratiocinari videntur, qui ex pronũciatis ſemel poſitis ac cõceſſis quippiã efficitur neceſſario, verbi cauſa, ſi ſumptũ ſit, niſi eſſentia aliqua tollatur, eſſentiã non tolli, at ſi partes tollãtur, illud quoq; perire, quod illis conſtat. Nã ſi ſemel ea ſint poſita, neceſſario inde efficitur, partem eſſentiæ, eſſentiam eſſe, ex pronuntiatu tamen aſſumptu id non eſt ratiocinale cõcluſum, imo pronuntiata deſunt, quibus id efficiatur. Rurſum, ſi cum homo ſit, neceſſe eſt animam eſſe, quando vero animans ſit, eſſentiam eſſe, neceſſario quidẽ efficitur ſi homo ſit, eſſentiam quoq; eſſe, nedum tamen ratiocinatione id effectum eſt, quippe cum non eo modo collocata ſint pronuntiata, quo præcepimus. In his autem ideo decipimur, quia quẽadmodum ſyllogiſmus argumentatio eſt neceſſaria, ita hic ex pronunciatu conceſſis efficitur aliquid neceſſario, at argumentatio neceſſaria in pluribus dicitur, quam ſyllogiſmus, quippe cum ratiocinatio omnis neceſſaria eſt, non quicquid neceſſario concludit, ratiocinatio eſt.* B *Itaque non ſi quid ex pronunciatis propoſitu neceſſario efficitur continuo eſt enitendum, vt ad ſuam figuram referatur ea argumentatio, ſed ſumenda ſunt primum duo pronunciata, atque ita in ſua extrema diſſoluenda, ac pro medio id habendum, quod in vtroque pronunciato ſumitur. Nam in quauis figura medium in vtroque pronuntiato reperiri eſt neceſſe: vbi igitur de alio dicatur medium, & aliud de eo, aut de alio illud quidem enunciatur, de eo autem negetur aliud, tum prima erit figura: ſi de alio illud dicatur, & negetur de alio, media erit figura: ſin de illo alia dicantur, ſeu ſimul negetur, affirmetur*

Universidad de Deusto
Biblioteca

affirmatur alterum, postrema erit: ita enim medium disponi docuimus in singulis figuris. Eadē autem erit ratio, etiam si pronuntiata vniuersa non sint: est enim tum eadem medii collocandi ratio. Hinc igitur perspicuum est, argumentationem eam syllogismum non esse, in qua res eadem sapius dicta non sit: neq; enim in ea medium aliquod sumptum est. At vero quando iam intelligimus quanam quæstio in quaque figura concludatur, in qua vniuersalis colligatur, qua item particularis, constat non esse omnium figurarum rationem semper habendam, sed eius, quæ cuique quæstioni accommodata erit: in iis autem quæstionibus, quæ per multas figuras concluduntur, ex medii collatione figuram deprehendemus.

C *At enim fere fit*, vt in syllogismis decipiamur ob concludendi necessitatem, id quod paulo ante diximus: nonnunquam ex similitudine extremorum collocationis, id quod profectò ignorare non debemus: verbi causa, si a dicatur in b, & hoc in c videri possit constitui ratiocinatio extremis ita collocatis, cum tamē nulla sit argumentatio necessaria, nedum syllogistica. Nam agnoscemus in a perpetuum: in b vero, Aristomenem intelligibilem: in c, Aristomenem: sane a in b reuera inest: nam Aristomenes intelligibilis est perpetuus: b item in ipso c est, nam Aristomenes intelligibilis est Aristomenes: a vero non est in c, cū Aristomenes sit caducus & mortalis? ex ea igitur extremorum dispositione syllogismus non efficiebatur, sed pronuntiatum a b in toto sumi oportuit: at falsum est si quis postulet, omnem intelligibilem Aristomenem esse perpetuum, cum Aristomenes sit mortalis. Rursus loco ipsius c, Miccalus musicus: ubi est ipsum a, ponatur ipsum petite cras, sane b, de c vere affirmatur, nam Miccalus est Miccalus musicus: a item in b vere dicatur, nā crastino die perierit musicus Miccalus: cum tamen falsum sit a in c esse id quod superiori exemplo est simile: mendacium est enim, si dicas, omnem Miccalum musicum cras periturum: id quod quia minime sumptum est nihil plane concluditur: ac is error ex perexiguo discrimine non satis animaduerso admissus; nam quasi nihil referat hoc in illo dicere, aut hoc in illo toto esse, ita id concedimus.

IN postrema parte huius lib agendum erit de analysi, & resolutione syllogismorum imperfectorum, ad perfectos trium figurarum, ne in hac arte aliquid mancum, & imperfectum remaneat. Quod quidem duob. propositis theorematibus explicat Arist.

A *At principio quidem intendum est*, &c. Primum est: Omnis syllogismus debet resolui in duas propositiones nimirū in propositionem & assumptionem. Quæ resolutio facilior est, quam ea quę efficitur in terminos, dubium enim non est quin resolutio in partes maiores facilior sit, quam ea qua media resoluitur aliquid in partes minores. Verum quia aliquando nequit fieri hæc resolutio syllogismi in duas propositiones vel quia vna deest, vt in enthymemate contingit cui interdū vel propositio deest, vel assumptio: vel quia sumuntur multæ propositiones: in illis argumentationibus quibus aliquid deest, addi debet quod deest, vt ita retinere valeamus duas propositiones: in eis autem in quibus, aliquid redundat, auferendum illud erit, vt ita duas tantum propositiones relinquamus, quæ solæ sunt necessariæ & non plures alias. Vnde fit vt hæ argumentationes, quarum prima est. Non sublata substantia, non auferetur substantia: sed amotis partibus amouetur totum: ergo partes substantiæ: altera autem, si homo est, animal est: si animal est substantia est, ergo si homo substantia est, sunt necessariæ, à quibus tamen resecari debent quædā propositiones, quin etiam & nōnullæ aliæ sunt eisdem addendæ ex quarum facultate colligi postmodum poterit conclusio. Ex ita primam ratiocinationem hoc modo connectemus. Omne illud quo posito ponitur substantia est substantia: at positis partibus substantię ponitur etiam ipsa substantia ergo partes eiusdem substantiæ etiam erunt substantiæ. Alteram hoc itidem aliquo pacto componemus. Quando posito primo, ponitur etiam medium, & medio statuto etiam statuitur & postremum, posito primo ponetur quoque postremum: at qui homo est quid postremū: animal vero quid medium, & substantia quippiam postremū; ergo si ponitur homo ponetur animal & si animal ponatur, etiam & substantia ponetur, atq; ita si homo ponatur etiam substantia ponetur.

B *Itaque non si quid*, &c. Secundum theorema Duæ illæ propositiones in quas syllogismus resoluitur, debent deinde resolui in tres terminos, ex quibus (vt iam sæpe docuimus) qui bis repetitur medium vocatur, qui cū medio in propositione sumitur, maius extremum nuncupatur, denique qui cum eodem in assumptione copulatur, minus extremum dicitur, ex quibus qua ratione tres syllogismorum formæ oriantur non est cur iterum repetatur. Illud solum per transennam obseruandum ducimus, non omnes conclusiones posse iuxta omnes figuras colligi, sed quasdam iuxta vnam, alias iuxta aliam, vt latissime superest in superioribus capitibus explicatum.

2. *The.*

Quidam error contingens in syllogismis.

A *At enim fere fit*, &c. Contingunt etiam nonnulli errores in syllogismis ex quibus aliquot solum proponemus. Primus est quando disponimus medium cum extremis, in modo, & in figura, nihil tamen concludimus, quia sumimus vtramque propositionem indefinitam, nullaque vniuersa nota affectam, dictum enim supereſt in qualibet argumentatione debere vnam ex propositionibus esse vniuersam. Ob quam causam argumentatio huiuscemodi non erit legitima. Aristomenes intelligibilis semper est: atqui Aristomenes, est Aristomenes intelligibilis, ergo Aristomenes semper est. In qua plane argumentatione conclusio falsa est, quia Aristomenes aliquando peribit, deestque præterea huic argumentationi aliqua propositio vniuersa. Vnde si recte argumentaturi simus, sic agemus. Omnis Aristomenes intelligibilis semper est: sed Aristomenes est Aristomenes intelligibilis, ergo Aristomenes semper est. In qua argumentatione propositio falsa est, & ita conclusio est nulla. Aliud exemplum adducit Arist. de Micallo, quod quia est apertum prætermittimus.

CAPVT XXXII.

In quo proponitur alius error.

SÆpenumero etiam errare, ac falli ex eo solemus, quod fines si non recte explicantur qui in pronunciatu adhibentur: verbi causa, si a sit sanitas, morbus vero loco ipsius b, ac vere sit homo: sane vere dixeris, nullum b posse esse a quippe cum nullus morbus possit esse sanitas: b item in toto b esse: nam homo quiuis morbo est obnoxius: hinc profecto consequi videatur, vt in nullo homine sanitas esse possit: quod ideo fit, quia termini non sunt apte dictione expositi. Neque enim ratiocinatio efficietur, si pro habitu sumas res eas, quæ ab habitu appellationem habent, vt si pro sanitate, sanum collocetur, pro morbo ægrum: neque enim vere dixeris, qui ægrotat, eum valere non posse: quod tamen si non sumas, nihil concludas, nisi forte vt sit complexio contingens, id quod fieri sane potest: accidit enim, vt in nullo homine sit sanitas. In media etiam figura falsa conclusio eadem ratione colligitur. Accidit enim in nullo morbo sanitatem esse, in quouis autem hominem esse, atque ita in nullo homine morbum reperiri. At in tertia figura falsa conclusio efficietur ex ipso contingente. Fieri enim potest, vt in re eadem tota sit sanitas, ac morbus, scientia item, ac ignoratio, contraria item quauis: cum tamen in se mutuo inesse non possint. Id autem cum iis, quæ supra dicta sunt minime consentit: nam quandocunque plura in eodem esse possunt, illa quoque in se mutuo esse poterant. Constat igitur deceptionem in iis, ex terminorum expositione oriri. Nam si habitus in res affectas & quæ habitu appellationem habent, commutes nihil concluditur falsum. Liquet igitur in pronunciatu huiuscemodi in rem affectam commutandam esse affectionem ac pro extremo esse collocandam.

Alius error.

ALius error (inquit Arist.) est quando illud quod negatur à forma confirmamus etiam negari à paronymo, propter conuenientiam, quæ inter formam, & paronymum intercedit. Qui error in omnibus quidem figuris contingere potest, nos nihilominus tantum proponemus exemplū in prima, iuxta quam sic argumentabimur. Nulli sanitati potest inesse ægritudo: atqui omni homini potest inesse sanitas, ergo nulli homini poterit inesse ægritudo. Quæ profecto argumentandi ratio fallax est, committiturque in ea error, nam concludimus de paronymo (homine videlicet) nullam posse ipsi inesse ægritudinem, quod tamen sæpe falsum est, nam formæ contrariæ ita sunt inter se affectæ, vt vna alteri inesse nullo modo queat: at subiecto nequit vllo modo hoc conuenire, potest namque illud vtrumque contrarium suscipere, & ita quamuis nulli sanitati possit inesse morbus, sano tamen ille inesse poterit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT XXXIII.

In quo quædam Theoremata traduntur.

NEc vero in omnibus conandum est, vt extrema vna dictione explicentur: quippe cum in multis ipsa orationis sint in quibus nomen vnum positum non est: vndè paulo difficilius est ratiocinationes huiusce modi resoluere. At in nonnullis ob eam inuestigationem fallitur errare accidit: nempe vt eorum quæ immediata sint vlsa aliqua sit probatio. Faciamus enim, vt in a sint duo extrema, in b triangulus: in c vero æquicrurius: sane a est in c per b medium: in b vero per aliud vno verbo expressum medium, medium non item: quippe cum triangulus duos rectos suapte natura habeat, & per se: ita ipsius a b nullum cernebatur medium, cum tamen demonstrari possit. Perspicuum est igitur medium non esse in omnibus sumendum, quasi quippiam vnum. Sed vt id quidem nonnunquam, id quod in exemplo proposito accidit. Cum autem primum in medio, & hoc in postremo dicitur, non est ita accipiendum, quasi extrema de se mutuo eadem ratione dicantur, aut primum de medio, eo modo, quo medium de vltimo quod de negationibus idem est dicendum: sed quot modis quippiam esse dicitur, & vere enunciatur: totidem sane modis arbitrandum est, intelligi aliquid in alio esse verbi causa, aduersorum scientia est vna. Ponamus enim, in a vnam esse scientiam in b vero, inuicem aduersa, sane a in ipso b inest, non quasi aduersa sint vna scientia, sed idcirco, quia vere in his dicitur, vnam esse eorum scientiam. Accidit autem nonnunquam primum in medio dici, medium in tertio non item. Verbi causa, si sapientia est scientia, est autem sapientia rerum bonarum: concluditur, rerum bonarum esse scientiam: hic non assumptum est in recto scientia est bonum: at propositio in recto fuit, sapientia est scientia. In nonnullis medium in tertio quidem dicitur, primum in medio minime: exempli gratia, omnium qualitatum vel etiam aduersorum est scientia, bonum autem & aduersum est & qualitas, atque inde efficitur: quod boni est scientia, non quod bonum scientia sit. Neque hic propositio in recto fuit, quod scientia esset aut qualitas, aut contrarium, at assumptio in recto fuit, quod bonum hac ipsa esset. Aliquando nec primum in medio dicitur nec medium in tertio: vbi primum in tertio aliquando quidem dicitur, aliquando non dicitur. Vt quia quarum rerum scientia est, earum est genus aliquod: at boni est scientia: concluditur inde boni esse genus aliquod: nihil autem de alio in recto dicitur. Si vero ita dicas, illud esse genus cuius habetur scientia, boni autem scientia quædam est, concluditur bonum esse genus: profecto primum in postremo dicitur, de se mutuo non item. Quod eodem modo in negatione est intelligendum, cum enim hoc in illo non esse dicimus, non semper intelligimus, hoc non esse illud: sed nonnunquam hoc non esse illius, aut illi: vt mutationis non est mutatio, nec generationi generatio est: at voluptati est generatio: non est igitur ipsa voluptas generatio. Rursus si sum risus aliquod est signum: signi autem non est aliud signum, risus igitur non est signum hoc fit in cæteris aliis, in quibus quæritur quæstio, ex eo quod genus ad rem quandam modo referatur. Rursus quod occasio non sit tempus opportunum, ita concluditur. Nam Deo sua est occasio: at nullum illi tempus est opportunum quippe cum Deo nihil vtilitatem afferre possit: extrema animo colligenda sunt in casu nominandi, occasio, tempus opportunum, Deus: pronunciatum autem in casu obliquo nominis sumi debet. Hoc enim omnino ac in omnibus præcipimus, quod fines & extrema in recta appellatione accipi debent, vt homo, bonum, contraria: non autem hominis, boni contrariorum. Pronunciata autem accipi debent ex variis singulorum casibus, nempe aut huic, quemadmodum æquale: aut huius vt duplum: aut hunc, vt pulsans, videns: aut hic, vt homo est animans: aut si quo alio modo nomen in pronunciatio declinari potest. Illud autem esse quippiam in alio, ac de eo vere dici, tot modis intelligi oportet, quot sunt genera attributionum: eaque aut certo quodam modo, aut omnino: simplicia item, aut coniuncta. quod in negationis eodem modo accidit. Sunt autem ea obseruanda, ac quam optime fieri possit distinguenda.

A NEc vero, &c. Adducit Arist. nonnulla theoremata in hoc & reliquis ca sequentibus reuocandis syllogismis defectui entia. Primum est. In syllogismis non quidem semper sumenda sunt extrema simplicia, sed vtendum erit interdum extremis compositis, vt euenit in hac ratiocinatione. Omne animal particeps rationis est capax disciplinæ: omn[illegible] est animal particeps rationis: ergo homo est capax disciplinæ, in qu[illegible]um, quam maius extremum, [illegible]a composita ex duabus vocibus. 1. Theo.

B Cum autem primum, &c. Secundum. In omnibus syllogismis non debent accipi omnes enuntiationes in recto, tam in affirmantibus, quam in negantibus, sed aliquando erunt accipiendæ in obliquo. Manifestum id est in huiusmodi syllogismo. Contrariorum eadem est scientia: sed bonum est contrarium malo: ergo mali. & boni eadem erit scientia. In quo quidem assumptio tum etiam & propositio casibus obliquis, & non solis rectis constant.

CAPVT XXXIV.

De aliis quibusdam theorematibus.

ID autem quod in pronunciatis sit tractatur extremo priori coniungendum est non medio, quod dicetur tale est, si concludatur iustitia esse scientiam, quia bonum, illud quia bonum, aut quia bonum, extremo iungendum est: constituamus enim in a scientiam, quod bonum, in b vero, bonum ipsum in c, iustitia: sane a de b vere dicetur: nam boni quoddam sit bonum, scientia est, & hoc quoque in c vere dicitur: est enim iustitia id quod bonum. Ad hunc igitur: modum resolutio efficitur. Quod si ipsi b contingatur illud quod bonum, iam non erit verum: nam a de b vere dicetur, b de non item: nam si in iustitia dicas, eam bonam esse qua bonum: id & falsum est, & intelligi nequit. Eadem erit ratio, si salubre ostendatur esse cognobile qua bonum, aut hic cursus qua non est: aut homo caducus qua sensibile: est enim in omnibus iis, quæ ad prædicatur, extremo opponenda geminatio. Nec vero eadem est extremorum dispositio: vbi quid omnino concludatur, & quando hoc, vel illud, vel quodam tantus, vel alio quodam modo: verbi gratia, cum bonum præbetur esse cognobile, & cum concludetur esse cognobile quoddam, qua bonum. Quin si cognobile omnino concludatur, medium collocandum est, id quod est: sin qua bonum sit, aliquod ens. Constituamus enim in a, scientiam, qua est quoddam ens, in b vero aliquod ens, in c bonum, profecto a in b vere dicitur: quippe cum scientia sit alicuius entis, qua ens est: b item in c: nam quod loco ipsius c constitutum est, quodpiam ens est, ita & a in c vere dicetur, Erit igitur boni scientia, qua bonum quoddam est: nam quoddam ens certam quandam naturam modo designabat. Quod si ens medium locetur, & extremo ens omnino, non quoddam ens adiectum sit, diximus non effici scientiam esse boni, qua bonum est, sed qua ens: vt loco a, est scientia, qua ens: in b vero, ens: in c bonum. Constat, ergo extrema eo modo esse sumenda in iis, qui non simpliciter, sed ex parte quadam concludunt syllogismos.

Aliud theorem.

PRoponit Aristo. aliud theorema in hoc cap. in hæc verba

Id autem, &c. Si aliqua dictio reduplicans admissa sit in syllogismo, neq; aquam illa addi debet medio, sed maiori extremo: vt si concludere velimus, omnis iustitiæ esse scientiam, qua bona est sic plane arguimentabimur. Boni est scientia qua bonum est: sed iustitia est bona: ergo iustitiæ erit scientia qua bona est.

Nec vero eadem, &c. Maximum (inquit Aristo) discrimen interest, vtrum quis probare instituat aliquam conclusionem cum reduplicatione, vel absque illa. Nam si absque reduplicatione velit quispiam confirmare, ac demonstrare esse iustitiæ scientiam, medium generale accipiet ens, vt possit ex quo sic componet argumentum. Eius est scientia, atqui iustitia est ens, ergo iustitiæ erit scientia. Quod si cum reduplicatione confirmanda sit aliqua conclusio, non semper necessum est accipi generale medium, quin potius sumendum illud erit aliquo modo contractum quemadmodum in argumento superiori id præstitum cernere ac intueri poterit qui voluerit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT XXXV.

In quo alia rursus theoremata adducuntur.

NOmina etiam nominibus quæ idem valent, commutare oportet, orationem ita oratione, nomen etiam ac orationem, ita vt orationem semper nomine commutes. Nam facilius eo modo extrema digeruntur: exempli gratia, si nihil referat, dicas suspicabile non esse genus opinabilis: an opinabile non esse id, quod suspicabile quoddam, nam idem significatur: pro illa oratione quæ sumpta erat, tum suspicabile & opinabile pro extremis sunt collocanda. B. At vero quia hæc diuersa sunt, voluptas est bonum, & voluptas est ipsum bonum, non sunt eodem modo extrema constituenda. Sed si concludatur voluptatem esse ipsum bonum, extremum est collocandum, ipsum bonum: sin esse bonum, bonum modo id, quod in aliis eodem modo sit. C. Nec vero, hæc aut in re, aut in sermone idem valent, cui ipsum b inest, eidem toti inest a, & in quo toto reperitur b, in eo ipso toto inest ipsum a. Nihil enim prohibeat, b in c quidem esse, sed non omni, nempe si b sit quippiam pulchrum, c vero album: profecto si in re quadam alba quippiam pulchri insit, vere dixeris, album esse pulchrum, non omne fortasse. Itaque si a est in b, nec tamen in iis omnibus est, de quibus ipsum b dicitur, sed ipsum b in toto c reperiatur, seu in aliquo, non est necesse, a in c, non modo toto, sed ne vllo quidem in inesse. Quod si in quæcunque re ipsum b vere dicatur, ipsum a inest in ea omni, inde efficietur, in quo toto ipsum b dicitur, in eo quoque omnino dici ipsum a: si vero de quo b dicitur, in eo toto dicitur ipsum a, nihil prohibet, b in c quidem esse, in eo vero non toto adesse, vel etiam omnino non esse. Vbi igitur tria sunt extrema, perspicuum est illud, de quocunque b dicitur, ipsum quoque a dici, idem valere, ac de quibuscunque di[illegible]is quoque omnibus ipsum a dici: qui[illegible]liquo omnino dicatur, a quoque eodem [illegible]ici: sin in aliquo non omnino dicatur, non esse necesse ipsum a in eo toto esse. D. Nec vero existimandum est ob hanc terminorum expositionem, alienum quid, aut absurdum euenire: neque enim in exemplum adducimus hoc esse illud vt eo quasi indubitato vtamur: sed vt geometra lineam istam pedalem esse dicit, ac rectam & illatabilem, cum ea non sit: nec iu vtitur, quasi inde aliquid concludat: qui enim quippiam demonstrat id nullo pacto ex eo efficiet, quo totius rationem ad partem suam non habeat: aliud autem ad hoc, vt pars sit toti comparata: cum ne ratiocinatio quidem isto modo fiat: sed ea expositione vtimur eodem modo, ac qui dicunt rem percipere sensu eam qui instituitur. Neque enim hæc ita fiunt, quasi sine hu res ipsa demonstrari nequeat: vt sunt ea, ex quibus ratiocinatio struitur. Nec vero ignorare id debemus, non omnes conclusiones, quæ in vna & eadem ratiocinatione efficiuntur, ad eandem figuram pertinere, sed alias per hanc, alias per illam colligi. Vnde constat resolutionem, eo quoque modo esse faciendam. Cum autem quæstio non omnis in quauis figura, sed in singulis certis quibusdam ac definitis probentur, ex complexione facile intelligitur, in qua figura res inuestigari debeat. Ac in definitionibus probandis, vbi definitionis particulam vnam probaueris, ea ad quam probatio pertinet, pro extremo collocanda est, non tota oratio. Ita enim accidet, vt prolixitate minus turbemur. Exempli gratia, si quis probauit aquam esse humorem potabilem, potabile & aqua pro extremis sunt collocanda.

Alia theoremata.

PErgit Arist. ad alia theoremata in hoc cap traddenda. Inquit ergo:

1. *Theo.* A *Nomina etiam, &c.* Primum theorema est. In resoluendis syllogismis, sumenda erunt nomina, & orationes facil ores, quæ effectam rationem clarius multo, explicatam nobis proponant.

2. *Theo.* B *At vero quia, &c.* Secundum theore. Maxime attendi debent nomina quæ nempe ratione componant enuntiationes, quę ipsarum rationum partes existunt, nam si inferri debeant hæ conclusiones, voluptas est bonum, & voluptas est ipsum bonum aliter d sponendum est medium in vna ratiocinatione, aliterque in alia. Ad primam en m colligendam sumi debet bonum absolute prolatum, i a vt hoc modo progrediamur Omne appetendum est bonum: atqui omnis voluptas est appetenda: ergo omnis voluptas erit bona.

Illaturi autem secundam non erimus accepturi bonum absolute prolatum, sed vna cum alia dictione scilicet ipsum ad hunc modum. Omne appetendum est ipsum bonum: atqui omnis voluptas est appetenda: ergo omnis voluptas erit ipsum bonum.

3. *Theorem.* C *Nec vero hæc, &c.* Tertium theorem. Non parum obseruandum est qua ratione disponantur ad inuicem enuntiationes in ratiocinationibus, multum enim hoc inter est, vt videre est in his duabus enuntiationibus. Cui inest animal, omni inest sentiens, & cui omni inest animal, inest sentiens. Hæ enim valde inter se sunt diuersæ, & ratio est quia prima pars prioris, est propositio indefinita, quæ eadem in secunda existit propositio vniuersa, at propositio, indefinita, & vniuersa non parum distinguuntur, vt omnibus est perspicuum.

D *Nec vero existimandum est, &c.* Reddit Arist. rationem quare in tota hac disputatione fuerit vsus literis, & element s aitq; illam esse, quia videtur re hæc multo facilius huiusmodi ratione explicata. Nam licet in literis secundum se nullo modo quæant verum, aut falsum reperiri, dubium tamen non est quin eadem in ipsis, prout loco rerum sumuntur, nueniantur, quod quidem ipsi in præsenti disputatione effecimus Vt enim Mathematici qui in linea ab omni qualitate sensili abstracta versantur, vt quæ ipsi de huiusmodi linea docent facilius discipuli mente complecti possint, eadem in lineis sensibus obiectis explicare consueuerunt: ita etiam nos, vt quæ hactenus tradidimus minori cum difficultate addisci, ac intelligi possent, huiusce modi literis & elementis ea illustrauimus.

Quare in hoc opere vsus fuerit literis.

CAPVT XXXVI.

Syllogismos hypotheticos difficile reuocari ad modos figurarum.

IAm enitendum non est, vt eos syllogismos ad hanc analyseos normam reuocemus, qui sunt ex hypothesi. Nec enim referre eos possis ex iis, quæ proposita sunt, quia syllogismo non probant, sed ex conuentione & pacto admittuntur. Verbi causa, si quis id ponat, si vna contrariorum non sit facultas, nec scientiam quidem eorum vnam esse: tum probet contrariorum non esse vnam facultatem, nempe quia salubru, & insalubris non est eadem: ita enim fieret, vt res eadem salubru esset & insalubris, profecto probatum est eo modo non vnam esse contrariorum omnium facultatem: at eorum scientiam non esse vnam, probatum quidem id non est, quamuis necessario fateri id oporteat: non ratiocinatione quidem, sed ex pacto ac fictione proposita. Non potest igitur hic syllogismus ad figuram referri, sed ille potest, quo concluditur non vnam esse contrariorum facultatem: hic enim fortasse ratiocinatio fuit, ille hypothesis tantum. Eodem pacto res habet in iu, qui per incommodum concludunt. Nec enim resoluere eos possu: ductum autem ad incommodum, maxime. Nam is ratiocinatione probatur. Illud quidem fatere non possis, quia ex hypothesi concludi tur. Est autem inter hos syllogismos, & superiores discrimen: quod in illis præconcessione est opus, vt rem confiteatur aduersarius. Vbi si probatum sit vnam esse contrariorum facultatem, eorum etiam eandem esse scientiam: in his autem sine vlla præconcessione, rem confitebuntur ob perspicuam falsitatem: verbi causa, si ponas dimetientem esse rationabilem, consequitur, vt numeri impares paribus sint æquales. Sunt autem permulti quoque alij, qui ex hypothesi concludunt, syllogismi, qui diligenter & apte obseruandi sunt & annotandi: at quot sint syllogismorum ex hypothesi genera, quotq; modis illi fiant, posterius explicabimus. Quod ad rem præsentem attinet, hoc tantum intelligi debet, syllogismos eiusmodi in figuras referri non posse ob eam, quam exposui, causam.

A. IAm enitendum non est, &c. Ostendit Arist. syllogismos ex hypothesi non posse ad certam figuram, & modum reduci, velut si quis probaturus contrariorum non esse eandem facultatem, postularet prius concedi sibi contrariorum nõ esse eandem scientiam, quo obtento in hunc modum progrederetur Salubris & insalubris non est eadem facultas: atqui salubre & insalubre sunt contraria, ergo contrariorum non

Universidad de Deusto
Biblioteca

est eadem facultas. Ac præterea Contrariorum non est eadem facultas, ergo neq; eadem erit scientia Huiusmodi ratiocinationes, inquit Arist. Ac reliquæ id genus ex hypothesi progredientes, nimis difficile, ac vix quidem, ad aliquam figuram reduci queunt. Quamuis enim prior syllogismus, qui pars est hypothetici ad aliquam figuram reduci possit, totus nihilominus syllogismus nequit secundum omnes suas partes ad aliquam figuram reuocari.

Caput XXXVII.

Qua ratione syllogismi effecti iuxta tres præfatas figuras debeant mutuo inter se resolui.

In quæstionibus autem omnibus quæ per plures figuras probantur, si quæ in vna conclusa sit, ipsam argumentationem in alteram figuram referre possis: vt qua priuans in prima concluditur, in secundam, quæ in hac, in primam referatur: non omnes tamen, sed aliquæ: id quod à posteà perspicuum fiet. A. Nam si a in nullo b reperitur, & b est in toto c, a sane in nullo reperitur: nam hoc pacto prima figura efficitur. Quod si inuertas pronuntiatum priuans, media erit figura. Ita enim b in nullo a erit, & in c toto. Hoc idem fit, vbi in parte tantum, non omnino concludet ratiocinatio. Vt si a in nullo b, & hoc in aliquo c insit. Nam efficietur figura media, si reciprocetur pronuntiatum priuans. Ex iis autem ratiocinationibus, quæ in secunda figura struuntur, vniuersales quidem in primam figuram referuntur: ex iis, quæ in parte concludunt, altera tantum. Faciamus enim, vt nullum b sit a, omne vero sit a: sane si retro commeet negatio, prima figura dicetur. Nam eo modo nullum a est b, & omne c est a. Quod si ipsi b affirmatio iungatur, ipsi vero c negatio, illud c in maiori extremo collocandum est. Ita enim fiet, vt nullum a sit c, & omne b sit a. Atque ita nullum b erit c, nec vllum quidem c erit b. Reciprocatur enim priuans pronuntiatum. Quod si ratiocinatio in parte concludat, vbi maiori extremo negatio fuerit innexa, in primam figuram reducetur, vt si a in nullo b insit, & in c aliquo: assumetur enim prima figura, si retro commeet negatio. Nam b in nullo est a, & hoc in aliquo c inest. Vbi vero affirmatio ita fuerit, resolui non possit, vt si omne b sit a, non omne vero c sit a: nam illud a b reciprocationem non admittit. Quod si forte illo fiat, non stabit conclusio. B. Nec item quæ in tertia figura struuntur ratiocinationes, in primam omnes referri possunt: contra quæ in hac fiunt, ad eam omnes referantur. Faciamus enim, ex implicita causa, vt omne b sit a, & aliquod c sit b: cum igitur affirmatio in parte reciprocetur, c quoque in aliquo b inerit: a autem in toto b erat: sit igitur figura tertia. Eadem erit ratio si priuans sit ratiocinatio. Nam quia affirmatio in parte inuertitur ac retro commeat, efficitur, vt a in nullo b insit, & c in aliquo. Ex ratiocinationibus autem, quæ in postrema figura struuntur, vna modo in primam figuram resolui nequit: nempe vbi negatio in toto non fuerit, reliquæ referri possunt omnes. Ponamus enim, vt c, a, & b in toto c dicuntur, profecto ipsum c in vtrumuis retro commeabit in parte: atque ita ipsum a in aliquo b inerit, & efficietur prima figura, dum a in toto c inest. & hoc c in aliquo b. Eadem erit ratio, si a in toto c inerit, b vero in c aliquo. Nam ipsa b c inuertuntur ac reciprocantur. Quod si b in toto c, & in hoc aliquo ipsum a insit, collocandum est ipsum b in primo limite. Nam eo modo ipsum b in toto c erit, & hoc in aliquo a: atque ita ipsum b in aliquo a & quia pronuntiatum in parte retro commeat, ipsum b in aliquo a inerit. Ac vbi ratiocinatio priuans fuerit, & extrema omnia in toto sint eodem modo omnia sumi debent. Sit enim exempli gratia, b in toto c, & in hoc nullo ipsum a: profecto ipsum c in aliquo b non erit: a vero in nullo est c: ita medium erit ipsum c. Hoc idem fit, vbi negatio est in toto, affirmatio in parte: nam a in nullo c inest: c vero in b aliquo: quod si negatio in parte sumpta sit, resolutio nulla erit: nempe si omne c est b, quoddam autem c non sit a. Si enim illud b c inuertatur, pronuntiata ambo illa quidem in parte erunt. Constat autem immutata illa reductione in figuram, pronuntiatum, quod minori extremo iunctum est, in vtraque figura esse inuertendum: hoc enim commutato, transitus efficitur. C. Ex his autem quæ in figura media fiunt ratiocinationes, vna in figuram quidem tertiam resoluitur: altera non item. Refertur enim ea, in qua negatio est vniuersalis. Nam si a in nullo b inest, & in c aliquo, sequitur cum ipso a atque inneritur: atq; ita nullum a erit b, & quoddam a erit c. Erit igitur ipsum a medium.

Quod

Quod si a in toto b ineat in aliquo c non item, nulla fit resolutio, cum neutrum ex pronuntiatis post reciprocationem sit vniuersale. D. Resoluentur etiam in mediam figuram, quæ in tertia sunt ratiocinationes: quandocumque negatio in toto fuerit: vt si a in nullo c ineat, & in b, aut aliquo, aut omni: nam c in nullo a inerit, & in b aliquo. Quod si priuatio sit in parte, nulla erit resolutio. Neque enim reciprocationem admittit negatio ea, quæ est in parte. Ex his igitur constat eos ipsos syllogismos in his figuris non resolui, qui in primam referre non poterunt. Ac cum alij syllogismi in primam figuram referantur, ij ex incommodo tantum probantur. Ita ex iis, quæ hactenus exposuimus perspicuum est, quo pacto ratiocinationes reduci oporteat, quod etiam figuræ in se mutuo commeant & resoluuntur.

Explicat Arist quomodo syllogismi iuxta tres præfatas figuras compositi, ac ordinati, possint vicissim resolui. Et quidem aliqua attingit Arist. in hoc cap. de modis secundæ, & tertiæ figuræ, quomodo nimirum syllogismi iuxta ipsos effecti, reuocandi sint ad primæ figuræ modos, quæ nos obeam causam hic prætermittenda esse putamus, quia abunde satis de huiusmodi argumentis supra in primis scilicet ib. huius capitibus actum fuisse existimamus. Tantum itaq; instituimus agere hoc loco cum ipso de reuocatione syllogismorum, qui iuxta primam, & secundam figuram componuntur ad syllogismos iuxta tertiam figuram effectos: ac demum de reductione syllogismorum tertiæ figuræ ad syllogismos secundæ.

A *Nam si, a, in nullo, b,* Ex prima figura soli duo modi Celarent scilicet & Ferio, in secundam resolui possunt, quia hi tantum duo inferunt conclusionem negantem, quę in sola secunda figura potest inferri. Hoc autem pacto illi resoluuntur quod, Celarent ad Cæsare, & Ferio, ad Festino, propositione in vtroque simpliciter conuersa reuocantur.

B *Nec item quæ in tertia figura, &c.* Deinde ex eadem prima figura soli etiam duo modo Darij nempe, ac Ferio ad tertiam figuram reduci queunt, ita quidem quod Darij ad Datisi, Ferio vero ad Ferison reuocetur, eo quod hi duo modi colligant conclusionem particularem, quæ in tertia dumtaxat figura colligi potest. Hoc vero modo deficiendum est vt conuertatur propositio particularis aiens, quæ est semper in hoc vtroque modo assumptio conuersione in totum, in aliam particularem aientem. Neq; in vno solo, sed in alio etiam id ipsum præstandum est.

C *Ex iis autem quæ in figura media, &c.* Expositis quę ad primam figuram attinent, comparat iam Arist. secundam cum tertia, constituitque ex secunda figura solum modum Festino posse resolui in tertiam figuram, nam cum in ea tantum inferatur propositio particularis, nulla autem huiusmodi in Cesare, atque in Camestres colligatur, & Baroco præterea sit modus, qui licet inferat conclusionem particularem, conuertitur tamen non potest quia constat assumptione particulari negante quam cum nulla alia reciprocari posse iam supra docuimus, consequens planè sit, solum modum prædictum Festino scilicet, ad illum tertium figuræ modum qui Ferison dicitur, reduci posse vtraq; propositione in totum conuersa.

D *Resoluuntur etiam in mediam, &c.* Tandem ex tertia figura duo modi Felapton, & Ferison ad secundam reuocari poterunt, hi enim soli huius figuræ modi colligunt propositionem negantem, quam sola in secunda figura inferri cuilibet est manifestum. Bocardo autem nullo modo reuocabitur, quamuis inferat propositionem negantem, quia constat propositione particulari negante, nullo pacto in aliquam aliam conuertibili. Felapton igitur reducitur ad Festino cõuersa propositione simpliciter, assumptione vero ex parte: Ferison aũt ad eundẽ etiam Festino reuocandus est vtraque tamen propositione simpliciter reciprocata.

Caput XXXVIII.

De propositionibus infinitis in argumentatione.

Nec vero parum refert ad confirmandum, vel refutandum, arbitreris ne, hæc idem valere, an diuersa esse & non esse, inquam hoc & est non hoc: verbi causa: non est album, & est

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non album: neq; enim idem valent, nec huius, esse inquam album, negatio est illud, esse non album: sed non esse album, cuius rei hæc est ratio: A. Nam eodem modo se habet illud, potest ambulare, ad alterum, potest non ambulare, quomodo illud, est album, ad alterum, est non album, & hoc nouit bonum, ad illud, nouit non bonum. Nihil enim refert dicas, hic bonum scit, an est sciens bonum, nec idem refert dicas, potest incedere, an est potens incedere: itaq; illorum contraria eadem sunt, non potest ambulare, non est potens ambulare. Quod si idem valent, illud, non est potens ambulare, & est potens non ambulare, vel etiam nec ambulare profecto hæc eadem in eadem re simul reperientur: quippe cum homo idem facultatem habeat, vt ambulet, & non ambulet, & sit peritus boni, & non boni. At affirmatio & negatio contrariæ, in eadem re simul nunquam insunt. Atq; ita quemadmodum hæc non idem valent, non nosse inquam bonum, & nosse non bonum: ita nec illa, esse non bonum, & non esse bonum, rem eandem significant. Nam in his, quæ similitudine inuicem comparantur, si vnum sit alterum, aliud quoq; necessario est: B. Nec idē valent, esse non æquale, & non esse æquale. Etenim quod est, esse non æquale, aliquid subiicitur, quod est inæquale: alteri plane nihil: quo fit vt non quæuis res æqualis sit, aut inæqualis: æqualis, vel non æqualis maxime. C. Iam hæc non simul perpetuo reperiuntur, est non album lignum, & non est album lignum. Nam si quid est lignum non album, illud, est lignum: si quid vero non sit lignum album, non est necesse, vt sit lignum, vnde constat ipsius pronuntiati, est bonum, illud est non bonum, negationem non esse contrariam. Quod si de re quauis vna, vel affirmatio vere dicitur, vel negatio opposita, profecto vbi negatio non vere dicetur, affirmatio quodammodo vere enuntiabitur. At cuiusuis affirmationis sua est negatio: illius igitur ista erit contraria, non est non bonum. D. Porro hunc ordinem hæc omnia seruant inter se: ponamus loco ipsius a, esse bonum, in b, & non esse bonum, in c vero, esse non bonum, idq; sub ipso b, demum non esse non bonum in d, ac subiiciatur ipsi a: E. Sane in re quauis, aut ipsum a inerit, aut b, ipsum item, c vel d, & in nulla re eadem inesse simul possint. F. Ac in quacumq; re c reperitur, necesse est ipsum b in quauis reperiri. Nam si vere dicitur aliquid esse non album, verum quoq; est, illud non esse album: quippe cum fieri nequeat, vt quid simul sit album, & non album: nec item sit bonum non album, & sit lignum album: quod si affirmatio ipsa non insit, inerit negatio, ipsum autem c non perpetuo in toto b reperitur. Nam quod plane non est lignum, nec lignum quidem est non album: contra fit in his, in quo cumq; reperitur ipsum a, in eo reperitur ipsum d. quandoquidem necesse est, vel c, vel d in eo reperiri. At vero quoniam fieri nequit, vt res eadem simul sit non alba, & sit alba, ipsum d semper inerit. Nam de ea re, qua alba sit, vere dixeris, eam non esse non album: at contra ipsam a non dicitur in toto d. Nam de ea re qua lignum, plane non sit, non vere dixeris ipsum a, nempe quod ea sit lignum album, atq; ita in ipsa ipsum d vere dicitur, ad ipsum a, nempe quod ea sit lignum album, non ita. G. Constat etiam in nulla re eadem inesse posse a, & c, quamuis b, & d in nonnulla isdem reperiri possint. Eandem rationem seruant priuationes ad enuntiationes, modo id obseruetur situs: collocemus in æquale, loco ipsius b, non æquale: vbi est c, ponatur inæquale, in locum d succedat non inæquale. Atq; in rebus sane permultis, quibus aliquid idem pariter insit, partim non insit, aque vera negatio fuerit, veluti non omnia sunt alba, vel non est album vnumquodque: cum tamen falsum sit, vnumquodq; esse non album, vel omnia esse non alba. Eodem modo illius pronuntiati: omne animans est candidum, non est hæc negatio contraria, omne animans est non album (hæc enim ambo falsa sunt.) sed illud, non omne animal est candidum. Iam vero ex quo constat, hæc pronuntiata res diuersas significare, est non album, inquam, & non est album, cum alterum aiat, alterum neget, perspicuum est, non eandem esse vtriusque probandi rationem: verbi causa omne animans non esse candidum, aut posse esse non album, & vere dici non album, quod idem est, atq; esse non album. At vero horum omnium, nempe quod vere dicatur, esse album, vel non album: eadem est concludendi ratio: ambo enim hæc confirmando concluduntur in prima figura. Nam ipsum verum eandem vim & situm habet, ac ipsum est: nam ipsius pronuntiati, verum est asseuerare hoc album, non est hæc negatio contraria, verum est asseuerare hoc non album: quin potius illi contraria est, non verum est asseuerare album. Quod si vere dicatur, quisquis homo fuerit, eum musicum esse, vel non musicum, sumendum est, omne animans musicum esse, vel non musicum: atque ita res est confirmando confecta. At vero illud, omnem hominem non esse musicum, in modum refutationis concluditur, idque in tribus modis quos superius exposuimus. H. Est vero & illud plane certum, quandocumq; a & b ita sunt inter se affecta, vt in nulla re eadem ambo inesse possint,

sint & in re quauis necesse sit alterum esse: eandem & eandem quoque inter se rationem seruant: cum si ipsum c illud a sit consequens, nec retro commeet, I. profecto ipsum d quoque consequens erit ad b, nec reciprocabitur, atq; a, & d in re eadem esse possunt b, & c non possunt: ac primum hinc plane intelligitur ipsum d consequi ad b. Nam cum alterum horum, c inquam vel d necesse sit esse: in qua autem re b inest, ipsam c esse nequit, quia ad ipsum statim consequitur a: hæc autem, a inquam, & b in re eadem simul esse nequeunt: manifestum est igitur, quod ipsum d consequitur: Iam vero cum c non reciprocetur cum ipso a, & in re quauis vel c dicitur, vel d, ita accidit, vt a & d in eadem re insint: b vero & c esse simul nequeunt, eo quod ipsum a sit consequens ad c. Inde enim res quædam absurda consequitur, & quæ fieri non possit. Constat igitur ne ipsum quidem b, cum c reciprocari, quandoquidem ipsum a cum d stare potest. At vero in nonnullis accidit, vt decipiamur in huiusce modi terminorum dispositione, idq; ex eo quod non bene sumantur contraria ea, quorum alterum in re quauis inesse sit necesse. Verbi causa, sia, & b in re eadem simul esse non possunt, nec necesse est tamen in quare alterum non sit, in ea alterum esse: item, & d eodem modo inter se sunt affecta, ac ipsum a in totum consequitur ad c: ita enim concluditur: in quare sit d, in ea necesse est esse b: id quod falsum est. Sumamus enim negationem ipsorum a b, quæ sit in loco f: illorum item c d, quæ suffi iatur in locum ipsius g: profecto necesse est in re quauis, aut a vere dici, aut f, nempe affirmationem, aut negationem: c item, vel g, cum hæc sint aientia, & negantia, ac in quacunq; re inest, in ea quoq; a ponatur: atq; ita in quacumq; re inest ipsum f, in ea quoq; inest & g. Rursus quando in re quauis, vel f, vel b dicitur: g item, vel d: g autem consequitur ad f, atque ita ipsum b consequens erit ad d, id quod iam intelligimus. Itaque si a consequitur ad c, b quoque ex d consequens erit: id quod plane falsum est. Nam in his, quæ ita sunt inter se affecta, consecutionem contra valere docuimus: nec enim fortasse est necesse, vt in re quauis, aut a dicatur, aut f, f item, aut b: nec enim ipsum f negatio est illius a. Nam boni, non bonum, negatio est: at non idem valet, hoc non est bonum, ac illud, non est nec bonum, nec non bonum. Eadem est ratio ipsorum c d: nam duæ negationes in hu sumpta sunt.

Discri. interq. pronun.

1. Arg. in Confirmat.

Secundum.

IN vltimo cap. ait Arist. de propositionibus infinitis in argumentatione qua scilicet ratione sit ex eis connectenda argumentatio. In principio autem cap. ostendit non esse vnum & idem hoc duplex pronuntiatum, hoc est non album, & hoc non est album: ac præterea huic affirmationi, homo est albus, non esse oppositam hanc propositionem attributi infiniti, homo est non albus, sed hanc negationem eiusdem attributi, homo non est albus, quod confirmat tribus argum.

A *Nam eodem modo, &c.* Primum est. Hæ duæ propositiones, homo est albus, homo est non albus, habent se velut hæ aliæ duæ, homo potest currere, homo potest nō currere: atqui hæ duæ postremæ sunt ambæ simul veræ, idem namque homo habet potentiam vt currat & vt non currat, & ex consequenti non sunt inter se contrariæ, quia duæ contrariæ nequeunt eidem rei simul conuenire: igitur neque illæ duæ primæ erunt sibi contrariæ.

B *Nec idem valent, &c.* Secundum argu. Hæc duæ propositiones lignum est non æquale, & lignum non est æquale, sunt quemadmodum duæ primum propositæ: atqui hæ duæ sunt propositiones multum inter se diuersæ, negans enim affirmatur etiam de re quæ non est, affirmans vero supponit lignum esse, ergo duæ illæ primæ erunt etiam propositiones inter se multum diuersæ.

Tertium.

C *Iam hæc non simul, &c.* Tertium argu. Hæ duæ propositiones lignum est non album, & lignum est album sunt similes propositionibus à nobis constitutis: atqui hæ duę multum inter se differunt vna enim earum indicat lignum debere esse ea nimirum quæ est affirmans: altera vero, negans scilicet, etiam dicitur de ligno, quod non est: ergo & duæ illæ primæ etiam erunt inter se multum diuersæ.

D *Porro hunc ordinem, &c.* Explicat iam Arist. quam consecutionem habeant pronuntiata finita cum infinitis. Priùs tamen constituit duos ordines in quorum primo continetur propositio aiens, attributi finiti & negans attributi infiniti: in altero vero collocatur propositio negans attributi finiti, & affirmans attributi infiniti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

	Est Bonum,	*Non est bonum,*
	Non est Bonum,	*Est non Bonum.*

1. Theor. IVxta hos ordines tradit Aristot. quæ sequuntur theoremata. Primum in his verbis

E Sane in re quauis, &c. De qualibet re verum est dicere illam esse bonam, vel non bonam de nulla tamen vtrumque simul dici potest, quia de qualibet re vera est affirmatio, vel negatio, de nulla vero ambæ simul.

2. Theor. F *At in qua cunq; re &c.* Secundum in his ordinibus assignatis ex affirmationibus omnino licet inferre negationes, non tamen è conuerso, ad hunc modum vt quidem ex affir. attributi finiti possimus colligere negationem attributi infiniti. Velut recte colligitur: cygnus est albus: ergo cygnus non est non albus: ac rursus ex affirmatione attributi infiniti recte inferre negationem attributi ad hunc modum, æthiops est non albus, ergo æthiops non est albus.

3. Theor. G *Constat etiam in nullare. &c.* Tertium theorem. In his ordinibus duæ enuntiationes è diametro oppositę aliens sci licet attributi finiti, & aliens attributi infiniti, nequeunt eidem rei conuenire, nequit enim vnum & idem, esse album, & non esse album quamuis duæ aliæ è diametro oppositæ possint interdum eidem cõuenire. Idem vero iudicium (inquit Arist.) proferendum erit de propositionibus attributi priuati, & affirmantibus, vel attributi positiui, quod prolatum est de propositionibus infinitis, & finitis: atq; ita eadem theoremata erunt obseruanda.

H *Est vero & illud plane. &c.* In vltima parte huius cap. explicat Arist. coniecturam quæ inter finitas, & infinitas propositiones reperitur. Prius tamen supponit tres hypotheses quarum prima est, sumendos esse duos terminos vnum finitum, & alterum infinitum, vt animal, non animal. Secunda est sub his duobus terminis sumi debere alios duos vnum finitum, & alterum infinitum v. homo, non homo. Tertia est Ex his terminis posse nos aliquos alios inferre non tamen è conuerso, quod qua ratione fiat explicamus his theorematibus.

Nonnulla theorem.

I *Profecto ipsum, &c.* Primum theorema. Ex non animali recte colligimus non hominem, vnde ex termino infinito generis, omnino colligimus terminum infinitum speciei, quia negato genere etiam & species negari debet. Secund Ex termino infinito speciei, non possumus colligere terminum infinitum generis, velut ex non homine, non recte colligimus non animal, quia negata specie non negatur genus, cum possit illud in alia specie reperiri. Tertium. Ex attributo finito generis, & infinito speciei, optime licebit colligere attributum finitum alterius speciei sub eodem genere contenta, vt ex animali, & non homine, optime colligimus leonem, quia leo est animal & non est homo. Quartum Ex termino infinito generis, & specie, colligere licet terminum infinitum alicuius attributi superioris, vt ex non animali, & non homine licet colligere plantam, quia planta nec est animal, neque homo. Hæc theoremata illustrata sunt ab Arist. (iuxta retentam consuetudinem) mediis quibusdam elementis quæ eadem nos maioris explicationis gratia in vocibus significantibus explicuimus. Sicque finem huic primo lib. æquum est vt imponamus.

COM-

COMMENTARIA IN SECVNDVM LIBRVM DE PRIORI ANALYSI.

Eodem R. P. Fr. Didaco Masio Valentino Vilarealensi, ordinis Prædicatorum auctore.

CAPVT I.

Eundem syllogismum posse inferre varias conclusiones.

HVcusq; igitur id à nobis expositum est quot figuris, quot item, quibusque pronuntiatis, quando, quaq; ratione struatur ratiocinatio, quæ etiam inspectanda sint ac obseruanda ei, qui aliquid refutare, vel confirmare velit, quæ etiam sit inuestigandi propositi ratio pro quaq; methodo, qua item via ac ratione vniuscuiusq; quæstionis principia reperiamus. At vero cum ex syllogismis alij in toto sint, alij in parte, qui in toto sunt, multa semper concludunt: qui vero in parte sunt, si affirment, plura quidem concludunt: si negent, quam tantum conclusionem colligunt: quod ideo fit, quia pronuntiata alia retro commeant, at negatio in parte non item: Conclusio autem aliquid de aliquo significat: ita fit, vt ratiocinationes aliæ multa concludant. Verbi causa, si conclusum sit, a in toto b ineſſe, vel etiam in aliquo necessario inde efficitur, vt b in aliquo a reciprocetur: quod si a in nullo c insit, ne in nullo quidem a ipsum b inerit. Hoc autem pronuntiatum à superiori diuersum est. At si a in aliquo b non insit, non ideo efficitur ipsum b in aliquo a non reperiri: quippe cum fieri possit, vt in eo toto insit. Atq; hæc quidem est vna omnium syllogismorum multa concludendi ratio, tamen qui in toto, quam qui in parte colligunt communis. At. In vniuersalibus autem alia quoq; ratio affertur posse. Eorum enim omnium, quæ vel medio continentur, vel conclusione, vna est & eadem ratiocinatio. si hæc in conclusione ponantur, illa in medio. Verum, si conclusio ab colligatur per se necesse est, vt a de omnibus inferatur, quia ipso b aut c continentur. Nam si d in toto b est, hoc vero in toto a, profecto d in toto a continebitur. Rursus si c in c toto contineatur, c vero in a, profecto & c in ipso a toto continebitur. Eadem est ratio, vbi primans fuerit conclusio. In secunda autem figura concludere tantum licet, quod complexione continetur, vt si a in nullo b insit, & in c toto, efficietur ipsum b in nullo c inesse. Quod si d sub c contineatur, constat in eo non esse ipsum b: ex ea autem ratiocinatione non constat, ipsum b non inesse iis, quæ sub a continentur: tametsi re ipsa in ipso ex non insit, si sub a ipsum contineatur. At ratiocinatione est efficitur, b in nullo c inesse: in a vero, non esse citra probationem, & vt confessum est sumptum. Itaq; ratiocinatione non efficitur, b in e non esse. In iis autem, qui in parte colligit syllogismis, quod ad ea attinet, quæ complexione continentur, nulla est eorum necessitas. Neq; enim efficitur ratiocinatio, vbi illa in parte sumpta sit propositio. Eorum autem, quæ medio continentur, omnium quidem conclusio erit, non tamen extra ratiocinatione, vt si a in toto b, & hoc in aliquo c insit, profecto, id quod sub c collocatum est, non concludetur, quod autem sub ipso b est, maxime, non tamen ob ratiocinationem antecedentem. Hoc idem fit in aliis quoq; figuris. Neq; enim concludetur id quod complexione comprehensum est. Alterum autem, concludetur illud quidem, sed non per rationē: quomodo in vniuersalib. probabantur, quæ sub medio erant, per pronuntiatum nondum probatum, atque ita in his conkludetur: alioquin in illis quidem conclusio erit.

COMMENTARIA

QVod primum in hoc cap. Arist. docet, est vnum & eundem syllogismum posse inferre varias conclusiones, vnam in primis directe, & aliam deinde indirecte. Sit exempli in hac argumentatione Omne animal est substantia: omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. In hac ratiocinatione eam propositionem quæ illata est, directe profecto intulimus, illius autem conuertentem nimirum hanc, ergo aliqua substantia est homo indirecte colligere possemus. Circa quem modum inferendi ex eodem syllogismo varias conclusiones, offert se hic obiter obseruandum, ipsum minime posse deseruire illis modis qui inferunt conclusionem particularem negantem, quæ quidem conuerti nequit

Universidad de Deusto
Biblioteca

In vniuersalibus autem, &c. Potest & alio modo syllogismus varias inferre conclusiones, quando scilicet proposito primum quolibet syllogismo, sumptoq; deinde aliquo inferiori, vel sub medio verbo, vel sub minori extremo cõcludimus de illo maius extremum illius argumentationis. Velut hic syllogismus. Omne corpus est substantia: omne animal est corpus: ergo omne animal est substantia. Concludit virtute has duas conclusiones prima est, omnis lapis est substantia, & altera omnis homo est substantia. Nam sumpto in primis sub medio, quod est corpus, ipso lapide, colligemus primam conclusionem ad hunc modum. Omne corpus est substantia: omnis lapis est corpus: ergo omnis lapis est substantia. Alteram vero hoc alio pacto inferre poterimus nimirum sumpto homine sub minori extremo hac ratione. Omne animal est substantia: omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. Animaduertit tamen Arist. solos syllogismos vniuersos posse iuxta hunc modum colligere duas propositiones, illos vero qui particularem inferunt conclusionem nulla ratione posse eadem concludere, ac inferre: eo quod in hoc genere concludendi, conclusio debet constitui propositio, in aliqua argumentatione, at in prima, & in secunda figura, non potest propositio esse particularis. Vnde modi particulares concludent quidem duas conclusiones iuxta primum præceptum, non autem iuxta secundum.

Caput II.

Qua ratione ex falsis sequatur verum.

Potest autem fieri, vt pronuntiata vera sint ea, quibus constat ratiocinatio, nonnunquam etiam falsa: aliquando, vt alterum verum sit, alterum falsum. Complexio autem necessario vera est, vel falsa: ac ex pronuntiata vero complexio falsa concludi nequit: ex falsis vera quidem colligi potest: non tamen per causam colligetur, sed quo sit modo. Neque enim ex falsis ratiocinatio vnquam est, qua quamobrem res sit dostat: cuius rei ratio postea explicabitur. A principio igitur ex vero falsum concludi non posse, ex iis erit perspicuum: nam si vbi a sit, necesse est b esse, vbi hoc non sit, necesse est a non esse: vbi igitur verum sit ipsum a, necesse est quoq; ipsum b verum esse. Alioqui accidet, vt res eadem simul sit, & non sit: id quod fieri nequit. Neque vero sustinetur aliquis ex eo quod ipsum a extremum vnicum positum sit, ex vno posito quippiam necessario effici. Neque enim hoc fieri potest: nam id quod efficitur necessario, conclusio appellatur: ex quibus autem ea efficitur, illa minimum tria sunt extrema, interualla autem, ac pronunciata duo. Vbi igitur verum sit, in quo b insit, in eo toto ipsum a esse: in quo vero sit c, ipsum b quoque insit, necesse est in quo sit c, in eo quoque a inesse. Ne falsum id vllo modo esse potest. Illud igitur a, quod quasi vnum acceptum est, pro pronuntiatu duobus coniuncto est intelligendum. Eadem quoque est priuantium ratio. Neq; enim ex vero falsum probari vllo modo potest. B. Ex falsis autem verum concludi, illud quidem potest, seu falsa sint ambo pronuntiata, seu alterum, nec tamen vtrumuis, sed secundum, si pronuntiatum in totum falsum sumamus, alioqui vtrumuis indiscriminatim. Faciamus enim, vt a in toto c insit, & in b nullo, profecto ne b quidem in c erit. Quod autem diximus, accidere potest: verbi causa, nullus lapis est animans, nullus item homo est lapis. Vbi igitur sumptum sit, a in toto b inesse: & hoc in toto c: a in omni c inerit: atq; ita ex pronuntiatis ambobus falsis vera efficitur cõclusio: omnis enim homo est animans: idem est existimandũ de complexione priuante. Nam ponamus, a in nullo c inesse, item & b, a vero in toto b ineste: vt si ea ipsa extrema sumantur, & in iis homo medium collocetur. Nam & animans & homo in nullo lapide insunt, animal autem omni homini inest: atq; ita si sumamus in eo nullo inesse, cui toto inest: contra in quo non inest, in eo toto esse, ex ambobus pronuntiatis falsis vera efficitur conclusio. Hoc idem probabitur, vbi vtrumq; in parte falsum sumatur. C. Quod si alterũ modo falsum ponatur, vbi primũ in totũ falsum fuerit, vt ipsum a b, non efficietur vera conclusio: vera autẽ erit, si b c sumatur falsum. Appello autẽ pronuntiatũ in totũ falsum, quod aduersum est vero: vt si in toto esse sumptũ sit, quod in nullo inest, aut contra quod in toto inest, in nullo inesse. Ponamus enim, vt a in nullo h insit, h vero in c omni, profecto si pronuntiatum b c verum sumptum sit, a b vero plane falsum, ac ipsum a in b omni inesse, sit positum, fieri non

non potest, vt vera sit conclusio, ipsum enim a in nullo c inerat, quandoquidem cuicunque insit b, in eo nullo inerat ipsum a: at illud b in c quouis erat, Nec conclusio quidem vera esse possit, si a in b quouis insit, b vero in omni c, ac pronuntiatum b c verum sumptum sit, a b vero in totum falsum, hoc modo, nullum b est a, conclusio sane falsa erit: nam ipsum a in toto c reipsa inest: in quocunq; enim ipsum b inest, in eo quoque inest a: at b est in omni c. Constat itaque conclusionem veram non fore vbi pronuntiatum prius omnino falsum sit sumptum, seu affirmet illud, seu neget, alterum autem verum sit: quod si falsum quidem illud ponatur, non omnino tamen vera tum erit conclusio. Nam si a in omni c inest, & in b aliquo, b item in omni c, quemadmodum animans in omni cygno inest, & in albo aliquo, album vero in toto cygno inest, profecto si sumptum sit, a in omni b ineste, b vero in omni c, a in omni reuera inerit: est enim omnis cygnus animans. Eadem erit ratio, vbi pronuntiatum a b primum fuerit: fieri enim potest, vt a in aliquo b insit, in c vero nullo, b autem in c toto: verbi gratia animans est in aliquo albo, & in nulla nive, candor autem in omni nive reperitur: si ergo ponatur, a in nullo b ineste, & hoc in omni c, ipsum a in nullo c inerit. At vero si proloquium a b in totum verum sumatur, & b c omnino falsum, efficietur vera conclusio: nihil enim causa est, quominus ipsum a in b, & c toto insit, b autem in nullo c reperiatur. Huius rei indicio sunt omnes eiusdem generis formæ, quæ non se inuicem contineant: animans enim in equo & homine reperitur, equus autem in nullo homine visitur, erit igitur falsa conclusio, vbi a in toto b sumatur, & hoc in toto c inerit, vt omnino sit falsum proloquium b c. Hoc idem fiet vbi propositio a b priuans fuerit, quippe cum fieri possit, vt a in nullo b, in c item nullo insit: b item in nullo c, vt se habet alterum genus ad formas alterius. Nam animal nec musicæ, nec medicinæ inest, nec musica etiam medicinæ: ita si sumatur, a in nullo b esse, b vero in c toto, vera erit complexio, Quod si pronunciatum b c non omnino, sed in parte falsum sit, ita quoq; vera erit conclusio: nihil enim quicquã prohibet, quominus a in b & c toto insit, b vero in c quodam, vt genus in specie est, & differente: animans enim in omni homine inest, & in omni terrestri, homo vero in aliquo terrestri inest, non omni. Si igitur sumatur, a in omni b inesse, & hoc in omni c, effietur, a in omni c inesse, id quod verum erat. Idem fieri existimandum est, vbi proloquium a b priuans sit: accidit enim, vt a in b, ac c nullo insit, b vero in aliquo c, quo modo se habet genus vnum ad formam & differentiam generis diuersam. Animans enim nulli prudentiæ inest, nulli item cognitioni, prudentia autem alicui cognitioni inest: atque ita si sumatur, a in nullo b, & hoc in omni c, a in nullo c inerit: id quod antea verum erat. D. In ratiocinationibus item in parte accidit conclusionem veram esse, vbi prius pronunciatum in totum sit falsum, alterum verum, vel illud in parte falsum, hoc omnino verum. Item cum a b verum sit, particulare autem pronunciatum falsum: quando item ambo falsa sint: nihil enim vetat, a in nullo b esse, & in c aliquo, vt b in c aliquo sit: exempli gratia, animans in nulla nive est, & in aliquo albo, & in albo aliquo est nix. Ita si nix medium collocetur, animans vero primum, & sumatur a in toto b esse, & hoc in aliquo c, effatum illud a b in totum falsum est, alterum autem b c, inquam, verum, & conclusio inde vera efficitur: tantundem fiet, si propositio a b neget: quippe cum fieri possit, vt a in toto b insit, in aliquo autem c non insit, b vero alicui c insit: verbi causa: animans in toto homine inest, & alicui albo non est consequens, cum tamen homo alicui albo insit. Atque ita vera erit conclusio, si homo medius ponatur, ac sumatur, a in nullo b esse, & hoc in aliquo c, cum tamen pronunciatum a b omnino sit falsum. Conclusio item vera erit, si proloquium a b in parte sit falsum, & b c verum: neque enim quicquam vetat, a in b, & c in aliquo inesse, & b in aliquo c, vt animans in aliquo pulchro reperitur, in aliquo item magno, & pulchrum in aliquo magno est: si igitur sumas, in omni b esse, & hoc in aliquo c, propositio illa a b quadamtenus est falsa, illa autem b c vera, & conclusio ex his est vera. Eodem modo res habebit vbi pronunciatum a b negetur: nam ad huius rei probationem iidem sumentur fines, ac eodem modo disponentur. Rursus si a b verum sit, b c falsum, vera erit complexio. Quid enim causæ est, quominus a in toto b insit, & in aliquo c, b autem in nullo c insit? Verbi causa, animans in omni cygno inest, & in aliquo nigro, cum cygnus in nullo nigro insit. Si igitur a in toto b sumatur, & hoc in c quodam, vera erit conclusio, cum pronuntiatum b c sit falsum. Idem fiet, si pronuntiatum a b priuans sumatur: fieri enim potest, vt a in nullo b insit, & in c aliquo non insit, b autem in nullo c sit, quomodo se habet genus ad formam generis alterius, & diuersi & ad accidentia ea quæ illius formis insunt: animans enim in nullo numero inest, & in quodam albo: numerus autem in nullo est albo. Ita si numerus medius

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponatur, & sumatur, a in nullo b, & b in aliquo c, a in quodam c non erit id quod modo verum erat: ac pronunciatum a b verum est, b c falsum. Vera etiam erit conclusio, si a b in parte sit falsum, b c item falsum: neque enim quicquam vetat, quominus a in b, & c quibusdam insit: b vero in nullo c. Vt si b c sint aduersa, eaque eiusdem generis accidentia ambo: animans enim in quodam albo est, quodam item nigro, & album in nullo nigro inest: si igitur sumas, a in toto b inesse. & hoc in aliquo c, vera efficietur inde conclusio. Quod si a b priuans sumatur, itidem fiet: ad id enim monstrandum iidem fines eadem dispositione sumentur. Quod si pronunciata ambo falsa sint, vera quoque esse possit conclusio: fieri enim potest, vt a in nullo b insit, in c vero quodam sit, cum b in nullo c insit, vt genus aliquod formæ generis diuersi omnino non insit, & in accidente quodam suarum formarum insit. Animans enim in nullo est numero, & in aliquo est albo, cum numerus in nullo sit albo: si igitur a in toto b ponatur, & hoc in quodam c, vera efficietur conclusio, cum falsa sint ambo pronuncita. Hoc idem fiet, si pronunciatum a b negetur, nihil enim prohibet, a in toto b esse, in c quodam non esse, b item in nullo c. Vt animans in omni cygno est, in aliquo nigro non est cygnus autem in nullo nigro: cui igitur sumptum sit, a in nullo b inesse, & hoc in quodam c efficietur, a in quodam c non esse: atque ita vera erit conclusio, cum ambo pronunciata sint falsa.

ALtera facultas syllogismorum est, vt falsum possit in eis inferre verũ, quod nititur Arist. ostendere in capitibus sequentibus. Cæterum ante quam hoc demonstret, constituit tanquam verissimum fundamentum, ex veris nulla ratione posse inferri falsum, quod ad hunc modum confirmat Arist.

A *Principio igitur ex veris, &c.* Si ex antecedente vero sequeretur consequens falsum, fieret vt idem simul esset, & non esset: atqui hoc est omnino impossibile: ergo ex antecedente vero non potest inferri consequens falsum. Confirmatur propositio Sic hęc legitima argumentatio. Homo est, ergo animal est, & antecedens sit verum consequens vero falsum: ergo contradicens consequenti erit propositio vera quæ est animal non est. atqui ex eo quod non est animal sequitur etiam quod non est homo & antea erat verum antecedens hominem esse: ergo si ex vero antecedente colligetur consequens falsum, sequeretur itidem simul esse & non esse. Hoc itaque constituto fundamento antequam proponamus theoremata animadvertendum erit quasdam propositiones vocari simpliciter veras, & alias ex parte tantum veras. Priorisgenesis sunt illæ quæ vñ contrarium est simpliciter & absolute falsum, velut hæc propositio omnis homo est animal, est vera simpliciter, eo quod illius contrarium nullus homo est animal, est simpliciter & absolute falsa. Posteriori generis propositiones illæ extant quarum contrarium ex parte tantum falsum est, sicut hæc propositio omnis homo est candidus, est vera ex parte, quia illius contraria scilicet nullus homo est candidus, est falsa ex parte. Sit iam primum theorema.

B *Ex falsis autem verum, &c.* In prima figura ex vtraque propositione, vel simpliciter, & absolute, vel ex parte tantum falsa, colligitur conclusio simpliciter, & absolute vera. In primis ex vtraque absolute falsa vt in hac argumentatione. Omnis lapis est animal: sed omnis homo est lapis: ergo omnis homo est animal. Deinde ex vtraque falsa tantum ex parte, vt in hac alia ratiocinatione. Omne album est animal: omnis homo est albus: ergo õnis homo est animal.

C *Quod si alterum modo, &c.* Secundum theorema in duas distributum est partes. *Prima est.* Ex propositione simpliciter & absolute falsa, non sequitur conclusio vera, sed falsa, licet id in hoc syllogismo perspicere. Omne animal est lapis, omnis homo est animal, igitur omnis homo est lapis. In quo quidem propositio, est simpliciter, & absolute falsa, atque ita infert etiam conclusionem simpliciter falsam. 2 p. eiusd. theore. Propositio falsa ex parte potest inferre conclusionem veram vt conspicuum est in hoc syllogis. Omne animal est album: omnis cygnus est animal, ergo omnis cygnus est albus. In quo ex propositione vera damnatur ea ex parte sicut & ex parte tantum falsa colligitur conclusionem simpliciter veram. Rursus ex propositione simpliciter vera, assumptione autem simpliciter falsa colligimus conclusionem simpliciter veram. Subijciamus exemplum. Omnis homo est animal, omnis equus est homo, ergo omnis equus est animal.

D *In vtraque autem, &c.* Tertium theorema. In modis concludentibus conclusionem particularem, ex duabus conclusionibus omnino falsis, aut ex parte vel ex vna vera, & altera falsa colligitur conclusio vera. In primis ex duabus falsis, vt omnis lapis est animal: aliquis homo est lapis: ergo aliquis homo est animal: deinde ex vna vera & altera falsa, vt omne album est animal, quidam homo est albus, ergo quidam homo est animal.

CAPVT III.

De secunda figura.

IN media vero figura ex falsis verum plane concludere licet, seu pronuncientur ambo in totum falsa sumantur, seu in parte seu alterum sit verum, mentiatur plane alterum, idque vtrumuis. Vbi etiam ambo in parte mentiantur, vbi item alterum sit plane verum, alterum in parte falsum, & contra si alterum sit planum, alterum verum in parte, idque tum in vniuersalione syllogismus, tum in particulari bus. Nam si a in nullo b inest, & in omni quomodocunque animans in nullo lapide inest, & in omni homine: atque tum propositiones contrario modo ponantur, vt sumatur, a in omni b inesse, & in nullo, pronunciatu plane falsi vera efficietur complexio. Hoc idem fiet, si a in toto quidem b inest, & in nullo: idem enim efficietur syllogismus. Rursus si propositio altera tota falsa sit, altera tota vera: nihil enim vetat, quominus a in b, & in totum sit, & b in nullo c insit, quo modo se habent genera ad formas non continentes inuicem: animans enim in equo & homine in totum inest, cum tamen nullus homo sit equus. Ita si sumatur, animans in altero toto inesse, & in altero nullo pronunciatum alterum in totum falsum erit, alterum plane verum, & vera erit conclusio, virtute negationis adiectæ. Item si alterum in parte sit falsum, alterum sit omnino verum: fieri enim potest, vt a in b aliquo insit, & in omni, & b in nullo c insit. eo modo animans est in albo aliquo, & in toto corvo, cum candor in nullo eorum insit. Igitur si sumatur, a in b nullo, & c toto inesse, pronunciatum a b in parte erit falsum, a omnino verum, ac vera erit conclusio: hoc idem fiet si commutetur negatio: ex iisdem enim finibus idem statuetur si affirmatio sit in aliquo falsa, negatio plane vera. Quid enim vetat, quominus a in quodam b insit, & in eo c non insit, b sit in nullo c? veluti gratia, animans est in quodam albo, & in nulla pice, & album in nulla pice inest. Itaque si sumatur a in toto b inesse, & in c nullo, propositio a b in quadam parte erit falsa, a c vera omnino, & conclusio erit vera. Vera item erit conclusio, vbi ambo pronunciata in parte falsa sint: quippe cum a in b, & c quibusdam inesse possit, cum b in nullo c insit. exempli gratia, animans in quodam albo, quodam item nigro inest, cum album in nullo nigro reperiatur. Itaque si a in toto b sumatur, & in nullo, propositiones ambæ in aliquo erunt falsæ, & vera conclusio: hoc idem fiet, si commutetur negatio in finibus iisdem: hoc etiam fieri perspicuum est in iis, qui in parte tota sunt syllogismis. Nequeenim quicquam prohibet a in toto b inesse, & in aliquo tum b in aliquo non insit, vt animans in toto homine inest, & in quodam candido, cum homo in quodam candido non sit. Si igitur a in nullo b ponatur inesse, & in quodam c esse, pronunciatum illud vniuersum in totum falsum est: quod autem in parte est, verum, & conclusio vera. Eadem erit ratio, si a b sumatur affirmatio. Nam fieri potest, vt a in nullo b insit, & in quodam c non sit, & b in aliquo c non sit, vt animans in nullo inanimato inest & in quodam albo non est cum inanimatum in quodam albo non sit. Ita si ponatur a in toto b inesse, & in quodam c non esse, propositum illud vniuersum a b omnino est falsum, a c verum, & conclusio vera. Idem fiet, si & vniuersalis propositio vera ponatur, particularis falsa. Quæ prohibet, quæso, ipsum a nullis b nullis item esse consequens cum b in quodam c non sit? Exempli gratia, animans nullis numero, nullis item inanimato est consequens, & numerus quidam inanimato non inest. Si igitur ponatur a in nullo b, & in quodam c, vera erit conclusio: propositio autem vniuersalis quidem vera particularis autem falsa. Idem fiet, si affirmatio sit vniuersalis: quippe enim a in b, & c toto inesse, cum b autem c non sit consequens: quomodo se habet genus ad formam, & differens: animans enim toti hominem totum item terrenum consequitur: homo vero non omne terrenum. Itaque si sumatur a in toto b inesse, & in c aliquo non esse, pronunciatum vniuersale & verum erit, particulare falsum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vera autem complexio. Constat etiam ex ambobus falsis, veram effici complexionem, si quidem potest a in b, & c tota ineſſe, cum b alicui c non inſit. Si enim ſumatur a in nullo b, & in quodam c ineſſe, pronunciata ambo falſa erunt concluſio vera. Idem fiet, ſi affirmet pronunciatum vniuerſale, quod in parte eſt, neget: poteſt enim a toti c, & nulli b eſſe conſequens, cum b alicui c non inſit: verbi cauſa, animans nullam ſcientiam conſequitur. & totum hominem, & ſcientia non omnem hominem. Ita ſi ponatur a in toto b ineſſe, & quidam c non eſſa conſequens, pronunciata falſa erunt, complexio vera.

Circa ſecundam figuram vnicum dumtaxat ſe offert præceptum quod huiuſmodi eſt. *In media vero figura.* In omnibus modis ex ambabus propoſitionibus falſis aut omnino, aut ex parte, vel ex vna vera, & altera falſa, aut omnino, aut ex parte, ſequitur concluſio vera. Exemplum primi; hæc argumentatio eſſe poteſt. Omnis lapis eſt animal: nullus homo eſt animal: ergo nullus homo eſt lapis. Secundi vero hęc alia. Omnis homo eſt animal: nullus lapis eſt animal: ergo nullus lapis eſt homo.

CAPVT IIII.

De tertia figura.

IN poſtrema quoque figura ex falſis efficietur verum, tum ex ambobus in totum falſis, tum ex vtroque in parte falſo: & ex altero omnino vero, altero falſo: ex vno item in parte falſo, altero omnino vero, & contra. Demum quibuſcunque aliis rationibus pronunciata immutari poſſunt. Neque enim quicquam vetat, & a & b in nullo c ineſſe, cum a in aliquo b inſit: verbi gratia homo, & pedeſtre nulli animo ſunt conſequentia, & homo alicui pedeſtri ineſt, itaque ſi ponatur a, & b in toto c ineſſe pronunciata in totum falſa erunt, connexio vera: eadem eſt ratio, vbi alterum ait, negat alterum. Fieri enim poteſt, vt b in nullo c inſit, & in eo toto inſit a, cum a alicui b non inſit: verbi cauſa, nigrum in nullo eſt cygno, & in hoc toto eſt animal, animal autem non omne nigro ineſt. Ita ſi ſumatur b omne c, & in hoc nullo ipſum a, a in quodam b non erit & concluſio erit vera, propoſitiones falſæ. Vera item efficitur complexio, vbi vtraque in parte falſa ſit propoſitio: neque enim quicquam vetat, a & b in quodam c ineſſe: a vero in aliquo b: verbi cauſa, album, & pulchrum in aliquo animante inſunt, & album in re quadam pulchra ineſt. Si igitur ponatur, tum a tum b in toto c ineſſe, pronunciata ambo tu parte falſa erunt, complexio autem vera: hoc idem fiet, ſi pronunciatum a c ponatur priuans. Quid enim vetat, quominus a in quodam c non ſit, b vero in c aliquo ſit, cum a in b non toto inſit? Exempli gratia, album in quodam animante non eſt, & in eo aliquo eſt pulchrum, album autem non omne pulchrum ineſt: ita ſumatur a in nullo c, & b in eo ipſo toto propoſitiones amba in parte falſa erunt, complexio vera. Eadem erit ratio, ſi propoſitio altera in totum falſa ſumatur, altera omnino vera, quippe tum fieri poſſit, vt & a & b ipſi c omnino ſint conſequentia, cum a in quodam b non ſit, vt animans, & candidum omni oleri conſequentia ſunt, cum animans non omni candido inſit. Propoſitu igitur huiuſcemodi extremu, ſi b in toto c ſumatur, a vero in eodem nullo profecto pronunciatum b c omnino verum erit: illud autem a c plane falſum, cum ipſa concluſio ſit vera: hoc idem fiet ſi illud b c, falſum ſit, a c verum: ad id enim confirmandum ij aſſumuntur fines, nigrum, cygnus, inanimum. Quinetiam vbi ambo affirmantia ſint pronunciata, tantundem fiet. Nihil enim vetat, vt b toti c ſit conſequens, & in eodem toto ipſum a non ſit, cum a in quodam b inſit. Hoc modo animans in omni cygno reperitur, & in eodem toto ipſum a non ſit, cum a in quodam b inſit. Hoc modo animans in omni cygno reperitur, & in eodem nullo nigrum, cum nigrum alicui animanti inſit. Si igitur ponatur a & b in toto c ineſſe, pronunciatio b c vera plane fuerit: a c vero plane falſa, concluſio autem vera. Illud idem fiet, ſi a c ponatur falſa, quod per eoſdem fines ac exempla confirmabitur. Rurſus vera erit concluſio ex pronunciato plane vero & altero in parte falſo: ſit enim nonnunquam, vt b in toto c inſit: a autem tu c aliquo, & a in quodam b inſit: vt bipes omni homini ineſt, pulchrum non omni, & tamen pulchrum alicui bipedi ineſt. Itaque ſi ponatur a & b in toto c eſſe, propoſitio b c vera plane erit, a c in

a c in parte falſa: concluſio autem vera. Idem fiet, ſi pronunciatum a c verum ſumatur, b c in parte falſum: iisdem enim finibus commutatis id oſtenditur. Item ſi propoſitio altera neget, altera aiat: quandoque enim accidit, vt b in toto c inſit, & a in eo aliquo: at dum hæc ita ſe habeant, a non omni b ineſt. Itaque ſi ſumatur, b in toto c ineſſe, a vero in c nullo, negatio erit in parte falſa, altera propoſitio plane vera, concluſio item vera. Praterea quandoquidem probatum eſt, vbi a in nullo c inſit, b vero in eo aliquo, fieri poſſe, vt a in aliquo b non ſit, perſpicuum, vbi a c plane verum ſit, b c in parte falſum, concluſionem poſſe eſſe veram. Nam ſi ſumatur a in nullo c ineſſe, b vero in c omni, pronunciatum a c plane verum erit: b c autem in parte falſum. Conſtat item in ratiocinationibus: quæ in parte ſunt, ex falſis verum omnino concludi. Eadem enim extrema ſumi debent, quæ ſumpta ſunt, dum vniuerſalia eſſent pronuntiata, in aientibus aientia, negantia in negantibus. Nam quod ad extremorum expoſitionem pertinet, nihil refert, quod nulli ineſt, ſumere, quaſi omnino inſit, & quod alicui inſit, omnino ineſſe. Idem de priuantibus eſt exiſtimandum. A. Hinc igitur perſpicuum eſt, vbi concluſio eſt falſa, ea ex quibus argumentatio conſtat, aut omnia, aut aliqua neceſſario eſſe falſa. Quod ſi vera ſit, nec omnia, nec aliqua vera eſſe neceſſe eſt: quin nonnunquam fit, vt cum neutra ſyllogiſmi propoſitio vera ſit, concluſio ſit aque vera, non tamen ex neceſſitate. Cuius rei hæc eſt ratio: nam quando duæ res ita ſunt inter ſe affectæ, vt ſi vna ſit, altera quoque ſit ex neceſſitate: hæc ſi non ſit, ne illa quidem erit: quod ſi ea ſit non eſt neceſſe, vt illa ſit. Ex eo autem quod aliquid ſit, & non ſit, fieri non poteſt, vt res eadem ſit neceſſario: quod dico tale eſt, cum a album eſt, ipſum b ex neceſſitate eſſe. Rurſus cum a album non ſit, ipſum b neceſſario eſſe. Nam quia ex eo quod hac res, nempe a, eſt alba, neceſſe eſt illam, b, inquam, eſſe magnam: at cum b eſt album, profecto neceſſe eſt, ſi a ſit album, vt c non ſit album. Et cum ex duobus propoſitu, ſi vnum ſit, alterum eſſe neceſſe eſt: vbi hoc non ſit, neceſſe eſt illud non eſſe profecto cum b non eſt magnum, a nequit eſſe album. Quod ſi dum a non eſt album, ex neceſſitate b eſt magnum, accidit, vt cum b non ſit magnum: illud ipſum b ſit magnum, idque neceſſario, id quod fieri nequit. Nam ſi b non eſt magnum, a non eſt candidum ex neceſſitate, ſi igitur b erit magnum, dum a non eſt album, efficitur quaſi per tres fines, ſi b non eſt magnum, vt illud ipſum ſit magnum.

VNicum ſolum occurrit etiam circa tertiam figuram præceptum, ſcilicet ex duabus ſumptionibus, aut omnino, aut ex parte tantum falſis, vel ex vna iterum vera, & altera falſa, inferendam eſſe concluſionem veram. Primum quidem manifeſtum apparet in hac ratiocinatione. Omnis lapis eſt homo: omnis lapis eſt animal ergo aliquod animal eſt homo. Secundum vero in hac alia apertum eſt. Omnis homo eſt animal: omnis homo eſt equus, ergo aliquis equus eſt animal.

A *Hinc igitur perſpicuum eſt, &c.* Ex his colligendum eſt (inquit Ariſto.) concluſionem falſam debere neceſſario inferri ex aliqua propoſitione falſa: concluſionem autem veram inferri poſſe ex veris, & ex falſis propoſitionibus. Tandem conſtituit Ariſt. non poſſe aliquod pronuntiatum inferri ex duabus contradicentibus, vt hoc pronuntiatum, animal eſt, nequit ex his duabus contradicentibus inferri, nimirum homo eſt, & homo non eſt.

CAPVT V.

De tertia figura.

PRobatio autem in orbem & viciſſim alia ex aliis probari tunc fit, cum ſumpta concluſione, & propoſitione altera, ratione dicendi inuerſa concluditur altera propoſitio, quæ in ſuperiori ſyllogiſmo ſumpta fuit: A. exempli gratia, ſi probandum fuerit, omne c eſſe a, idque probatum ſit per ipſum b. Rurſus ſi probetur b eſſe a, ex eo quod ſit a, & b ſit c: ita fiet vt etiam b ſit a, principio autem contra ſumpſit, qui ratiocinatur, nempe c eſſe b. Vel etiam ſi probandum ſit, b eſſe in c, at ſumat a in c dici. quæ fuit concluſio, & b in a ineſſe: at antea contrario modo ſumpta erat, nempe a eſſe in b, neque certe alio modo illa fit ex alternis probatio. Nam ſi medium quodda diuerſum ſumatur, non fit in orbem probatio: nihil enim idem ſumitur. Quod ſi quippiam ex illis ſuma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, alterum tantum accipi necesse est. Si enim ambo sumerentur, eadem efficeretur conclusio, cum diuersam effici oporteat. In his igitur, quæ non retro simul commeant, ratiocinatio efficitur ex altero pronunciato non confirmato: neq; enim in his extremis concludere possit tertium in medio inesse, aut medium in primo: in his autem, quæ vicissim commeant, extremis, omnia ex se inuicem probari possunt, vt si a b c commeent inter se, & sint æqua. Faciamus enim, vt a c probatum sit per b, rursus a b per conclusionem, & propositionem b c conuersam: ita & b c per conclusionem, & propositionem a b inuersam: sunt autem pronunciata c b, & b a probanda. Ea enim sola citra probationem sumpsimus: sane si b sumatur in toto c inesse, & c in omni a efficietur, vt b sit in a. Rursus si ponatur c in omni a inesse, hoc vero in toto b, necesse est, vt c in toto b insit. Ac in ambabus illis ratiocinationibus pronunciatum illud c a citra confirmationem sumptum est: reliqua vero probata sunt. Itaque si illud confirmauerimus, omnia ex se inuicem confirmata fuerint. itaque si sumatur c in omni b inesse, hoc item in omni a. sumuntur duo pronuntiata iam probata, & ex his efficitur necessario, vt c in ipso a insit. Perspicuum est igitur in his modis, quæ vicissim commeant, orbicularem probationem fieri, ac vicissitudinariam: in aliis vero eo quo diximus modo. Probatur enim c de b, hoc item de a, si sumas, c dici in a: at c in a dici, ex pronunciatis illis probatur: vtimur itaque conclusione ad id probandum. In priuantibus autem ratiocinationibus hoc modo fit mutua confirmatio. Ponamus b in omni c inesse, a vero in nullo b, efficitur conclusio, nullum c inquam esse a. Quod si rursus concludendum sit, a in nullo b inesse, quod dudum sumptum est sumetur a in nullo c, & hoc in omni b: atque ita inuertetur pronunciatum. Quod si concludi oporteat, b in c inesse, non ita conuertendum erit illud a b, cum pronunciatum idem sit, b in nullo a inesse, & a in nullo b: sed sumendum est, in quo nullo ipsum a inest ipsum b in eo toto inesse: ponamus a in nullo c inesse, quæ conclusio fuit, & in quo nullo est a, sumamus ipsum a in eo toto esse: necesse est igitur ipsum b in toto c inesse. Atque ita cum tria sint pronunciata, vnumquodque effectum est conclusio, atq; illud est in orbem demonstrare, nempe cum conclusionem sumis cum altero pronunciato inuerso, vnde concludi alterum pronunciatum. At in iis, quæ in parte sunt, ratiocinationibus vniuersale pronunciatum ex aliis probari nequit: particulare potest. Ac vniuersale concludi non posse perspicuum est, quandoquidem vniuersum ex vniuersis efficitur: conclusio autem in his non est vniuersa, & probatio efficienda est ex conclusione, & altero pronunciato. Addo quod retro commeante pronunciato nullus efficitur syllogismus, cum in parte sint ambo pronunciata. Potest autem, quæ in parte est propositio probari sic enim iam probatum a de quodam c per medium b, iam sumatur b in omni a inesse, ac conclusio eadem maneat, profecto b in aliquo c inerit: efficitur enim prima figura, ac medium est ipsum a. Quod si priuans sit ratiocinatio, pronunciatum vniuersum concludi nequit, ob eam, quam paulo ante dixi, rationem. Quod in parte est nequit, si illud a b eodem modo retro commeet, atque in vniuersalibus. Potest autem concludi per assumptionem, nempe si sumamus, in quare in parte ineſt a, in ea ipsum b in parte quoque inesse: quod si res aliter habeat, non efficitur syllogismus, quia negat, quæ in parte est propositio. B. At vero in secunda figura affirmatio hac via probari nequit, negatio maxime, ac non probatur affirmatio, quia non sunt ambo affirmantia pronunciata: complexio enim est priuans, affirmatio autem ex ambabus affirmationibus efficiebatur. Priuans autem pronunciatum hoc modo probatur: faciamus, vt a sit in b toto, in c nullo, conclusio est, b in nullo c inesse Quod si ponatur, b in omni a inesse, & in c nullo, efficietur necessario, vt a in nullo c insit: efficitur enim in secunda figura, ac medium est ipsum b. Quod si a b sumatur priuans, alterum autem affirmans, efficietur prima figura, si quidem in toto a est c, b vero in nullo c, ita b in nullo a erit, ne a quidem in b, c autem est medium. Non igitur efficitur ratiocinatio ex complexione, & propositione vna: quod si assumatur altera, fiet. Quod si vniuersa non sit ratiocinatio, quod in toto est pronunciatum probari nequit, ob quam antea exposui causam, quod in parte est maxime, vbi affirmatio vniuersalis fuerit: si enim a in omni b, & in c non omni, conclusio est b c. Igitur si sumatur b in omni a inesse, & in c non omni, concludetur a in aliquo c non esse, ac medium est b. Quod si vniuersalis propositio neget, pronunciatio a c non probabitur, etiam si retro commeet illud a b. Accidit enim vt vel ambo pronunciata negent, vel certe alterum. Itaque non efficietur syllogismus, sed eadem via ac ratione probabitur ac in vniuersalibus, nempe si sumatur, cui ipsum b in parte non inest, in illius parte illud a inesse. In tertia autem figura, vbi vniuersa ambo pronunciata sumpta sint, non possunt ea ex se inuicem probari. Nam pronuntiatum in toto ex iis probatur, quæ in toto sunt: at in hac figura conclu-

sio perpetuo est in parte. Constat igitur in hac figura vniuersale pronunciatum concludi nullo modo posse: vbi vero alterum sit in toto, alterum in parte, aliquando sane licebit, aliquando non item: licebit quidem, vbi amba affirment, & illud totum minori extremo iunctum sit: quod si alteri iungatur, non licebit. Ponamus enim, vt a in toto c insit, b vero in eo aliquo, conclusio est a b: quod si sumatur c in toto a inesse, propositione vniuersa retro commeante, a rursus in b, quæ conclusio antea fuit, effectum est, c in aliquo b inesse, non contra b in aliquo c, etiam si necesse sit, si c est in aliquo b, b quoque in aliquo c inesse. Non tamen res est eadem, illud in hoc inesse. & hoc in illo: sed assumendum est. si hoc in illo aliquo sit, alterum quoque in eo aliquo esse: quod si sumatur, non iam efficitur syllogismus ex conclusione, & altero pronunciato. At si b in toto c insit, a item in aliquo c, illud a c probari potest, si sumatur c in toto b inesse, a vero in eo aliquo: nam si c omni b inest, a item alicui b, necesse est vt a alicui c insit, ac b est medium. Probabitur item alterum pronunciatum, si unum affirmet, alterum neget, & in toto sit, id quod affirmat. Ponamus enim b in toto c inesse. a vero in quodam c non esse in conclusione, efficitur, a ea aliquo b non esse: quod si assumatur c in omni b esse. a autem non in omni b inerat necesse est, vt alicui c non insit: medium autem est b. Vbi vero pronunciatum priuans in toto sit, non probatur alterum nisi sumatur pronunciata eadem ratione atque in superioribus, nempe in quo illud in parte non est, in eodem aliquo alterum insit. Verbi gratia, si a in nullo c inest, & in hoc aliquo insit ipsum b, concluditur a in quodam b non esse: si igitur sumptum sit, ipsum c in eo quodam esse, cui aliqua ex parte non ineſt a, necesse est, vt b in aliquo c insit: alioqui pronunciatum alterum probari nequit, etiam si retro commeet, quod in toto est, nulla enim efficitur ratiocinatio. Hinc igitur perspicuum est, probationem vicissitudinariam in prima figura effici, tum per primam, tum per tertiam figuram: si enim affirmans sit conclusio, in prima efficitur, sin neget, in postrema: nam sumitur alterum in eo toto inesse, in quo nullo alterum inerat. C. At in figura media, si vniuersa sit ratiocinatio, tum in ea ipsa, tum in prima figura, ac in postrema efficitur conclusio, vbi autem in parte sit syllogismus, tū in ipsa, tum in postrema figura id effictur: in postrema autem figura, omnia in ea ipsa probantur. Constat etiam, quum in media figura, & in tertia per eas ipsas non efficiuntur syllogismi, eos aut probationem orbicularem non efficere, aut certe imperfectos esse.

TErtia facultas syllogismorum est, quod ipsis mediis probamus nonnunquam aliquid in orbem. Est vero hoc genus argumentationis, quando proposito aliquo syllogismo, ex conclusione illius, & propositione, confirmamus assumptionem: deinde vero ex eadem conclusione, & assumptione, confirmamus propositionem.

A *Exempli gratia, &c.* Explicatur hoc apertissime in hac argumentatione, Omne animal particeps rationis est capax disciplinæ: omnis homo est animal particeps rationis: ergo omnis homo est capax disciplinæ. Huius ratiocinationis assumptionem sumpta primum conclusione ipsius, ac deinde eiusdem propositione in locum assumptionis subiecta, sic iterum confirmamus. Omnis homo est capax disciplinæ: at quidquid est capax disciplinæ est particeps rationis: igitur omnis homo est particeps rationis. Rursus sumptis assumptione & conclusione ratiocinationis prius effectæ ita demum eiusdem propositionem demonstramus Omnis homo est particeps rationis: omnis homo est capax disciplinæ: ergo omne animal capax disciplinæ erit particeps rationis.

B *Ac vero in secunda figura, &c.* Docet Aristo. dari etiam in secunda figura syllogismum in orbem in duobus modis prioribus Exemplum primi esse potest hæc ratiocinatio. Nullus lapis est animal, omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis. Secundi autem hæc alia. Omne animal sentit: nullus lapis sentit, ergo nullus lapis est animal. Omittimus autem huiusmodi ratiocinationes in orbem confirmare, quia facillimum erit vnicuique id efficere iuxta modum, quo id de syllogismis primæ figuræ superest nuper effectum. Præterea tamen non erit in duobus modis particularibus huius eiusdem figuræ, cuius propositione constent vniuersa, nullo pacto posse hoc præstari, alioquin enim cum in eis vtriusque assumptio & conclusio, sint particulares, si ex assumptione & conclusione colligenda esset propositio ex eo delectionibus particularibus colligenda esset conclusio vniuersa quod quidem falsum esse iam primo lib. docuimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

C *At in figura media, &c.* In tertia quidem figura in duobus primis modis nequit aliquid in orbem concludi quia assumptio in eis est vniuersa, at assumptio vniuersa, nequit colligi nisi ex propositionibus vniuersis, & ita cum conclusio in eisdem sit particularis, non potest it sumi loco propositionis ad concludendam assumptionem. In Disamis tamen potest concludi propositio ex assumptione vniuersa, & conclusione ad hunc modum. Aliquod animal est homo: omne animal est sentiens, ergo aliquod sentiens est homo. Ita concludetur propositio. Aliquod sentiens est homo: omne sentiens est animal: ergo aliquod animal est homo. In Datisi etiam cum sit assumptio particularis non potest concludi in hac figura, sed in prima per conuersionem conclusionis. Vt omne animal est sentiens, aliquod animal est homo: ergo aliquis homo est sentiens. Assumptio hac ratione concluditur ex propositione vniuersa, & conclusione. Omne sentiens est animal: aliquod sentiens est homo, ergo aliquis homo est animal, & per reciprocationem, ergo aliquod animal est homo.

CAPVT VI.

De reciprocatione syllogismorum.

CONuertere, est conclusione in oppositam commutata concludere, vel maius extremum in medio non esse, vel etiam hoc in postremo: nam si inuertatur conclusio, & alterum pronunciatiũ seruetur, necesse est alterum euerti: si enim illud sit, conclusio quoque erit. Refert autem plurimum, an in contradicens an in contrariam conclusionem inuertas: nec enim idem efficitur syllogismus, si vtroque modo illa inuertatur, id quod ex progressu intelligetur. Contradicentia hac appello, omne, non omne: aliquod nullum: aduersa vero per contraria omni inesse, & nulli alicui item, & non alicui inesse. Sit enim probatum a de c per medium b: profecto si sumptum sit, a in nullo c inesse, & in b toto, efficietur, vt b in nulle c insit. Quod si a in nullo c insit, b vero in toto c, a non omni b inerit: at nulli plane, non item: quippe cum in tertia figura non concludi totum diximus. Eam autem propositionem, qua maiori extremo coniuncta est, omnino ac in totum euertere per reciprocationem non licet, quippe cum in tertia figura semper euertatur: necesse est enim, vt ambo pronuntiata ad minus extremum sumantur. Eadem est ratio, vbi syllogismus priuans sit: sit enim probatum, a in nullo c inesse per medium b: si igitur sumatur a in toto c inesse, & in b nullo, ipsum b in nullo c inerit: item si a & b in toto c insint, a alicui b inerit, cum nulli antea inesset. Quod si vertatur conclusio in contradicens, diuersi sient syllogismi, & contradicentes, nec vniuersi: nam alterum pronuntiatum in parte est: ita fit, vt & conclusio in parte quoque sit: faciamus enim, vt syllogismus proponatur affirmans, ac eo modo commutetur, profecto si a non omni c inest, & ipsi b omni, ipsum b non omni c inerit. Rursus si a non omni c inest, & huic omni inest c, ipsum a non omni b inerit. Itidem fiet, si priuans sit ratiocinatio: nam si a in aliquo c inest, & in b nullo, ipsum b alicui c non inerit, at non omnino nulli. Item si a in c aliquo insit, & huic toti insit b, quomodo initio sumptum est, a in aliquo b inerit. In his autem, qui in parte sunt, syllogismu Gertuntur ambo pronuntiata, dum conclusio in contradicens commutatur: quod si in contrarium Gertatur, neutrum euertitur, nec enim in his fit, vt in vniuersalibus, nempe vt euertantur pronuntiata, si conclusio in conuersione deficiat, nec enim euertere vllo pacto licet. Sit enim ostensum a de aliquo c, tum si sumatur a in nullo c esse, b item in aliquo c, a in aliquo c non erit. Quod si a in nullo c insit, & in b omni, ipsum b in nullo c erit, atque ita ambo pronuntiata euertuntur. Sin contrario modo commeet conclusio, neutrum tollitur: nam si a in quodam c non est, & in b toto, b in quodam c non erit. Nec dum tamen euertum est, pronuntiatum initio propositum quippe cum fieri possit, vt in aliquo sit, in aliquo non sit: ipsum autem vniuersale a b nullo pacto concluditur: nam si a in quodam c non inest, b vero in quodam est, neutrum pronunciatum in toto est. Idem fieri existimandum est, vbi priuans fuerit ratiocinatio. Si enim sumptum sit, a esse in toto c, euertuntur ambæ propositiones: sin in aliquo, neutra. Huius rei eadem est, qua prius, demonstratio.

QVarta syllogismorum vis, & natura est, vt adinuicem reciprocentur, quæ quidem ipsorũ reciprocatio, nihil aliud est, quam sumpta aduersa conclusionis, & propositione

positione eiusdem argumenti loco propositionis, colligere aduersam assumptionis: vel sumpta eadem aduersa conclusionis loco propositionis, & assumptione, colligere contradicentem propositionis. Vt in hac argumentatione. Omne animal est substantia: omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia: argumentamur ita per reciprocationem iuxta præceptum, concludentes in primis aduersam assumptionis in Camestres hoc modo. Omne animal est substantia: nullus homo est substantia: ergo nullus homo est animal. Colligimus præterea contradicentem propositionis, quæ est hæc. aliquod animal non est substantia, ad hunc modum in Felapton. Nullus homo est substantia: omnis homo est animal, ergo aliquod animal non est substantia. Quæ quidem ratio conclusionem colligendi, non tantum obseruatur in prima figura, sed & in aliis etiam.

CAPVT VII.

De secunda figura.

AT in secunda figura euerti nequit pronuntiatum maiori extremo iunctum ex contrarie, quocunque modo reciprocatio fiat: quippe quum in tertia figura semper concludatur in qua vniuersa conclusio non efficitur: alterum autem pronuntiatum eodem modo euertemus, quo reciprocatio facta fuerit, eodem modo inquam, nempe si commutatio fiat in contrarium contrario modo, sin in contradicens, contradictorio. Ponamus enim, vt a in toto b insit, & in c nullo, conclusio est b c. Si igitur sumptum sit b in toto c inesse, dum a b idem seruetur, profecto a in toto c inerit, efficitur enim prima figura, quod si b in toto c, & a in nullo c inest, ipsum a non omni c inest: sit enim postrema figura. Quod si b c in contradicens commutetur, illud a b eodem modo probabitur, a contrario contradictorio modo: nam si b alicui c inest, a vero nullic, ipsum a alicui b non inerit. Rursus si b in c aliquo reperitur, & a in toto b, a in aliquo c inest: atque ita contradicens efficitur conclusio: eadem ratione id probabitur, si pronuntiata contraria ordine sint disposita. Quod si ratiocinatio sit in parte, & conclusio in contrarium vertatur, neutrum pronuntiatum euertetur, quemadmodum nec in prima figura: sin commeet in contradicens, vtrumque tolletur: Sit enim positum a in nullo b inesse: & in c aliquo esse, concluditur inde b c: tum si ponatur b in quodam c inesse, & maneat illud a b, concludetur a in aliquo c non esse, nec ideo euersum est, quod initio positum fuit, quippe cum fieri possit, vt quippiam in alio aliquo insit, aliquo item non sit. Rursus si b est in aliquo c, a item in aliquo c, nulla efficitur ratiocinatio: neutrum enim pronuntiatum sumptum est in toto, atque ita non subuertitur illud a b: quod si in contradicens commeet conclusio, euertuntur ambo pronunciata: nam si b est in omnic, & a in nullo b, profecto a in nullo c erit: at alicui inerat. Rursus si b in toto c, & a in aliquo c insit, efficietur, vt a in aliquo b sit: eadem est demonstrandi ratio, vbi vniuersale illud affirmauerit.

Regu. circa mo. vniuer. 2. Figur.

IN secunda figura in modis vniuersis, eadem est ratio, nam ex conuersa conclusionis cum propositione colligitur aduersa assumptionis: itemque ex eadem aduersa conclusionis eum assumptione infertur contradicens propositionis. In modis vero particularibus semper debet sumi contradicens conclusionis, per quam possimus euertere vnamquamque sumptionem, colligentes illius contradicentem, eo modo quo dictum est in modis vniuersis.

Regu. mo. par. eius deser.

CAPVT VIII.

De tertia figura.

NEutrum item pronuntiatum euertetur in syllogismo quouis in tertia figura, vbi conclusio in contrarium Gertatur: vbi vero mutatur in contradicens, tollentur ambo in ratiocinatione quauis: sit enim probatum a in aliquo b inesse, ac medium sumptum sit c, & pronuntiat-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sint vniuersa: tum si sumatur a in quodam b non esse, b vero in omni c, non concluditur a de c: nec item b, nec c concluduntur, si a in aliquo b inest, & in c omni. Eadem via id monstrabitur, si in toto nõ sint pronuncia: aut enim ambo in parte sint oportet ob conuersionem, aut illud totum minori extremo iungi, quo modo nec in prima figura, nec in media efficiebatur ratiocinatio. Quod si contradictorio modo commeent, pronuntiata euertuntur ambo: nam si a in nullo b, & b in toto c inest, a in nullo c inest. Rursus si a in b nullo, & in c toto reperitur, b in nullo c inest. Idem fiet si in toto alterum non sit, nam si a in nullo b, & hoc in aliquo c inest, a in quodam c non erit. Si vero a in nullo b, & in toto c inest, ipsum b in nullo c erit. Eadem est ratio, si priuans sit ratiocinatio. Sit enim efficiendum, a in quodam b non esse, ac illud b affirmet, a c vero neget, hoc enim modo efficiebatur ratiocinatio: non erit igitur syllogismus, dum sumatur contrarium complexionis: nam si a in aliquo b, & hoc in omni c insit, dicemus non concludi a & c: nec concludebantur quidem, si a in quodam b sit, & in nullo c: quare non euertuntur pronuntiata: vbi vero contradicens conclusionu sumitur, maxime. Nam si a in omni b, & hoc in omni c insit, a in omni c erit, cum antea nulli inesset: rursus si a in toto b, & in c nullo est, b in nullo c est: at antea omni inerat. Eadem ratione id probabitur, si pronuntiata in toto non sint, nam illud a c efficitur vniuersale, & priuãs, alterum in parte affirmans: Si igitur a sit in omni b, & hoc in quodam c, efficitur, vt a in quodam c insit. at vero nulli inesse, posituerat. Rursus si a in toto b inest, & in c nullo, b in nullo c inest. Quod si a est in quodam b, & hoc in quodam c, nihil concluditur: & si a in b quodam insit, & in c nullo, ne sic quidem syllogismus fiet: quapropter illo modo euertuntur pronuntiata: hoc vero nequaquam. Ex his igitur, quæ exposuimus, dilucidum est, quo pacto in singulis figuris efficiatur ratiocinatio, dum communitur conclusio, quando pronuntiati cõtrarium colligitur, quando contradicens. Constat etiam ex his syllogismos in prima figura fieri, tum per figuram mediam, tum per postremam pronuntiatum item minori extremo iunctum semper in media figura tolli, quod vero ad maius est, per postremam: at in secunda figura, tum per primam, tum per postremam: per hanc pronuntiatum maius per illam minus pronuntiatum semper euerti. In tertia autem per primam, ac mediam: maius quidem per primam semper; minus vero per mediam perpetuo. Atque ita plane constat, quid sit illud commeare, quoque pacto in singulis figuris, & quis efficiatur syllogismus.

IN tertia figura quia conclusio semper extrat particularis semper quoque sumenda est conclusionis contradicens, quæ semper etiam constitui debet propositio in syllogismo reciprocationis, per eamq; vna cum assumptione possumus euertere propositionem in prima figura, vna vero cum propositione assumptionem in secunda figura aduersam aut contradicentem colligentes.

CAPVT IX.

De syllogismo ducente ad incommodum.

RAtiocinatio autem per incommodum tum demum fit, cum conclusioni contradicens ponitur, & pronuntiatum aliud assumitur, idq; in omni figura efficitur: accedit enim ad reciprocationem, à qua eo differt, quod reciprocatione quidem vtimur, & hi iam structus est syllogismus, & posita sunt ambo pronuntiata deducimus autem ad incommodum citra praconcessionem contradicentis, sed quia dilucide verum est: fines autem in ambobus eandem seruant collocationem, & est eadem in ambobus propositionum sumendarum ratio: verbi causa, Si a est in toto b, & medium est c, si ponatur a non omni, aut nulli b inesse, & ipsi omni, quod antea verum concedebatur, necesse est, vt c in b, aut nullo, aut non omni insit: hoc autem fieri nequit: falsum est igitur id, quod positum est, ac illius contradicens verum. Eodem modo fit in aliis etiam figuris: quæ enim reciprocationem admittunt, syllogismum quoq; ad incommodum recipiunt. At quæstiones omnes aliæ in omnibus figuris per incommodum probantur: ea autem, quæ in toto affirmat, per mediam quidem, ac tertiam figuram probatur, per primam nequaquam. Ponamus enim a in b, aut non omni, aut nulli inesse, ac vndecunq; assumatur pronuntiatum aliud, seu quod c insit omni a, seu quod b in toto d insit: eo enim modo fuerit prima figura. Si igitur ponatur a non omni b inesse, syllogismus non efficitur vndecunq; pronuntiatum alterum petatur: sin in eo nullo est, cum sumetur pronuntiatum b d concludetur quidem falso, non efficietur propositum: nam si a in nullo

b, & hoc in omni d inest, a in nullo d inerit: sit autem hoc ex numero eorum, quæ fieri nequeunt: falsum igitur est a in nullo b esse: quod si hoc falsum sit: non continuo verum est in eo toto esse. Quod si propositio c a assumatur, nulla fit ratiocinatio: ne tum quidem fit, cum ponitur a non omni b inesse: perspicuum est igitur, vniuersalem affirmationem in prima figura per incõmodum probari non posse: probatur autem ea quæstio, qua quippiam in aliquo, tum qua in nullo tum qua in non omni inesse dicitur. Fingamus enim a in nullo b esse, & sumatur b in c, vel toto vel aliquo necesse est igitur, a non omni c, aut nulli inesse: hoc autem est impossibile. Faciamus enim sit verum ac perspicuum, a in omni c inesse: si igitur hoc falsum est, necesse est, vt a in aliquo b insit: quod si alterum pronuntiatum assumatur, nullus efficietur syllogismus: ne tum quidẽ cum contrarium conclusionis ponetur, nempe in aliquo non esse, vnde constat cõtradicens esse ponendum. Rursus fingamus a in quodam b esse: sumatur item c in toto a, necesse est igitur c in quodam b esse, sit autẽ hoc impossibile, falsum igitur est quod est positum. atq; ita verũ est, in nullo esse. Eadem est ratio, si c a sumatur priuans: quod si ea sumatur, quæ ipsi b iuncta est, non efficietur syllogismus. Si vero cõtrarium ponatur, syllogismus quidem efficietur, ac concludetur quid absurdum: institutum autem non probatur: ponamus enim a in toto b inesse. & sumatur c in toto a, sane efficitur, vt c in toto b insit: id autem est impossibile: falsum igitur est, a in omni b inesse: at si non omni inest, non continuo necesse est, vt nulli insit. Idem fieri arbitrãdum est, si alterum pronuntiatum ad ipsum b sumatur: concludetur enim aliquid, idq; absurdum: at hypothesis non tollitur, contradicens igitur ponendum est. Vt autem probemus, a non omni b inesse, ponendum est omni inesse, nam si a omni b inest, & omni a, c omni b inerit: quod si hoc fieri nequeat, falsum est quod posuimus. Itidem fiet, si pronuntiatum alterum ad b sumatur. Item si illud c a sit priuans, eodem modo res habebit: ita enim syllogismus efficietur: quod si negatio ad ipsum b posita sit, nihil probatur: quod si ponatur non inesse in omni, sed in aliquo, non efficitur, non omni inesse, sed nulli: nam si a in aliquo b, & c omni a inest, c alicui b inerit: quod si id fieri nequit, falsum fuit, a alicui b inesse: verũ igitur erat, nulli inesse: cum autem id ostenditur verum, rursus euertitur: nam a in quodam b erat, in quodam non erat. Præterea absurdum non est sequutum ex illa hypothesi: falsa enim fuisset, quandoquidem ex vero falsum concludi nequit: at modo est vera: a enim alicui b inest: non fuit igitur fingendum, alicui inesse, sed omni. Idem quoq; fit, si probemus a in quodam b non esse: si enim idem valent, alicui non inesse, & non omni inesse, eadem erit in ambobus probãdi ratio. Constat igitur, in omni ratiocinatione contradicens ex fictione ponendum esse, non contrarium. Eo enim modo, & probandi necessitas erit, & locum habebit postulatum illud præclarum. Nam si in re quauis affirmatio vera est, aut negatio, & probetur negatio non esse vera, necesse est affirmationem esse veram: contra si affirmationem veram non admittit, par est, & verisimile postulare negationem: contrarium autem neutro modo postulare decet: nec enim necesse est, si falsum est, nulli inesse, vt verum sit, inesse in toto: nec est verisimile, si vnum falsum sit, alterum verum esse. Constat igitur vniuersalem quæstionem affirmatam in prima figura non probari per incommodum, alias autem omnes concludi.

QVinta facultas syllogismorum est ducere ad incommodum. Tunc autem id, syllogismus aliquis præstat, quando ex contradicente conclusionis, quam nitebamur ostendere, & aliqua alia propositione manifeste vera, infertur aliquam manifeste falsam: ex cuius falsitate colligimus rursus priorem illam fuisse manifeste veram. Vt si simus probaturi aliquod animal esse album, si quis hoc neget ita argumentabimur. Hæc conclusio est falsa, erga eius contradicens, nullum animal est album erit manifeste vera. Tunc iuncta cum hac propositione hac alia enuntiatione manifeste vera, loco assumptionis, omnis v. g. cygnus est albus, ita argumentabimur in celarent. Nullum animal est album omnis cygnus est animal, ergo nullus cygnus est albus. Nunc sic. Hæc conclusio est manifeste falsa, ergo etiam aliqua ex propositionibus erit manifeste falsa, non assumptio, quæ quidem est omnino vera, ergo propositio: iam ergo contradicens illius, aliquod animal est album, quæ erat propositio quam antea nitebamur ostendere erat manifeste vera. Differt autem hic syllogismus à syllogismo per reciprocationem, quia in illo possumus sumere vel aduersam, vel contradicentem conclusionis: at in hoc tantum licet accipere contradicentem conclusionis.

Exem. argu. ducen. ad in com. in 1. fig.

Discri. huius syllo. ab eo qui est per reciproca.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT X.

De secunda figura.

A. IN media autem, & postrema figura illa quoque probatur. Fingamus enim a non omni b inesse, & sumatur a in omni c esse: tum si a non omni b inest, & ipsi c omni, c non omni b inest: hoc autem est impossibile. Sit enim manifestum, c in omni b inesse: est igitur falsum id, quod ex fictione positum est: est igitur verum, quod omni insit. Quod si fingatur contrarium, syllogismus quidem efficietur, & concludetur quid absurdum, non tamen efficitur quæstio proposita: nam si a in nullo b, in toto c insit, c in nullo b erit: id autem absurdum est: falsum est igitur, nulli inesse: & autem hoc falsum sit, non continuo verum est, & omni insit. Cum autem a alicui b inest ponatur a in nullo b esse, & sit in omni c, necessario efficitur, & c in nullo b insit: quod si fieri nequit, ex necessitate consequitur, & a alicui b insit: quod si ponatur alicui non esse, ea ipsa efficiuntur, quæ in prima figura fieri diximus. Rursus fingamus, a alicui b inesse, ac ipsi c nulli insit, necesse est, & c in b non sit: at ineras omni: falsum est igitur, quod positum est, nulli igitur b ipsum a inerit. Quando vero concludendum est a non omni b inesse, fingatur quasi omni insit, ipsi vero c nulli, necessario efficitur, & c nulli b insit: id autem est absurdum, verum est igitur, quod non omni inest. Atq; ita constat, conclusiones omnes in media figura effici.

Exem. eius in 2. figura.

A. IN media autem figura. In secunda figura hic etiam fit syllogismus, vt si probandum fuerit omnem plantam viuere ita argumentabimur. Hæc est falsa, ergo eius contradicens erit vera, aliqua planta non viuit. Sumpta igitur alia propositione manifeste vera. Quidquid scilicet alitur & augetur viuit, ita argumentabimur. Quidquid alitur & augetur viuit: sed aliqua planta non viuit, ergo aliqua planta neq; alitur, neq; augetur. Hæc conclusio est manifeste falsa. ergo etiam aliqua ex propositionibus falsa erit, non propositio, ergo assumptio: iam igitur illius contradicens quam conabamur ostendere, nimirum omnis planta viuit, erat manifeste vera.

CAPVT XI.

De tertia figura.

EAdem ratione concludetur in postrema figura. Ponamus enim a, & in aliquo b non sit, c vero in omni b insit, hinc efficietur, & a cuidam c non insit. Quod si hoc fieri nequeat, falsum est, cuidam non inesse: verum est igitur omni inesse. Quod si ponatur, nulli inesse, absurdum quidem ea ratiocinatione concludetur, sed non tamen efficietur propositum. Nam si ponatur contrarium, ea ipsa efficientur, quæ prius. At vt alicui insit id ponioporteat, nam si a in nullo b inest, & c in b quodam, a non omni c inest: quod si falsum sit, verum est, a alicui b inesse. Vbi vero nulli b inest: a ponamus quasi alisui insit, ac sumatur c in toto b inesse, inde efficitur necessario, vt a alicui c insit: at nulli inesse diximus: falsum est igitur quod a alicui b insit. Quod si ponatur a in toto b, non probatur propositum. Sumi autem debet ea hypothesis ad concludendum non omni inesse. Nam si a in omni b inest, & c in quodam b, a in quodam c inest: at non ita erat: falsum est igitur, quod omni insit, atq; ita verum non omni inesse. Quod si ponatur, alicui inesse, idipsum accidet, quod & in iis, quæ superius exposita sunt. Constat igitur in omni syllogismo, qui per incommodum probat contradicens esse ponendum, ac in figura media affirmationem quodam modo concludi, in tertia etiam quæstionem vniuersam.

DEniq; in tertia figura etiam hic syllogismus efficitur. Velut si probandum sit aliquod album esse animal aduersus aliquem qui illud neget huiusmodi vtemur argumento. Hæc præfata enuntiatio continet in se falsum, ergo eius contradicens erit vera, nullum album est animal. Tunc sic argumentor sumpta aliqua propositione ma-

nifeste vera. Nullum album est animal: aliquod album est cygnus, ergo aliquis cygnus non est animal. Hoc consequens est falsum, ergo aliqua ex propositionibus debet etiam esse falsa, non assumptio quæ est manifeste vera, ergo propositio. Iam igitur propositio illa prima quam nitebamur ostendere, erat haudubie vera.

CAPVT XII.

De comparatione syllogismi directi & ducente ad incommodum.

*INter eam autem probationem, qua fit per incommodum, & eam, qua propositum directo concludit, eo interest, quod illa ponit id quod euertere vult, deducendo hominem in mendacium confessum: ea autem qua propositum concludit, initium sumit ex positionibus veris ac concessis. Sumunt igitur amba pronuntiata concessa: sed altera ea sumit, ex quibus efficitur syllogismus: altera vero vnum quidem ex his sumit, alterum autem sumit conclusionis contradicens, & illic tũ luis nem notam ess n hil oportet, vc prius sumi ita esse, vel non esse: hic vero necessario sumi debet, non esse ita. Neq; vero quicquam refert, affirmet, an neget conclusio: nam vbiq; eadem est ratio, ac quicquid recta probatione concluditur, ex incommodo quoque probabitur. Itidem quod ex incommodo efficitur, recta probatione efficietur, ac per eosdem fines, non tamen in eadem figuris: nam vbi syllogismus in prima figura efficitur, verum colligetur, aut in media, aut in postrema figura. In media quidem, si sit priuans, in postrema vero, si affirmet, at quando in media figura efficietur syllogismus, vera conclusio efficietur in prima figura: atque in quouis genere quæstionum. Quod si in postrema figura syllogismus fiat, efficientur conclusiones vera, tum in prima, tum in media figura, in illa quidem affirmantes, in hac negantes: ponamus enim, vt in prima figura effectum sit, a in nullo b inesse, aut non omni: tum hypothesis erat, quidpiam a alicui b inesset, c vero sumptum est omni a inesse, & in b nullo: ita enim syllogismum efficiemus, & incommodum concludi, medium esse figuram si c in a quidem omni, & nullo b insit: ex quibus effici constat, ipsum a in nullo b esse. Eodem modo fiet si probatum sit a non omni b inesse: ponitur enim, quod omni insit, c vero sumetur in toto a esse, in ipso vero b non omni: hoc idem fiet, si illud c a priuans sumatur, hac enim via efficitur media figura. Rursum probetur a in quodam b esse, proficti fingendum est, nulli inesse, b vero in toto c inesse sumebatur: a vero in ipso c, aut omni, aut quodam: ita enim incommodum efficietur, ac tum fit postrema figura, cum a & b in toto insunt, inde concludi constat, a in quodam b inesse, idque necessario. Itidem fiet, si b vel a in quodam c esse sumantur. Rursus probetur in media figura, a in omni b inesse, pro facto fingendum est, quasi non omni insit, sumptum est autem, a in omni c inesse, b vero in omni c, hoc enim modo incommodum concludetur, ac prima figura est, cum a in omni c, & hoc in omni b inest. Tantundẽ fiet, si in aliquo inesse probatum sit: nam hypothesis est, a in nullo b inesse, sumptum est autem a in omni c, & c in quodam b: quod si priuans sit syllogismus, poni quidem debet, a in aliquo b esse, at sumptum est a in nullo c, & c in omni b: efficitur igitur prima figura. Eadem erit ratio, si non in toto sit conclusio: sed effectum sit modo, a in quodam b non esse: ponitur enim a in omni b: tum vero positum est a in nullo c, & hoc in omni b: hac enim via efficitur prima figura. Rursus faciamus, aut probatum sit in tertia figura a omni b inesse, ponitur ex hypothesi, a non omni b nesse: est autem tam sumptum, esse in omni b, & a in omni c: ita enim concludetur incommodum, & fiet prima figura: eadem ratione fiet, si probatum sit in aliquo esse: nam ponatur in hypothesi, a in nullo esse b, & sumptum est c in aliquo b, & a in omni c. Quod si conclusio sit priuans ex facti ne: ponendum est, a in quodam b esse, positum est autem c in nullo a, & in omni b, ac media est ea figura. Itidem fiet, si in toto non sit probatio. Sumetur enim ex patio, a in omni b inesse, & sumptum est c in nullo a & in quodam b, atq; ea est media figura. Perspicuum est igitur vnamquamque quæstionem per eadem extrema, tum probatione recta, tum per incommodum concludi posse. Eadem quoq; ratione licet it, & vbi ratiocinationes recta probantes fuerint, eas in incommodum conuertere, in his quæ sumpta fuerint extrema, dum contradicens propositio in conclusione sumatur: efficiuntur enim iidem syllogismi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

atque sunt, qui per conuersionem fiunt, vnde & continuo figuras ipsas habemus, per quas vnaquæque quæstio concludatur. Constat igitur omnem quæstionem vtraque via probari, tum per incommodum, tum recto ductu, nec posse alteram viam ab altera seiungi.

PRimum discrimen inter hæc duo syllogismorum genera interueniens est quod syllogismus ducens ad incommodum aliquando assumit propositionem falsam vt communiter aduersarium: directus vero semper sumit veram ad concludendum vere. Secundum est fere idem. Syllogismus demonstratorius semper progreditur ex veris: at vero syllogismus vrgens ad incommodum interdum procedit ex falsis. Tertium est. In directo syllogismo non est necesse nouisse conclusionem esse veram, & eius contradicentem esse falsam, quod tamen est necesse in syllogismo per incommodum. Vltimum. Quæ probantur syllogismo directo probari possunt per incommodum & è conuerso.

CAPVT XIII.

De ratiocinatione ex contrariis.

A. PErficietur autem hac via, in quanam figura ex pronuntiatis contrariis concludere liceat, in qua non liceat. Contraria autem pronuntiata verbo tenus quatuor esse dico, nempe omne nullum, omne non omne, aliquod nullum, aliquid non aliquod: reuera tria tantum sunt contraria, nam quoddam, & non quoddam verbo modo pugnant. Ex his autem aduersa ea dico, quæ in toto sunt, vt omne & nullum, verbi causa, omnis scientia est honesta, & nulla scientia est honesta. Alia vero contraria appello. *Ac in prima figura ex pronuntiatis contrariis non efficitur syllogismus, nec affirmans nec negans: affirmans quidem, quia oportet ambo pronuntiata affirmantia esse: contraria autem sunt affirmatio & negatio: negans autem effici nequit, quia contraria idem de eodem affirmant, & negant. At medium in prima figura de ambobus non dicitur, sed aliud de eo negatur, ipsum autem de alio affirmatur, hæc autem contraria non sunt. At vero in media figura syllogismus effici potest, tum ex contradicentibus, tum ex aduersis: ponamus enim bonum in a, scientiam autem in b & c: profecto si sumpsit omnem scientiam esse honestam: item & nullum a in toto b inest, & in c nullo, atq; ita b in nullo cinerit, nulla igitur scientia est scientia. Eadem est ratio, si primum sumpserit omnem scientiam esse bonam, deinde summi medicinam non esse bonam. Nam a in omni b inest, & in c nullo, atq; ita quædam scientia non est scientia: item si a in toto c, & nullo b inest: ac b est scientia, c vero medicina, a opinio: cum enim sumpsisset, nullam scientiam esse opinionem, postea accepit, quandam scientiam esse opinionem. Inter hunc autem syllogismum, & superiorem hoc interest, quod ex extrema communi totum & nullam, totum non totum, quoddam & nullum, idque in extremis commutatur: verbi causa, a in omni c, & nullo b; aut in toto, in b vero nullo, aut in altero quidem omni, in altero vero non omni. Rursus id in extremis commutare licet: eadem est ratio & in tertia figura. Perspicuum est igitur, quot modis, ac in quibus figuris ex contrariis pronuntiatis syllogismus effici possit. Constat etiam ex falsis verum concludi posse, quemadmodum antea exposuimus, ex contrario non posse: conclusio enim semper est rei aduersa, vt si sit ea bona, concluditur eam non esse bonam: aut si animal sit, efficitur non esse animal: idque quia syllogismus ex contradictione constat: extrema autem proposita aut eadem sunt, aut alteram est totum, alterum vero pars. Liquet etiam nihil vetare in ratiocinationibus vitiosis, quominus concludatur quæstio non posita contrarium, vt si quid sit impar, id non esse impar nam ex pronuntiatis contrariis efficiebatur syllogismus contrarius: vbi igitur talia pronuntiata sumpserit, efficietur contradicens quæstioni posita. Hoc autem intelligi debet, ex vno syllogismo contraria non posse ita concludi, vt complexio dicat quod nec est bonum, esse bonum, aut aliquid huiusce modi, nisi tale pronunciatum statim initio sumptum sit, vt omne animans esse album, & non album, hominem autem esse animans: quin vel contradictio assumi debet, vt quod scientia omnis sit opinio, & non sit opinio: deinde sumendum est medicinam scientiam quidem esse, opinionem tamen nullam, quemadmodo reprehensiones fieri solent, aut duplici ratiocinatione illud efficiendum est: vt autem contraria sint re vera, quæ sumuntur, pronunciata, alia ratione, quam ac fieri nequit, quemadmodum antea expositum est.

A. PErficietur autem hac via, &c. Ratiocinatio ex oppositis est quando ex duabus enuntiationibus oppositis infertur conclusio in qua idem negatur de seipso, quæ quidem nequit fieri in prima figura. Inprimis non in modis aientibus, eo quod in his ambæ propositiones affirment, in hac vero argumentatione vna saltem debet esse negans. Deinde neq; in negantibus quia in prima figura medium est subiectum in propositione, & attributum in assumptione: at in hac argumentatione idem est subiectum & attributum. Efficitur itaque hoc genus syllogismi in sola secunda figura, inprimis ex contrariis, vt omnis scientia est studiosa: nulla scientia est studiosa, ergo nulla scientia est scientia. Deinde ex contradicentibus velut omnis scientia est studiosa: aliqua scientia non est studiosa, ergo aliqua scientia non est scientia.

B *At in tertia figura, &c.* Præterea fit etiam eiusce modi ratiocinatio in tertia figura ex negantibus (quia ex aientibus ob eandem rationem quam de prima figura assumimus fieri nequit) primũ ex contrariis, vt nulla medicina est scientia: aliqua medicina est scientia: ergo aliqua scientia non est scientia: deinde ex eisdem negantibus contradicentibus. Velut nulla medicina est scientia: aliqua medicina est scientia, ergo aliqua scientia non est scientia.

CAPVT XIV.

De petitione principij.

POtest autem eius quod à principio in quæstione fuit, petitio ac sumptio, vt pars quædam comprehendi in eius toto genere eorum modorum, quibus non bene id, quod propositum est, demonstratur. Id quod multis modis fieri accidit, nempe seu nihil omnino concludatur, seu ex his, quæ minus nota sunt, aut aque ignota, & si ex posterioribus probetur id, quod prius est: demonstratio enim effici debet ex iis quibus maior fides habeatur & prioribus. Nec ad illum quidem horum generum pertinet reliqua in quæstione erat postulatio, sed cum alia per se cognoscibilia comparata sint, nonnulla ex aliis, (Initia enim per seipsa nota sunt, quæ initiis continentur aliunde) tum id quod per se notum non est, conatur quis per seipsum probare, postulatur tum initio proposita quæstio: id quod ita fieri potest, vt continuo proposita quæstio postuletur. Potest etiam accidere, vt ad res nonnullas egrediamur, quæ per illas natura probari erant comparatæ, & ex his prima quæstio probetur, verbi causa, si a probetur per b, & hoc per c, c vero suapte natura probari possit per a. Item enim fit, vt illud ipsum ex seipso probent, qui ita

Universidad de Deusto
Biblioteca

ratiocinantur: id quod faciunt, qui lineas aque distantes de crebere se arbitrantur: neq; enim intelligunt homines illi se ea sumere, qua probari non possunt, nisi lineæ sint aque distantes: iu itaque qui sic ratiocinantur, euenti Si dicam res, singulas esse, si ipsamet sint quomodo res omnes per se ipsa cognoscentur, id quod fieri nequit. Si quis igitur postulet sibi concedi a esse in c, cum ignotum sit, b esse in c, item c a in b, nondum constat, an principium postulet. Sed manifestum est eum non demonstrare: nam quod aque est ignotum principium demonstrationis esse nequit. Quod si b & c ita sint inter se affecta, vt vel idem sint, vel conuertatur inuocari, aut alterum an alterum esse, postulatur quæsito prima: si enim ea reciprocentur per illa quæ probauerit a esse in b: nunc autem id & tacitum non modo non sit id faciat, fecerit quidem id quod dictum est, & in tribus reciprocationem effecit. Eadem erit ratio si sumat b ne esse, cum aque sit ignotum, & a in ipso nec dum postulatur prima quæstio, non tamen demonstrat: Quod si a & b idem sint, aut quod retro commeent, aut quod a sit consequens ipsi b, postulatur quæstio, eadem ipsa de causa: expositum enim antea, quam vim habent illud postulare rem in quæstione initio propositã, nempe quod sit per se ipsum monstrare, quod per seipsum manifestum non est. Quod si propositum postulare, est per se confirmare id quod per se non est notum. Id autem est propositum non demonstrare, cum demonstratio sit & aque sint ignota, quod demonstratur, & ex quo id demonstratur, aut quia eadem in aliquo eadem insint, aut quia res eadem in ipsi sit. Sane in media figura, & in tertia utroque modo aque postulari potest propositum. In syllogismo autem affirmante, tum in tertia, tum in prima. In negante vero, vbi eadem ab aliquo eadem absunt, nec eodem modo se habent ambo pronuntiata: item in media figura, qua extrema non retro commeent in syllogismis negantibus. At in demonstrationibus postulatur principium, cum res & ita se habet: in disputationibus autem dialecticis, opinione hominum.

PEccatio principij tribus modis efficitur. Primo cum ratiocinatio est vitiosa, secundi quando demonstramus ignotum per æque ignotum: tertio quando ostendimus prius per posterius. His tamen modis præter eum qui dispositionis proprie nihil aliud est, quam idem per se ipsum demonstrare. Quod quidem fit, vel quando id quod est probandũ eadem voce vsurpatur: vel quando sumimus effectus loco causæ. Hoc autem vitium passim committitur in disputationibus, fieriq; potest in omni figura.

CAPVT XV.

De altero argumentationis vitio.

ALlud autem, quod in disputationibus sæpe dicere solemus, falsum inquam eam ob causam non accidere, in iis primum ratiocinationibus accidit, quæ ad impossibile deducunt, cum ad contradictionem eius rei pertinebit, quæ per incommodum probata sit. Neque enim quisquam dixerit illud non propter hoc, nisi qui contradicens dederit, sed quippiam falsum esse concludet ex iis quæ antea sunt posita, nec in ea probatione, qua propositum concludit, vt in qua non ponitur contradictens. Præterea cum quippiam recta probatione euersum fuerit, & per a b c, tum dici non potest, syllogismum ex pronuntiato posito non fieri. Tum enim eam ob causam non fieri diximus, cum ea sublata a nihilominus concluditur syllogismus. Id quod in probantibus non accidit, quippe si positio euertatur, nulla ad eam erit ratiocinatio. Constat igitur illud non ob eam causam aliquid effici in iis syllogismis dici, qui ad incommodum ducunt, cum hypothesis initio proposita ita se habuerit ad incommodum, vt sit ea vel non sit, nihilominus sequatur illud. Ac genus est modus maxime conspicuus, quo falsum propter hypothesim non efficitur, cum syllogismus ex medio ad incommodum factus ab ipsa hypothesi absolutus, sit nullo modo coniunctus: quemadmodum in Topicis dictum est. Illud enim est ponere causam, quod causa non sit. Verbi causa, si quis probare volens dimetientem esse irrationabilem, conetur Zenonis rationem probare, nihil inquam moueri posse. & in id incommodũ rem deducat: nulla enim ratione coniuncta est hæc falsa conclusio cum eo quod initio dictum est. Alius est modus, cum conclusio absurda hypothesi quidem continens est & coniuncta, ob eam tamen non sequitur: id enim fieri

potest, seu sursum, seu deorsum versus sumas continens, vt si ponatur a esse in b, b in c, rursus in d: sit autem falsum, b esse in d, sane si vbi a tolletur nihilominus b ipsi c insit, citem ipsi b, conclusio falsa ex hypothesi initio posita non sequebatur. Rursus si quis sursum versus continens & coniunctum sumat, vt si a sit in b: c vero in a, & f in e, cum falsum sit, f esse in a: nam hac ratione nihilominus efficietur incommodum vbi tollatur hypothesis posita: absurdum autem coniungi debet cum extremis initio positis: ita enim ex hypothesi concludetur. Vt si coniunctum & continens sumas deorsum versus ac prædicato coniungas: nam si impossibile sit a esse in b, ipso a sublato non sequetur falsa conclusio: sin sursum pergas, subiectum accipi debet: nam si fieri nequit, vt sit in b, ipso b sublato non manebit incommodum. Eadem erit ratio, vbi priuantes fuerint ratiocinationes. Constat igitur conclusionem falsam ex positione non sequi, si incommodum cum extremis initio positis non sit iunctum, ac ne siquidem falsum perpetuo ab hypothesi concludetur: nam si ponatur, a non quidem in b, sed in g inesse, & vero in c, & hoc in d, hoc etiam modo manet absurdum. Idem fiet, si sursum versus extrema sumas: cum igitur seu illud sit, seu nõ sit, semper sequatur incommodum, ex positione non est consequutum: vel certe, quod dicitur, eo sublato nihilominus falsum effici, non est ita accipiendum, quasi si aliud ponatur, sequatur incommodum: sed cum eo sublato idem incommodum ex pronuntiatu, quæ restant, efficitur: quandoquidem nihil est absurdum, eandem conclusionem falsam per multas hypotheses effici, verbi causa quod aque distantes concurrant, seu interior angulus exteriore sit maior, seu triangulus plures quo bus rectos habeat.

ILlud autem, &c. Explicat in hoc cap. Arist. errorem quendam qui contingere potest in argumentatione, si put mus falsam sequi conclusionem ex aliqua hypothesi concessa, cum tamen minime ita, ter illam sequatur. Velut si quis stat a hu usmodi hypothesim, omnes lineæ ductæ a centro ad circumferentiam sunt æquales, postmodumque huiusmodi hypothesi admissa sic argumentetur. Omnis virtus est amplectenda: nulla iustitia est virtus: ergo nulla iustitia est amplectenda. Hic certe manifestum inducet errorem, eo quod extrema effectæ ratiocinationis, nullum habent affinitatem cum hypothesi constituta.

CAPVT XVI.

De falsa ratiocinatione.

EFficitur autem ratio falsi ex eo, quod prius falsum fuit, quippe cum syllogismus omnis duobus pronuntiatis aut pluribus constet. Quod si ex duobus constet, necesse est, aut alterum, aut vtrunque falsum esse, quandoquidem ex vero falsa conclusio effici non potuerit: sin ex pluribus constet, vt sit per a b probetur, & hæc per d e f g, nam in hu est aliquid ex superioribus falsum, gratia cuius collecta est conclusio: nam a & b ex illis concluduntur: ex illis igitur efficitur conclusio, eaque falsa. B. Vt autem ratione non decipiamur, & sumamur, obseruandum est diligenter, dum aduersarius rationes postulat sine conclusionibus, ne in pronunciatis eadem res bis concedatur: quandoquidem intelligimus sine medio syllogismum nullum effici. Medium autem appellatur id, quod sæpius dicitur: quod si nouerimus, quid in quaque figura concludatur, perspicuum inde fuerit, qua ratione medium sit obseruandum in vnaquaque conclusione. Illud autem non potest tibi esse obscurum, siquidem intelligis quale sit propositum, quod defendis. Quod autem respondentibus obseruandum præcipimus, id oculis tare debet qui argumentatur, vel certe id conari: id quod fieri primum, si conclusiones antea non confirment, ac concludant, sed post propositiones necessarias assumptas illa obscura maneant, ac prætermittentur. Præterea si quis ea, qua propinqua sunt, non roget, sed ea inter qua plurima sint media: verbi causa, faciamus, vt concludi oporteat a de f, ac media sint b c d e, peti igitur non debet, an a sit in b. Rursus non quidem, an b sit in c, sed vtrum d, sit in e: deinde an b sit in c: eademque ratione cætera sumi debent quin & a medio incipiendum est, si per medium vnicum efficitur syllogismus: eo enim modo respondentem maxime fefellerit. At vero quoniam intelligimus, quando

Universidad de Deusto
Biblioteca

quę quęratione dispositu extremis efficiatur syllogismus, perspicuum est, quando sit futura reprehensio, quando non sit: fieri enim potest reprehensio, vbi omnia conceduntur, aut ordine mutato ponuntur responsa, nempe si alterum neget, aiat alterum. Syllogismum enim fore diximus, seu hoc, seu illo modo disposita sint extrema. Itaque si quid concedatur contrarium, necesse est reprehensionem fieri: est enim reprehensio syllogismus contradictionis. Quod si nihil concessum sit, fieri nequit reprehensio, nec enim efficiebatur ratiocinatio, vbi omnia pronuncIata negantia essent: quare nec reprehensio. Nam si sit reprehensio, syllogismum quoque esse oportet: non tamen si sit syllogismus, continuo reprehensionem esse necesse est. Eadem erit ratio, si in respondendo nihil ponatur vniuersum, cum reprehensionis ac syllogismi eadem sit ratio.

A Efficitur autem ratio falsa, &c. Falsa ratiocinatio est cuius conclusio est falsa deducta vel ex vtraque vel ex altera falsa, vt omne animal est lapis: omnis homo est animal: ergo omnis homo est lapis.

A Vt autem ratiocinatione, &c. Constituit iam Aristo. munera interrogantis & respondentis. Respondentis quidem hæc assignat. In primis vt curet ne eandem vocem bis repetat tam concessiones & enuntiationes ex quibus aliquid possit aduersus opinionem suam inferri. Interrogantis etiam hæc alia munera tradit. Primum ne manifestet conclusionem quam est demonstratum: deinde vt sumat media remotiora, vt ita magis lateat aduersarium sua confirmatio: tandem vt initium ducat à propositione, ad id vt aduersarius minus vim argumenti intelligat ac percipiat.

Caput XVII.

De errore secundum opinionem.

QVemadmodum autem in extremorum dispositione decipimur, ita in existimatione deceptio quoque accidit: vt si quid duobus primum inesse possit & alterum quid ignoremus, putetque nullum inesse, alterum vero nouerit. Fatiamur enim vt a in b, & in eipse insit, ea item in toto d eodem modo: profecto si putet a in toto b esse, & hoc in c: a vero in nullo c, hoc autem in toto d rem eandem simul sciet, & ignorabit. Rursus si quis falletur in iis quæ sunt ex eadem coniugatione, vt si a sit in b, & hoc in c, rursus in a: & opinatur a in toto b inesse, & in nullo c: simul enim sciet & opinabitur non inesse. Aliunde igitur hinc sibi fiet, quam quod scit, id se non opinari? Nouit enim quadamtenus a esse in c per b, quomodo pars in toto cognoscitur: atque ita quod quu quadamtenus nouit, id se plane opinari putat: id quod fieri inquit. In eo autem, quod prius est dictum, nemo opinari potest, ambas propositiones secundum media ambo, si non ex eodem ordine medium sumptum sit, vt si a sit in toto b, & in nullo c, & hæc ambo in toto d: ita enim euenit, vt prima propositio sumatur vel in totum, vel certe quadamtenus contraria. Nam si arbitretur, cuicunque insit b, illi omni inesse a, ac nouerit b esse in d, profecto nouit d esse a. Si igitur è contrario putet, cuicunque insit c, in eo nullo esse ipsum a, non putat a esse in aliquo, cui insit b: hæc autem aut omnino aut aliqua ex parte contraria sunt, arbitrari inquam, cui b insit, illi omni inesse a, & rursus cui b insit, ipsi alicui non existimare a inesse. At eo modo opinio concipi nequit. At nihil vetat ex vtroque pronunciatum alterum opinari, vel ex altero vtrunque, vt a in toto b esse, & b in d, rursus a in nullo c: est enim is error ei similis, quę in particularibus hallucinamur: vt si a sit in toto b, & hoc in toto c, a in toto c inerit. Si quis igitur nouerit, cuicunque b insit, si toti inesse a, profecto nouit inesse ipsi c: at nihil prohibet quominus ignoret ipsum c esse. Vt si a sit duo recti, in b vero triangulus, ita c triangulus, sensibilis. Possit enim quis arbitrari c non esse, etiam si nouerit omnem triangulum habere duos rectos: simul igitur rem eandem nouerit, & ignorabit: nosse enim triangulum omnem habere duos rectos, varium est ac multiplex, est enim tum in toto id scire, tum sigillatim: ac nouit quidem scientia vniuersa, c habere duos rectos: singulari vero non item: ita fit, vt non habeant contrarias opiniones. Idem existimandum est de oratione illa scripta in Menone, scientiam inquam esse reminiscentiam: nunquam enim fit, vt res singulares anticipata cognitione sciatur, sed dum inductione sumitur. simul rei particularis scientiam sumamus, quasi eam in memoriam reuocemus. Quadam enim

sunt

unt, quæ statim vbi vidimus, cognoscimus: vt duobus rectis, si nouerimus triangulum esse: id quod eodem modo sit in aliis. Cognitione igitur vniuersa particularia cognoscimus: propria ac peculiari nescimus. Quo fit, vt in iis hallucinemur, non tamen opinione contraria: sed dum cognitionem vniuersalem habemus, decipimur in particulari. Eadem est ratio eorum, quæ superius exposuimus. Error enim ex medio non est ei scientiæ contrarius, quæ syllogismo parta est, nec opinio ea, quæ ex vno medio nascitur, contraria est ei, quæ ex altero comparatur. Nihil autem prohibet, qui nouerit a in toto b esse, & hoc in c, eum arbitrari non esse a in c: verbi causa, omnem mulam sterilem esse, opinari potest, & hanc esse mulam, cum tamen eam verum ferre putet: nec enim is scit a esse in c, nisi qui vtrunque simul cognoscit. Constat igitur si alterum nouerit, & alterum ignoret eum falsum iri: quo modo se habent vniuersales scientiæ ad particulares: neque enim sensibilium quicquam scimus, si a sensu absit, ne si illud quidem etiam senserimus, nisi forte eo modo, quo rem vniuersam scimus, & quatenus propriam cognitionem illius habemus, non quasi actu illam exerceamus. Scire enim tribus modis dicitur, nempe aut cognitione vniuersali, aut particulari, aut actu & operatione quæ re eiusdem etiam modo intelligitur hallucinari. Nihil igitur vetat quempiam in re eadem tum scire, tum decipi, non tamen contrario modo id accidat, qui ex vtraque propositione rem nouit, hæc prius expendit: qui enim putat mulam verum gestare, is non habet actu veram scientiam, nec item errorem scientiæ contrarium, ob huiusce modi opinionem: error enim vniuersali contrarius est syllogismus. At vero qui bonum malum esse arbitratur, is idem esse putat, bonum esse, ac malum, ponamus enim, bonum esse in a, malum vero in b: Item bonum esse in c, tum quia idem esse putat b & c, profecto arbitrabitur c esse b, item & b esse a: eadem ratione, atque ita c est: vt enim si verum sit, de quo c dicatur, b dici, item quo b, ipsum a, profecto a de c verum fuerit: non aliter in opinione res habet. Idem existimandum, in quo res sit: cum enim c & b eadem sint, b item & a, profecto c & a eadem fuerint. At in opinione eodem modo res habet: an vero si quis primum admiserit, id protinus necessarium est? at illud fortasse falsum est, quempiam, inquam arbitrari, bonum esse malum: nisi forte accidentario: nam id variis modis arbitrari licet: id autem diligentius est perspiciendum.

Error syllogi. ex falsa opi. 1. Modus.

ALius error est secundum opinionem, quando scilicet ex aliqua opinione imbibita sic adeo decipimur, vt vel inuiti cogamur ad nittere contrarias enuntiationes. Hoc autem duobus modis contingit. Primum quando accipiuntur tria extrema, quorum vnum sub altero est contentum, vt corpus, animal, cygnus, rursumque aliud extremum vsurpatur eisdem omnibus conueniens, vt album, v. g. Si enim aliquis existimaret corpus conuenire omni animali, & nulli albo, ex hac opinione cogeretur fateri omnem cygnum esse corpus, cum sit animal, & non esse corpus cum sit albus. Deinde idipsum euenit quando sumuntur extrema eiusdem ordinis, vt corpus, v. g. animal, & homo. Nam si quis nunc existimaret omne animal esse corpus, & nullum hominem esse corpus, diffiteri non posset omnem hominem esse animal cum sit corpus, & non esse animal cum sit homo.

Secun.

At nihil vetat, &c. Animaduertit Aristo. posse aliquam versari in falsa opinione ex errore, nec tamen incidere in contrarias sententias. Vnde infert duo consectaria, vnum est aduersus Platonem, nostrum scire non esse aliquod reminiscendi, possumus namque aliquid scire in genere & ignorare in specie: alterum est posse aliquem cognoscere propositionem & assumptionem, & tamen ignorare conclusionem: velut cognoscere omnem mulam esse sterilem & hanc esse mulam, quin cognoscat num concepturit hæc eadem mula nec ne?

Obser. cum duobus consect.

Scire enim, &c. Constituit tandem Arist tribus modis posse nos habere scientiam alicuius rei, primo modo in genere quando cognita propositione latet nos assumptio: secundo ex parte quando assumptione & cõclusione perspecta ignoramus propositionem: tertio perfecto quando cognita propositione & assumptione, cognoscimus conclusionem

Quot mo. possit haberi scien.

Caput XVIII.

De reciprocatione in syllogismis.

VBi extrema retro commeant, necesse est medium quoque cum vtroque reciprocari: nam si a est in c per medium b, si illa commeant. Et cuicunque insit a, eoquoque omni insit, pro

fecto

Universidad de Deusto
Biblioteca

fecto b cum a reciprocatur: & cuicunque inest a, ei omni inest b per medium c, ac c cum b reciprocatur per medium a. In negatione tantundem sit, vt si b sit c a vero in b non sit ne a quidem in c erit: profecto si b cum a commeat, c quoque cum a commeabit: faciamus enim b inesse in a, nec igitur erit: quandoquidem b omni c inerat: quod si cum b commet, c quoque cum a commeabit. In quocunque enim dicitur b, c quoque dicitur. Item si c cum a conuertatur, b quoque conuertetur: nam in quo est b, in eo quoque est c. in quo autem est c, a non inest b, & id solum a conclusionis initium ducit: aliorum non est eadem ratio, quemadmodum & in affirmante syllogismo. B. Rursus si a, & b conuertentur, c item, & d. rit autem necesse in requauis a, vel c inesse profecto b & de iusmodi erunt, quorum alterum in re quauis: nam insit: nam quia in quocunq; est a, inest b: in quo item est c, inest quoque d: at in re quauis aut c inest, non in eadem simul: liquet igitur in omni re aut b dici. aut d & non ambo simul: verbi causa, si quod ingenerabile est, incorruptibile quoque est: item quod est incorruptibile, est ingenerabile: necesse est quicquid generatum est, caducum esse, & quicquid caducum est genitum esse: componuntur enim duæ rectæ enuntiationes. Rursus si in re quauis a inest, ei b, item c vel d, nec in eadem simul, si a & c reciprocantur, b quoque & d retrocommenti: nam si current d mest, mea non sit b, constat a mea esse: quod si sit, c quoque inest, quip. e cum retrocommenti: simul igitur c & d in eadem re erunt: id autem fieri non quit. C. Quando vero a in toto b, vt item toto inest, & d nulla re alia dicatur, b in eo c inest, ne esse est a & b retrouertitur enim a ad b & tantum dicitur dicitur autem b, tum de seipso, tum de c: perspicuum est, de quibus dicitur a, de iis quoque omnibus b dictum iri præterquam de ipsa a. D. Quando item a & b in toto c insunt, & c retrouertitur cum b, ne esse est a in toto b inesse: cum enim a in omni c insit, c item in b, quia commeant illa, a quoque in omni b inerit: E. quando vero ex duabus rebus propositis altera fuerit magis quam altera expetenda, vt a quam b, tum illa contraria sint. Eadem ratione b magis expetendum quam c: sic a c magis sunt expetenda quam b d, ipsum a magis expetendum est, quam d: æque enim a persequendum est, ac b fugiendum, cum hæc sint contraria, c item æque ac d, quippe cum illa quoque contraria sint: si igitur a æque expetendum est, ac d, profecto b æque fugiendum est, ac c, vtrunque enim æque fugiendum est, atque alterum expetendum: quo fit, vt ambo, a tanquam & c, æque atque illa, b & d fugienda sint, aut prosequenda: nam quod maius est, par esse nequit: nam b d æqualia erant. Sin d sit ipso a magis expetendum, sane b minus fugiendum erit, quam c: minori enim minus opponitur: at maius bonum & minus malum magis expetenda sunt, quam bonum minus, & maius malum: totum igitur b a magis persequenandum est quam a c: at non ita est: a igitur magis expetendum est, quam d, & c quoque minus fugiendum quam b. Ac si id sibi proponit in amore, quicunq; amat, ipsum inquam a re petita esse affectum, vt gratificetur. & non gratificaris sit in c, vel certe gratificari iu d, in b vero cum non esse, qui gratificetur: constat a talem inquam esse, magis esse expetendum, quam gratificari, atque ita in amore amor congressus est proponendus: amor igitur in affectu est potius, quam in congressu: quod si in eo potius collocatur, vt is sit illius finis, profecto congressus, aut nullo pacto est aut dilectionis causa: eo enim modo fiunt desideria alia, & artes. Perspicuum est igitur, quanam ratione se habeant extrema in reciprocatione, in comparatione. Item persequendorum, & fugiendorum.

VT intelligamus reciprocationem syllogismorum proponit Aristo in hoc cap. quinque theoremata.

1. Theo. A *Vbi extremis, &* Primum est. Si in aliqua argumentatione alterum maius & minus extremum, conuertantur, etiam medium verbum conuerti debet cum illis, vt in hac argumentatione. Omne animal participem rationis fit capax disciplinæ: omnis homo est animal participem rationis: ergo omnis homo est capax disciplinæ, in qua quidem tum extrema quam medium ad inuicem conuertuntur. Quod si in ratione negatur maius extremum negetur à medio verbo in conclusione etiam & à minori extremo idipsum negandum erit.

B *Rursus si a, & b.* Secundum. Sumptis primum duobus terminis paribus, deinde vero aliis duobus paribus ita sint quatuor, quemadmodum primus & tertius sint ita inter se affecti, vt quodlibet eorum per se sumptum, vel vnum, vel alterum, debeant omni e conuenire. vniti tamen ac simul sumpti nullo pacto possint competere, ita etiam secundus, & quartus, eodem modo inter se affecti erunt. Summamus primum (exempli 2. Theo.

causa) mortale & genitum deinde immortale, & ingenitum. Quemadmodum mortale & immortale hoc modo se habent inter se, vt diuisim omni rei conueniant, omnis namque res vel est mortalis, vel immortalis, coniunctim tamen nulli competant quia nulla res potest simul mortalis, & immortalis esse: ita plane genitum, & ingenitum, eodem modo inter se comparantur, vt diuisim omni rei conueniant: nam quidquid est, vel genitum, vel ingenitum collectim tamen nulli rei aptari queant, neque enim potest vna aliqua res assignari, cui simul esse genitam, & ingenitam queant conuenire.

Tertium. C *Quando vero, &c.* Tertium. Quando aliquod attributum prædicatur de duobus subiectis, vt animal de sentiente, & de homine, si primum subiectum prædicetur de secundo, debet illud cum primo attributo conuerti Quemadmodum in eodem exemplo sentiens quod prædicatur de omni homine conuert tur cum animali.

Quartum. D *Quando item, &c.* Quartum. Quando duo attributa prædicantur de aliquo subiecto, si alterum illorum conuertatur cum subiecto, de illo haud dubie alterum dicetur, sicut quia animal, & particeps rationis prædicantur de homine, & particeps rationis cum ipso homine conuertitur, etiam animal de participe rationis effertur.

Quintum. E *Quando vero, &c.* Quintum propositis duabus rebus, vna prosequenda & altera fugienda, vt salute, & paupertate, aliisque iterum duabus eiusmodi etiam rebus assignatis, vt ægritudine, & diuitiis, si salus, & paupertas, simul sumpta sint magis expetenda, quam duo postrema, salus per se sumpta magis erit expetenda quam diuitiæ.

CAPVT XIX.

De inductione.

HOc loco nobis exponendum est, non dialecticas modo ratiocinationis ac demonstrationes per superiores figuras effici, sed & oratorias, ac omnem omnino probationem in quauis ratione docendi. Res enim omnes probamus, aut ratiocinatione, aut inductione. A. At inductio quidem atque adeo ratiocinatio ex inductione tum fit, cum alterum extremum de medio concluditur per alterum: vt si in hac a c, medium sit b, & probetur a esse in b per c: hac enim via inductiones facere solemus: Verbi causa, sit animal longæuum, b vero vacans bile, in c singula longæua, vt homo, equus, malus: sane a est in toto b, quicquid enim bile vacat, est longæuum: quin etiam b, nempe vacans bile, est in toto c: quod si conuertatur, cum b, nec medium excedat, necesse est a esse in b: quippe cum antea à nobu probatum sit, vbi duo eidem rei insint, & extremum cum altero eorum reciprocetur, alterum eorum, qua dicuntur ei inesse, quod reciprocatur: est autem c intelligendum, quasi quid ex vniuersis singulu compositum: nam inductio ex omnibus efficitur: ea autem ratiocinatio primam propositionem concludit, & qua medio caret: in hu enim, qua medium habent, efficitur syllegismus ex medio. In his vero, qua medio carent fit per inductionem. Ac inductio ratiocinationi contraria est aliquo pacto: hac enim ex medio probat extremum in tertio: illa vero ab extremo confirmat tertium in medio. Natura igitur antecedit, & est notior ea ratiocinatio, qua per medium efficitur: ratione nostri magis est perfectior, qua fit per inductionem.

Quid sit inductio. AGit deinde Aristo de quibusdam speciebus argumentationis vt de inductione exemplo & enthymemate. Prius tamen instituit sermonem de inductione in præsenti cap quæ quidem nihil aliud est quam progressus à singularibus ad vniuersa vel a minus vniuersis ad magis vniuersa Sit exemplum Hic ignis est calidus, ille ignis est calidus ille alter est calidus, & sic de aliis ergo omni ignis erit calidus. Iterum. Iustitia est amplectenda, fortitudo etiam est amplectenda, idemque est de aliis virtutibus, erit igitur omnis virtus amplectenda Ha quidem, & quæ ad harum instar efficiuntur ratiocinationes, inductiones vocantur, in prima enim istarum a singularibus ad vniuersa progredimur, sicut & in secunda à minus vniuersis ad magis vniuersa.

Quando differant inductio & exemplum. A *At inductio, &c.* Assignat Aristo. duo discrimina inter inductionem, & syllogismum. Primum est. Quia in syllogismo à

Universidad de Deusto
Biblioteca

toto, vel à magis vniuerso, ad partes, vel ad minus vniuersa progredimur, vt quando confir medio syllogismo hominem esse substantiam, tunc enim ab animali procedimus ad hominem: at animal totum quoddam magisque vniuersum est respectu hominis. E contra vero se res habet in inductione, in ipsa enim à partibus ad totum procedimus, vt quando ex eo quod hic, & ille, & alter ignis est calidus, colligimus propositionem vniuersam dicimusque, ergo omnis ignis est calidus. Secundum discrimen est quod in inductione per notiora nobis deducimur in cognitionem eorum quę sunt notiora natura, progredimur namque à singularibus, quæ nobis notiora existunt, ad vniuersa quæ sunt notiora natura: at in syllogismo procedimus è conuerso à notioribus natura ad notiora nobis, vtpote ab vniuersis ad singularia. Reducitur autem quælibet inductio ad syllogismum, sumptis singularibus tanquam medio verbo. Iuxta quod proposita inductio ica ad syllogismum (exempli causa) reuocari potest. Hic, & ille, & alter ignis est calidus: atqui hic, & ille, & alter ignis sunt omnis ignis: igitur omnis ignis erit calidus.

Caput XX.

De exemplo.

EXemplum autem tum est, quum extremum in medio inesse probatur, ex eo quod sit simile tertio: debet autem notius esse, & magis perspicuum: quod medium sit in tertio: & primum in illo simili: verbi causa, constituamus in a malum e in b, suscitare bellum in finitimos: in c vero, Athenienses aduersus Thebanes: in d, Thebanos in Phocenses: iam si probare velimus, perniciosum esse, committere bellum cum Thebanis, primum sumendum est, pernicioſum esse, finitimos bellum gerere: id quod probatur ex simili, nempe quod Thebanæ aduersus Phocenses pernicioſum fuerit. Cum igitur in finitimos bellum gerere pernicioſum sit: in Thebanes autem bellare, est bellum gerere in finitimos: constat igitur in Thebanos bellare pernicioſum esse. Ac constat b in c & d inesse: vtrunque enim est in finitimos bellum committere. Constat item a esse in b. nam Thebanis nullam vtilitatem attulit bellum in Phocenses: probabitur autem a esse in b per ipsum d. Eodem modo fiet, si ex multis similibus probetur medium in extremo esse. A. Hinc igitur manifestum est, exemplum non habere eam rationem, quam totum ad partem, aut pars ad totum, sed quum pars vna ad alteram habet, quum ambæ in eodem toto continentur, altera autem est notior: ab inductione autem eo differt, quod ea ex vniuersis singula extremum in medio esse confirmabat, nec connectebat syllogismum ad extrema. Exemplum autem coniungit quidem, ex omnibus autem non probat.

Quid sit exemplum.

EXemplum diffinitur argumentatio in qua ex vno singulari, alterum colligimus ob similitudinem inter vtraque interuenientem. Arist. quidem verbis aliquantulum diuersis tradit diffinitionem exempli reuera tamen eadem est diffinitio ipsius, cum ea quam nos proposuimus. Huius autem generis syllogismus hic extat. Male cessit Thebanis gerendo bellum aduersus Phocenses quia finitimi erant, igitur male cadet Athenienſibus gerendo bellum aduersus Thebanos, cum sint etiam finitimi. Hæc argumentatio vocatur exemplum: nam ex illa singulari propositione quæ est in antecedente, colligimus alteram quæ est in consequente, propter similitudinem, quæ est vicinitas illorum ciuium.

Discrimen inter exemplum & syllogismum.

A *Hinc igitur manifestum est, &c.* Differt (ait Arist.) exemplum à syllogismo, & inductione, à syllogismo quidem, eo quod in illo progredimur à toto ad partem, in exemplo vero à parte ad partem: ab inductione vero quia in illa progredimur à partibus ad totum, cum tamen in exemplo ab vna ad alteram partem progrediamur. Reducitur autem exemplum ad syllogismum, sumpta similitudine tanquam medio verbo ad hũc modum. Male cedit vicinis bellum gerentibus aduersus sibi vicinos: atqui Athenienses sunt vicini Thebanis: ergo non bene cedet Athenienſibus gerentibus bellum contra Thebanos.

Caput XXI. & XXII.

De abductione & instantia.

ABductio vero est, quando constat primum in medio esse: an vero medium sit in postremo, ignotum quidem est, aque tamen credibile est, vel certe magu quam ipsa conclusio. Iam vero si pauca media intercedant inter postremum & medium, ita enim fit, vt ad cognitionem propius omnino accedat: verbi causa. sit a res quæ doceri potest: in b vero locetur scientia, in c intelligatur iustitia: sane constat scientiam doceri posse. An vero iustitia sit scientia, obscurum est, & non compertum. Quod si aque, vel magu credibile sit, b esse in c, ac in c, tum est abductio, cum enim rei scientiam antea non haberemus, propius ad eam accessimus in assumendo pronunciato a c. Rursus si pauca sint media inter b & c, nam eo quoque modo propius cognitionem res est, exempli gratia, si d sit quadrati, & in e rectilinea figura, in f circulus: tum si inter e & f vnicum sit medium, nempe vt per vmbellas circulus efficiatur par figuræ rectilineæ, sane res est prope cognitionem: quando vero b c magis credibile non sit quam a c, nec pauca eorum sunt media, abductionem tum non appello, nec item cum b c medio vacat, id enim est scientia.

EXceptio vero est pronunciatum alteri contrarium. Inter hanc autem & pronunciatum hoc interest, quod hac in parte esse potest, pronunciatum omnino nequit, vel certe in syllogismis vniuersalibus non potest. Adfertur autem exceptio dupliciratione, & in duabus figuris: bifariam quidem, aut enim in toto est, aut in parte omnis: in duabus figuris, omnes enim afferuntur contraria pronunciato: contraria autem in prima, & tertia figura concluduntur tantum: nam cum quis postulat quippiam in aliquo toto esse, occurrimus, vel quod nulli insit, vel quod in aliquo non sit, ex quibus illud in prima figura colligitur: hoc in postrema figura, verbi gratia, intelligamus in a vnam esse scientiam, in b vero collocetur aduersa: sane si quis proposuerit, vnum esse aduersorum scientiam, occurrit alter, vel quod contrariorum eadem non sit omnino scientia: aduersa autem sunt contra, atque ita efficitur prima figura. vel quod rei nota, non sit vna scientia, ea autem est figura tertia, nam in eo tertio cognito, inquam, & incognito, vere dicitur, a aduersa esse: cum tamen falsum sit, vna scientia contineri. Eadem est quoque ratio in pronunciato priuante: si quis enim petet contrariorum non esse vnam scientiam, continuo ei occurrimus, aut omnium contrariorum esse eandem, aut certe quorundam aduersorum, vt sani & ægri, at omnium vnam esse probamus in prima, quorundam vero in tertia. Nam in omnibus omnino pronunciatis vniuersalibus, quæ quis pro exceptione adfert, id videndum est, vt illud quod contra adfertur, sit vniuersale aliquid ad rem propositam: vt si petat non eandem esse aduersorum omnium scientiam, dicat ille contrariorum vnam esse: eo autem modo necesse est primam figuram effici. Est enim medium vniuersale quid ad quæstionem initio propositam: in parte autem si necessarium vel probabile, id enim est signum, quod res quid opponere velu, aliquid afferendum est, ad quod subiectum propositionis sit vniuersale, vt cogniti non esse eandem scientiam, aduersa enim totum sunt ad illa, & ita fit tertia figura. Nam quod in parte sumitur medium est, vt cognitum & incognitum: nam ex his exceptiones afferre conamur, vnde contrarium concludere possumus: quapropter per eas figuras solas asserimus: nam in his tantum contraria conclusiones efficiuntur, nam in media figura nulla affirmatio colligebatur. Iam vero vt in ea fieri posset, certe prolixiori ratione opus esset ad exceptionem in media figura colligendam, vt si non concesserit, a esse in b, quia c non sit ipsi consequens: id enim per alias propositiones facile intelligitur, at exceptionem alio diuerti non oportet, sed continuo alteram propositionum perspicuam habere: quamobrem in vna hac figura non est signum. Sunt autem alia quoque exceptiones expendendæ: cuiusmodi sunt, quæ de contrario feruntur, & simili, tum etiam opinabili. Item possitne sumi particularis in prima figura, aut priuans in medio.

Quid sit abductio.

ABductio nihil aliud est, quam digressio quædam à præcipuo instituto in syllogismo, quando scilicet prętermittimus conclusionem probandam, aliquamque

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæ sit instantia.

ex propositionibus confitmare conamur, ob difficultatem, vel obscuritatem, vel quidpiam aliud. Instantia vero est propositio contraria illi, quam in syllogismo accipiebam: vt si sumamus in syllogismo huiusmodi propositionem Omnis enim bonitas est amplectenda, illi proposit oni prius assumptæ contradicentem, quis autem aduersus ius producat in medium, hanc aliam, aliqua nempe bonitas non est amplectenda sensilis nimirum. Huiusmodi posterius adducta propositio, instantia vocabitur, est namque contraria oppositaque illi primæ propositioni, eamque euertit. Differt vero instantia à pronūtiato, quia pronunciatum est propositio vniuersa, at instantia nonnunquam est vniuersa, interdum vero particularis exiſſit. Animaduertendum est tamen instantiam nunquam debere afferri ex ea re quæ in controuersiam vertitur, nisi forte talis extiterit, cui al a similis adinueniri nequeat, tunc enim bene poterimus afferre instantiam de re illa. Vt si quis conetur probare Deum esse creatum hac ratione. Omne ens est creatum, Deus est ens, ergo Deus creatus est. Negauda equidem erit propositio, quod si præfatam rationem proponens, roget, ac petat instantiam negatæ propositionis, proponendus tunc erit ipsemet Deus, nam nullum aliud ens præter illum, est increatum. Nihil autem obest quominus instantia omnibus figuris deseruire possit.

Obseru.

CAPVT XXIII.

De consentaneo & signo.

NOn est autem res eadem, consentaneum & signum: sed consentaneum & verisimile, est probabile quoddam pronuntiatum: quod enim plurimum vulgo norunt ita fieri, vel non fieri, esse item, vel non esse, id est verisimile, ac consentaneum: vt oderint qui inuident, diligant qui amant. At signum suapte natura est pronunciatum demonstrabile, vel necesse vel fit fuerit, quod dum est, vel fit, vel prius vel posterius res ipsa facta est.

Quid consenta. & verosim.

COnsentaneum, & verosimile, nihil plane aliud est, quam probabile quoddam pronunciatum, quod vel omnium, vel plurimum consensu comprobatur. Huiusmodi exiſtunt hęc pronunciata qui inuident (v.g.) odiunt, rursumque qui diligunt bene cupiunt. Signum autem est illud quod nos in alterius cognitionem adducit, quod quidem vel præsens est, vt fumus significat ignem, vel præteritum, vt cineres significant etiam ignem: vel est denique futurum, vt vulnus indicat mortem futuram, de quibus satis diffuso sermone disputauimus iam supra lib. 1. periherme.

CAPVT XXIV.

De Enthymemate.

EST igitur Enthymema ratiocinatio imperfecta ex verisimilibus vel signis. Sumitur autem signum tribus modis, quot & medium in figuris: aut enim ita se habet, vt in prima, aut vt in media, aut vt in tertia figura: verbi causa probare mulierem vterum ferre: quia lac habet, ex prima figura est: nam medium est lac habere, ac in a ponatur vterum ferre: b verosi lac habere, mulier vero in c ponatur. Illud autem sapientes inquam viros esse probos, quia Pittacus sit probus, per vltimam figuram efficitur: ponamus in a probum, in b sapientes, in c Pittacum: profecto vere dicuntur a, b de c: cæterum alterum prætermittunt, quia illud norunt, alterum autem assumunt: illud autem, mulierem inquam vterum gestare, quia palleat, per secundam figuram effici solet, nam quia vterum gestantibus pallor est consequens, & huic quoque consequens est, effectum inde putant eam vterum gestare. Sit pallidum in a, in b vterum ferre, in mulier, sibi igitur vna tantum propositio dicitur est modo: sin altera assumatur, tum est syllogismus: verbi causa, Pittacus est liberalis: nam ambitiosi sunt liberales, & Pittacus est ambitiosus: vel contra, sapientes esse viros probos, quia Pittacus est vir probus, & idem est sapiens. Etsunt igitur ad hunc modum syllogismi. Cæterum qui in prima figura efficitur, dissolui nequit,

nequit, si verus sit cum sit vniuersalis: qui vero in postrema figura efficitur, dissolui potest, etiam si vera sit conclusio, quia nec vniuersalis est syllogismus, nec ad rem, vt enim Pittacus sit vir probus, non continuo necesse est alios sapientes esse probos. Qui vero in media figura efficitur is semper, & ratione quauis solui potest: neque enim efficitur syllogismus vnquam dum extrema ita sunt collocata: vt enim mulier vterum gestans sit pallida, hac etiam mulier palleat, non ideo necesse est hanc verum ferre: in omnibus igitur figuris verum efficietur: differunt autem eo, quo dixi discrimine. An ergo est inter signa hac habenda distinctio? Atq; id demum ex signis testimentum, hoc est indicium appellandum quod vere est medium: aiunt enim indicium esse id, quod efficit vt rem sciamus, medium autem maxime est istiusmodi: an quæ ita pro argumento sumuntur vt extrema sint, signa dicenda: quæ ita pro argumento sumuntur vt media sint, τεκμήρια, hoc est indicia. Nam quod in prima figura collocatur admodum credibile est, & maxime verum.

Regul.

ALia argumentatio imperfecta dicitur enthymema, quæ diffinitur ratiocinatio imperfecta ex verisimilibus, & signis proueniens. Dicitur autem ratiocinatio imperfecta, quia cum in enuntiatione contineantur duæ propositiones, in enthyme mate vna tantum est contenta, altera autem deest siue propositio illa sit, siue assumptio. Ad dignoscendum vero num enuntiatio quæ in enthymemate deest, sit propositio, vel potius assumptio regula hæc deseruire poterit. Si in antecedente continetur medium cum minori extremo, deest propositio, sit autem è contra medium verbum cum maiori extremo copuletur assumptio deest. Reuocabitur igitur ad syllogismum integrum adhibita propositione quæ deesse videbitur. Sit exemplum. Hoc enthymema, homo est animal, ergo homo est substantia adhibita propositione quæ illi deest reuocabitur ad syllogismum hac ratione. Omne animal est substantia, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia.

Quom. reuoce.

Optima

CAPVT XXV.

De syllogismo physionomico.

APotest autem fieri, vt coniiciatur natura & ingenium, si quis concedat, naturales affectiones corpus simul cum anima immutare: nam qui musicam edoctus est, animo fortasse est immutatus: at ea affectio non est ex earum numero, quæ nobis naturales sunt, sed alia potius. Cuiusmodi sunt iracundia, cupiditas quæ naturalis motiones sunt: profecto si quis hoc concesserit, & vnius rei vnum esse signum, & accipere possimus suam cuiusque generis affectionem ac signum, naturam coniectare poterimus. Nam si alicui generi vni sua est, & propria affectio, vt in leonibus fortitudo, necesse est quoddam esse signum, quippe cum sit confessum ea sese mutuo afficere. Sit igitur illud, quod ingentes habent membrorum extremitates, id quod in aliis quidem generibus reperitur, sed non totis: nam ita demum signum est proprium, quia affectio totius generis propria est, non vnius tantum, quo modo loqui solemus. Sani id in alio genere inerit, erit q; homo fortis, stem & quodpiam aliud animans: habebit igitur signum illud: vnius enim rei vnum esse signum diximus. Si igitur hæc ita habent, & in animantibus huiusce modi, qua affectionem vnam propriam habent, ea signa colligere poterimus, vnaquæq; autem affectio suum habet signum: quandoquidem vnum habeat necesse est profecto naturam ac ingenium coniectare poterimus. Sin totum genus duas habeat affectiones proprias, quemadmodum leo & fortis est, & sociabilis, quo pacto cognoscemus ex signis illa proprie consequentibus, vtrum virius sit signum: an si in alio quodam, non toto ambo sint, & in quibus non totis vtrum quæ insit, cum vnum habeat: alterum non item: nam si fortis sit, nec liberalis, & ex duobus hoc habeat, consentat id in leone signum esse fortitudinis. Coniectatur autem natura, & ingenium in prima figura, cum medium cum prioris extremo reciprocatur, & excedit tertium, nec cum eo commeat: verbi causa, sit a fortitudo, extremitates magna in b, leo in c: profecto in quo est c, in eo toto est b, item & in alio. In quo autem est b, in eo toto est a, nec in pluribus dicitur, sed retrouertitur: alioqui non esset vnius rei vnicum signum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN vltimo cap. disputat Arist. de syllogismo physionomico qui est syllogismus concludens passiones, vel perturbationes animi per quædam signa externa. Cuius naturam vt facilius explicatam tradat Arist. constituit statim in principio tanquam certum fundamentum in hisce verbis.

1. Observat. A *Potest autem fieri, &c.* Animi motiones, immutare etiam corpus, est enim quædam concordia, vel consensus inter corpus, & animam. & hinc fit quod perturbationes animi, exprimantur quibusdam signis exterioribus corporis, velut iucundia per fremitum, & lætitia per risum.

2. Observat. Animaduertit deinde cuilibet perturbationi esse accommodatum, & proprium signum. Ex quibus duobus colligit Arist. argu. physionomico de aliquo subiecto proprietatem aliquam, vel motionem interiorem, in quo argumento sumenda sunt signa illius proprietatis, vel motionis, tanquam medium ad concludendam proprietatem de subiecto. Vt si concludere velimus fortitudinem de leone argumento physionomico. sumemus signa fortitudinis, velut media ad illud concludendum, quæ quidem sunt habere magna crura, digitosque manuum latos, argumentabimurque in hunc modum. Quidquid habet magna crura, digitos, & manus latas est forte: atqui leo est huiusmodi, ergo leo est fortis, maximique roboris. Hactenus igitur de contextu Arist.

Disputatio in ea quæ ab Arist. in duobus lib. de Priori Analysi fuerunt proposita, vnica sectione comprehensa.

ARGVMENTVM.

MVlta eaque grauissima ab Aristot. in his lib. tradita fuerunt, ex quibus nonnulla disputanda delegimus, quæ ab illius interpretibus merito in controuersiam proposita fuerunt, aliis parui momenti, & leuioribus prætermissis.

Quæst. I. Num sit optima diffinitio syllogismi ab Arist. proposita.

Diffinit. syllog. SYllogismum vel ratiocinationem in 1. cap. 1. lib his verbis diffinierat Arist Oratio in qua nonnulla ita ponuntur, vt diuersum quid ab iis necessario efficiatur quia ea ita sunt. Vel in hunc modum oratio in qua quibusdam positis, aliud ex his quæ posita sunt necessario sequitur etiam si nihil extrinsecus adhibeatur. In qua definitione duo erunt explicanda. Primum. Sitne optime syllogismus per orationem diffinitus, & alterum desitne aliqua particula diffinitioni, vel num sit addenda illi hæc particula, & concessis, ita vt sensus sit Syllogismus est oratio in qua quibusdam positis, & concessis, &c.

Observ. Vt primum explicemus sciendum erit, Aristot. syllogismum diffiniisse per Logos, quod nomen apud Arist ambiguum est varia q; habet significationes vt in 1. q. Proœmiali docebamus: nam primo significat orationem, vt 1. lib. de interpret. vbi oratio Logos ab Arist. nominatur. 2. Significat diffinitionem, vt in diffinitione homonymorum *cap.* 1. *categor* propositam, vbi homonyma diffinit quorum Logos 1. diffinitio est diuersa & cap. 7. lib. de interpretat. & in multis aliis locis. Significat etiam sermonem iuxta Porph. *in cap. de Genes.* de tertio inquit logos est vbi sermo nimirum apud Dialect. Præterea significat rationem vt in hoc lib. 1. *cap.* 33. & 34. Cum igitur tot sint huius vocis significationes interpretes in diuersas sententias abierunt. Nam quidam vt Franciscus Burana, & Ioannes Monlorius, syllogismum per rationem diffinierunt, sicque putant esse tradendam diffinitionem syllogismus est ratio, &c. Alij per argumentationem illum diffiniendum esse putarunt vt Lemosius 1. *lib. Paradox. Dialect. error.* 8. cuius sententiæ patronum facit Gal. *in lib. de hist. Philos.* ita syllogis. definientem, Syllogismus est argumentatio, quæ ex concessis ab eo cum quo disputamus inexpectatam conclusionem colligit. Sunt qui per orationem illum diffiniendum esse arbitrentur, ita enim illum Seuer. Boetius 2. *lib. de syllogis. categ. cap.* 7. & in sua versione Aristot Aulus Gellius *lib.* 15. *suarum Lect. Att.*

Opinio Burana & Monlorij.

2. Opin. Lemosii ex Galeno.

Opin. Auli Gellij & Boetij.

cap. 26. Perionius *in sua interpretatione*, fere omnibus dialecticis consentientibus, diffinierunt. Ex his opinionibus prima non videtur mihi differre à secunda: vel idem diffinit per se ipsum. Etenim vel nomine rationis intelligunt discursum mentis, quo ex vno cogn to aliquod ignotum colligimus, vel illum tantum discursum, quo ex varia medij cum extremis dispositione, inopinatam infertimus conclusionem: si primum intelligamus, non differt ab argumentatione, in qua ex vno cognito, nimirum antecedente, colligimus conclusionem, ac proinde prima opinio non differet à secunda, cum vtraque per argumentationem syllogismum diffiniat: si vero alterum nomine rationis intelligamus, idem profecto per seipsum diffinietur, quod maximum est vitium in diffiniendo: nam syllogismus nihil est aliud quam discursus in quo ex varia medij cum extremis dispositione inopinata infertur conclusio. Hac igitur opinione prætermissa mihi, & per argumentationem, & per orationem absque vllo vitio diffiniri posse videtur, per argumentationem tanquam per genus proximum, & per orationem tanquam per remotum. Et quidem per argumentationem absque vitio vllo posse diffiniri confirma. Quia cum sit argumentatio verum, proximumque genus illius, sintque in diffinitionibus genera proxima (si illa fuerint nota) adhibenda, recte per illam poterit diffiniri. Et certe vt ita illam diffiniamus commouere nos debet auctoritas Galeni, iam proposita, qui syllogismum per argumentationem diffinit. Galenus etenim non solum in rebus medicis, & Philosophicis, est cum summis viris conferendus, verum & in dialecticis (Aristot. omitto) nullum habuit sua ætate, aut seculo superiorem neque fortassis æqualem. *Iam* recte & absque vllo vitio per orationem posse diffiniri, colligi poterit ex hoc loco 1. *Topic. cap.* 1. 1. *de reprehens. Sophist. cap.* 1. & 1. *Rhetor. cap.* 2. in quibus locis legimus syllogismum per orationem diffinitum. Quod si quis dicat Perionium, aliosque interpretes non recte vocem illam, logos, quæ in Græcis exemplaribus legitur, per orationem transtulisse. Rogo cum hoc nomen sit ambiguum, significetque non minus orationem, quam alia quæ in principio proposuimus, quare sit magis nomen, logos, per rationem quam per rationem transferendum? cuius profecto rei cum non possit maior ratio assignari, optime per orationem erit syllogismus diffinitus. Rursus orationem esse verum genus argumentationis nullus dubitat: nam diffinitur argumentatio. *Oratio ex antecedente & consequente tanquam ex suis partibus constituta, quæ coniunctio aliqua connectit.* Erit igitur & illa genus syllogismi, nam quod est genus superioris, & inferioris quoque genus erit, cum igitur illa sit optima diffinitio quæ per genus traditur rei diffinitæ, optime erit per orationem syllogismus diffinitus. Quod si dicas orationem esse genus remotum ac proinde non deberi per ipsam syllogismum diffiniri. Hoc certe leuissimum est: An non sunt optimæ diffinitiones quæ traduntur per genera remota? nonne hominem ita commode possumus diffinire, homo est substantia corporea, animata, sentiens, & particeps rationis, in qua per genus remotum, nimirum substantiam illum diffinimus? quodnam quæso vitium continet hæc diffinitio? Iam qui ita loquuntur præcepta Aristot. de diffinitione obliuioni tradidisse videntur. Is enim 6. *Topico. cap.* 3. inter alia hoc præcepit, vt diffinitiones per genera, siue proxima, siue remota tradantur. Neque satisfacit, intelligendum esse de remotis, quando proxima sunt ignota: nam genus proximum hominis (quod est animal) satis est notum: cum tamen absque vitio possit homo per substantiam & intermedias differentias diffiniri, eo modo quo nunc proxime illum diffiniebamus. Poterit igitur recte per orationem syllogismus diffiniri, quamuis oratio sit genus illius remotum.

Relicit. 1. Opin.

Optim. diffinit. syllogis. per argum.

1. Argum.

2. Argum.

Solutio.

Relicit.

Iterum Confir.

1. Argum.

Cæterum Burana, Monlorius, & Lemosius ita argumentantur contendentes probare non posse syllogismum per orationem diffiniri. Primo, non solum in ore, verum etiam & in mente dantur veri syllogismi: vnde 6. *Ethicor.* docebat Arist. virum prudentem vti syllogismo in consultando, qui non ore, sed mente conficiatur ab ipso, imo mente prius aliquid ex aliquo colligimus, quam ore illud proferamus: sed oratio tantum reperitur in ore, d finitur siquidem ab Aristot. vox ex hominum instituto significans, &c. quæ certe tantum est in ore, nam in mente nulla vox reperitur: non ergo poterit per orationem diffiniri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. Omne genus remotum de proximo prædicatur, vt substantia quæ est genus remotum hominis, dicitur de animali, quod est eiusdem proximum genus, sed oratio non dicitur de argumentat one quæ est genus proximum syllogismi: nam argumentatio est logica dispositio, qua vno dato alterum consequitur, vt ex Stoicis Laertius refert in Zenone: at oratio nihil tale habet, neque enim est huiusmodi dialectica dispositio, sed vox significans ex hominum instituto, cuius partes separatæ aliquid significant, &c. ergo non poterit per eam syllogismus diffiniri. *Rursus.* Si oratio esset genus, potius esset dicendum in numero plurali syllogismus est orationes, quam in singulari est oratio, cum ille constet multis propositionibus, quarum quælibet est oratio, quod cum non ita diffiniatur, neque per oratio nem in singulari numero recte poterit diffiniri

Lib. 7. de vitis.

1. Argum.

Dissoluuntur argum.

Hæc tamen argumenta non sunt eorum virium, vt cogamur a sententia proposita recedere: neq; propter illa commoueri debuerunt hi Philosophi periti, vt verissimam opinionem deserere compellerentur. *Ad 1.* enim satisfaci. negando minorem, nam in mente non minus orationes, quam enuntiationes, vel syllogismi reperiuntur. Arist. vero diffiniens orationem per vocem non omnem orationem diffiniit, sed tantum eam quæ in ore versatur, vt in commentariis illius loci docebamus: quod si cupimus illam diffinitionem tradere quæ omnem complectatur orationem, per signum illam ita diffiniemus. Signum cuius partes separatæ aliquid significant, vt dictiones, non autem vt affirmationes, vel negationes, q̃ profecto diffinitio, ita de oratione mentis, sicut & de altera oris prædicatur: ita enim oratio mentis est signum, vt est altera quam proferimus ore. *Ad 2.* diximus, nihil concludere. Nam quænam obsecro collectio est hæc, substantia non est natura sentiens, & viuens, ergo non erit genus remotum hominis, inepte siquidem ex eo, quia rationes inferiorum negamus à superioribus, colligimus superiora non esse genera morum inferiorum: superiora siquidem, non includunt rationes suorum inferiorum quod tamen nihil impedit, quominus sint vera & legitima genera eorundem. Hac igitur eadem ratione argumentantur, ratio argumentationis (quæ est dispositio logis-

Ad 1. Argu.

Genus diffinitio.

Ad 2.

ca, ita vt ex vno alterum sequatur) nõ competit orationi in communi, ergo oratio nõ erit genus remotum syllogismi, infirmum certe & inefficax argumentum: nam hæc ratio cum sit alicuius inferioris ipsius orationis, non est cur de oratione dicatur: at non propterea negandum erit illam esse genus remotum syllogismi. Ad 3. dicimus parum referre sitne vna, vel multiplex oratio syllogismus: nam quod proponimus in diffinitione est syllogismum esse orationem in communi, quod autem sit vna vel multiplex, hoc certe parum refert. Quemadmodum eadem oratio diffinitur vox in communi cum tamen parum referat, sitne illa vna vel multiplex, cum neutrum ad naturam orationis attineat, vt 1. *lib Perihor. cap. 4. q. 1 ad 1.* ostendebamus. Hactenus igitur de prima dubitatione proposita, sequitur vt secundam explicemus.

Ad 3.

1. Opin.

QVÆSTIO II.

An in diffinitione syllogismi addi debeat hæc particula, & concessis.

MVlti viri grauissimi, vt de hac re dubitaremus, occasionem nobis exhibuerunt, qui in suis diffinitionibus syllogismorum hãc particulam addiderunt. Nam Aulus Gellius *lib. 15 suarum noct. Attic. cap. 26.* in hunc modum diffinit syllogismum. *Syllogismus est oratio in qua concessis quibusdam, & concessis aliud quid, quam quæ concessa sunt necessario conficitur.* Galenus in loco quem in superiori quæstione proposuimus, eandem partem in diffinitione syllogismi legit, ita enim dicebat. *Syllogismus est argumentatio, quæ ex concessu ab eo cum quo disputamus inexpectatam colligit conclusionem.* Martianus item Capella in sua Dialectica sic ratiocinationem diffinit. *Ratiocinatio est ex duobus pluribusve concessis, ad id quod non conceditur necessaria peruentio.* Rursus Seuerinus Boetius 2 *lib. de syllogismo categorico c. 7* eandem particulam proponit, ita enim habet. *Syllogismus est oratio in qua quibusdam positis & concessis, &c.* Petrus itidem Hispanus, vir certe de Dialectica bene meritus (& qui dignus erat vt ab omnibus legeretur nisi à posteioribus additis innumeris portentis, sophismatibus & barbaris commentariis, fœdatus omnino fuisset, quorum vtinam memoria ita periret, vt nec vnquam fuisse re-

corda

cordaremur) *lib. 5. Summul. cap. 1.* eandem particulam in diffinitione proponit nam ita ait: Syllogismus est oratio in qua quibusdam positis & concessis, &c. Alij vt Alexander & reliqui Græci interpretes putant, non esse addendam hanc particulam: sed esse intelligendam per illam, quibusdam positis, nam idem est dicere quibusdam positis, quod quibusdam concessis, quæ certe particula denotat in syllogismo non esse proponendas orationes deprecantes, imperantes, interrogantes, vel alias huiusmodi, sed solas enuntiantes: nam hæ solæ sunt, quæ concedi possunt, aut negari. Sunt qui existiment, neque esse talem particulam addendam, neque nomine illius, quibusdam positis, subintelligi posse: nam hæc particula, positis, idem denotat quod existentibus, vel intra syllogismum collocatis, aut dispositis, ita vt sensus sit, syllogismus est oratio in qua quibusdam, (nimirum propositione & assumptione, positis) id est intra syllogismum collocatis, dispositis, & existentibus, aliud ex his quæ posita sunt, &c. ita Monlorius, eandemque interpretationem inter alias refert Barana.

2. Opin.

3. Opin.

Nostra sententia.

Mihi vero videtur aliud esse loqui de vi, & facultate syllogismorum: & aliud de inflexione mentis ad assensum conclusionis, quam nitimur in syllogismo confirmare, vel quam suadere conamur ei cum quo est inita, & instituta disputatio. Nam si primo modo agamus, nihil confert syllogismo quod illius sumptiones ab aduersario concedantur. Etenim vis, & facultas ipsorum, non ex nostra concessione, sed ex varia medij cum extremis dispositione dependet: siue enim fuerint, siue non fuerint præmissæ concessæ, semper inest vis, & facultas dispositioni medij cum extremis, inferendi conclusionem institutam. Cæterum si de inflexione mentis ad assensum conclusionis agamus, necesse est vt concedamus prius ea quæ posita sunt, maiorem scilicet, & minorem propositionem, antequam mentem ad assensum conclusionis conuertamus, ita enim pendet assensus conclusionis à præmissarum concessione, vt nisi prius illæ fuerint concessæ, nequaquam possit concedi conclusio. Rem hanc vnico exemplo illustremus, sit hic syllogismus, Quidquid recipit lumen in orbem est sphæricæ figuræ: sed omne astrum quodcumque illud exiterit recipit lumen in orbem, ergo omne astrum erit sphæricæ figuræ In hoc syllogismo, vis, & facultas inferendi conclusionem, non dependet ex nostra concessione, sed ex dispositione illius medij, quod est recipere lumen in orbem, cum illis extremis, astrum, & esse sphæricæ figuræ, nam ita illud medium cum his extremis vnitur, vt siue concessæ fuerint præmissæ, siue non fuerint, habeat vim conclusionem propositam inferendi. At vt nos concedamus conclusionem, scilicet omne astrum esse sphæricæ figuræ, necesse est prius concedamus duas illas præmissas nimirum: Quidquid recipit lumen in orbem est sphæricæ figuræ, & omne astrum recipit lumen in orbem. Contemplantes igitur authores quos in prima opinione recensuimus, non solam vim & facultatem syllogismorum, sed inflexionem mentis ad assensum conclusionis docuerunt addendam esse illam particulam & concessis. Alij vero vim solam & facultatem considerantes, hanc eandem delendam esse voluerunt, qui certe omnes, neque sibi aduersantur, neque à veritate aliquid alienum pronuntiant, vtriq; siquidem quod verissimum est affirmant vt abunde satis supra est explicatum: ac proinde non est cur illam à diffinitione reiicia mus, sed absque vllo vitio poterit in diffinitione retineri.

Explica. exemplo.

QVÆSTIO III.

An conclusio sit pars syllogismi.

IAm circa eandem diffinitionem quærendum erit num conclusio sit pars syllogismi necne? Nam esse in hunc modum possumus demonstrare. 1. Partes definitionis sunt quoque partes rei diffinitæ, sunt siquidem illæ de essentia rei diffinitæ, vt auctor est Arist. 2. *Physico cap. 3. & 5. metaphys. cap. 2.* sed conclusio est pars diffinitionis syllogismi, nam diffinitur oratio in qua quibusdam positis aliud (nimirum conclusio) præter ea quæ posita sunt, &c. erit igitur vlla vera & legitima pars syllogismi. 2. Arist. 1. *lib. Priorum cap. 25.* ostendens syllogismum coniunctum esse plures simplices, inquit, sed etsi plures syllogism. plures quoq; conclusiones, in quibus verbis aperte indicat conclusionem esse partem syllogismi. *Præterea* syllogismus est argumentatio, sed conclusio est pars argumentationis, diffi-

1. Argum.

2. Argum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitur siquidem illa, oratio constans antecedente, & consequente (id est conclusione) tanquam suis partibus, quas coniunctio aliqua connectit: ergo erit quoque eadem pars syllogismi. *Iam* si non esset ita pars syllogismi sequeretur Barbara, & Baralipton, non esse modos distinctos, nam hi modi sola conclusione differunt, hoc autem falsum est: erit igitur conclusio pars syllogismi.

1. Argum.

Hæc tum potissima argumenta quæ partem aientem suadere videntur, & quibus ducti multi viri graues docuerunt, conclusionem esse veram, & legitimam partem essentialem syllogismi, ita Franciscus Burana *in comment. in cap. 1. lib. 2* de priori resolutione M Vincentius Iustinianus *libro 5. Institut. cap. 2.* & multi alij, contrariam tamen opinionem sequutus est Lemosius 2. *lib. Paranox. dialect cap 1.* eam tanquam probabiliori, plærisq; receptiorem adhæserunt. Quænam autem sit nostra sententia his assertionibus explicamus.

2. Opin. Burana & M. Iustin.

3. Opin. Lemos.

1. *Conclus.* Conclusio non est pars essentialis syllogismi Vel apertius, conclusio nihil attinet ad essentiam syllogismi. Hæc certe & auctoritatibus Aristot. & rationibus potest satis efficaciter demonstrari Primoque Aristot. 1. *Priorum cap.* 29. de syllogismo loquens inquit. Palam per tres terminos, & duas propositiones hæc consideratio est, & cap. 26. docuerat syllogismum omnem, constare ex propositionibus primis. & ternis imparibus: at si conclusio esset pars syllogismi, constaret haud dubie ex propositionibus imparibus, tribus nimirum, duabus propositionibus, & vnica conclusione, & cap 3. eiusdem lib. ex duabus inquit propositionibus contingit ratiocinari, tandemque 2. lib. priorum cap. 1. habet, vnum & eundem syllogismum, posse inferre varias conclusiones quod si syllogismus potest inferre varias conclusiones nomine ergo syllogismi non erit intelligenda conclusio. Iam agamus rationibus. *Prima.* Si conclusio esset pars essentialis syllogismi, ergo syllogismus quoque resolueretur in conclusionem: quia vnaquæque res in ea resoluitur ex quibus secundum essentiam componitur: sed syllogismus non resoluitur in conclusionem, sed in duas propositiones, maiorem scilicet, & minorem vt docet, & confirmat Arist. 1. *lib. priorum cap.* 33. igitur conclusio non erit pars syllogismi. *Secunda.* Tota essentia ratiocinationis,

1. Argum. ex Arist.

1. Ratio.

2. Ratio.

vel syllogismi, in dispositione medij cum extremis est constituta, vt sæpe 1 lib. priorum repetit Aristot. sed hæc dispositio non splendet in conclusione, nam medium non ingreditur conclusionem, neque igitur essentia syllogismi in conclusione splendebit. Denique. Præcepta vtilium combinationum, diuersæque figuræ, non à conclusione, sed à varia medij cum extremis collocatione est petenda, quæ certe in solis præmissis conspicitur, non igitur conclusio, sed solæ præmissæ erunt partes essentiales syllogismi

2. *Conclus.* Conclusio est pars materialis syllogismi. Confirma. argumento illo tertio loco proposito, syllogismus est argumentatio, at conclusio est pars argumentationis: nam diffinitur oratio constans antecedente, & consequente tanquam suis partibus, quia coniuncta aliqua connectit, ergo erit quoque pars syllogismi.

2. Conclus.

3. *Conclus.* Conclusio non est materia intrinseca, sed extrinseca syllogismi, ac proinde quamuis sit materia, non erit pars essentialis. Nomine materiæ intrinsecæ intelligo eam quæ informatur forma totius, vt est caro in homine: nomine vero materiæ extrinsecæ, aliam intelligo quæ ab huiusmodi forma non informatur, vt in eodem homine, iuxta multorum Philosophorum opinionem, sanguis est materia extrinseca, quia ille non informatur anima rationis compote, quæ forma est hominis etiam iuxta gradum vegetantem. Confirmatur. Materia intrinseca illa est q̃ informatur forma totius, etenim ex materia intrinseca & forma vnitis tãquã ex partibus intrinsecis, totum coalescit, impossibile autem est materiam & formam vniri, nisi materia à forma fuerit informata: sed conclusio non informatur forma syllogismi: nam hæc est dispositio medij cum extremis, quæ certe non fit in conclusione, cum medium in illa ingredi nulla ratione queat, sed in solis præmissis, ergo conclusio non erit materia intrinseca syllogismi Quemadmodum igitur in compositione hominis naturali, sanguis est illius materia, non intrinseca, sed extrinseca, quia non informatur forma hominis, in compositione quoq; syllogismi, concl. erit pars materialis non intrinseca, sed extrinseca, quia non informatur forma syllogismi, quæ est dispositio medij cum extremis Quam rem quidam contemplantes docue-

3. Conclus.

Obserua.

runt

runt conclusionem non esse partem, sed fœtum syllogismi: nam quemadmodum in ortu naturali, fœtus non est pars, sed effectus à virtute formatrice promanans ita & conclusio in syllogismo non est pars, sed effectus quidem à vi, & facultate medij cum extremis deriuatus. Multo tamen rectius profiteri possumus esse materiam non intrinsecam, sed extrinsecam syllogismi, eo modo quo exposuimus.

Ad 1. argu. Iam ad argum. Respon. falsam esse absolute propositionem. nam sæpe rem per effectum suum diffinimus, vt solem diffinimus astrum, cuius lux diffusa per aerem efficit diem, qui effectus non est de essentia solis definiti, atq; ita in hac defini. syllogis. definimus illum per suum effectum, qui est inferre conclusionem, ac proinde nõ erit pars essentialis rei diffinitæ: nam quando Arist. inquit partes diffinitionis esse de essẽtia rei diffinitæ, locutus fuit de partibus formalibus, & de diffinitione essentiali, non autem de partibus materiæ externæ, vt est conclusio in syllogismo & de diffinitione accidentaria. *Ad 2.* respond. illud nihil concludere, nam vnde sequitur si sunt plures syllogismi, sunt plures conclusiones, ergo conclusio est pars essentialis syllogismi: ex hoc enim tantum colligitur conclusiones esse partes extrinsecas, & veluti fœtus syllogismi, non tamen esse partes intrinsecas. *Ad 3.* iam respondeo in secunda conclusione dicimus enim in diffinitione argumentationis, nomine partis intelligendam esse partem in communi, siue extrinsecam, siue intrinsecam, atque ita consequens erit pars argumentationis extrinseca, antecedens vero intrinseca *Ad 4.* libenter admittimus duos illos modos Barbara, & Baralipton, non essentia, sed sola vi, & facultate inferendi diuersas conclusiones differre: vel differunt sola materia intrinseca, non tamen parte aliqua essentiali, cum sit eadem medij cum extremis dispositio, in vtroque modo. Legendus est Doctor & amicus noster Martorellus in comment. in 1. cap. lib. 1. Priorum quæstio. vltima.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

QVÆSTIO IV.

An argumentatio vitiosa vocari debeat simpliciter argumentatio.

1. Argum. PArs negans his argu. suadetur. *Primum* Cui competit diffinitio & diffinitum: atqui diffinitio argumentationis, quæ tra-

ditur per materiam, competit argumentationi vitiosæ. est enim oratio constans antecedente, & consequente tanquam suis partibus, &c. ergo & diffinitum debet illi conuenire, & ita argumentatio vitiosa erit vocanda simpliciter argumentatio *Secundo.* In optima diuisione res diuisa prædicatur de membris diuidentibus: atqui diuiditur à dialecticis argumentatio in rectam, & vitiosam, ergo argumentatio prædicabitur de vitiosa argumentatione, & ita erit vocanda simpliciter argumentatio.

2. Argum.

Controuersum quidem est inter dialecticos sitne vocanda simpliciter & absolute argumentatio, quæ vitiosa est argumentatio. *Quidam* enim existimant huiusmodi argumentationem simpliciter & absolute esse argumentationis nomine ornandam. *E contra* tamen alij sentiunt non esse tali nomine insigniendam, quæ sententia magis nobis probatur, nam quemadmodum homo pictus non dicitur homo simpliciter & absolute, sed secundum quid eodem etiam modo argumentatio illa quæ vitiosa est minime debet vllo modo vocari argumentatio simpliciter, sed solum secundum quid, ac per accidens hac vnica conclusione explicamus.

1. Opin.

2. Opin.

Argumentatio vitiosa nequaquam est argumentatio simpliciter, & absolute appellanda. Confirmatur duobus argum. *Primum.* Syllogismus apparens est argumentatio vitiosa: atqui teste Arist. 1 lib. Topico. cap. 1. syllogismus apparens, nequaquam est appellandus simpliciter, & absolute syllogismus. sed secundum quid, ergo argumentatio vitiosa minime vocanda erit simpliciter argumentatio sed secundum quid. *Secundum.* Cui deest forma argumentationis nequit dici simpliciter argumentatio, nam a forma quælibet res habet essentiam, & naturam: sed argumentationi vitiosæ deest forma argumentationis, ergo argumentatio vitiosa non erit vocanda simpliciter argumentatio Confirmatur assumptio Forma argumentationis est connexio inter pronuntiata, ita vt consequens inferatur ex antecedente: at in argumentatione vitiosa consequens non infertur ex antecedente vt in hac argum. cœlum mouetur, ergo Socrates philosophatur, consequens non infertur ex antecedente, ergo argumentatio vitiosa non habet formam argumentationis.

Vnica concl.

1. Argum.

2. Argum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad argu. Ad primam admittimus diffinitionem argumentationis petitam à materia competere argumentationi vitiosæ: diffitemur tamen diffinitionem quæ petitur à forma eidem conuenire. Cum itaque res non habeant esse & naturam à materia, sed à forma, propterea argumentatio vitiosa minime erit argumentatio simpliciter, & absolute appellanda. *Ad secundum* respond. propositionem esse veram in diuisione totius vniuersi, hæc autem diuisio non est huiusmodi, sed est vocis ambiguæ in sua significata. In qua quidem diuisione non effertur natura aliqua de membris diuidentibus. Vnde quemadmodum non colligimus animal pictum esse animal, quantumuis diuidi illud possit in viuum, & pictum, cum sit hæc diuisio vocis homonymæ: ita etiam ex eo quod argumentatio sit diuisa in rectam & vitiosam, non recte colligemus argumentationem vitiosam esse vocandam absolute, & simpliciter argumentationem, cũ huiusmodi diuisio sit vocis homonymæ.

QVÆSTIO V.

An syllogismus, inductio, enthymema & exemplum differant specie.

1. Argum. SYllogismum quidem ab enthymemate minime esse specie distinctum suadere possumus his argum. *Primum.* Vna species nequit constitui & componi ex altera vt homo non fit ex leone: atqui enthymema fit ex syllogismo, detracta namque ab ipso syllogismo altera ex sumptionibus, remanet effectum enthymema: syllogismus ergo & enthymema minime distinguentur inter se specie. *Secundum.* Vna species nequit per alteram diffiniri: atqui enthymema diffinitur per syllogismum, diximus namque illud esse syllogismum imperfectum: enthymema ergo non differet ab ipso syllogismo specie. *Tertium.* Quæ differunt velut perfectum, & imperfectum non differunt specie sicuti vir, & puer: at syllogismus, & enthymema distinguuntur tanquam perfectum, & imperfectum, nam syllogism. est argum. perfecta, enthymema vero imperfecta, ergo syllogismus & enthymema non different inter se specie.

1. Opin. *In hac* quæstione explicanda est opinio Nunnesij in libello de constitutione artis dialecticæ, propositas argumentandi rationes, non aliter ab inuicem distingui, quam perfectum & imperfectum intra eandem speciem distinguuntur, est enim syllogismus argumentatio perfecta, cæteræ vero argumentationes sunt imperfectæ, sicut vir, & puer tantum differunt velut homo perfectus, & imperfectus, quare has argumentationes minime inter se specie differre arbitratur. *Altera tamen* opinio est Ludouici Lemosij lib 1. paradoxorum dialecti. co. errore 23. has easdem argumentationes specie esse inter se distinctas, diuidereque illas argumentationem in communi, tanquam verum genus sibi omnibus commune, quemadmodum homo, & leo differunt specie diuiduntque animal tanquam suum verum ac legitimum genus. Quam sententiam & plerique amplectuntur: & nos etiam libenter sequimur, illamque vnica conclusione declaramus. 1. Opin.

Vnica concl. *Syllogismus*, inductio, enthymema & exemplum sunt vetæ species argumentationis, estque ipsa argumentatio verum genus ad has quatuor formas. Hanc his argum. demonstramus. *Primum.* Quæ differunt diffinitione essentiali, specie differunt, at syllogismus, inductio, enthymema, & exemplum differunt essentiali diffinitione, ergo specie differunt. Confirmatur assumptio quia in cap. vlt. 2. lib. fuerunt à nobis propositæ cum Aristot. variæ ac diuersæ harum argumentationum diffinitiones, quas essentiales esse, nullus certe dubitat. *Deinde.* Argumentatio diuiditur ex communi dialecticorum consensu, in syllogismum, inductionem, &c. tunc rogamus igitur quænam extet huiusmodi diuisio, nequit enim esse vocis homonymæ in sua significata, argumentatio etenim naturã aliquam declarat his omnibus argumentationibus communem, quod minime in diuisione solius vocis homonymæ experimur: nequit præterea præfata diuisio esse totius integri. partes enim integrantes proxime argumentatio. sunt enuntiationes, remotę autẽ voces, nullæ tamen harũ quatuor quas proposui mus formarum partes extant integrãtes argumentationis, siue proxime siue remotæ: nec est deniq; diuisio accidentaria, quia argumentatio nõ est accidens syllogismi, aut inductionis, cum prædicetur secundum essentiam de illis: supererit igitur à sufficienti diuisione confirmatum, diuisionem præfatam, esse totius vniuersi, vtpote generis in Confir. Primo.

Secund.

suas

Tertio. suas species: at in huiusmodi diuisione res diuisa est verum genus, ac præterea membra diuidentia sunt species inter se diuersæ: erit ergo argumentatio verum genus ad has quatuor formas. *Præterea.* Quæ differunt forma, specie quoque differunt, auctore Aristo. 7. lib. meta. cap. 13. à forma enim obtinent res ipsæ essentiam & naturam: atqui syllogismus, & aliæ argumentationes assignatæ, distinguũtur forma: distinguentur ergo etiam & specie. Confirmatur assumptio. In syllogismo argumen. à toto ad partes vt ex eo quod animal sentit colligimus hominem, qui pars est animalis, etiam sentire: in inductione vero à partibus ad totum ipsum procedimus, ex eo namque quod hic, ille, & alter ignis calidus est, quorum qnil bet est particularis, omnem ignem calidum esse inferimus, tanquam quidpiam vniuersum. *Rursus* in exemplo ab vna parte ad aliam argumentamur: velut à temperantia, quæ est vna virtutis pars, confirmamus amplectendam esse fortitudinem, quæ altera pars virtutis existit: in enthymemate itidem medium verbum semel sumitur ante conclusi. quod idem in syllogismo bis ante conclusionem vsurpatur: atqui hę sunt diuersæ argumentandi formæ, syllogismus ergo enthymema inductio, & exemplum variæ erunt argumentationis species de quibus eisdem argumentatio tanquam verum genus prędicabitur. Iam argum. in principio effectis oportet satisfaciamus. *Ad primum* ergo distinguimus propositionẽ, vnam enim speciem componi ex altera intelligi potest, vel secundum materiam, vel secundum formam. Aimus ergo vnam speciem nequaquam posse ex alia fieri secundum formam, formæ namque sunt ad inuicem sibi ipsis contrariæ, nequit vero vnum contrarium ex alio effici atque componi: nihil tamen obest quominus vna species ex alia efficiatur secundum materiam, eædem namque propositiones quæ extant materia syllogismi, existunt post modum materia enthymematis. *Ad secundum* resp. vnam speciem minime posse per alteram speciem secundum formam diffiniri, hoc enim pacto inter se opponuntur, nullum tamen est absurdũ vnam speciem per alteram tanquam per materiam diffiniri. Nos itaque diffinientes cum Arist. in loco citato enthymema per syllogismum, non tanquam per formã, sed tanquam per materiam id effecimus, quia enuntiationes quæ materia sunt syllogismi, deinde efficiuntur materia enthymematis. *Ad tertium* negamus propositionem, quamuis enim in eadem re vera illa esse possit in diuersis tamen falsa illa extitit, omnis enim alicuius generis species differunt tanquam perfectum, & imperfectum, quia vna semper est longe nobilior, atque perfectior, quam altera, cum tamen eædem specie inter se distinguantur. Cum itaque syllogismus, enthymema, inductio, & exemplum, diuersæ sint inter se res, etiam si tanquam quid perfectum & imperfectum secernantur inter se species nihilominus inter se distinguentur. Ad 3.

Ad 1. argumen.

Ad 2.

QVÆSTIO VI.

Detur ne quarta figura nec ne?

PErpendamus iam sintne tantum tres formæ syllogismorum, & num præter illas detur quarta alia nec ne? nam esse quartam constituendam in hunc modum 1. Argu. *primo* suademus. Aristo. ex varia medii cum extremis collocatione, tres modos figurarum collegit, sed præter tres illos modos ab eodem recensitos (nimirum primus quando medium est sub iectum in maiori, & attributũ in minori, secundus quando idem est in vtraque tam maiori quam minori attributum, & tertius quando in vtraque est subiectum) datur alius quartus modus, quo medium connectitur cum extremis, ille scilicet, in quo medium est attributum in maiori propositione, & subiectum in minori, vt quando dicimus, omnis homo est animal, sed omne animal sentit, ergo quoddam sentiens est homo: ergo præter tres figuras numeratas erit alia quarta constituenda. *Secundo.* Ille est bonus syl ogismus cui 2. Argu. competit diffinitio syllogismi ab Arist. proposita: sed præfato syllogismo comp. t diffinitio ab Aristo. proposita, nam est oratio in qua quibusdam positis, maiori nimirum, & minori, aliud ex iis quæ posita sunt necessario sequitur, conclusio scilicet, ergo erit optimus syllogismus: at ille in nulla trium figurarum continetur, erit igitur quarta alia collocanda. *Iam* propositus syllogismus, & alii ipsi similes, sunt optimi, nullum vitium habentes, erunt igitur in aliqua figura: sed in nul'a ex tribus propositis ab 3. Argu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aristot. continentur, in aliqua igitur alia continebũtur, quare assignanda erit alia quarta. *Præterea* illi sunt optimi syllogismi qui ad primam figuram reuocari queunt: etenim ex eo Arist docebat modos secundæ, & tertiæ figuræ esse optimos, qui ad altos primæ figuræ reuocantur, sed syllogismi qui in hac quarta figura conficiuntur, reuocantur ad modos primæ figuræ, vt præfatus syllogismus primi argumenti, reuocatur ad barbara, transpositis, & permutatis propositionibus, & conuersa conclusione in hunc modum, omne animal sentit, omnis homo est animal, ergo omnis homo sentit, & per conuersionem conclusionis, ergo aliquod sentiens est homo. Erunt igitur optimi syllogismi quartæ figuræ, ac proinde necessario erit huiusmodi figura collocanda.

4. Arg.

1. Opin.

Hac certe argumenta eruditissimos viros commouere potuerunt, vt opinarentur esse necessario quartam aliam figuram constituendam, in qua scilicet medium ita cum extremis disponitur, vt sit in maiori propositione attributum, & in minori subiectum, conclusio autem debet esse particularis, vt sit verum consequens: nam si fuerit vniuersa, maiusque de minori (vt fieri debet) concludamus, non poterit consequens esse verum, quemadmodum in syllogismo tradito, omnis homo est animal omne animal sentit, ergo aliquod sentiens est homo, medium ita disponitur, vt in propositione sit attributum, & in assumptione subiectum, conclusioque (in qua concludimus hominem qui est maius extremum de sentiente, quod est minus) est particularis: nam si esset vniuersa, esset consequens falsum: falsum etenim est omne sentiens esse hominem. Galenus vir certe præter summam in arte medendi peritiam, in omni parte Philosophiæ admirabilis, nec minus in rebus Dialecticis, quam Philosophicis eruditus, hanc quartam figuram primus omnium excogitauit, vt Auerroes cap. 8. lib. 1. Priorum, & in digressione peculiari de quarta figura profitetur: hanc multi viri celebres ex Philosophis solo nomine Galeni commoti, incunctanter eo. stituendam esse asseuerant: quamuis in operibus quæ nunc extant Galeni hanc opinionem non legamus: inter Theologos Ioannes Viguetius in suis Instrutionibus theologicis, cap. 2. § 4. verbo. 2 illam admittit, & ex Dialecticis recentioribus quam plures. *At contra* asserendum erit nullam esse huius quartæ figuræ necessitatem, cum Arist. summus Philosophus, & Dialecticus, illam nequaquam agnouerit, & explicans modos quibus medium cum extremis vnitur, nulla de huiusmodi mentione effecta, tres tantum nobis proposuerit. Cuius sententiam Græci omnes, Arabes, & Latini amplectuntur, Auerroes in loco superiori, Suesanus, Gaspar Contarenus in opere à se edito de quarta figura Iacobus Zabarella in lib. de quarta figura in operibus logicis. Lemosius lib. 1. Paradoxorum Dialectic cap 18 & alii sexcenti quos ne cantando molestiam pariam præ ermittro: quorum sane opinionem amplectimur illamque hac vnica assertione explicamus.

2. Opin.

Hac est Opinio Galeni.

Non est (præter figuras syllogismorum ab Arist. propositas) quarta alia collocanda. Confirm. Primo. In omni recta syllogismorum figura, quæ nimirum directe concludat. conclusio debet esse naturalis, id est, in conclusione illud quod erat attributum in præmissis, debet remanere attributum, & quod erat in eisdem subiectum, debet quoque superesse subiectum: retinent siquidem maius, & minus extremum eundem ordinem in conclusione quem retinebant in præmissis, vt in primo modo primæ figuræ apertissime intuemur: nam in hac argumentatio. *Omnis virtus est amplectenda, omnis sapientia est virtus, ergo omnis sapientia erit amplectenda*, esse amplectendum, quod est maius extremum, & habet locum attributi in propositione, in conclusione est attributum, & sapientia quæ est minus extremum, retinetque locum subiecti in assumptione, in conclusione quoque eundem locum subiecti habet, & ratio est apertissima.

Vnica conclu. Confirm. primo.

Quia cum maius extremum, dicatur de omni de medio verbo, & minus extremum continetur sub medio, debet idem maius extremum in conclusione dici de minori, ac proinde erit attributum, & minus extremum erit subiectum (vt in eodem exemplo persistentes) quia esse amplectendum, quod est maius extremum dicitur de omni virtute, quæ est medium verbum, & sapientia quæ est minus extremum, continetur sub virtute, profecto esse amplectendum dicimus quoque de sapientia in conclusione ac proinde habebit locum attributi & sapientia

tia subiecti: constat igitur in omni figura recte concludente illud, quod in præmissis erat subiectum, in conclusione remanere subiectum, & quod erat attributum, remanere attributum. Sed in hac quarta figura, hic ordo nequaquam reperitur, imo è contra, quod erat subiectum, fit attributum & quod erat attributum fit subiectum, vt in syllogismo ꝓposito. *Omnis homo est animal, omne animal sentit, ergo aliquod sentiens est hõ*, homo qui erat subiectum propositionis fit attributum conclusionis, & sentiens quod erat attributum assumptionis fit subiectum conclusionis, non igitur erit huiusmodi syllogismorum forma constituenda. *Hæc certe* ratio si recte expendatur efficax est, nam quod quidam dicunt non esse præmissis propositis inferendam supra dictam conclusionem particularem, sed aliam vniuersam, ergo omnis homo est sentiens, in qua id quod est subiectum (scilicet homo) remanet subiectum, & quod est attributum, nimirum sentiens, remanet quoque attributum, futile est, & à non recte hanc quartam figuram intelligentibus, propositum. *Primo* quia qui hanc figuram cum Galeno constituunt, sentiunt conclusionem debere esse particularem. Secundo quia si hæc vniuersa esset inferenda, in syllogismis directe concludentibus, vt sunt illi qui fiunt in hac figura illorum iudicio concluderemus minus extremum de maiori, quod certe absurdissimum est, & in syllogismis conficiendis maximum vitium, in quibus omnibus (de concludentibus directe ago) semper debet maius, de minori concludi, vt omnes dialectici vno ore profitentur: nam concludimus sentiens, quod est minus extremum, de homine qui est maius extremum: sumitur enim sentiens in minori cum animali, quod est medium verbum, ac proinde erit minus extremum, & homo cum eodem in maiori propositione, ob quam causam maius extremum nuncupabitur.

Quorum dictum.

Confus. duplici.

Secundo confirma eadem conclusio. In omni recta argumentatione quod est consequens superioris, non potest esse antecedens inferioris, nam cum inferius sub superiori contineatur, eadem erunt vtriusque consequentia, vt in hac argumentatione, omnis arbor viuit omnis Pyrus est arbor, ergo omnis Pyrus viuit, Pyrus, sub arbore quæ est superior continetur, atque ita cum viuere consequatur arborem, consequetur Pyrum, sed si daretur hac quarta figura, quod est consequens superioris, antecederet inferius: ergo inanis erit huiusmodi figura.

Confirm. Secun.

Confirmatur assumptio. Sumamus sæpe propositum syllogismum in hac quarta (quam fingunt) figura. Omnis homo est animal, omne animal sentit, ergo aliquod sentiens est homo: sentiens est consequens animalis, quod est superius homine: nam recte sequitur, animal est, ergo sentiens est, & antecedit hominem, qui est inferior animali, in ipsa conclusione, nam colligimus, ergo aliquod sentiens est homo, in qua collectione, sentiens, fit subiectum hominis, ac proinde illius antecedens, iam igitur si hæc figura esset admittenda, in recta aliqua argumentatione, quod est consequens superioris, esset antecedens inferioris. *Rursus.* hæc quarta figura non differt à prima, secundum rem, sed est vna, & eadem, solo situ propositionum ab ea diuersa, nam quod in prima figura est propositio, in quarta fit assumptio, & quod in prima est assumpti in quarta est propositio, vt in hac argu. Omnis homo est animal, omne animal sentit ergo *aliquod sentiens est homo*, quę est in quarta, minor propositio est maior in barbara, & maior est minor in eadem, nam in Barbara ita argumentamur, omne animal sentit, omnis homo est animal, ergo omnis homo sentit, & per conuersionem ex parte, ergo aliquod sentiens est homo, quæ est conclusio quæ inferebatur in quarta figura, quæ certe conclusio etiam infertur in barbara mediate: nam in illa tres possunt conclusiones atentes, ex Arist. 1. Priorum cap. 2. vna vniuersa, vt hæc quam proxime intulimus, & duæ aliæ mediatæ prima subalternans huius vniuersę, aliquis homo sentit, & secunda, in quam vniuersa conuertitur, aliquod sentiens est homo. Cum igitur non differat à prima secundum rem, sed ola mutatione præmissarum, non est cur talem figuram constituere debeamus. Et certe cum in omni figura possint transponi propositiones, si hæc sola sufficeret ad constituendam nouam figuram, plures essent quam quatuor figurę syllogismorum, quod cum dici nequeat, neque igitur erit, & quarta collocanda.

Confirm. Tertio.

Proximũ iam est, vt argumẽtis quę in aliorũ patrocinio proposuimus satisfaciamus.

Ad 1. argu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad primum respon. falsum esse dari quartam alium medii cum extremis collocationem: nam hæc quam aduersarii quartam esse considerunt, non differt a collocatione medii cum extremis in prima figura, sed sola transmutatione propositionum, vt in tertio argumento in fauorem nostræ conclusionis adducto ostendebamus *Ad secundum* dicimus falsum esse hanc diffinitionem syllogismi, conuenire syllogismi huius quartæ figuræ: etenim quando in diffinitione syllogismi dicimus, Aliud ex his quæ posita sunt necessario sequitur, intelligi debet, aliud quod sequatur, vt quod in præmissis erat subiectum, sit quoque subiectum in conclusione, & quod in eisdem erat attributum, in conclusione locum retineat attributi: at in hac quarta figura non sic se res habet, sed è contra quod est subiectum in præmissis habet locum attributi in conclusione, & attributum retinet locum subiecti, vt exemplo apertissimo in primo argumento pro nostra opinione exposuimus, ac proinde hæc diffinitio syllogismi, his quæ in quarta figura fieri considerunt, nullo modo adaptabitur. *Ad tertium* respon. huiusmodi syllogismum reuocandum esse ad primam figuram, sola transmutatione propositionum effecta, vt explicuimus: neque proinde colligendum erit præter primam non dari alias figuras cum secunda & tertia ad primam reuocentur. Etenim illi soli syllogismi qui reuocantur ad primam, ita vt non concludant naturaliter, nullam figuram constituunt, vt sunt hi qui fiunt in quarta figura, reliqui vero qui iuxta propriam sui medii cum extremis collocationem concludunt naturaliter, quamuis ad primam reuocentur, reuera tum ab illa differunt propriamque figuram efficient. *Ad 4. respon.* Illud nihil colligere aduersus nos: nam libenter fatemur illum syllogismum qui reuocatur ad primam figuram, si naturaliter concludat esse optimum, at syllogismi qui in hac quarta figura fiunt, non concludunt naturaliter, sed contra naturam, ac proinde non erunt recti, sed vitiosi, quare est inanis huiusmodi quarta figura. Nonnullas alias difficultates de argumentatione hoc loco missas facimus, vel quia in nostris institutionibus Dialecticis legi poterunt, vel ne in aliis grauioribus breui oratione vti cogamur. Hactenus igitur de iis quæ in lib. de priori analysi ab Arist. proposita fuerunt.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

COMMENTARIA IN DVOS LIBROS ARIST. DE POSTE. RIORI ANALYSI, VEL DE Demonstratione.

Eodem R.P.Fr. Didaco Masio Valentino Vilarealensi ordinis Prædicatorum auctore.

PRÆFATIO.

ACcessimus iam ad eam partem Dialecticæ explicandam, quam sibi tanquam finem præcipuum, & scopum in arte disserendi proposuerat Aristo. nimirum ad lib. de posteriori analysi, vel de demonstratione: demonstrationis siquidem naturam explicare, partesque proponere, & proprietates inuestigare, esse præcipuum huius operis institutum iam supra 1. lib. de Priori analysi cap. 1. nobis testatum proposuerat Arist. Quare æquum est vt in illius explicatione maiorem multo operam, laborem, & industriam quam in aliis collocemus, maxi-

meque cum luce clarius conspiciamus, ex hac disputatione, ita reliquarum artium & scientiarum cognitionem pendere, vt sine illa, vix, ac ne vix quidem, possit quisquam aliquos vel mediocres progressus in eis efficere. Verum quia, iuxta veterem consuetudinem, in initio cuiusque operis nonnulla præfamur, quæ ad ipsum opus viam nobis præbeant, ac aditum, hæc eadem in his lib. paulo diffusiore sermone præfabimur, quæ omnia vnica sectione complectemur. Sit igitur prima quæst.

Sectionis vnicæ Proœmialium q. huius operis quæst. prima de ordine horum librorum ad alias partes Dialecticæ.

1. *Argu.* ET quidem non primo sed secundo loco post lib Topico. tradi illos debuisse, his argum. confirma. *Primum.* Ea quæ sunt faciliora sunt priori loco proponenda: atqui argumentatio probabilis est facilior analytica vt est manifestum: prius igitur erat agendum de probabili, quam de analytica argumentatione. *Secun* Quæ sunt imperfectiora, sunt priora perfectioribus, vt puer prior est viro, quia est eo imperfectior: atqui argumentatio probabilis est imperfectior analytica: ergo erit prior, & ita agendum erat prius de illa.

2. *Argu.*

3. *Argu.* *Tertium* species alicuius generis sic sunt inter se affectæ (vt cum Arist. in postcate. cap. de priori docebamus) vt vna non sit prior altera, atqui argumentatio analytica & probabilis sunt species argumentationis, vt innuere videtur Arist. 1 lib. Topico. cap. 19 ergo non erit prius de analytica, quam de topica ratiocinatione disputandum. *Quart.* Vniuersaliora priori loco sunt explicanda, authore Arist. 1. lib. de part. ani. cap. 1. sed argumentatio probabilis est vniuersalior, plura enim sunt quæ arguin. probabilibus, quam quæ necessariis argu. pertractantur: argumentatio igitur probabilis priori loco erit pertractanda. *Quint.* inuentio prior est iudicio, sed in parte topica traditur inuentio, in analytica autem iudicium: ergo pars topica prior erit analytica.

4. *Argu.*

5. *Argu.*

1. *Opin.* *Ex veteribus* Philosophis multi in ea exiterunt opinione, vt arbitrarentur lib. Topico. antel b. analyt statim post lib. catego. esse tradendos. Vnde catego vocabant anteropica, quasi ante lib. Topico. tradi deberent. Hanc opinionem sequutus fuit olim Adastius Aphrod sæus (vt testatur simplici. in præfatio. Catego.) quam eandem ni fallor in principio topico. ad Treba. i. amplexus est Cicero, nam cum eo loco partem analyticam, cum topica compararet, scilicet iudicium cum inuentione docet partem topicam vtiliorem, ac priorem esse, ea parte in qua traditur iudicium, quæ certe pars est analytica. Philoponus vero in commenta. in 1. caput 1. lib de demonst arbitratur l b. Topico. lib. de posteriori analysi esse præponendos, opinatur enim in his libr. tradendis hunc ordinem esse tenendum, vt post lib. de priori analysi sequantur lib. Topic. & vltimo de reprehensi. Sophist. *Contrariam* tamen opinionem sequuntur alii viri grauissimi, opinantes lib. de priori analysi, & posteriori tradendos esse ante lib. topico. ita vt in tradenda Dialectica hic ordo obseruari debeat, vt post lib catego. tradi debeant lib. de interpreta. deinde lib. de syllogismo in communi, vel lib de priori analysi, mox libri demonstra. rursus lib. Topi. tandemque lib de reprehen Sophist. Hanc amplectuntur *D. Tho. in præfatio. huius lib. D. Alb. M. g. in tracta. 1. huius lib. cap. 2. Alexand. Aphrodis. in commenta. in lib. de reprehen. Sophista.* & plerique alii tum veteres, tum recentiores interpretes. Quam sententiam tanquam veriorem amplectimur, atque his subiectis assertionibus explicamus.

2. *Opin.*

1. *Concl.* *Prima est.* Libri de priori analysi sunt ordine naturæ priores lib. de demonstra. Confirmatur in primis auctoritate Aristo. 1. lib. prior cap 2. in fine vbi constituit tractationem syllogismi in communi antecedere disputationem de demonstratione. Confirmatur deinde hac ratione. Vniuersaliora priora sunt minus vniuersis, quare & priori loco erunt tradenda: sed in lib. de priori analysi agimus de syllogism. in genere, qui communior est & vniuersalior se undum essentiam ad demonstrationem, probabilem ratiocinationem, & sophisticam: erunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo lib. de priori analysi, ante lib. de demonstratione tradendi.

2. Conc.

Secunda conclusio. Agendum est prius de posteriori analysi, seu de demonstratione quam de argumentatione probabili. in lib. topico. disputemus. Confirma. his argumentis. *Primum* Illa argumentatio est priori loco tractanda, quæ sequitur proxime tractationem syllogismi in communi. (quod enim hæc sit prior tractatione syllogismi in specie) nullii dubium esse debet quare ex speciebus illa erit priori loco pertractanda, quæ proxime subsequetur ipsum genus: at demonstratio cuiusmodi natura in libro de posteriori analysi explicatur iudicio Arist. 1. prio. cap. 2. subsequitur immediate tractationem syllogismi in communi: ergo pars analytica erit prior parte topica. priorique loco tradenda. 1. Argu.

Secundum. Necessarium prius est contingenti, itemque, verum necessarium prius erit probabili, est enim verum probabile, velut quidam defectus veri necessarii, sicut & contingens in naturalibus est defectus eius quod est necessarium: sed demonstratio est argumentatio necessaria, topica autem est probabilis, ergo demonstratio prior erit argumentatione probabili, atque ita prius erit agendum de ea. *Verum* (*vt hanc* rationem facilius intelligere possimus) animaduertimus ex D. Tho. in præfatione huius lib. syllogismum similem esse naturæ, vnde quemadmodum in natura dantur quædam opera omnino necessaria, vt Solem singulis diebus oriri, & interire, dantur etiam & alia contingentia, quæ & esse & non esse possunt, vt hominem nasci cum quinque digitis singulis manibus: tandemque alia monstra quę sunt vitia, & peccata naturæ, vt eundem hominem oriri cum duobus capitibus. Ita pariter sese res haberet in syllogismo, dantur enim ex eis quidam concludentes necessariam propositionem, alii probabilem tantum, & alii qui vitia & peccata committunt. Qui inferunt propositionem necessariam sunt analytica, qui autem probabilem topici nuncupantur, & qui vitiosam sophistici. Quemadmodum igitur necessarium prius est contingenti, ita quoque argumentatio analytica erit prior argumentatione probabili, ac subinde priori etiam loco tradenda. 3. Conc.

Tertia conclusio. Libri de posteriori analysi priori loco debent tradi quam alii de reprehensione sophistæ. confirma. In Medicina illa pars quæ agit de optima valetudine, prior est alia quæ de veneni disputat, quorum vi ipsa valetudo deperditur: atqui in dialectica pars sophistica est veluti venenum demonstrationis, eius certam, & infallibilem veritatem euertens, igitur in ipsa agendum erit prius de parte analytica quam de sophistica. 4. Conc.

Quarta conclusio. Ordine dignitatis pars analytica præcedit etiam partem topicam simul atque sophisticam. Confirmatur. Illa tractatio est prior dignitate quæ in nobiliori obiecto versatur: sed pars analytica versatur in explicanda demonstratione, quę est omnium rationum nationum longe præstantissima: erit ergo ipsa ordine etiam dignitatis, & excellentiæ prior tam parte topica, quam sophistica.

Ad argum. igitur respon Ad primum negamus propositionem, nam iuxta methodum quam sequimur in dialectica à prioribus natura debemus progredi ad ea, quæ sunt posteriora natura, & non à facilioribus. *Ad secundum* dicimus aliquando ex imperfectioribus effici ac constitui perfectiora, sicut ex puero fit vir, interdum tamen quæ perfectiora sunt nequaquam ex imperfectioribus oriuntur, vt homo qui est perfectior leone non oritur ex illo. Igitur quæ imperfectiora sunt primo modo, priora sunt perfectioribus quæ fiunt ex illis vt puer prior est viro: at quæ altero modo exiterint imperfectiora, nequaquam erunt perfectioribus eiusdem generis priora, quemadmodum leo non est prior homine. Demonstratio autem, & argumentatio probabilis, hoc secundo modo inter sese afficiuntur, etenim quamuis argumentatio probabilis sit imperfectior analytica, non tamen hæc efficitur, & constituitur ex illa, quare neque poterit esse prior. *Ad tertium* respon species alicuius generis si conferantur cum genere quod dividunt omnes esse simul: si tamen eædem ad inuicem comparentur, vna erit altera prior. Demonstratio itaque non est prior argumentatione probabili, si vtreque cum syllogismo qui est genus comparentur bene tamen si cum sola illa conferatur. *Ad quartum* admittimus propositionem, dum tamen minus vniuersum sub magis vniuerso sit contentum, sicut prius disputandum est de animali, quam de homine, eo quod homo sub animali comprehenditur, nam si res non se ita habuerit,

Ad 1. argumen.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

buerit, eandem diffitemur. Quamobrem quamuis argumentatio probabilis sit vniuersalior quam analytica, quia tamen hæc sub illa non est contenta, proinde non erit prius illa, quam hæc altera tradenda. *Ad vl.* *Ad vltimum* dicimus in parte analytica etiam præter iudicium, tradi inuentionem, disputauimus enim satis diffuse in 1. eius lib de inuentione medii. Et ita quod aiunt Philosophi de parte topica in illa scilicet tradi inuentionem, intelligendum est de inuentione argumentorum probabilium, non autem analyticorum.

Duplex de hac q. opi.

QVÆSTIO II.

Quænam sit materia subiecta horum librorum.

MVlti, iique grauissimi viri sunt in ea opinione, vt arbitrentur, diffinitionem esse materiam subiectam in his lib. & non demonstrat onem idque propter hæc argum. *Primum.* Agere de diffinitione velut materia subiecta munus est propium Dialectici: at nullibi Aristo. de ipsa sermonem instituit nisi 2. lib huius operis: ergo diffinitio erit materia huius opetis. 1. Argu. *Secundum.* De omni subiecto prænoscendum est in qua libet scientia quid illud sit. ita vt in tali disciplina diffinitio illius tradi nequaquam debeat, vt auctor est Aristo. in 1. cap huius lib. at de demonstrati non prænoscimus quid sit, quin potius eius solum diffinitione tademus 2. cap. huius libri: ergo demonstratio non erit materia subiecta. 2. Argu. *Tertium.* De omni subiecto concludimus proprietates per demonstrationem: si ergo demonstratio est subiectum horum lib de illa concludemus proprietates per demonstrationem. Tunc rogo num illa demonstratio sit materia subiecta horum lib. necne: si non fuerit habeo institutum, si vero fuerit, de illa igitur concludendæ erunt proprietates per demonstrationem, atque ita dabitur progressus in infinitum. 3. Argu. *Vltimum.* Illud quod commune est plerisque scientiis, nequit esse propria materia alicuius quia per materiam res separantur inter se, at per illud quod est commune, nequeunt scientiæ ab inuicem separari: sed demonstratio communis fere est omnibus disciplinis, cum in omnibus illis dentur plures demonstrationes: ergo demonstratio non erit materia subiecta horum libro um. Vltim. argum.

Horum argum. pondere Auerroes, & eius alumni conuicti, existimant materiam subiectam horum librorum esse diffinitionem de qua Aristo. 2. lib. huius operis vberrime disputauit. Alii tamen vt D. Tho. in præfatione, D. Albert. Mag. 1. cap. huius libri, ac plerique alii Latini cum eis, arbitrantur materiam subiectam esse demonstrat. & non diffinitionem. Quam etiam & nos libentes amplecti. & vnica conclusione declaramus.

Vnica conclu.

Haud dubie asserendum est, hos lib in explicanda demonstrationis, & non diffinitionis natura tanquam in proprio obiecto versari. Hanc confirmamus in primis, aperta, & manifesta Aristo. auctoritate, expressis verbis profitentis materiam subiectam illorum esse demonstra. vt cuique licet intueri 1. lib. prio. cap. 1, 2. lib. demonstra cap. 17. 11 lib. metaphy. cap 1. alibique sæpissime. Deinde ratione huiusmodi. Illa est materia subiecta alicuius lib de qua concluduntur proprietates, cuius itidem assignantur partes, ac denique cuius natura explicatur: atqui de demonstratione ostenduntur hæc omnia in his lib. vt in progressu operis intuebimur: demonstratio ergo erit materia subiecta horum libro. Demum per demonstrationem separatur pars analytica à parte topica: at ea est materia subiecta alicuius scientiæ, per quam ipsa à cæteris aliis secernitur & separatur: materia igitur subiecta horum lib erit demonstratio.

Iam ad argum. Ad primum respon Arist. non disputare in loco citato de diffinitione, vt diffinitio est sed solum vt est medium ad concludendas proprietates de subiecto. Sicuti & in topicis quoque non instituit sermonem de diffinitione vt diffinitio est, sed ea solum ratione qua est problema dialecticum. Quod autem nullibi egerit Arist. de diffinitione artem differendi tradens, hoc eo est ex eo, quia solum instituebat in dialectica argumentandi vim, & naturam explicare: vel certe quia hæc tractatio (nam eum nonnulla de diffinitione volumina edidisse auctor est Diogenes Laertius li. 5 in Arist.) iniuria temporis cum plerisque aliis periit. vt iam in præfa catego. docebamus. Ad 1. argumen.

Ad secundum resp. in qualibet scientia quæ recta methodo progredi tur duas esse partes in quarū prima diffinitiones, communes axiomata explicantur. Velut in Geometria traditur diffinitio puncti, & magnitudinis. Ad 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& aliorum, vt v. g. omne totum est maius sua parte, & si ab æqualibus æqualia demas, quæ supersunt absolute sunt deinde oeque æqualia: per has diffinitiones, & axiomata, concludimus proprietates de subiecto vt in secunda parte eiusdem Geometriæ, concludimus hanc proprietatem de linea recta super quamlibet hoeam rectam triangulum æquilaterum constituere, &c. Quod migitur pacto, in hac demonstrandi arte, constitui debent hæ duę partes, in quarum prima proponendum nonnullæ diffinitiones & axiomata quæ pars in primis capitibus cõprehenditur in altera vero demonstrentur proprietates de subiectis. In secunda igitur parte prænoscendum est de subiecto quid sit, non tamen in prima, sed in ea tradi poterunt diffinitiones rem ipsam explicantes, quare nec in toto hoc opere hoc solum explicamus, quid nimirum sit demonstratio, cum id in prima tantum huius 1. lib. parte, quæ est cap. 2. eius, præstemus. *Ad tertium respon.* demonstrationem in communi esse materiam subiectam horum lib. de qua sola habere possumus scientiam per se, & primo: non vero de hac vel illa particulari demonstratione de qua nequit haberi scientia, nisi secundario. Et ita iam primam esse obiectum huius operis per se & primarium, non autem hanc secundam profitemur. Quare & progressum in infinitum dari negamus, illa enim demonstratio, per quam concludimus proprietates de demonstratione in communi (quam constituimus huius operis subiectum) est particularis, & instrumentum ad aliam communem cognoscendam: & ita neque subiectum illa esse potest, neque apta vllo modo sciri ac per demonstrationem cognosci. *Ad quartum* respon. vsum demonstrationis communem esse omnibus scientiis, de illa tamen agere, principia, & partes eius proponendo, proprietatesque concludendo ad hos lib. spectare. Cum vero ex materia subiecta cuiusque operis, eiusdem institutum colligi debeat, tanquam apertum ac manifestum rel nquendum erit, institutum huius operis esse de demonstratione disputare, præceptaque ad eam conficiendam in qualibet scientia tradere, quando, quidem ex his quæ in hac quæst. docuimus satis superque superest demonstratum, materiam subiectam eiusdem esse demonstrationem.

Ad 3.

Ad 4.

QVÆSTIO III.

Quanam sit huius operis inscriptio.

Duæ diuer. horum li. inscrip. recen.

INscribuntur hi lib. ab Arist. interdum de demonstra. velut constare potest ex *1. lib. prio. cap. 1 & ex 2. lib. eiusdem operis cap. 17.* aliquando vero analytici, vt *2. lib. perihер. cap. 1. in lib. de reprehen. Sophista. cap. 2. 6 lib. ethico. cap. 3.* & in alijs plerisque locis. Hæc autem diuersa inscriptio ob diuersas rationes demonstra. (in qua velut in subiecta materia totum hoc opus versatur) fuit tradita. Potest namque illa sumi vel vt progredimur, a c. usus ad effectus, & à principijs necessarijs, ad conclusionem necessariam: vel è contra vt ab effectibus ad causas ipsas procedimus, effectus ipsos in suas causas, ac prima principia resoluendo. Igitur iuxta primam rationem inscribuntur de demonstr. quæ nihil aliud est, quam ratiocinatio in qua ex causa colligimus effectũ, & ex propositionibus necessarijs, conclusionem necessariam inferimus. Si autem secundam alteram rationem, in eisdem contemplemur analytici, id est, resolutorij dicentur, quia in demonstratione effectum in suas causas, ac prima principia resoluimus. Vt tamen rationem ob quam analytici appellari i si debeant explicemus, quid, & quotuplex sit analysis in primis erit proponendum. Diffinitur igitur analysis ab Arist. 3. ethico. cap *3. Prosecutio causarum, ex causis, quousque ad prima principia. & primas rei causas fuerit deuentum.* Est autem analysis duplex vna secundum rem, & altera secundum intellectum. Analysis secundum rem est resolutio rei in principia ex quibus componitur, cuiusmodi est resolutio mixti in elementa, & domus in lapides & l teres. Secundum intellectum vero quædam est logica, alia mathematica Logica est resolutio in duo illa prima principia, dici de omni, & dici de nullo. omnis enim consequentia, tandem est in ipsa resoluenda. Mathematica vero est resolutio veritatis consequentis, in veritatem suarum præmissarum, ex eo enim consequens est verum, quia & antecedens est verum. Cum igitur dentur hæ resolutionis genera, hi libri vocantur analytici, non ab analysi secundum rem, sed ab altera quæ est secundum intellectum, rursumque ab analysi mathematica, & non logica Vnde cum superiores lib. priorum, & hi etiam lib. 1. posterio

Duplex mo. quo sumi potest demonst.

1. Diss.

sterio. analytici inscribantur, eo differunt, quia illi ab analysi logica analytici vocantur, eo quod in illis disputemus de resolutione consequentiæ in duo illa principia, dici de omni, & dici de nullo: hi vero analytici iridem ab analysi mathematica denominentur eo quod in illis de resolutione veritatis consequentis in veras propositiones pertractemus, quod proprium est mathematicæ resolutionis. *Differunt* etiam, quia libri superiores vocantur de analysi priori, hi vero de posteriori vt inquit Alexand. ex eo quod illi agunt de syllogismo in communi, qui est genus ad alias syllogismorum formas: hi autem disputant de syllogismo quodam, qui illius est species. Vnde cum genus prius sit specie, merito illi de priori, hi vero de posteriori analysi inscribentur. Neque Galenus nobis aduersatur, lib 4. de differen. pulsuum, & 2. lib. de decretis Hippocratis, & Platonis, & demiq; in eo opere vbi omnia opera à se edita recenset, constituens hos lib inscribendos esse de demonst. (nam in his locis sub hoc solum titulo illorum meminit) Etenim ille solum in ipsis rationem à causa ad effectum progrediendi fuit contemplatus, non autem aliam effectus in suas causas, & principia resoluendi, qua ratione tantum erunt vocandi de demonstratione, vel demonstratorij vt exposuimus.

2. Diss.

QVÆSTIO IV.

An hi lib. sint necessarij ad alias partes Philosophiæ consequendas.

1. Argum.

HAnc sane partem non esse ad alias partes philosophiæ consequendas necessariam ita confirmamus. *Primo* Si pars analytica est necessaria, ad alias partes Philosophiæ consequendas, igitur alię philosophię partes erunt huic parti analyticæ subalternatæ, sub illa namque videntur saltim quo ad hoc constitutæ: atqui hoc est falsum: igitur pars analytica, minime erit ad alias scientias consequendas necessaria *Secundum.* Forma in qualibet re nobilior est materia: igitur etiam scientia illa quæ de forma disputat, erit ea nobilior atq; præstantior quæ in materia explicanda versatur: sed in lib de prio. analyt. agimus de forma demonstrationis, ac omnium syllogismorum cum tamen in his lib. tota nostra disputatio sit de materia necessaria: lib. ergo de prior. analyt. nobiliores erunt lib. de demonstratione.

2. Argum.

In explicanda proposita quæstione omnes Philosophi idem sentiunt, in eius igitur explicationem sat erit has conclusiones subiecisse. *Prima sit* Pars analytica non est vtilis tantum & accommodata, verum etiam & necessaria, ad alias Philosophiæ partes comparandas. Esse vtilem tanquam prospicuum omnibusque exploratum praetermittimus, maxime vero cum iam illud docuerimus in quæst. procœmialibus sect. 2. quæst 3. *Esse tamen* necessariam in hunc modum suadere poterimus *Primo.* Ars illa quæ præbet instrumenta necessaria ad res capescendas, necessaria erit: sed hæc pars analytica præbet cæteris scientiis instrumenta necessaria ad sciendum, scilicet demonstrationem, quæ est vnicum sciendi instrumentum: ergo pars analytica necessaria erit ad cæteras scientias consequendas. *Secundo.* Omnes scientiæ speculatiuæ vnicum sibi proponunt scopum assequi nimirum & contemplari veritatem, vt Arist. 2. lib metaph. cap 1. profitetur sed sine hac parte analytica fieri nulla ratione potest, vt scientiæ speculatiuæ hunc finem sibi præstitutum contemplentur, est siquidem ipsa infallibilis quædam ac certissima regula secernendi verum à falso, ergo erit illa ad fines artium speculatiuarum consequendos necessaria *Iam.* Veteres Philosophi in varios, eosdemque fœdissimos errores propter ignorantiam partis analyticæ prolapsi fuerunt, vt Arist. 4 lib. metaph. cap 1. docet: necessaria igitur erit hęc pars ad alias scientias absque vlla erroris, & falsitatis permixtione, comparandas Vnde Gale. Medicorũ princeps, & antesignanus huius partis analyticę necessitatem alta mente perpensens, in illa so diu multumque exercuit, eandemque commenta. lucidissimis fuit interpretatus, vt ipsemet in indice operum à se editorum profitetur, & in lib. de optima secta ad Thrasibulum, huius (inquit) partis dialecticæ impetiti, quamuis rudem quandam, & crassam cognitionem ex meis operibus haurire queant, exactam tamen & consummatam se consequi nequaquã putent. Ea est huius partis ad Medicinam assequendam necessitas. Hinc etiam Nicolaus Gruchius in sua præfat. horum lib scripsit, totam hanc disputationem iure opti-

1. Cons.

Secundo.

Tertio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo de analysi inscriptam fuisse, quia in ea methodus illa vniuersa artium tradendarum explicatur, quam sæpe laudat, & amplectitur Arist. tanquam ad alias artes consequendas, omnino necessariam.

2. Conclus. *Secunda conclusio.* Pars analytica nobilitate superat omnes alias partes dialecticæ. Confirmatur *primo.* Vna scientia est altera nobilior vel quia versatur in obiecto nobiliori, vel quia progreditur nobilioribus demonstrationibus, vt auctor est Arist. 1. lib. de anima cap. 1. At pars analytica versatur in primis in obiecto nobiliori, quia versatur in demonstratione, quæ est nobilior argu. probabili, vel apparenti, in quibus explicandis aliæ partes dialecticæ versantur:

3 Secundo. *Deinde* vtitur accuratissim. demonstrationibus, quia in lib. de priori analysi solum agimus de resolutione cõsequentiæ ad duo illa principia, dici de omni & dici de nullo, in hac tamen agimus de eadem resolutione, & rursus de resolutione veritatis consequentis in veritatem præmissarum, quæ vtraque resolutio nobilior erit aliis partibus Dialect. ac lib. etiam de priori analysi ergo &c.

Ad 1. Argu. *Iam ad argum.* Ad primum negamus propositionem non enim vnum ac idem est, rem vnam esse necessariam ad finem alterius consequendum, & vnam alteri subalternam esse. Dialectica enim necessaria est ad perdiscendam Metaphys. quæ tamen minime subalternatur Dialecticæ. Vt enim vna ars alteri subalternetur, versari debet in eodem obiecto, contracto tamen per aliquam differentiam accidentariam, vt inferius in hoc eodem libro ostendemus, at aliæ scientiæ quamuis nequeant absq; hac parte comparari, minime tamen in eodem obiecto exp icando versantur, agit enim illa de demonstratione, in cuius natura explicanda nullæ scientiæ versantur. Ad 2. *Ad secundum* concedimus propositionem in rebus naturalibus, quia in illis forma est actus, & materia est potentia e usdem categoriæ, at forma, & actus nobilior est potestate in eadem categoria: quam eandem negamus in rebus ab arte constitutis, in quibus materia est substantia, forma vero est accidens, at accidens ignobilius est substantia, quemadmodum in cathedra ex auro confecta, figura ignobilior est plane auro ipso, quod est eius materia. Cum itaque demonstratio sit res ab arte constituta (media scilicet Dialectica effecta) nullum absurdum erit admittere materiam quæ sunt propositiones necessariæ nobiliorem esse, & præstantiorem forma quæ est medij cum extremis dispositio in lib. de priori analysi explicata, quare & hi libri nobiliores multo erunt aliis analyti.

Prolegomenon quintum de diuisione operis & methodo in eo obseruata.

Ammonius. AMmonius in sua ad categor præfatione profitetur inuenta olim fuisse 40 volumina Arist. de resolutione, quæ certe si nostri Arist erant, & non alterius eiusdem nominis Philosophi, iniuria temporis cum aliis multis operibus perierũt, ob eam causam quam in præfatione categor. de operibus Aristot agentes proposuimus. Nunc enim tantum extãt de hoc genere argumenti quatuor libri, ex quibus duo de priori, & alij de posteriori resolutione, seu demonstratione inscribuntur. Igitur cum in his duobus libris de demonstratione tanquam de potissimo sciendi instrumento agere instituat Arist. In primo lib. de ipsa, de iis quæ ad eam sunt necessaria: vt de proposit. de omni, per se, vniuersis & necessariis, de illius formis, & speciebus, vt de demonstrat. quia, & propter quid, de figuris que syllogismorum magis ad demonstrat conficiendas accommodatis vberrime pertractat. In secundo de diffinitione, quæ est medium in omni demonstratione, institutu disputationem, de aliisque ad ipsam explicandam omnino necessariis.

De methodo obseruata in hu lib. *Methodus autem* quam obseruat est analytica, & resolutionis, nam proposito statim in principio (nimirum cap 2.) fine totius operis, scilicet scientia, & demonstratione (quæ ad illam comparandam est instrumentum necessarium) ex huiusmodi fine ad principia, causas, & elementa demonstrationis explicanda regreditur, vt exprogressu huius operis constabit. Hanc autem esse methodum resolutionis & analyticam, iam supra de methodo disputantes Sectio 2. Proœm. 4. q vlt. docebamus.

Interroga. *Quod si* quis roget, num in explicanda natur-

Venetus. natura demonstrat vtatur Arist. demonstr. necne? Paulus Venetus negat Arist. vti quia fieri nequaquam potest, vt ante artem cognitam, vtatur quis demonstra. Profitendum est tamen aduersus eum, illa vsum fuisse Arist. nam in 2. cap. huius 1. lib. efficaci demonstratio ostendit, & concludit, vnam diffinitionem demonstra per alteram: probat siquidem ex eo demonstrat. constare ex primis, veris, &c. quia est syllogismus generans scientiam. Et quamuis in his qui addiscunt ante cognitam artem verum sit illos nequaquam posse vti exactis, & accuratis demonstrat. cum ipsarum cognitio ex cognitione artis dependent, at in tradente, & docente artem (quod munus nunc gerit Arist.) hoc non est verum: nam qui tradit artem, ante eius absolutam tractationem, vti poterit absolutissimis demonstra. Vnde Alexan docebat Aristot. demonstrando artem demonstrandi docuisse. De his igitur Prolegomenis hæc dicta fuerit satis, iam æquum est vt Aristot. ipsum loquentem audiamus:

Nostra sententia.

CAPVT I.

De his quæ ante demonstrationem debeant prænosci.

ARGVMENTVM CAPITIS.

HOc cap. in quatuor partes diuidit Aristot. in quarum prima proponit axioma quoddam generale & vniuersum, quod inductione adhibita in omnibus artibus confirmat: in secunda proponit genera prænotionum: in tertia explicat qua ratione sit cognoscenda conclusio: tandemque in vltim. quandam vererum dubitationem dissoluit.

A. OMnis doctrina, omnisq; disciplina, quæ ratione & intelligentia constat, ex antecedente fit cognitione. Id quod perspicuum erit, si singulas persequamur disciplinas. Primum enim mathematica scientia, atque adeo caterę omnes artes, hac ratione continentur. Deinde & dialecti. i. hoc modo aut ratiocinatione, aut inductione, differunt. Vtraque enim argumentatione, ex iis quæ ante cognita sunt, id quod quæritur, docetur. Illa quidem, acceptis quibusdam quasi perceptis, & cognitis ab iis quibuscum disputatur. Hæc vero, ob id quod res vniuersa efficitur per singularia, quæ sunt vnicuique manifesta. Postremo & oratores hanc probando rationem sequuntur. Aut enim exempla, quæ inductiones: aut enthymematibus, quæ ratiocinationes sunt, probant. B Prænotionum autem duo sunt genera. Quædam enim sunt in quibus necesse est quod sunt ante cognoscere: Alia in quibus vis verbi, ac significatio intelligenda est, In alijs quibusdam vtrumque. Velut illud, in quacunque re vera est affirmatio aut negatio, quod sit, intelligendum est. Trianguli autem hanc esse significationem nosse satis est. Vnitatis autem & significatio intelligenda est, & quod ipsa sit, statim initio accipiendum. Neq; enim eodem modo vnumquodque horum nobis cognitum, ac perspectum est. C. Sunt autem eorum quæ cognoscuntur, quædam quæ ob id postea à nobis cognoscuntur, quoniam antecessit aliarum rerum cognitio. Alia vero sunt, quorum simul cum altero acquiritur cognitio. Cuius generis sunt singulæ partes, quæ sub vno genere vniuerso, quod tibi cognitum sit, comprehenduntur. Nam quod omne triangulum tres habeat angulos pares duobus rectis, prænouerat: quod vero etiam illud quod in semicirculo descriptum est, tale sit, statim vbi animum aduertisti ad illud, agnouisti: sunt igitur res quædam quæ hoc modo in aliis cognoscuntur, nec medio adhibito extrema intelliguntur. Cuiusmodi sunt omnia generis vniuersa singulæ partes, omniaque quæ de nullo subiecto dicuntur. At fatendum est quidem prius quam aut inductione aut ratiocinatione illa concludamus, modo quodam illa iam sciri, & modo quedã alio nesciri. Nã quod omnino nescit quisquã an sit, quomodo illud tres habere angulos pares duobus rectis, plane scire poterit? Attamen illud perspicuũ est, quod ea ex parte id scit, qua in toto genere illud cognitum ac perspectum habet: par se aũt, ac distincte adhuc nescit. D Alioqui in laqueos illius quæstionis, quæ est apud Platonẽ in Menone

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes dimittat, ut aut omnino nihil sciamus, aut id quod tam ante sciebamus. E. Neque enim cum his conuenit quæ hoc modo solere ista conantur scisne omnem binarium parem esse? illo autem se scire dicente, tum proferebatur binarius aliquis, quem illene esse quidem suspicabatur, ob idque non parem esse sciebat. Ita enim dissoluunt, vt se dicant nescire quidem omnem binarium esse parem sed omnem quem sciebant esse binarium. Atqui id dubium non est, quin id sciant quo demonstratione conclusum est, & eo modo quo is probatum est. Probatum autem eis est non de omni triangulo aut numero quem esse scirent, sed omnino ac simpliciter de omni triangulo aut numero. Nam nec sumptionum illa in demonstratione cum hac adiectione sumitur, quem scio esse numerum, aut quod scio esse euthygrammum, id est quæ sit rectilineum, sed simpliciter in omni accipitur. Nihil igitur mea sententia, obstat quo minus quædam partim sciamus, partim nesciamus: neq; enim incommodum est id nos aliquo modo scire quod discimus: sed nos hoc modo scire, hoc est qua ratione & quomodo discimus, id iam scire, id vero est incommodum.

COMMENTARIA.

ARist. maximus methodi cultor, & obseruator, cum in omni parte Philosophiæ tradenda, ne latum quidem vnguem ab ea recedat, hoc maxime in his lib. de demonstra. præstat, in quibus perfecta, & accuratissima methodo, omnia explicata nobis proposuit. Inprimisque in hoc cap. ea tradit, quæ ad futuram disputationem de demonstratione necessaria futura iudicauit, vt detur ne demonstratio sine il a necessaria necne ad sciendas consequendas? quæ sint prius paranda ad conficiendas demonstra. nimirum quædam antequam ad illas conficiendas accedamus nouisse prius debeamus, de subiecto, de principiis, & de proprietatibus. Exorditur autem à celebri quodam, & generali axiomate veterē consuetudinem imitatus, solitus si quidem semper fuit in operibus maximi momenti, ab axiomatibus quibusdam, quæ maximam auditorum conciliant attentionem, auspicari Ita enim 1 lib. metaph. cap. 1. exordit. *Omnes homines natura scire desiderant*, Et 1. physico. cap 1. ita loquitur, *In omnibus quorum sunt principia, causa, & elementa, &c.* 1. Ethic. cap. 1. ab hoc itidem alio axiomate initium ducit. *Omnis doctrina, omnis methodus omnis ars, & electio bonum aliquod appetunt.* Hunc igitur eundem morem in hoc opere retinens ab hoc axiomate exorditur.

A *Omnis doctrina omnisque disciplina quæ ratione perficitur, & intelligentia ex præexistenti fieri debet cognitione, &c.* Idest in omni doctrina, & disciplina, prius quædam nouisse debemus, quæ futuræ disputationi intelligendæ, sunt prorsus, & omnino necessaria, ante quam disputationem ipsam, aut disciplinam aggrediamur. Quod esse verum in deductione quadam tanquam instrumento ad principia artium confirmanda, maxime accommodato singulas artes & disciplinas percurrens eleganter demonstrat. Inprimisque Mathematicæ artes ex antecedente aliqua fiunt cognitione, antequam enim Mathematici suas proprietates cōcludant, nonnullas diffinitiones, principia, theoremata & axiomata præfantur. Eodem etiam modo artes mechanicæ progrediuntur, etenim in Architectura antequam architectus opus conficiat debet prius nouisse eius partes, lapides scilicet, lateres, ac ligna, ex quibus domus ipsa constituitur. Præterea Dialectici eidem modo insistunt, vtuntur enim in suis disputationibus, aut ratiocinatione, aut inductione, in quibus progredimur ex antecedente cognitione. nam in ratiocinatione antequam cognoscamus conclusionem, prius cognoscimus propositionem, & assumptionem: in inductione autem, antequam cognoscamus subiectum vniuersum, debemus singularia contenta sub illo perspecta prius, ac cognita habuisse, vt antequam omnem ignē esse calidum agnoscamus, prius perspectum habemus, hunc, & illum & alterum ignem, esse calidum. Tandemque Rhetores, & Oratores, ex antecedente etiam progrediuntur cognitione, nam vtuntur enthymemate. & exemplo, at in enthymemate, ex antecedentis cognitione ad cognitionem consequentis progredimur: in exemplo à cognitione vnius singularis, ad cognitionem alterius propter similitudinem inter vtrumque interuenientem procedimus Concludendum igitur erit omnem doctrinam, omnemque disciplinam, ex antecedente fieri cognitione.

B *Præcognitionum autem duo sunt genera, &c.*

2. Pars cap.

in 2. par cap. disputat Aristot. de iis quæ in quauis demonstratione præscisci debeant. Sunt autem illa duo, an sit res, & quid illa sit, præterea, an sit, vel accommodatur rebus simplicibus, vt homini, vel arbori, vel coniunctis, vt propositionibus, si rebus simplicibus accommodetur, præscisci an sit, est præscire rem illam existere à parte rei: si vero enuntiationibus applicetur, præscire an sit, est illa esse veras prius intellexisse. Præterea præcognitio, quid sit duplex etiam est, nominis vna, altera rei, nominis est illa, quæ illius significationem declarat, rei vero ea est, quæ naturam, & essentiam rei manifestat. Cum igitur in omni demonstratione tria reperiantur, subiectum, proprietas, & principia (quæ sunt propositio, & assumptio) antequam demonstrationem conficiamus, hoc ordine erunt prius illa omnia cognoscenda. De subiecto primum cognoscendum erit an sit, id est ipsum existere, & quid sit vtroque modo. tam quid sit rei, quam quid sit nominis De proprietate præscisci etiam debet quid sit vtroque modo, quid scilicet sit nominis & quid rei. Tandem de principiis præscisci endum erit an sint, id est principia esse vera, quia in demonstrat. ex falsis principiis nihil potest colligi, vt in cap. sequenti ostendemus. Vbi intelligendum erit Arist per principium illud generale contradictionis, *De qualibet re vera est affirmatio, & negatio, de nulla vero amba simul*, intellexisse, nomine vnitatis subiectum expressisse, & per triangulum proprietatem indicasse.

3. Pars capit.

C *Sunt autem eorum quæ cognoscuntur, &c.* In hac 3. par cap. (aliorum prætermissis interpretationibus iuxta D. Tho Linconiensem, & Ægidium Roma. instituit Arist. agere de ordine præcognitionum in demonstrat. inter præmissas, & conclusionem. Constituitq; hunc ordinem esse obseruandum vt propositio prius tempore cognoscatur conclusione, assumptio vero simul tempore prius tamen natura eadem cognoscatur. Vt in hac demonstratione. *Omne triangulum habet tres angulos pares duobus rectis: atqui hoc quod est depictum in semicirculo est triangulum: ergo hoc quod est depictum in semicirculo, habebit tres angulos pares duobus rectis* Propositio quidem prius tempore cognoscitur quam conclusio, assumptio tamen simul cum illa, eodem namq; temporis momento quo cognoscimus hoc quod est descriptum in semicirculo esse triangulum, simul cognoscimus illud tres angulos pares duobus rectis habere. Vnde hoc (inquit Arist.) consecta. ex superioribus erit colligendum rem vnam, & eandem, posse sciri, & ignorari, alia tamen, & alia ratione, nam potest sciri in genere, & confusa quadam cognitione ignorari vero in particulari, & distincta cognitione. Quemadmodum qui scit per demonstrationem omnem hominem esse capacem disciplinæ, simul cognoscit, & ignorat Socratem esse capacem disciplinæ, cognoscit enim esse capacem disciplinæ in genere, & confusa ratione, quia est homo, illudque idem distincte, & in particulari per cognitionem ad Socratem terminatam ignorat.

4. Et vltim. pars capitu.

D *Alioquin in laqueos, &c.* In vlt. par. cap. dissoluit Aristo. duo Sophismata veterum, quæ aduersus superiora poterant proponi. Primum eorum est Platonis in Menone vbi ad hunc modum (ad confirmandum nullam disciplinam fieri ex antecedente cognitione, sed omnia quæ sciuntur esse cognita à nobis, ab exordio natiuitatis argumentabatur. Illud quod per disciplinas acquiritur, vel antea erat notum, vel ignotum, si erat notum, ergo non fit ex aliqua præexistente cognitione, si vero ignotum, ergo quamuis inueniatur, non cognoscetur, quemadmodum si quis quærat hominem sibi ignotum ex facie, quamuis inueniat illum, nequaquam eum agnoscet: igitur vel asserendum erit nihil posse sciri, vel si aliquid scitur, scientiam esse nobis à natura tributam. Huic sophismati satisfacit Arist. ex consectario, illud quod quæritur in disciplinis, partim esse notum, & partim ignotum, nam est notum in genere, & in principiis commun oribus quæ proponuntur in disciplinis, est autem ignotum in specie. & ita quærimus in scientiis illud quod est ignotum in particulari, per illud quod est cognitum in genere, & in vniuerso, quare neque fatendum erit, vel auferendam esse scientiam rerum, aut si non sit auferenda, esse illam nobis à natura tributam.

E *Neque enim eum iis consentio, &c* Secundum sophisma erat veterum, quo nitebantur Heraclytus, Cratyllus & alij aufe re scientiam rerum. Ii primis enim scisci tabantur ab eo eum quo disputabant, scisne omnem binarium esse parem, qui cum re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sponderet, ita esse, argumentabantur præterea, proferentes quendam binarium absconditum in manu, hic est binarius, quem tu ignoras esse binarium, scisque omnem binarium esse parem, igitur scis idem, & ignoras, quod cum dici nullo modo possit, auferenda erit omnino scientia rerum. Huic sophismati quidam ex veteribus satisfaciebant, illos tantum scire omnem binarium quem nouerant esse binarium, esse parem, at illum quem ignorabant esse binarium (vt erat ille qui latebat in manu) quoque ignorare esse parem. Hanc tamen solutionem ex eo reprehendit Arist. quia in consequenti sumi debent voces eo prorsus modo, quo proponuntur in antecedente, & ita quia in antecedente sumimus absolute omnem binarium, etiam in consequenti erant sumpturi absolute omnem binarium esse parem, & non eum tantum quem nouerant esse binarium. Quare hac solutione prætermissa, respondebat, binarium absconditum in manu, & sciri à nobis esse parem, & ignorari: sciri quidem in genere, & confusa cognitione, ignorari autem in particulari, quia ignoramus num sit binarius qui latet in manu necne.

Scholia in caput primum de præcognitis.

A 1. De instituto Arist. in hoc cap. variæ extiterunt, & inter se admodum discrepantes. Philosophorum sententiæ Philoponus censet illud esse, ostendere prænoscenda esse nonnulla de demonstratione, prius quam de ea disputationem suscipiamus, cum enim illa sit materia subiecta horum lib. ac de subiecto in quauis disciplina nonnulla ante eius pertractationem prænosci debeant, in hoc opere etiam erunt aliqua de demonstrat. ante illius pertractationem prænoscenda. At D. Th. arbitratur institutum esse ostendere, ipsam demonstrationem esse necessariam. Quod vt intelligamus animaduertendum erit, aliquos ex veteribus (vt Heraclytus & Cratillus) omnino rerum scientiam, vel propter earum mutabilitatem vel ob earundem obscuritatem, abstulisse: alios vero concessisse quidem rerum scientiam, qui tamen eam de nouo in nobis gigni nostrisque actionibus progressu temporis comparari, diffitebantur, nobisq; ipsam à natura inditam esse asserebant. Vnde nostrum scire nihil aliud esse volebant, quam quoddam reminisci, in qua opinione Plato, & Platonici olim extiterunt. Arist. igitur qui semper hãc vtramque opinionem fuit acriter insectatus constituit in hoc theoremate, contra Heraclytum quidem & Cratillum (velint, nolint) dari scientias, aduersus Platonem vero, non esse nobis congenitam scientiam sed potius ex quadam præexistente cognitione, acquisitam & comparatam definit. Quo axiomate tanquam certo constituto, hoc argumentatur tacite connectere, ad confirmandum demonstrationé esse necessariam. Necessitas enim quod refertur in aliquem finem, peti debet ab ipso fine: at finis demonstrationis est scientia, vt cap. 2. ostendemus, ergo cum scientia necessario constitui debeat, eaque minime sit à natura tributa, sed ex præexistente cognitione comparata, certe demonstrat. ipsa etiam erit necessario constituenda. Caietanus acutissimus finem & scopũ affirmat esse, confirmare dari demonstrationem. Cum enim dentur quatuor genera quæst. (vt Aristo. docet 2 lib. de demonst. cap 1.) nimirum an sit, quid sit, an hoc illud sit, & cur hoc illud sit, & tres posteriores quæstiones vberrime de demonstrat. in omnibus his lib. de posteriori analysi ab Arist. exagitentur, æquum etiam fuit vt statim in principio operis, quæstio an sit demonstratio, quæ tres alias præfatas antecedit, exacte ab eodem profligaretur. Confirmat vero Aristot. demonstrationem esse, non aliunde quam ex ipsius necessitate: in rebus enim perpetuis, cuiusmodi sunt eæ quæ per demonstrationem cognoscuntur, idem est esse illas ad aliquem finem necessarias, quod esse à parte rei. Ex his opinionibus liberum erit cuilibet quam maluerit eligere, cum ab Arist sensu, & sententia, recedere minime videantur.

A 2. Axioma hoc difficile semper visum est interpretationibus ad intelligendum, antequam tamen varias interpretationes recenseamus, prius erit animaduertendum, duplicem esse cognitionem, sensus vnam, alteram intellectus. Rursus cognitio intellectus triplex est, simplicium apprehensio, compositio, ac diuisio, atque ratiocinatio. *Prima* igitur interpretatio est quorundam recentiorum, qui putant Arist in hoc axiomate nomine doctrinæ, & disciplinæ, quãlibet intellectus cognitionem, siue simpli- *1. Interpret.*

cem, siue coniunctam intellexisse. Ex quorum sententia hic erit sensus axiomatis, omnis doctrina, & disciplina, id est omnis cognitio intellectus, nam hæc sola est quæ ratione perficitur, ac intelligentia ex antecedente fieri debet cognitione ad hunc modum. Si fuerit simplex vt est prima operatio ex antecedente cognitione sensus orietur, nihil enim est in intellect quod prius in aliquo sensu non extiterit: si vero sit coniuncta, in secunda operatione, ex præexistente cognitione primæ operationis promanabit, nihil enim ad secundam operationem deuenire potest, quod in prima non extiterit prius: denique tertia operatio ex præexistente cognitione eiusdem in prima & in secunda operatione, ortum habebit, quidquid enim ad tertiam intellectus operationem pertinet, prius in prima & secunda operatione eiusdem necesse est extitisse. *Secunda* interpretatio est Beati Albert. Mag. Linconiensis, & Louaniensium, intelligentium per doctrinam & disciplinam solam coniunctam intellectus cognitionem, & hanc non omnem, sed eandem taxat quam ratiocinationem, seu discursum appellamus, quam certum est sumere duas propositiones prius notas, ante quam conclusionem ex ipsis inferre possit. Horum igitur iudicio in solo syllogismo, conclusionis cognitio, ex præexistente præmissarum cognitione efficietur: sensus igitur axiomatis erit, omnis doctrina, omnisque disciplina, id est omnis ratiocinatio ex antecedente cognitione ortum habet, quia in ratiocinatione, cognitio conclusionis, ex antecedente præmissarum cognitione promanat. *Tertia* interpretatio est D. Th. Philoponi, & Themistij, asserentium per doctrinam & disciplinam non aliam cognitionem, quam coniunctam, eamq, non quamlibet, sed quæ in secunda operatione intellectus acquiritur, esse intelligendam. Animaduertũt tamen enuntiationes effectas in secunda operatione intellectus (quas ipsi nomine doctrinæ, & disciplinæ in hoc loco intelligunt) esse in duplici differentia, nam quædam sunt immediatæ, quarum cognitio ex sola simplici terminorum cognitione dependet, vel ut hæc propositio, *omne totum est maius sua parte*, aliæ autem sunt mediatæ, quarum cognitio non ex sola simplici terminorum notitia, sed media aliqua ratiocinatione acquiritur, huiusmodi sunt illæ in quibus proprietatẽ de subiecto concludimus, quæ quidem confirmandæ sunt ac demonstrandæ, per diffinitionem subiecti, tanquam per medium, vt de hac, omnis homo est capax disciplinæ est manifestum, nam debet illa per diffinitionem hominis confirmari. Erit itaque præfati axiomatis sensus, omnis doctrina, & disciplina, id est omnis propositio, tam immediata, quam mediata, prouenit ex antecedente cognitione, in hunc modum. Si propositio fuerit immediata efficietur ex antecedente cognitione terminorum, si autem mediata ex præexistente præmissarum cognitione orietur.

2. Interpret.

3. Interpret.

A. 3. Nonnulla circa præfatum theorema adhuc sese offerunt animaduertenda. Primum non fieri quamcunque cognitionem ex antecedente cognitione, sed omnem dumtaxat doctrinam, omnemque disciplinam ex illa oriri, alioquin enim daretur progressus in infinitum, vt cuilibet est perspicuum. Deinde adnotandum est ex D. Tho. & Philopono nomine doctrinæ, ac disciplinæ, vnam & eandem rem esse intelligendam, eadem namque res vt à docente traditur, doctrina dicitur, vt vero ab addiscente ac discipulo suscipitur, disciplina nuncupatur. Rursus obseruamus Aristot. non dixisse, omnem cognitionem simpliciter, ac absolute, oriri ex antecedente cognitione, sed eam tantum quæ ratione perficitur, ac intelligentia, eo quod cognitio sensus nulla ratione potest ex aliqua alia cognitione, quæ illa prior existat, oriri, dum tamen de sensibus exterioribus sermonem habeamus, cognitio enim sensuum exteriorum est omnium cognitionum prima. Tandem cum Philopono annotamus nomine præexistentis cognitionis, non solam inuentionem esse intelligendam vt Alexander arbitrabatur, sed cognitionem etiam coniunctam enuntiationum. Consulto autem vsus est Arist. nomine cognitionis, & non doctrinæ aut disciplinæ, quia cognitio potest ex antecedente fieri, ac oriri cognitione, nequaquam tamen doctrina & disciplina potest ex alia antecedente doctrina & disciplina deriuari, ita enim fieret vt in infinitum progrederemur.

3. Obseruat.

B. Dubium certe alicui videbitur & merito, ob quã causam Arist. de subiecto, principiis, & proprietatibus, quæ prænosci debent ante demonstrationem disputans, pro- *4. Obseruat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponit exemplum principiorum, in principio illo generali contradictionis, de qualibet re vera est affirmatio vel negatio, de nulla re ambæ simul, subiecti proposuit exemplum in vnitate: passionis vero in triangulo? Nam hæc tria non possunt ad eandem demonstrationem conficiendam concurrere, imo neque ab vna & eadem scientia, vel arte contemplari: principium enim illud generale contradictionis metaphysico consideratur, disputare de vnitate, munus est Arithmetici, agere vero de triangulo ad Geometrã spectat, qui artifices quantum interse differant, quamque sint eorum artes diuersæ, nullus est qui non cognitum, perspectumque teneat. Quid igitur compulit Arist. vt in his rebus exempla proponeret? nonne, & veriora, & aptiora exempla se poterant offerre? *Quidam libenter* admittunt hæc exempla non esse eiusdem artis, neque demonstrationis, ita Philippo nus, Suesanus, & Saphrus. Alij esse falsa contendunt, vt Auerroes, Zabarella, & Balduinus dubita vlti. huius capitis. Neque tamen ob hanc causam reprehendendus erit Arist. quia vt docebat ille in lib. Priorum, exemplorum non requiritur veritas, quod idem docet. Auerroes 2. de anima comm. 60 Imo Themistius 1. de anima cap. 24. idipsum apertiori sermone pronuntiat, traduntur itaque exempla non tanquam vera, sed tanquam ad explicandam rem de qua est sermo, maxime accommodata, ac proinde his exemplis vsus est Aristot. non tanquam veris, quia vnitas, non est subiectum, neque triangulum ipsius proprietas esse potest, sed tanquam exprimentibus id quod de prænotionibus proponebatur: nam si (v. g.) vnitas fuerit subiectum, prænoscendum erit de illa an sit, & quid sit, si triangulum fuerit proprietas, de illa prænoscendum erit quid sit, & si illud axioma de qualibet re vera est affirmatio, vel negatio, de nulla vero ambæ simul, fuerit princ pium demonstrationis, prænoscendum erit de illo an sit 1. esse verum.

Opinio quorum.

Fortasis tamen magis accommodate & ad mentem Arist dicere possumus, verissima esse hæc exempla proposita, & tria illa ad eandem demonstrationem concurrere, imo & ab eadem scientia (nimirum Geometria) contemplari: nam principium illud, de qualibet re vera est affirmatio, vel negatio, &c. in Geometria coarctatur ad illa duo statim in primo lib. Euclidis proposita. Quæ sunt eadem, vel æqualia vni tertio, sunt quoque eadem, vel æqualia inter se, & nequeunt non esse eadem, vel æqualia: & quæ non sunt eadé, nec æqualia vni tertio, neque inter se eadem, aut æqualia esse poterunt: quod profecto principium generale in his esse limitatum, & compressum, ex hac vnica argumentatione facillimo negotio poterit esse manifestum. Vel quæ sunt eadem, & æqualia vni tertio, sunt eadem, & æqualia inter se, vel non sunt, quia de qualibet re, vera est affirmatio, vel negatio, &c. at non est dicendum quæ sunt æqualitas & eadem vni tertio, non esse eadem, & æqualia inter se, erunt igitur illa quæ sunt eadem vni tertio eadem & æqualia inter se. Constat igitur hoc principium generale, ita limitatum in Geometria pertractari. Iam quid sit triangulum constat ex eodem 1. lib. Euclidis diffinitione 15. vbi ita diffinitur. Triangulum est figura plana tribus comprehensa, &c. & quid sit vnitas ex eodem lib. diffinitione 3. postulatur. Ex his igitur constabitur demonstratio, in qua subiectum erit vna linea recta, quæ dicitur vnitas ab Aristot. affectio erit triangulum nam sumpta qualibet linea recta possimus triangulum equilaterum constituere, principia vero illa duo proposita sicque poterimus demonstrare omne triangulum constare tribus angulis pares duobus rectis, vt idem Euclides. ex his tribus, vno tanquam subiecto, altero tanquam proprietate, & vltimo tanquam principio, efficaci demonstratione confirmat, sicque ab iniuria Aristot. vindicabimus, qui non vt falsa, sed tanquam verissima, in explicationem suæ sententiæ, hæc nobis exempla proposuit.

Disputatio de his quæ ante demonstrationem præcognosci debeant, vnica sectione comprehensa.

Argvmentvm.

QVæ ab Arist. in hoc cap. tradita fuerunt, vera quidem sunt, & quæ alta mente perpendantur dignissima, erunt tamen illa vberius multo explicanda, quod in hac nostra disputatione præstare instituimus, in qua nonnullis difficultatibus & quæstionibus propositis, hæc eadem apertius multo explicata proponentur.

Secti. vnica in cap. 1. 1. lib. de demonst. Quæst. 1. sintne vera, quæ ab Arist. in hoc cap. tradita sunt.

1. *Argu.* INuestigemus iam sintne ea quæ ab Arist. tradita fuerunt vera nec ne? Etenim aduersus illa ita *primo* possumus argumentari. Si omnis doctrina, & disciplina, id est, omnis cognitio intellectus, vt interpretati sumus, fit ex præexistente cognitione: ergo in cognitionibus intellectus progrediemur in infinitum, quia si hæc cognitio intellectus sit ex alia præexistente, & hæc ex alia, certe in infinitum progrediemur: at hic progressus non est admittendus: ergo non fiet omnis doctrina, & disciplina ex præexistente cognitione. 2. *Argu. Deinde.* Scientia & cognitio angelorum, est vera cognitio: at illa non fit ex præexistente cognitione, angeli enim à principio suæ conditionis omnia cognouerunt per species ipsis à Deo benigna manu infusas: iam ergo non omnis cognitio ex præexistente elicietur cognitione. 3. *Argu. Præterea.* Numerus prænotionum æqualis esse debet numero eorum quæ præcognoscuntur, sicut & numerus scientiarum æqualis est numero eorum quæ sciuntur: sed tria sunt quæ præcognoscuntur, subiectum proprietas & principia: iam ergo tres erunt prænotiones, & non tantum duæ. 4. *Argu. Rursus.* Numerus prænotionum debet esse æqualis numero quæstionum, nihil enim aliud videntur esse prænotiones, quam quædam quæstiones, vt prænotio an sit, & quid sit, quæ etiam sunt quæstiones: atqui quæstionum genera sunt quatuor: ergo quatuor quoque erunt genera prænotionum. 5. *Argu. Iam.* Ante demonstra. prænosci debet illatio consequentiæ, in qua scilicet figura, & illius modo ipsa debeat inferri: sed præcognitio illationis neque spectat ad prænotionem an sit, vel quid sit: ergo præter duo illa genera prænotionum debet alia prænotio assignari. 6. *Argu. Adhæc* conclusio antequam actu inferatur est iam aliquo modo cognita in præmissis, vt Arist. in hoc cap. profitetur: ergo plura erunt quam tria prænoscenda. Confirm. consequentia quia conclusio neque est subiectum, neque proprietas, neque principium. 7. *Argu. Tandem.* Vna species non potest esse eadem cum alia, quæ sub eodem genere comprehenditur, vt homo non potest esse leo, aut frigiditas caliditas, sed enthymema, inductio, & exemplum sunt species argumentationis: non igitur recte dictum est ab Aristo enthymema esse syllogismum, & exemplum inductionem. *Hæ sunt* potissima argumenta quæ sententiam Arist. in hoc cap propositam labefactare videntur, de quibus legendi sunt grauissimi viri Caieta. M Sotus, Suelanus Ægidius, Venetus, Apollinaris, in comment. huius cap. & Flandren. q. 5. huius libri, quorum illustrium virorum vestigia imitati, his eisdem argu. hoc modo satisfaciemus. *Ad* 1. respon. negantes sequi progressum in infinitum, quia tandem sistendum est in cognitione sensus, nam tertia operatio intellectus fit ex præexistente cognitione secundæ, & cognitio secundæ, efficitur ex præexistente cognitione primæ, ac denique cognitio primæ operationis ex præexistente cognitione sensus ortum habet, in qua demum sistimus, nec vlterius progredimur *Ad secun.* aimus hoc axioma Arist tantum esse de cognitione intellectus discurrentis intelligendum, vt indicant verba Aristo. inquit enim omnis doctrina,

Ad 1. argum.

Ad 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnisque disciplina, quæ ratione, id est, discursu perficitur, &c. At intellectus angelicus non discurrit, sed omnia simplici quodam intuitu apprehendit, quare hoc axioma non erit de angelica vel diuina cognitione intelligendum, sed de sola humana, quæ per discursum efficitur, & non de quacunque sed de ea tantum quæ est ipsi naturalis, non autem de supernaturali, cuiusmodi est cognitio infusa fidei, aut prophetiæ. hæc namque cognitiones non est necesse vt fiant ex antecedente cognitione, sunt enim supernaturales, à diuina reuelatione prodeuntes. *Ad 3.* respon falsam esse propositionem, quia hæc tria quæ præcognoscuntur abunde satis prænosci possunt per has duas prænotiones, subiectum enim, & principia prænoscimus per prænotionem an sit, proprietatem vero per prænotionem quid sit. Quare non erunt plures, quam duæ prænotiones. Ad similitudinem autem de scientia & scibili respon. latum esse discrimen inter hæc vtraque, & inter prænotiones, actum quæ præcognoscuntur, per vnam enim scientiam nequaquam valemus plura scibilia sub propria ratione comprehendere, ac proinde vnum quodque scibile egebit vna aliqua scientia à qua possit comprehendi: at eis quæ præcognoscuntur, nihil obest quo minus multa vna, eademque prænotionem præcognoscantur. *Ad 4.* respon nugantes proposi. quia hæc quatuor genera quæstionum, sub his duobus generibus prænotionum continentur: sub prima quæstio an sit, & an hoc illud sit, ex quibus prior quærit de existentia subiecti, posterior vero de existentia proprietatis: secunda autem prænotione, scilicet, quid sit, comprehenduntur aliæ duæ quæstiones, quid sit, & cur hoc illud sit. Cum igitur quæstiones hoc prædicto modo ad prænotiones reducantur numerus prænotionum nequaquam petendus erit à numero quæstionum, neque è conuerso harum numerus, ex numero prænotionum erit postulandus. *Ad quintum* respon. hic tantum esse loquutum Arist. de iis quæ prænoscenda sunt ante demonstrationem, vt demonstrat o est, non autem vt syllogismus est. quia de hac in lib. de Priori analysi egimus luculenter: at prænoscere illationem demonstrationis, non spectat ad illam vt demonstratio est, sed ea ratione qua syllogismus est. *Ad sextum* respon. hæc quæ ante demonstrationem prænosci debent, esse illa quæ ratione sui, & non alterius præcognoscuntur, vel esse illa quæ distincte & aperte intelliguntur: at conclusio ante demonstrationem non est cognita ratione sui, sed ratione præmissarum, neque ante demonstrationem aperte sed confuse tantum & in generali est cognita, ac proinde non erunt plura quam tria illa præcognita. *Ad septimum* respon. M. Sotus & Toletus Arist. non esse loquutum absolute, sed facta quadam comparatione inter argu. quibus vtitur Dialect. cus. & quibus vtitur Orator. Constituit itaque illud genus argum quod est syllogismus apud Dialecticos, esse enthymema apud Rhetores, & quod est inductio apud Dialecticos, esse apud oratores exemplum. Nos tamen multo melius respon. enthymema esse syllogismum imperfectum, & exemplum inductionem imperfectum: quemadmodum Arist. supra lib. 2. priorum cap 24. profitetur, quamuis enim vna species nequeat esse alia species secundum formam, vt iam in superioribus docebamus, nihil tamen repugnat vnam speciem effici aliam secundū materiam, quemadmodum enim binarius non ternarius secundum formam, bene tamen dici potest ternarius secundum materiam, cum sit pars materialis eius, ita etiam enthymema formaliter non est syllogismus bene tamen secundum materiam, cum ex ipso tanquam ex materia syllogismus nunquam efficiatur.

Ad 3. *Ad 4.* *Ad 5.* *Ad 6.* *Ad 7.*

QVÆSTIO II.

An de subiecto illud existere prænoscere debeamus.

INter ea, quę ante demonstra. prænoscenda esse iubet Arist. primum est subiectum, de quo in conclusione affectiones concludimus, & proprietates: ac proinde primo loco examinandum erit, quæ prænotiones queant illi conuenire, primoque an de eo antequam conficiamus demonstra. cognoscere debeamus num existat in rerum natura nec ne? vt an antequam per demonstra. de homine concludamus esse capacem disciplinæ, sit præcognoscendum ipsum existere à parte rei. Nam non esse prænoscendum, sic possumus primo confirma. *Illud* *1. Argu.*

quod

quod prænoscitur ante demonstra. in scientiis, debet esse necessarium, quia scientiæ solum versantur in necessariis: at nullius subiecti existentia est necessaria, existere enim necessario, soli Deo competit: ergo non est prænoscendum de subiecto illud existere. *Deinde.* Si Deus corrumperet omnes rosas omnemque facultatem in plantis ad easdem iterum procreandas, adhuc de rosa in nobis scientia superesset: atqui hac hypothesi constituta, neque actu, neque potestate esset rosa: ergo non est prænoscendum de subiecto ipsum existere in rerum natura. *Præterea.* Scientia est rerum vniuersarum: at vniuersa abstrahunt ab omni existentia, quemadmodum, & ab omni temporis differentia, ergo scientiæ quoque abstrahent ab omni existentia, ac proinde non erit prænoscendum de subiecto existere. Rursus. In Philosophia agimus de vacuo, & infinito: sed non prænoscimus de iis existere in rerum natura: quia neque sunt, neque possunt esse secundum facultatem naturalem: non igitur erit prænoscendum de subiecto ipsum existere. *Iterum.* Mathematicæ agunt de quantitate: at illæ non prænoscunt quantitatem esse, ergo, &c. Confirmatur assumptio. Quantitas non existit nisi affecta qualitatibus sensilibus: at Mathematici agunt de quantitate abstrahendo illam à qualitatibus sensilibus: ergo Mathematici non prænoscunt quantitatem existere. *Vltimo.* Scientiæ solum agunt de rerum essentiis, & proprietatibus, & non de existentia vt est apertum, ergo non est prænoscendum de subiecto an sit sed solum quid sit.

In hac quæstione explicanda M. Soto in quæstione vnica huiu cap. in solutione ad 3. opinatur tantum esse de subiecto prænoscendam existentiam secundum potestatem, vel secundum aptitudinem. Itaque omnis scientia quæ aliquod subiectum suscipit pertractandum, debet prius nouisse, illud esse in rerum natura, vel non repugnare illi, quamuis actu non sit à parte rei, esse posse. Hanc eandem opinionem amplexus est Dominicus Flandren q. 15 huius 1. lib. arti. 2. *Secunda opinio* est Caiet. in commenta. huius loci, Appollina. q. 4. huius lib & fere omnium recentiorum, existimantium prænoscendam esse de subiecto actualem existentiam, non quidem quod subiectum sit actu in omni temporis differentia, sed vel quod aliquando ita sit, vt est scientia lib. de cœlo, in qua prænoscendum est cœlum esse in omni temporis differentia, vel pro certa & statuta temporis differentia vt in scientia de plantis prænoscendum est rosam actu existere, non quidem in omni temporis differentia sed tempore à natura præfinito, nimirum in vere.

Caterum vt quæst. explicemus, animaduer. cum Caieta. & Ferrari annota. 2. huius 1. lib. scientias omnes sumi posse duobus modis, vel inuentione quando primo fuerunt inuentæ, vel in vsu, conseruatione, & doctrina, quando nimirum vel eis vtimur, vel easdem conseruamus, vel tradimus, vel aliis explicamus. Illud etiam sciendum erit prænotionem, (vt ex ipsius nominis etymologia constat) nihil aliud quam priorem, vel antecedentem cognitionem denotare, vnde prænoscere ante demonstrat. de subiecto an sit, vel quid sit (& idem dicimus de proprietate, & principiis) nihil aliud est, quam nouisse prius antequam ad demonstrationes conficiendas accedamus, subiectum principia, & proprietates: nam cum ex his tribus conflentur demonstrationes, necesse est prius illa nouisse Quo animaduerso quæstionem his assertionibus definimus. Prima sit

Si loquamur de scientiis in inuentione earum, siue in vsu prænoscendum est subiectum in quo versantur existere existentia in communi, vt abstrahit ab existentia secundum actum, vel secundum potestatem. Confirmatur. Illud quod neque est actu neque potestate nullo modo potest scri vt Hypocentaurus chimeræ, & alia monstraig tur vt subiectum aliquod per aliquam scientiam cognoscatur, prænoscendum est prius illud aliqua existentia existere.

Secunda conclusio. Si loquamur de scientia in inuentione prænoscendum est illius subiectum existere secundum actum, nec sufficit illud existere secundum potestatem prænouisse. Confirmatur *primo.* Scientiæ, earumque principia inuenta fuerunt per experientiam, vt author est Aristo. 2. lib. de demonst. cap. vlti. sed experientia solum est earum rerum quæ actu existunt innititur enim sensibus, qui tantum circa singularia. & actu existentia feruntur: ergo de subiecto in inuentione scientiæ, prænoscendum erit ipsum actu existere. *Deinde.* Illa existentia prænosci debet ante demonst

Obser. *2. Argu.* *1. Cone.* *2. Argu.*

qua

2. Argu. *3. Argu.* *4. Argu.* *6. Argu.* *1. Opin.* *2. Opin.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ per ſe ſam concludi nequaquam poteſt, nam quæ præcognoſcuntur ſunt priora demonſtra. atqui ſola exiſtent a ſecundum actum eſt quæ nequaquam poteſt per demonſtra. concludi, hæc enim ſenſu & experientia colligitur, cum altera quæ eſt ſecundum poteſtatem ſit nata per eandem probari, ergo ſola exiſtentia ſecundum actum erit, in ſcientiarum inuentione præ noſcenda. *Iterum.* Quæſtio an eſt prior eſt quæſtione an hoc illud ſit, & cur hoc illud ſit, vt Ariſt. 2. lib. de demonſtra. cap. 1 profitetur, ſed per demonſtrationem concludimus de ſubiecto, an hoc illud ſit, & cur hoc illud ſit proprietatem nimirum de illo & cauſam ob quam illi conueniat prænoſcendum igitur erit ante demonſtrationem de ſubiecto illud eſſe in rerum natura.

3. Conc. *Tertia concluſio.* In vſu, conſeruatione, vel doctrina ſcientiarum, non eſt prænoſcendum de ſubiecto actu exiſtere, ſed tantum illud in aliqua temporis differentia eſſe poſſe. *Confirmatur inprimis.* Quia hi qui vel tradunt, vel ſibi ſcient as adquirunt nihil minus quam exiſtentiam actualem ſubiecti perpendunt, ita enim ſæpe euenit experimur, ergo non eſt prænoſcendum de ſubiecto illud actu exiſtere in rerum natura. *Deinde.* In hyeme perſeuerat in nobis ſcientia de roſa, de natura fulgurum, fulminum, & tonitruorum: quæ certe in hoc tempore nequaquam actu, ſed ſola poteſtate exiſtunt ergo in vſu, vel doctrina ſcientiarum, non erit prænoſcendum ſubiectum actu eſſe. Quod intelligendum eſt de exiſtentia in omni temporis differentia, nam quod in aliqua temporis differentia illud exiſtat neceſſe eſt prænouiſſe vt in ſcientia in qua de plantis diſputamus neceſſe eſt vt prænoſcamus roſam exiſtere in aliqua temporis differentia in vere nimirum, quamuis nequaquam ſit neceſſe ipſam in omni tempore exiſtere cognouiſſe.

Ad 1. Argu. *Diſſoluamus* iam argum. in principio propoſita. *Ad primum* reſpon. duplicem eſſe neceſſitatem vnam phyſicam, & alteram metaphyſicam, phyſica petitur à cauſis naturalibus, quæ iuxta præſcriptum ordinem naturæ non poſſunt non producere ſuas actiones aut ſemper vt cœlum ſemper agitatur in orbem, aut certis & diffinitis temporibus, vt roſa in vere exſe flores emittit: metaphyſica autem peritur à rei natura ſecundum ſe ſumpta quemadmodum dicimus neceſſe eſſe hominem eſſe animal particeps rationis. Exiſtere igitur neceſſario neceſſitate metaphyſica ſoli Deo conuenit, exiſtere tamen neceſſario neceſſitate phyſica, & naturali rebus naturalibus poteſt conuenire & hæc exiſtentia eſt quam debemus ante demonſtrationem nouiſſe. *Ad ſecundum* reſpon. ea quæ dicta ſunt a nobis intelligenda eſſe iuxta communem curſum, & deſcriptum naturæ, nam ſi res ſumantur prætermiſſi iuxta facultatem earum naturalem prænoſcendum erit de ſubiecto vel actu eſſe, vel poſſe aliquando actu eſſe. At ſi Deus annihilaret roſas omnes, & facultatem plantæ ad illas iterum producendas, non prætermitteret ipſe plantam ſuæ naturæ, quia illa iuxta ſuam naturam nihil fuerit impedita, ſemper in vere nata eſt flores producere. *Ad tertium* dicimus vniuerſa abſtrahere ab hac exiſtentia particulari non tamen ab omni exiſtentia quia quamuis illa non exſtant primo & perſe hoc enim proprium eſt indiuiduorum, exiſtunt tamen ſecundario per indiuidua ſcilicet, & in indiuiduis, & hanc exiſtentiam ſecundariam de ſubiecto præcognoſcendam eſſe docemus. *Ad quartum* reſpon in Philoſophia non diſputari de vacuo, & infinito abſolute, ſed ſolum ex hypotheſi, ita nimirum, quod ſi vacuum, & infinitum eſſent, hanc haberent naturam taleſque proprietates: at quando in ſcientiis inſtituimus ſermonem de aliquo obiecto ex hypotheſi, non debemus prænoſcere illud eſſe, ſed tunc tantum quando de eo abſolute & ſimpliciter diſputamus. *Vel reſpon.* erit in Philoſophia non diſputari de vacuo, & infinito aliquid affirmando vel concludendo proprietatem, ſed aliquid de eo negando, nam vacuum deſinitur locus non repletus corpore, & infinitum quantitas non habent finem, & ita non prænoſcimus hæc obiecta eſſe, nam prænoſcere quod ſubiectum ſit, ſolum competit ſcientiis quæ agunt de ſubiecto, aliquid affirmando, vel concludendo proprietates. *Ad quintum* reſp. exiſtentiam quantitatis ſumi poſſe primo, in genere & in communi) ita vt intelligamus quantitatem non eſſe nihil ſed aliquid quod vel eſt, vel poteſt eſſe in rerum natura: & ſecundo in particulari, vt habet talem exiſtentiam per qualitates ſenſiles limitatam. Prænoſcit igitur Mathematicus quantitatem eſſe in genere, & in communi, non autem in particulari, &

Ad 2. Ad 3. Ad 4. 2. Solu. Ad 5. Argu.

illa

illa prior prænotio ſufficit ad obiecta diſciplinarum cognoſcenda. *Ad ſextum* reſpon. exiſtentiam in obiecto alicuius ſcientiæ non eſſe rem quæ per actatur, ſed conditionem per tractandi, ſine qua non, ſicque præcognoſcendum erit de ſubiecto illud exiſtere.

Ad 6. Argu.

QVÆSTIO III

An aliqua ſcientia poſſit confirmare ſuum ſubiectum eſſe.

SVperiorè quæſt. ſequitur altera, num aliqua ſcientia confirmare poſſit ſuum obiectum exiſtere nec ne? nam poſſe illud efficere, his argu. poſſumus demonſtra *Primum.* Quælibet ſcientia poteſt vti demonſtratione à priori, & à poſteriori. atqui poteſt quælibet ſcientia media demonſtratione à poſteriori confirmare ſuum ſubiectum eſſe, per effectum enim, optime poſſumus confirmare cauſam eſſe: potetit ergo quælibet ſcientia confirmare, ſuum ſubiectum eſſe. *Secun.* Ariſto. 1. lib phyſicorum oſtendit materiam primam eſſe, ſicuti 4. lib. locum eſſe demonſtrat, hæc autem obiecta ſunt quæ in Philoſophia naturę pertractantur: præterea in hoc cap. demonſtrat demonſtra. eſſe quæ tamen eſt horum lib. obiectum: ergo aliqua ſcientia confirmat ſuum ſubiectum eſſe. *Terti.* Deus eſt obiectum primæ Philoſophiæ ac Theologiæ: atqui Methaphyſi. confirmat Deum eſſe in 12. lib. Meta. idemque præſtant Theologi 1. parte q. 2. ergo aliqua ſcientia confirmare poterit ſuum ſubiectum eſſe.

1. Argu. 2. Argu. 3. Argu.

1. Opin. Scotus. *De hac q.* eſt 1. opin. Scoti, Antonii Andreæ q. 1. lib. 1. Meta. aliorumque Scotiſtarum, exiſtimantiuum nullam ſcientiam poſſe confirmare à priori, & per cauſam, ſuum ſubiectum eſſe, à poſteriori tamen ac per effectum bene poſſe illud ipſum demonſtrare. *Secun opi.* eſt Auer. 1. *lib. Phyſ. commen.* Oleti & 2. *comment.* 16 *D. Tho. in comm. huius cap. & cap.* 1. 6. *lib. Metæ lecti.* 1. *Caiet.* 2. *lib. de Demonſt. cap.* 1. *q.* 2. *Zimara in theorema* 5. multorumque aliorum.

2. Opin. D. Tho.

Eam igitur tanquam veriorem amplectentes principium explicatione obſeruamus primo in ſcientiis conſtituendum eſſe duplex obiectum vnum adæquatum alterum præcipuum, quemadmodum in Dialectica obiectum adæquatum eſt ens rationis logicum, præcipuum vero demonſtratio.

Obſer. 1.

Admonemus iterum quæſt. hanc poſſe intelligi vel de ſcientiis priuatis, vt ſunt philoſophia naturæ, ac Geometria, vel de ſcientia generali & communi, cuiuſmodi eſt prima Philoſophia. *His animaduerſis* ſit prima concluſio. Metaphyſica demonſtrat omnia obiecta aliarum peculiarium ſcientiarum. Confirma. primum teſtimoniis Ariſto. 2. cap. 1. Phyſ. vbi agens aduerſus Parmenidem, & Meliſum conſtituentes omnia quæcunque ſunt eſſe vnum, & hoc eſſe immobile, docet non eſſe aduerſus hos philoſophos diſputandum in Philoſo. naturæ, ſed in prima eſſe demonſtrandum dari ens mobile, quod eſt huius Philoſophiæ obiectum, & 4. lib. Meta inſtituit confirmare eſſe munus Metaphy propbare per princi. contradicto. obiecta & principia omnium ſcientiarum particularium. *Deinde.* Aliæ ſcientiæ diſputant de quadam particula entis vt Geometria de magnitudine, Philoſoph a naturæ de ente mobili, Metaphyſica autem diſputat de ente communi ad hęc omnia entia: atqui illa ſcientia quæ agit de ente communiſſimo, confirmare poteſt obiecta priuata quæ ſub illo obiecto continentur: ergo prima Philoſophia confirmabit obiecta aliarum ſcientiarum.

1. Concl. 2. Obſer.

Secun. conclu. Nulla ars priuata, poteſt, vel à priori, vel à poſteriori, confirmare ſuum ſubiectum adæquatum eſſe in rerum natura, quia quælibet ſcientia debet tanquam apertum, & manifeſtum conſtituere ſuum ſubiectum eſſe adeo vt ſit ſummæ dementiæ velle in confirmando illud eſſe laborare. *Confir. primum.* ex Ariſt. qui 2. lib. Phyſicorum cap. 1. docet ſtultos eſſe illos qui conantur demonſtrate naturam eſſe, quia hoc in Philoſophia naturæ (cuius obiectum eſt ens naturale) notum, ac manifeſtum eſſe debet. *Confirmatur iterum:* In omni ſciontia, nihil aliud præſtamus, quam inquirere proprietates de ſubiecto, vel per cauſas, vel per effectus: ſi per cauſas, vel per effectus: ſi per cauſas ergo iam ſupponimus ſubiectum eſſe, illud enim cuius dantur cauſæ, & debet dari eſſe, ſi vero per effectus, cum illa cauſa ſit, cuius effectus exiſtunt debent quoque ſuum ſubiectum eſſe ſupponere, ergo in omni ſcientia ſupponendum erit de ſubiecto illud eſſe: Quod certe luce clarius in Philoſophia naturæ licet intueri quæ non probat dari ens

2. Concl. Confir. pri. Secun.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mobile, quod est illius subiectum, sed constituit tanquam certum illud esse, quo constituto in suis duobus primis lib. explicat principia huius subiecti, & in aliis sequentibus vsq; ad 8. illius proprietates, quæ sunt motus infinitum locus, & tempus ac aliæ proponit, tandemque in alijs lib. Philosophiæ huius obiecti partes assignat, quæ sunt ens mobile ad locum in lib de cœlo, ad formam, in lib. de ortu lib. de anima, de animalibus & plantis.

3. Conc. *Tertia conclu.* Scientiæ priuatæ confirmare possunt suum subiectum inadæquatum, vel partiale esse. Hæc assertio manifesta est, Metaphy. enim confirmat Deum esse, qui est obiectum inadæquatum Philosophiæ, & Arist. in hoc capite 1. confirmat demonstrationem esse quæ est obiectum præcipuum, & inadæquatum Dialecticæ. Confirmarique illa potest in hunc modum. Obiectum partiale sub obiecto adæquato tanquam illius particula continetur: sed quia obiecta peculiarium scientiarum sub obiecto Metaphy tanquam illius particulæ continentur confirmat illa obiecta aliarum scientiarum: ergo confirmabit etiam quilibet artifex priuatus, obiectum suæ artis in adæquatum, per obiecti adæquati principia.

Ad 1. argum. 1. Solu. *Occurramus* iam argu. Ad 1. dicimus falsam esse assumptio. non enim semper ea sam per effectum demonstramus, præsertim cum nonnullum est ipsam esse, nam superuacaneum, ac stultum est, velle confirmare quod omnibus compertum est, ac exploratum. Et ita cum in qualibet scientia sit notissimum, ita vt nihil magis sit notum, quam subiectum eius esse, non poterimus certe neque a posteriori neque à priori illud esse confirmare. *Respon.* deinde in demonstratione à posteriori, non concludi existentiam de subiecto, sed vel vnionem causæ cum effectu, vel diffinitionis cum re diffinita, quemadmodum quando concludimus hominem esse animal participem rationis, ex eo quod est capax disciplinæ, non concludimus hominem existere, sed diffinitionem de re diffinita, quæ competit subiecto siue existat, siue non existat.

2. Argu. *Ad secundum* dicimus hæc obiecta v. g. materia prima, & locus, esse in adæquata Philosophiæ naturæ, cuius obiectum adæquatum est ens mobile, idemque est de demonstra. respectu Dialecticæ cuius adæquatum obiectum est ens rationis.

3. argum. *Ad tertium* respon. in primis Deum in Metaphy. non esse obiectum adæquatum, sed inadæquatum, obiectum enim adæquatum eiusdem, est ens, vt ens est. *Secundo* respon. Soncinas 4. lib. Meta q. 9. ad 1 argum. Metaphy. probare Deum esse alieno munere, argum. licet à Philosophia naturæ petitis, cuiusmodi sunt ea, quæ à motu postulantur, ex motu enim confirmat Arist. Deum esse. Ad aliam partem eiusdem argum. respon cum Caieta 1 p. q. 1. ar. vlti The. logum non proprio munere aut proprio lumine, confirmare Deum esse sed lumine ac munere alieno, vt scilicet induit personam Philosophi naturalis quia omnia argum. quæ confirmant Deum esse, innituntur lumini naturæ, quamuis enim notissimum sit, Deum esse, tamen obinfinitam eius entitatem, & imbecillitatem intellectus humani, per effectum, & à posteriori illum esse demonstramus.

QVÆSTIO IIII.

Sitne de subiecto solum quid nominis, non autem rei, prænoscendum nec ne.

IN superioribus, luculenter de prænoscione an sit, vt subiecto demonstrationis poterat accommodari disseruimus, sequitur vt de altera quid sit disputemus, num scilicet sit de eo tantum quid nominis prænoscendum: nam esse *Confir. Primo.* Arist. solum docuit de subiecto esse præcognoscendum quid nominis: peperam igitur prænoscemus de illo quid rei. Secun. Arist. 2. de anima cap. 1. proponit diffinitionem animæ, & 2. cap. huius lib. assignat diffinitionem demonstr. sed anima est subiectum lib. de anima, & demonstratio huius operis: ergo non est in scientijs præcognoscendum de subiecto quid sit. *Iam* si ante demonstrationem esset prænoscendum de subiecto quid sit, sequeretur demonstra. esse superuacaneam: atqui hoc asserere est absurdum: igitur de subiecto minime prænoscendum erit quid sit. Confirmatur propositio. Essentia subiecti est causa proprietatis, at cognita causa cognoscitur effectus, ergo cognita ante demonstrat. essentia, cognoscetur proprietas quare cum per demonstrationem nihil aliud præstemus, quam cognoscere proprietatem

1. argu.

2. argu.

per

persuam causam, & eam de subiecto concludere, si natura subiecti præcognoscetur ante demonstrationem, certe ipsa demonstra. supervacanea esset atque superflua. *Rursus.* diffinitio quid nominis, non est medium in demonstratione: ergo non erit ante illam de subiecto prænoscenda. Confirma. consequentia quia diffinitio ex eo debet prænosci quia est medium concludendi in demonstratione proprietatem de subiecto.

1. Opin. *Sunt quidam* in ea sententia & opinione vt arbitrentur prænoscendum esse de subiecto quid nominis solum, & non quid rei. Hanc opinionem amplexi sunt Ægidius Romanus, Paulus Venetus, & ex recentioribus Franciscus à Toleto, Zabarella in operibus Logicis, de præcognitis agens cap. 2. *Alii existimant* præcognoscendum esse de illo vtrumque, & quid nominis, & quid rei. In hac opin. extitit Porphy. *teste B. Alb. Mag. tract. 1. sua Dialect. cap. 3. in qua eadem ipsemet quoque existit D. Tho. in com. super hunc locum, Louanienses in comm. etiam in sol. 2 dubita. Soto q. vnica huius cap. ad 3. argum. Ferr. annota. 2. huius lib. & Caiet. hoc eodem loco, ac plerique ex recentioribus.* Quam eandem vt explicemus, animaduertimus, duplicem esse demonstrationem, vnam per causam, seu à priori, & alteram ab effectu, seu a posteriori, vt abunde satis cum Arist. cap. 10. ostendemus. Hoc animaduerso sit prima conclusio.

1. Conclu. *In demonstra.* à posteriori non est prænoscendum de subiecto quid rei, sed quid nominis. Confirmatur illud quod concluditur per demonstrationem non est prænoscendum ante illam, scitum enim prænoscibile debent quæ nequeunt per demonstrationem conclusi: at media demonstrationem à posteriori concludimus diffinitionem de re diffinita, vt videre licet in hac demonstra. Omne animal capax disciplinæ, est particeps rationis: at omnis homo est animal capax disciplinæ: igitur omnis homo est particeps rationis: iam ergo ante demonstra. à posteriori & per effectum non est prænoscendum de subiecto quid rei.

2. Concl. *Secunda conclusio.* In demonstratione à priori vel per causam, prænoscendum est de subiecto non tantum quid nominis, verum etiam quid rei. Hanc assertionem propositimus aduersus primam opinionem.

Obser. Inprimisque prænoscendum esse quid nominis de subiecto author est Arist. in hoc cap. deinde vero prænoscendum esse de eodem quid rei, his duobus argum. (ni fallimur) efficacissimis confirmamus. *Primum est.* Medium demonstra. debet esse notum ante demonstrationem si enim ignotum fuerit, qua ratione tanquam medium ad demonstrationem constituendam poterit vsurpari, sed in demonstra. per causam sæpe medium demonstra. est diffinitio rei ipsius subiecti, vt fit in hac demonstra. Omne animal particeps rationis est capax disciplinæ: sed omnis homo est animal particeps rationis, ergo omnis homo est capax disciplinæ. In qua medium ad concludendam capacitatem disciplinæ de homine, est ipsius hominis diffinitio; ergo ante demonstrationem prænoscendum erit de subiecto quid rei. *Secundo.* Iuxta Arist. in hoc cap. ante demonstra. prænoscibile debet de principijs illa esse vera: atqui hoc fieri non potest quin præcognoscamus diffinitionem rei ipsius subiecti, quemadmodum in præfata demonstra. non possumus prænoscere assumptionem esse veram nisi prius intelligamus diffinitionem hominis, esse animal participem rationis, ergo ante demonstra. prænoscendum est de subiecto quid rei.

Confir. pri.

Confir. 2.

Ad 1. Argu. *Iam ad argu.* proposita in principio. Ad primum respon. primis cum Ferra. in loco superiori Arist. tanquam apertum illud præteriisse, docuit autem de subiecto præcognoscendum esse quid nominis, quia illud poterat magis dubium esse, ex quo facile colligere, si prænoscendum est de subiecto quid nominis, quod minus necessarium est ad ipsam demonstra. (cum non sit talis prænotio medium illius) ergo prænoscendum quoque erit de eodem subiecto quid rei, quippe cum hæc prænotio exitat ad demonstra. constituendas magis necessaria. Respon deinde cum Louanien. sibus Arist. facile mentionem de præcognitione communi vtriusque demonstrationi, qualis est prænotio nominis: omisisse autem prænotionem propriam demonstra. à priori qualis est prænotio quid rei quia demonstra. à posteriori solum præcognoscit de suo subiecto quid nominis de eodem quid rei præmisso.

Ad 2. argu. *Ad secundum* dicimus in demonstra. à priori, semper esse prænoscendum de subiecto quid sit, in scientijs ve

ro non

Universidad de Deusto
Biblioteca

ro non est id in prima earum parte præstandum, in qua diffinitiones explicantur, sed in secunda in qua suppositis his diffinitionibus, aliisque necessariis, opus ipsum aggredimur vt supra in prolegomenis huius operis docebamus. *Ad tertium* respon. causam alicuius effectus sumi posse duobus modis, primo absolute, vt nondum est applicata effectui, secundo vt est eidem coniuncta. Est autem discrimen inter naturam subiecti cognitam, ante, vel intra demonstrationem, quia vt cognoscitur ante demonstra. cognoscitur absolute & non vt causa munus & officium causæ exercens at vero vt cognoscitur intra ipsam, intelligitur vt causa, & vt effectui applicata. Ob idque non erit demonstra. superuacanea (quamuis cognoscamus naturam subiecti ante demonstr.) eo quod intra demonstra. cognoscimus illam vt est causa applicata effectus, & proprietati, & vt exercet munus & officium causæ quod non assequimur ante demonstrationem *Ad quartum* negamus consequentiam: nam illa diffinitio tantum præcognoscitur vt medium quod declarat naturam subiecti: at diffinitio nominis non est huiusmodi, neque ex eo præcognoscitur quasi vt medium sed quia explicat nobis subiectum demonstra. si enim illud ignoraremus, nihil plane de eo per demonstra. concludere possemus.

Ad 3. argum.

Ad 4. argu.

QVÆSTIO V.

An de proprietate quid rei vel quid nominis, præscire debeamus.

HActenus de subiecto, qua nimirum ratione ante demonstrationem præscire debeat disseruimus, sequitur vt de affectione, vel proprietate disputemus, primoque an de illa quid rei, vel solum quid nominis præscire debeamus: nam non esse præscendum quid rei, sed nominis: *Confirmatur primo*, Illud quod concluditur per demonstrationem non est præscendum ante illam: sed per demonstra (cuius medium est diffinitio subiecti) concludimus naturam & essentiam proprietatis de subiecto, quia concludimus inhærentiam eiusdem tam actu, quam aptitudinem in subiecto. quæ profecto inhærentia est natura proprietatis, sicuti & omnium aliorum accidentium: non igitur præscendum erit quid rei de proprietate. *Secundo*. Quæstio an est prior est quæstione quid est, vt author est Arist. 2. lib. cap. 1. at de proprietate præscimus per demonstra an sit, vt ostendemus quæst sequenti: ergo ante demonstra. non præscemus quid rei de illa. *Tertio*. Arist in hoc cap. tantum docuit proprietatem præscendam esse prænotione quid nominis: non igitur de ipsa erit præscendum quid rei.

1. Argu.

2. Argu.

3. Argu.

Exploratum est apud Aristo. in hoc cap. præscendum esse de proprietate quid nominis: controuersum tamen est apud interpre. sit ne de ea præscendū quid rei, nam fere omnes cōstituunt non esse præscendum, quamuis nonnulli asserant debere in aliqua demonstra. præsci de proprietate quid rei. *Caterum* vt hanc controuersiam diffinire valeamus animaduer. primo in demonstr. à priori (de qua sola hic loquimur, nam in demonstra. à posteriori non est necesse præcognoscere, quid rei de proprietate) duplex esse medium, subiecti nimirum, & proprietatis diffinitionem. Itaque demonstra. à priori, quædam est quæ progreditur per diffinitionē subiecti tanquam per medium: altera vero quæ procedit per diffinitionem proprietatis vt 2. lib. cap. 8. ostendemus. *Annotamus* etiam tribus modis posse cognosci proprietatem, primo in communi, & absolute, vt res quædam est vt cum cognoscimus proprietatem non esse nihil sed aliquid esse. secundo paulo contractius. vt cognoscitur sub proprio conceptu proprietatis, ea scilicet ratione qua concipitur vt proprio subiecto inhærens. Tertio denique, ea ratione qua concipitur vt causa per quam aliqua alia proprietas suo proprio subiecto conuenire queat. *Illud* præterea sciendum erit naturam proprietatis duobus modis posse cognosci perfecte, primo modo quando cognoscitur per diffinitionem essentialem, secundo autem quando per proprias causas à quibus dimanat, intelligitur: his enim duobus modis potest aliquis effectus perfecte cognosci, velut homo perfecte cognosci dicetur, vel quia est animal particeps rationis, vel quia est animal ex corpore & anima tanquam ex suis partibus constans

1. Obse.

2. Obse.

3. Obse.

Sit iam prima conclu. In demonstra. cuius medium est diffinitio proprietatis quid rei erit de illa præscendum. Confirmatur. Medium demonstra. præscendum est

ante demonstra. ergo in illis demōstra quarum medium est diffinitio proprietatis ante demonstr. natura proprietatis est præscenda vnde in hac demonstra. omne animal quod habet insitam facultatem ridendi potest ridere, sed omnis homo est animal quod habet insitam facultatem ridendi, ergo omnis homo poterit ridere, in qua concludimus proprietatem de homine per diffinitionem proprietatis, præscendum erit quid sit illa, per diffinitionem illius essentialem, quæ est animal quod habet insitam facultatem ad ridendum.

Secunda conclusio. In demonst. quarum medium est diffinitio subiecti, non est necessario præscenda natura proprietatis, quod autem præcognoscatur interdum, vel præcognosci possit nullum est absurdum. Huius conclus. 1 pars (scilicet non esse necessario præcognoscendam naturam proprietatis ante hoc genus demonstra.) ita potest confirmari. Ex eo natura proprietatis aliquando est præscenda, quia est medium in aliqua demonstr. ergo vbi illa non fuerit medium (sed natura subiecti) non erit necesse quod præscatur ante illam secunda eiusdem conclusio pars nimirum nō esse impossibile præsci proprietatem ante demonstra. manifesta est, aliquando etenim ante omnem demonstrationem intelligere possumus naturam proprietatis. Verum cum dictum sit à nobis duobus modis intelligi posse eius naturam, vno modo per diffinitionem, & altero per causam, intelligenda erit hæc pars de cognitione proprietatis per diffinitionem, non per causam: potest enim aliquis instructus arte diffiniendi (qui tamen nondum aliquid de parte analytica nouit) essentiali diffinitione diffinire proprietatem vt capacitatem disciplinæ facultatem hominis ad percipiendas disciplinas, & ita poterit perfecte intelligere naturam proprietatis ante demonstrar. per illius diffinitionem.

Ad 1. argu.

Iam superest vt argum. occurramus Ad primum dicimus in demonstra concludi de proprietate inhærentiam ad subiectum per medium quod est causa, non per medium quod est diffinitio proprietatis, & ita præcognoscimus ante illam (cuius medium est diffinitio subiecti) naturam proprietatis per diffinitionem, non per causam, in demonstr. vero concludimus naturam proprietatis de subiecto per diffinitionem subiecti, tanquam per causam: nam hæc est vera & legitima illius inhærentiæ in subiecto causa, atque origo

Ad secundum respon. quæ an sit, distinctam & apertam, proprietatis, posteriorem esse quæst. quid illa sit quæstionem tamen an sit confusam, & obscuram eiusdem priorem esse quæst. quid sit, & ita non erit cur non possit præsci ante demonstr. quid rei de proprietate, quia hæc prænotio prior est prænotione distincta an sit proprietas, quæ sola per demonstra. colligitur. Altera enim prænotio an sit proprietas, quæ est cognitio confusa antecedit ipsum demonstra. vt quæst sequenti ostendemus.

Ad 2.

Ad tertium negamus consequentiam eo quod Arist tanquam apertum præterea fuit esse præscendum de proprietate quid rei nam si præscendum est de illa quid nominis quę quidem prænotio non est tam necessaria ad demonstrationem vt altera quid rei, à fortiori præcognoscendum erit de proprietate quid rei, cum natura proprietatis significata per essentialem diffinitionem, aliquando sit in diffinitione à priori medium ad aliquid concludendum necessarium.

Ad 3.

QVÆSTIO VI.

An de proprietate præsci debeat an sit.

PRoximum est vt de eadem proprietate quæramus, num ante demonstra debeat illa præsci an sit, nam hoc fieri posse ita suademus. *Primo*. Astrologi ante inuentam scientiam ecclipsis lunæ, per demonstr. iam cognouere lunam pati ecclipsim: at ecclipsis est proprietas lunæ, ergo ante demonstra. optime possumus cognoscere proprietatem existere à parte rei. *Secundum*. Arist. tantum ait in hoc cap. de proprietate præscendum esse quid sit, ergo nulla ratione erit de eadem an sit præscendum, vt postea in conclusionibus ostendemus.

1. Conclus.

2. Argum.

Ferrar. annot. 2. huius lib. docet de proprietate semper esse præscendum quid sit, an vero existat à parte rei non semper debere præsci quamuis nonnunquam effici vt illud sit necesse.

Opinio Ferrar.

Caietan. Vero acute quæst. hanc ad hunc modum definit. Proprietas inquit duobus modis sumi potest, primo vt res quædam est, secundo vero modo sub conceptu pro

Opinio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prio, ac peculiari proprietat s. Si primo modo sumatur ante demonstra cognoscere, possumus proprietatem existere, secundo vero modo nulla ratione id effici poterit quia proprietas vt proprietas, significat dependentiam à principiis à quibus fluit, quæ sola applicantur proprietati intra demonstrat.

Verum vt hanc opinionem explicemus, animaduertimus primo, duplex esse subiectum proprietatis, adæquatum, vnum & alterum inadæquatum. Adæquatum dicitur illud quod conuertitur cum proprietate, vt homo est adæquatum subiectum risibilitatis: inadæquatum vero quod cum ea dem minime reciprocatur, velut Petrus est subiectum inadæquatum eiusdem risibilitatis.

Adnotandum est iterum, duplicem esse cognitionem a icuius effectus, vnam confusam, & alteram distinctam, distincta est qua media cognoscimus effectum huius cognita causa, confusa vero vocatur, quando cognoscimus effectum eius causa ignorata, vt quando cognoscimus eclipsim lunæ non cognoratam interpositione terræ, inter solam & lunam, dicitur huiusmodi cognitio confusa, vel obscura eclipsis lunæ at vero cum cognoscimus eclipsim cognita interpositione, talis cognitio est distincta cognitio illius.

Iterum Obserua. *Preterea* adnotandum est esse maximum discrimen, inter scientias quæ vtuntur demonstrationibus in inuentione, scilicet, quando primo excogitatæ fuerunt à veteribus, & in traditione, vel doctrina earum, ratione qua traduntur à præceptoribus, vel in lib addiscuntur. Primo enim modo progredimur in scientii à cognitione confusa effectuum, qui sunt notiores nobis ad cognitionem suarum causarum, quæ sunt notiores natura: in additione vero contrario modo progredimur, à causis, & principiis ad effectus & principiata, vt Arist. 1. lib physic. cap. 1. testatur. His animaduersis sit prima conclus.

1. *Conclus.* *Ante demonstr* cognoscere possumus cognitione confusa proprietatem existere in rerum natura. Confirmatur in primis. Cognoscere effectum ignorata causa est cognoscere eius cognitione confusa atqui ante demonstra cognoscere possumus proprietatem eius causa ignorata, vt lunæ eclipsim ignorata interpositione terræ inter ipsam & solem, quæ eius est vera, & legitima causa: igitur ante demonstrat. cognoscere poterimus obscura cognitione, proprietatem existentem in rerum natura. *Præterea* In inuentione scientiarum cognoscimus proprietatem ante demonstrat. quia cognoscimus effectum causa adhuc ignorata: at qui in huiusmodi scientiarum inuentione, à cognitione confusa ad distinctam progredimur ob eandem rationem. quia progredimur à cognitione effectuum ad cognitionem causarum, ergo ante demonstrationem in inuentione scientiarum, obscura cognitione proprietatem existere poterimus intelligere.

2. *Conclus.* *Secunda conclusio.* In illa demonstrat. in qua concludimus proprietatem de subiecto adæquato, non potest proprietas ante eam cognitione distincta an in rerum natura existat necne? vlla ratione cognosci. Confirmatur duobus *argum. Primum.* Cognitio distincta effectus dependet à cognitione causæ ea ratione qua causa applicatur effectui: sed per demonstrationem tantum cognoscimus proprietatem per propriam causam illi applicatam, ergo non poterimus ante demonstrat distincta cognitione prænoscere proprietatem existere. Secundo. Illud quod concluditur per demonstrat. concludimus proprietatem inhærere subiecto adæquato, quæ inhærentia nihil aliud est, quam existentia proprietatis in rerum natura: igitur ante demonstrat. non cognoscemus proprietatem existere.

3. *Conclus.* *Tertia conclusio.* Ante demonstrat. in qua concludimus proprietatem de subiecto mediato & remoto possumus distincte cognoscere proprietatem existere à parte rei: vt antequam concludamus risibilitatem de Petro, qui est subiectum mediatum, cognoscere possumus cognitione distincta, illam existere in rerum natura. Confirma. Antequam cõcludamus proprietatem aliquam de suo subiecto mediato, iam prius illam de subiecto immediato concl simus: atqui quando cõcludimus proprietatem de subiecto immediato per demonstrationem aperta, & distincta cognitione an illam existere intuemur igitur ante demonstrat. in qua concludimus proprietatem de subiecto mediato, nihil obest, quominus cognitione distincta & aperta, illam habere esse in rerum natura cognoscimus. Ex his colliger

colligere poterimus in primis proprietatem ante demonstrationem vel in scientiarum inuentione, cognosci posse quod existat in rerum natura, vt res quædam est, quemadmodum Caietan docebat, quia ante demonstrat. cognoscitur proprietas conceptu confuso, qui certe non est alius, quam conceptus eiusdem & proprietatis vt res quędam est. Colligimus secundo proprietatem sub proprio conceptu proprietatis, non posse aliſi per demonstrat. cognosci, nam tunc temporis sub conceptu proprietatis cognoscitur, quando per suam causam intelligitur, hoc autem solum fit intra demonstrat. & hac eadem ratione in traden is scientiis explicantur proprietates sub conceptu scilicet proprietatis, eo quod illæ expositis prius causis, & principiis à quibus fluunt, explicantur.

1. *Argum.* *Ad argum. igitur.* Ad primum respond. illud tantum confirmare posse proprietatem cognoſci interdum confusa cognitione ante demonstrat. quod nos libenter fatemur. 2. *Argum.* *Ad secundum* negamus consequentiam, quia Arist. non docuit de proprietate non esse prænoscendum an sit, sed esse prænoscendum quid sit: at argum. ab authori negatiua nullius est roboris.

QVÆSTIO VII.

An de principiis solum prænoſci debeat illa esse vera.

QVærendum etiam est num de principiis tantum prænoscere debeamus illa esse vera, necne? Hoc namque solum, & nihil aliud de eis prænoscendum esse ex eo possumus confirmare, quod Arist. nullam aliam præter hanc de ipsis prænotionem agnouerit. Vt igitur dub tationem hanc dissoluamus, illud in primis sciendum erit, principia posse aut secundum se tota vsurpari aut quoad aliquas tantum partes, quæ sunt subiectum, & affectiones, vel proprietates quę de illo in conclusione demonstrationis colliguntur. Erit etiam ad memoriam reuocanda diuisio illa prænotionis in quid nominis, & rei.

Sit iam prima conclusio. Ante demonstrationem prænoſci debet de principiis an sint, id est illa esse vera. Ita docet Aristot. in hoc cap. extatque huius rei hæc apertissima ratio. In demonstratione ex falsis verum colligi minime potest, vt cap. sequenti ostendemus: at conclusio demonstrationis est vera: ergo cum illa ex principiis colligatur, nullo certe modo falsa illa esse poterunt, quare prænoscendum erit de illis, esse vera.

2. *Conclus.* *Secunda conclus.* de princip is prænoscendum est quid nominis, ante demonstrat. Confirmatur qui ignorat principiorum significationem, non poterit ea ad aliquid colligendum vsurpare: atqui principia necessario sunt in demonstrat. ad conclusionem colligendam sumenda: ergo quid nominis illorum ignorari nequaquam debebit, quare hoc erit prius prænoscendum.

3 *Conclus.* *Tertia conclusio* Si loquamur de principiis secundum partes, erit quid rei de illis prænoscendum. Confirmatur partes principiorum sunt subiectum ac affectiones: at confirmauimus in superioribus tam de subiecto quam de proprietatibus prænoscendum esse quid rei; ergo de principiis secundum partes quid rei erit prænoscendum.

4 & *vltim. conclus.* *Vltima conclusio* de principiis secundum se tota nequaquam possumus quid rei ante demonstrationem prænoscere. Confirmatur argumento hausto ex D. Tho. Complexa & coniuncta carent definitione quid rei, illam enim sola simplicia possunt habere vt Aristot 7. Metaphys. cap. 5 profitetur, quemadmodum homo (v. g.) qui est res simplex ob inet diffinitionem, sicuti & albedo etiam, cæterum hoc coniunctum, homo est albus nullam habet definitionem: sed principia rem aliquam coniunctam significant: ergo illa secundum se tota minime poterunt prænotionem quid rei obtinere, ac proinde neque de ipsis erit quid rei ante demonstrationem prænoscendum.

Obiectio. *Sed* contra aliquis ita aget. Enuntiatio est quid complexum: atqui illa fuit 1. lib. peri herme. cap. 4 essentiali diffinitione diffinita: ergo complexa habere possunt essentialem diffinitionem, & ita de principiis quamuis sint complexa prænoscere poterimus quid rei. *Solutio.* *Respond.* enuntiationem sumi posse. vel pro secunda notione, vel pro prima, id est pro rebus per eam significatis. Primo modo enuntiatio est aliquid simplex. & hac ratione diffinitur: secundo vero modo est quid coniunctum, quia significat multa, qua ratione diffiniri nullo modo poterit.

Ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ad argum. quod in principio effeceramus negamus consequentiam, quamuis enim Arist nequaquam hoc docuerit, nihilominus argum ab authoritate negatiua nullius esse roboris nemo est qui ignoret. *Ad 1. Argum.*

QVÆSTIO VIII.

An conclus. demonst. cognosci possit ante demonstrationem.

EGimus in superioribus de prænotionibus, & de iis quæ ante demonstra sunt prænoscenda, sequitur, vt de ratione qua conclusio demonstra. cognoscatur disputemus: Etenim illam non posse ante demonstrationem cognosci his argum. confirma. *Primum.* Si conclusio cognosceretur ante demonstr. fieret ipsum esse superuacancam, cum absque illius ope possemus consequi quod illa nobis præstat: atqui hoc dicere est absurdum: non igitur cognoscemus conclusionem ante demonstr. *Secundum.* Nihil aliud beneficio demonstra. assequimur quam cognoscere conclus. ergo si ante illam conclusio iam esset prægnita in præmissis nulli eerte vsui ea nobis esset, quod tamen perabsurdum est. ergo conclusio non cognoscetur ante demonstr. *1. Argum.* *2. Argum.*

Tertium. Si conclusio cognoscetur ante demonstrat (in præmissis nimirum) igitur vel prægnoscetur prænotione an sit, id est esse veram, vel quid sit, id est, quænam sit eius natura? at nullo ex his modis potest prægnosci, inprimis non prænotione an sit, quia conclusionem esse veram per solam demonstra. colligimus, deinde neque prænotione quid sit, quia res coniunctæ (de quarum numero est conclusio per demonstrationem colligenda) non habent quid rei: iam igitur conclusio non cognoscetur ante demonstrationem. *Tertium.*

Quartum. Si ante demonstra. esset iam conclusio in præmissis cognita sequeretur esse quatuor prægnoscenda ante ipsam: at hoc repugnat Arist. tria tantum prægnosci præcipienti, ergo conclusio minime prægnoscetur in præmissis ante demostr. Confirmatur propositio, nam inprimis ante demonstrationem prægnoscuntur tria illa proposita ab Arist. ac præterea esset etiam prægnoscenda conclusio in præmissis: iam ergo quatuor essent prægnoscenda. *Quartum.*

Quintum. Si conclusio cognosceretur in præmissis ante demonstr. sequeretur illam nobiliori modo cognosci ante ipsam demonstrationem quam intra eandem cognoscatur: atqui hoc est omnino falsum, ergo conclusio minime cognoscetur ante demonstra. Confirmatur propositio. Conclusio in præmissis cognoscitur per habitum primorum principiorum, in demonstratione vero per habitum scientiæ: at habitus primorum principiorum, multo nobilior est, habitu scientiæ, & ex consequenti quæ per illum cognoscuntur perfectiori modo cognita erunt quam quæ per habitum scientiæ, intelliguntur, nam quo nobilior fuerit al quis habitus tãto perfectior est cognitio eorum quæ per illum percipiuntur, ergo nobilius multo cognosceretur conclusio ante demonstrat. quam intra ipsam intelligatur. *Quintum.*

Hæc sunt argumenta quæ veram sententiam labefactare videntur, vt tamen nostrum in hac re iudicium proponamus. Animaduertimus, duobus modis posse cognosci conclusio alicuius demonstra vel effectum quemlibet, *primo* modo virtute, & confusa cognitione, quando scilicet cognoscitur in alio, vt in sua causa: *secundo* vero actu & formaliter, ac distincta cognitione, vt quando in seipso cognoscitur. Hoc animaduerso vnica conclusione rem hanc ita explicamus. *Obseru.*

Conclusio demonstra. extra demonstrat. non actu, & formaliter sed sola virtute, & confusa cognitione potest ante demonstr. cognosci. Confirmatur inprimis testimonio Aristo. docentis conclusionem in præmissis aliquo modo esse scitam, & aliquo modo ignotam, quod nequit alio modo intelligi, nisi dicamus cõclusionem in præmissis esse cognitam virtute, & cognitione confusa & esse actu, & secundum se ignotam. *Confirmatur* præterea ratione hausta à D. Tho. Eodem prorsus modo continentur conclusiones in principiis, quo effectus in virtute suarum causarum: nam quemadmodum est in causis facultas quædam producendi effectus, ita etiam est in præmissis facultas quædam inferendi conclusiones: at cognita causa cognoscitur etiam effectus, non actu, & secundum se, sed sola virtute, & confusa cognitione, cognitis igitur præmissis, etiam conclusio non actu & secundum se sed sola virtute cognoscitur. *Vnica concl.*

Reli-

Reliquum est iam vt argum. dissoluamus. Ad primum dicimus ante demonstrationem cognosci conclusionem confuse: at per demonstra. cognosci eandem distincte, ob idque minime erit demonstrat. superuacanea. *Ad 1. Argu.*

Ad secundum respond. per demonstr. sciri conclusio. quæ iam ante ipsam cognita erat, alio tamen & alio modo, nam ante demonstrat. cognoscebatur confusa tantum cognitione, post demonstrat. autem aperte, ac manifeste, eadem intelligitur. *Ad 2.*

Ad tertium respon. conclusio. ante demonstrat. vtroque modo prægnosci nimirum prænotione an sit, & quid sit non rei sed nominis quamuis id confuse, solum & indistincte fiat, nam distincta, & clara eiusdem cognitio per solam demonstrat. haberi potest. *Ad quartum* dicimus falsam esse propositionem, quia quę sunt ante demonstrat. prægnoscenda distincta, & aperta cognitione prægnosci debent, si simplicia fuerint simplici, si vero composita coniuncta & composita prænotione: at conclusio nequaquam prægnoscitur cognitione distincta, sed confusa dumtaxat. & indistincta, quare non erunt quatuor prænoscenda. *Ad 3.* *Ad 4.*

Ad quintum negamus propositionem, ad probationem dicimus si cætera fuerint paria, ea quæ cognoscuntur per habitum nobiliorem, nobiliori modo cognosci quam quæ per ignobiliorem habitũ cognoscuntur quod tamen falsum est si reliqua fuerint imparia at hic non sunt omnia paria nam per habitum primorum principiorum solum cognoscimus conclusionem, cognitione confusa, cum tamen per habitum scientiæ eandem clare ac aperte, intelligamus, nobilius autem est (ex parte rei) ipsam cognosci distincte, per habitum ignobiliorem, quam confuse per habitum nobiliorem, quia cognitio distincta alicuius rei, nobilior multo est cognitione confusa eiusdem: consulat qui voluerit de hac quæst. Caietanum in postrema parte huius cap. & Flandrensem quæst 7. huius lib. art 1. *Ad 5.*

QVÆSTIO IX.

An propositio cognoscatur prius tempore quam conclusio.

ET quidem vno eodemq; instanti temporis propositionem ac conclusionem cognosci his argumentis conuincimus. *Primum* Relata simul tempore cognoscuntur, ex Arist in categor. relatorum: sed propositio, & conclusio sunt relata, cum ex propositione inferatur conclusio, ergo propositio, & conclusio simul tempore cognoscentur. *Secundum.* Quæ eodem actu cognoscuntur simul tẽpore cognoscuntur, quemadmodum lux, & color, simul tempore cognoscuntur, eo quod eadem actione videndi cognoscuntur: sed dictum est in superiorique conclusionem cognosci ante demonstrat in præmissis per eandem actionem intellectus per quam cognoscimus præmissas, ergo propositio & conclusio simul tempore cognoscentur. *Tertium.* Causa, & effectus, simul tempore, sub ratione causæ, & effectus cognoscuntur, sed propositio, & conclusio sic se habet vt propositio sit causa & conclusio effectus ergo propositio & conclusio, simul tempore cognoscentur. *1. Argum.* *2. Argum.* *3. Argum.*

In hac quæst. non est sermo de cognitione confusa, sed de distincta, & aperta, atque ita in explicationem sit conclusio. Cognitio distincta propositionis in demonstrat. priori est tempore cognitione clara, ac dilucida conclusionis. *Confirmatur primo.* Illæ cognitiones nequeunt esse simul tempore, inter quas intercedit aliqua media cognitio atqui inter cognitionem propositionis, & conclusionis, media est cognitio assumptionis: igitur duæ illæ cognitiones nequaquam simul tempore esse poterunt quin potius cognitio propositionis, cognitionem conclusionis tempore antecedat *Deinde.* Cognitio distincta causæ tempore præcedit cognitionem claram effectus: at propositio est causa conclusionis: prius igitur tempore erit cognita propositio, quam conclusio cognoscatur. Hanc eandem inducere videtur Arist. in hoc cap docens quædam esse quæ simul tempore cum aliis cognoscuntur, alia vero esse quorum cognitio aliorum cognitionem antecedit. Quæ quidem verba iuxta Latinorum interpretum sententiam, de cognitione propositionis, & assumptionis, respectu conclusio. sunt intelligenda, assumptio namque simul tempore cum conclusione in ipsa demonstratione cognoscitur, cum tamen cognitio propositionis, tempore cognitionem conclusionis antecedat. *Vnica concl.*

Præfatu autem argum. ita sigillatim satisfaciamus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

faciamus Ad primum admittimus propositionem de relatis, vt relata sunt, quam eandem de relatis sub conceptu absoluto diffitemur. Propositio igitur vt ad conclusio. refertur non est certe illa prior, at eadem secundum se, ac naturam suam accepta, in quantum scilicet ex subiecto, & attributo constituitur, verumque significat, qua ratione hic de illa agimus, tempore ipsam conclusio. præcedit.

Ad secundum respon. si loquamur de cognitione confusa conclusionis verum esse eadem actione qua cognoscimus principia cognosci, quoque conclusionem si vero loquamur de cognitione distincta falsum id esse: alia namque distincta actione cognoscuntur præmissæ, atque alia conclusiones: hic autem non de confusa cognitione, sed de distincta disputamus quare propositio & conclusio minime per eandem actionem cognoscentur.

Ad tertium distinguimus propositionem causa enim sumi potest, vel vt non est adhuc applicata effectui, vel vt iam est eidem coniuncta: primo modo dicitur causa potestate, secundo vero modo causa actu nuncupatur. Vnde si propositio intelligatur primo modo, neganda profecto erit, quia causa non applicata seu causa potestate, prior est effectu, si autem secundo modo accipiatur, merito erit admittenda. assumptio tamen erit neganda quia propositio, vt per se profertur, antequam sub illa subsumamus assumptionem, non est causa applicata, media enim assumptione ad conclusionem inferendam accommodatur. Cum autem dicimus propositionem prius tempore cognosci, conclusione de illa vt nondum est applicata, disputamus.

QVÆSTIO X.

An conclusio simul cognoscatur cum præmissis.

1 *Argum.* IAm disputemus in commu. de præmissis, cognoscantur ne illæ prius tempore conclus. necne, nam non cognosci ita ostendo. *Primo* omnis causa efficiens est prior tempore suo effectu, quemadmodum generans prius est re genita: at præmissæ, sunt causæ colligentes conclusionem: ergo prius tempore cognoscentur, quam conclus. intelligatur.

2 *Argum.* *Secundum* Arist 2. lib. Topico. cap. 4. profitetur posse nos multa scire nihil tamen amplius, quam vnum ex eis intelligere: sed in demonstra. præmissæ, ac conclusio sunt multa, & non quid vnum: ergo non poterunt simul tempore, per eandemque actionem cognosci.

3 *Argum.* *Tertium* si concluf. simul tempore cum præmissis intelligeretur, fieret inde vt aliquis haberet in intellectu scientiam simul, ac errorem, hoc autem est absurdum igitur concluf. non cognoscetur simul cum præmissis. Confirm propositio Si aliquis habens errorem circa hanc concluf. Omnis homo est capax disciplinæ, illique hæc demonstrat. fuerit proposita. Omne animal rationis particeps est capax disciplinæ: atqui omnis homo est animal rationis particeps: ergo omnis homo est capax disciplinæ Rogo Is cognita propositione, & assumptione, cognoscet ne conclusionem illamque inferet ex præmissis, vel ignorabit potius ipsam? si non cognoscit eam iam ergo præmissis cognitis, conclusio minime cognoscetur, quod si cognoscat, consequaturque scientiam de illa, cum iam prius haberet errorem de eadem, certe idem homo habebit simul scientiam, & errorem de eadem conclusione.

4 *Argum.* *Quartum* Arist 2. lib. prio. cap. 14. inquit posse nos intelligere propositionem & assumptionem, quin tamen agnoscamus cõclusionem, quemadmodum nouisse possumus omnem mulam esse sterilem, & hanc esse mulam, & nihilominus ignorare hanc esse sterilem: non ergo cognita propositione & assumptione statim absque vlla temporis mora, cognoscetur conclusio.

5 *Argum.* *Quintum.* Nequit idem esse in via, & in termino, sequeretur enim idem moueri, & non moueri, nam qui est in via mouetur, qui autem in termino non mouetur: sed si conclusio simul tẽpore cum præmissis cognoscereturidem esset in via, & in termino qui enim præmissas cognoscit in via est, nihil enim aliud ipsarũ cognitio est, quam via quædam ducens nos in cognitione conclusionis, qui autem cognoscit conclusionem est veluti in termino: ergo non poterit conclusio simul, cum præmissis agnosci.

6 *Argum.* *Sextum.* Eodem modo mente concipiuntur propositiones demonstrationis, quo ore proferuntur; sed in demonstratione diuersis temporibus præmissas, & conclusionem proferimus: igitur conclusionem ac

præmissas, diuersis quoque temporibus cognoscemus.

Ad 7. *Septimum.* Quæ per diuersas species intelliguntur, nequeunt simul intelligi, diuersæ enim species diuersas etiam producunt intellectiones: atqui præmissæ, & conclusio. intelliguntur diuersis speciebus. sunt enim res diuersæ, & quę natura distinguuntur, diuersas etiam species sortiuntur, non igitur poterunt præmissæ, & conclusio simul tempore cognosci.

Quidam recentiores censent, non posse conclusionem simul cum præmissis intelligi, quia hæc per discursum cognosci debent. qui quidem non vno & eodem, sed diuersis temporibus efficitur. Contra tamen illi multo verius arbitrantur conclusionem in demonstratione simul cognosci cum præmissis, ita plane vt eodem temporis momento quo cognoscimus præmissas. statim quoq; nulla interposita mora, conclusionem intelligamus.

1. *Obseruat.* *Horum* sententiam vt explicemus animaduertimus quæst propositam intelligendam esse de simultate temporis, non autem naturæ, etenim præmissas esse prius natura cognitas, quam conclusio sit intellecta, satis est apertum, & manifestum, est siquidem præmissarum cognitio causa efficiens cognitionis conclusionis: at cognitionem causæ saltim natura cognitionem effectus antecedere debere, nulli est dubium.

2. *Obseruat.* *Illud* etiam adnotan erit propositiones in demonstra debito ordine esse sumendas vt ita conclusio simul cum præmissis intelligi queat: quin etiam & habitudo quæ inter præmissas & conclusionem, quo ad illationem intercedit, cognosci necessario debet quod si vnum ex his vtriq; defuerit, haudquaquam poterit cõclusio simul cum præmissis agnosci. Vnde si vt quamuis homini imperito proponantur propositio, & assumptio alicuius demonstra. nequaquam adhuc conclus. intelliget. Eo quod habitudinem quæ est inter præmissas & conclusionem perspectam nondum habeat. Esse autem hanc actionem necessariam ad id quod nunc diximus, author est D. Tho. 1. lib. Perihermenias lect. 13.

1. *Concluf.* *Sit* igitur pro explicatione hæc vnica concluf. Si duo hæc in demonstrat obseruentur, nimirum, vt & quilibet assumptio, suo loco contineatur, & habitudo quo ad illationem inter præmissas, & conclusionem interueniens cognoscatur, dubium esse non debet quin conclusio simul tempore, cum præmissis intelligatur, ita vt eodem temporis momento, quo cognoscimus præmissas, simus hauddubie conclusionem quoque cogniturі. *Confirmatur hu argum. Primum* petitum est ex Aristo. in hoc cap. qui inquit cognita hac propositione, omne triangulum habere tres angulos pares duobus rectis, & cognita hac assumptione hoc quod est depictum in semicirculo est triangulum illico sine vlla temporis mora nos cognoscere illud quod est depictum in semicirculo habere tres angulos pares duobus rectis. *Secundum* argum. Causa sufficiens ad producendum aliquem effectum, & non impedita, si ad illum producendum applicetur eodẽ temporis momento, quo applicatur est apta illum producere: sed intellectus est sufficiens causa ad cognoscendam conclusionem, cognitis semel propositione, & assumptione ergo impedimentis sublatis, (vt reuera sunt impedimenta) eodem temporis momento quo applicatur ad præmissas cognoscendas, cognoscet quoque conclusionem. *Præterea.* Quando vnum refertur ad aliquid tanquam in finem, eodem actu simulque tempore cognoscitur vel appetitur cum fine, tam in facultatibus appetendi, quam cognoscendi, in actibus appetendi, vt quia medicina refertur in optimam valetudinem tanquam in finem, eodem actu voluntatis, ac simul tempore quo volumus medicinam, volumus etiam salutem: deinde in actibus cognoscend quia lumen refertur ad colores manifestandos, tanquam ad finem, eadem actione videndi eodemque tempore quo intuemur lucem, intuemur etiam ad colores. sed principia demonstrationis referuntur ad conclusionem manifestandam tanquam in finem: eadem ergo actione, eodemque tempore quo principia cognoscimus, cognoscemus etiam & conclusiones.

Confir. 1. *Secundo.* *Tertio.*

Superest vt argum. satisfaciamus Ad primum quidem admittimus propositionem de causa non applicata, seu potestate, non autem de causa actu siue applicata: nam causa in actu, & effectus in actu sunt simul tempore, & ita cum in demõstratione propositio, & assumptio sumantur vt causæ ad inferendam conclusionem applicatæ, cognitio propositionis, & assumptionis, non

Ad 1. argu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

erit prior, sed simul tempore cum cognitione conclusionis. *Ad secundum* dicimus multa, vt multa sunt non posse simul intelligi, at si multa sub ratione vnius considerentur nihil obstat quo minus vna, & eadem actione intelligi possint. *Ad tertium* respond. huiusmodi hominem comparatum fore veram scientiam concluf. Neq; sequitur in eodem esse simul scientiam, & errorem, quia scientia adueniente errore circa eandem conclusionem, statim euanescit, quemadmodū luce nostrū hemisphærium irradiante statim tenebræ dissipantur. *Ad quartum* respond. Arist. intelligendum esse, vel quando est aliquod impedimentum ad inferendam cōclusionem, vel quando habitudo inter præmissas, & conclusionem, ad eandem inferendam ignoratur.

Ad quintum aimus, actiones quæ per motum comparantur, in duplici esse differentia, nam quædam sunt instantaneæ, quæ simul fiunt & factæ sunt, cuiusmodi est illuminatio, simul namque aer illuminatur, & est illuminatus: aliæ vero sunt quæ in tempore efficiuntur in quibus fieri præcedit factum esse In actionibus igitur primi generis, optime potest vna, & eadem res esse in via simul, ac termino, nequaquam tamen id in actionibus secundi generis effici potest, cum in eis aliud sit calefieri, & aliud calefactum esse, calefieri enim, actio est antecedens hoc quod est calefactum esse. Cum itaque actio intellectus sit actus primi generis (instantanea nimirum) non erit rationi dissonum, asserere illum esse in via intelligendi dum principia intelligit, in termino vero cum primum conclusiones cognoscit.

Ad sextum respond. propositionem posse intelligi, vel in ordine ad res significatas proprietates, vel in ordine ad tempus in quo illæ proferuntur, si primo modo intelligatur, vera certe est, nam quemadmodum ore proferimus omnem hominem esse animal particeps rationis, ita quoque id ipsum mente concipimus: si vero secundo modo intelligatur, est omnino falsa, potest enim intellectus multa simul tempore, (ob eius eximiam in cognoscendo vim & facultatem) intelligere: at lingua aliaque loquendi instrumenta nequeunt multa simul tempore proferre, maxime cum tempore, ac illius differentias sint subiecta.

Ad septimum respond præmissas & conclusionem, iuxta naturam propriam habere species, at vero vt eandem constituunt demonstrationem, per vnam, & eandem speciem demonstrationis, repræsentari, & hac ratione cognoscitur conclusio simul cum præmissis, vt nimirum, per eandem speciem d. monstrationis repræsentatur.

Ad 3.

Ad 4.

Ad 5.

Ad 6.

Ad 7.

QVÆSTIO XI.

An eadem actione intellectus cognoscantur præmissæ & conclusio.

VLtimo sequitur vt num conclusio, & præmissæ eadem actione intellectus cognoscantur disputemus: nam non cognosci his argumentis confirmamus. *Primum.* Quæ cognoscuntur diuersis habitibus, diuersis quoque cognitionibus intelliguntur at principia, & conclusiones diuersis habitib. cognoscuntur vt auctor est Arist. 2. lib. posterior. c. 19 vltim. & 6 ethic. cap. 3. nam principia cognoscuntur per habitum intelligentiæ, conclusiones vero per habitum scientiæ, ergo principia, & conclusiones in demonstratione, non poterunt per eundem actum cognosci

1. Argum.

Secundum. Quæ cognoscuntur per discursum nequeunt eadem actione intellectus cognosci: sed præmissæ, & conclusiones cognoscuntur per discursum syllogisticum, in quo ab vno ad aliud progredimur, ergo non poterunt præmissæ, & conclusiones per vnam, & eandem actionem intellectus cognosci. Confirmatur propositio ex discrimine inter cognitionem simplicem & discursiuam interueniente, quia in simplici, per vnam actionem possumus multa intelligere, in discursiua vero debent multæ necessario interuenire.

2. Argum.

Tertium. Idem non potest esse causa sui ipsius sed cognitio præmissarum est causa cognitionis conclusionis, ergo non poterimus per eandem actionem præmissas, & conclusionem intelligere.

3. Argum.

In hac quæst. quidam in ea sunt sententia, & opinione vt arbitrentur conclusionem, & præmissas, diuersis actionibus in eodem temporis momento prænosci ab intellectu *Caterum* vt quæst. hanc explicemus, animaduertimus prius duobus modis posse aliquid clare, ac distincte cognosci, primo in se, ea nimirum ratione qua primo & per se terminat actionem intelligendi

Quorum. opinio.

1. Obseruat.

secundo in alio, eo scilicet pacto vt vno prius cognito, secundario aliquid aliud in eo intelligamus, vt Petrum aliquando cognoscimus in se, quando nempe illum facie ad faciem intuemur, aliquando vero in alio, vt cum illum in speculo contemplamur. *Rursus* sciendum erit præmissas in habitudine ad conclusionem, habere se, veluti lux ad colores, & speculum ad imaginem in eo relucentem sese habent ad eum namque modum quo adueniente lumine, colores in tenebris antea delitescentes oculis contemplandi obiiciuntur, ad eandem etiam rationem, præmissarum splendore illucescente, conclusio demonstrationis quæ prius obscura erat, manifesta, & conspicua ipsi intellectui efficitur. His adnotatis, has in quæstiones explicationem, subjicimus assertiones, quarum prima sit.

1. Obse.

1. Con. lu.

Si loquamur de cognitione conclusionis, vt in se cognoscitur, per aliam actionem distinctam illa intelligitur ab ea, qua præmissæ cognoscuntur. Cognoscuntur autem conclusio in se, quando in demonstra. propositis propositione, ac assumptione, sigillatim quoque ac seorsum, conclusio ipsa proponitur nam tunc temporis cognoscimus illam in se, subiectum, & attributum, distincte, ex quibus illa constituitur animaduertendo. *Confirmatur* in hunc modum conclusio. Dum assignamus aliquam demonstrat. singulis, eius præmissis, de conclusione sigillatim seorsumque propositis, alio certe actu propositionem, alio assumptionem, ac demum alio conclusionem cognoscimus: sed hoc pacto contingit conclusionem in se ipsa intelligi: cum ergo cognoscimus conclusionem in se, actione profecto illam intelligemus, ab ea valde distincta, ac diuersa, qua in præmissarum cognitionem deuenimus.

2. Conc.

Secunda conclusio. Quando conclusionem in alio (in præmissis nimirum) intelligimus, certum esse debet per eandem actionem numero, illam secundario intelligi per quam primo, & per se, præmissas cognoscimus: vt quando propositis propositione, & assumptione ibi sistimus, nec conclusionem inferimus, per eandem actionem numero per quam cognoscimus primo, & per se assumptionem secundario etiam in ipsa assumptione, conclusionem intelligimus. Confirmatur duobus argum.

Confir. primo.

Primum est. Quando vnum est ratio cognoscendi alterum, per eandem actionem vtrumque cognoscitur, vt quia lumen est ratio cognoscendi colores, per eandem actionem videmus lumen & colores, at præmissæ sunt rationes cognoscendi conclusionem: per eandem ergo actionem per quam præmissas cognoscimus, conclusionem quoque intelligemus. *Secundum argum.* Conclusiones continentur in præmissis, eo modo quo imago in speculo est contenta atqui per eandem actionē per quam cernimus speculum, imaginem etiam intuemur, ergo per eandem actionem per quam præmissas cognoscimus, conclusionem etiam intelligemus.

Secundo.

Reliquum est vt argumentis adductis satisfaciamus. Ad primum respon. in primis propositionem esse veram, nisi vnus habitus sit ratio alterum cognoscendi, at in demonstratione habitus intelligentiæ, siue principiorum, est ratio cognoscendi conclusionem: quare eodem actu per hos duos habitus principia, & conclusiones intelligemus: quemadmodum eadem actione videndi intuemur lumen, & colores, eo quod lumen sit ratio videndi colores. Ita respon. huic argu. Dominicus a Fland. q. 6. *lib. 1. arti. 1. Resp. deinde* ad assumptionem, principia duobus modis sumi posse, primo in se, & absolute sumpta, secundo ea ratione qua inferunt conclusionem, & in demonstratione ad illam colligendam applicantur. *Præterea* conclusio aliis quoque duobus modis sumi potest, primo vt in se & absolute consideratur, ea nimirum ratione, qua est quædam propositio actu, & formaliter à propositione, & assumptione distincta: secundo vero ea ratione qua in principiis relucet non alio modo quam eo, quo imago in speculo repræsentatur. Si principia, & conclusio, primo modo vsurpentur, non est dubium quin per diuersos habitus cognoscātur, principia per intelligentiam, conclusiones vero, per scientiam: si aut m accipiantur eadem secundo modo, nihil obstabit quominus per vnum ac eundem habitum nobis innotescant, & quia hoc secundo modo principia, & conclusiones in demonstra. collocantur, propterea poterant per eundem actum, & habitum cognosci. *Sed rogabis* aliquis quisnam sit huiusmodi habitus per quem in demonstratione simul principiorum, & conclusionum cognitionem assequimur est ne ille

Ad 1. argum. 1. Solu.

2. Solu.

Percontа.

Universidad de Deusto
Biblioteca

habitus scientiæ, vel potius intelligentiæ? Respon. primum, illum esse habitum scientiæ etenim quamuis principia absolute sumpta, nequeant per habitum scientiæ cognosci, eadem tamen vt in demonstr. ad inferendam conclusionem admouentur, & applicantur, optime per habitum scientiæ cognosci poterunt. Itaq; habitus scientiæ, primo, & per se, tantum feretur in conclusiones, ad præmissas vero cognoscendas, secundario etiam sese extendit: ea nimirum ratione qua illæ ad conclusionem in ra demonstrationem colligendam applicantur. Ita docet *D. Tho.* 11. q. 57. art. 2. ad 2. arg. *Respon.* præterea hunc habitum esse habitum intellectus, nam licet conclusio absolute sumpta, neque t per habitum intelligentiæ cognosci nihilominus ipsamet in quantum in præmissis intra demonstra. intelligitur medio habitu intelligentiæ per quem principia cognoscuntur, probe potest cognosci. Vnde hic habitus, primo, & per se, tantum feretur in præmissas, secundario tamen, sese ad cognoscendas conclusiones in præmissis diffunder. Hanc solutionem assignat Soncl. 6 meta. quæst. 10. solut 1. arg. *Ad secundum* respon. conclusionem sumi posse vel vt in se cognoscitur vel vt in præmissis intelligitur. Primo modo, discursus quo med o præmissas & conclusionem intelligimus non efficitur per eandem actionem: secundo vero modo cõclusio non cognoscitur in assumptione per discursum, sed per simplicem apprehensionem. Fatemur quidem nos progredi discurrendo etiam hoc secundo modo a proposit one ad assumptionem, verum cognita assumptione, absque vllo discursu per solum quendam simplicem intuitum, ferimur in conclusionem cognitam in principiis, quem admodum etiam in eadem facultate videndi, per eandem simplicem actionem, & speculum, & imaginem in eo splendentem, intuemur. *Ad tertium* dicimus, si conclusio sumatur vt in se cognoscitur, cognitionem præmissarum esse causam cognition s conclusionis: si vero accipiatur vt in præmissis intelligitur, id ipsum diffitemur non enim ex cognitione præmissarum, velut ex causa ortum habet conclusionis cognitio, quin potius vna ac eadem actione cognoscendi & præmissas & conclusionem in e s perspicimus, principiu primo, & ratione sui, conclusionem vero secundario, & ratione præmissarum.

Respon. O. Th.

2. Respon. Soncl.

Ad 2.

Ad 3.

CAPVT II.

De diffinitionibus scientiæ & demonstrationis.

ARGVMENTVM CAP.

SCientiæ & demonstrationis necessitate in superiori cap. explicata, iam in hoc de his duobus (illorum diffinitiones proponens) differit luculenter. Diuidit autem cap. in tres partes præcipuas, in quarum prima nobis scientiæ diffinitionem proponit, in secunda duas tradit diffinitiones demonstrationis, & tandem in vltima de principiis ex quibus debeat constari demonstratio, agit.

A. PLane autem ac perfecte rem scire quisque censetur, ac non sophistarum modo (qui in certis ac fortuitis continetur) quando causam, per quam res est, ita ipsius rei causam esse cognoscit, vt non posse omnino rem aliter habere credat. *B. Nam quod rem scire, scit tale quippiam quale dicimus, hoc argumento perspici potest: quod omnes qui aut reuera sciunt, aut se scire putant, ob id aut sciunt, aut scire se existimant, quod res ita se habere vti diximus, aut re vera, aut sua opinione ei no sunt. C. Itaq; res quæ sub scientiam cadit, ita est certa, vt omnino aliter esse non possit D. Ac sine aliud quidem genus sciendi postea dicemus nunc certum est, scire illum, qui demonstratione rem cognouerit. E. Demonstrationem autem vero, ratiocinationem qua scientiam gignere ob id dicitur, quod illa animo comprehensa statim rem scimus. F. Si igitur id est scire quod diximus, necesse est demonstratiuam scientiam ex iis sumptionibus constare, quæ & vera sint, & prima, & (vt sic dicam) immediata, & notiores, & priores denig, & causa conclusionis: nam si hæc sint omnia, fiet vt ac commodata sint ad id quod demonstratur, principia. Quanquam enim possit esse ratiocinatio, vt simul hæc non sint omnia, in demonstratione tamen*

tamen sunt necessaria: aliquin vt rem sciamus nunquam efficiet. G. Ac veras quidem esse propositiones propterea oportet, quoniam id scire non possimus, quod aliter habet atque putamus. Veluti quod diagonius quadrati, cum aliquo ex lateribus conuenire possit, cadere sub scientiam non potest. H. Primas vero, ac indemonstrabiles easdem illas esse oportet, quoniam nisi illas quidem perspectas & cognitas habere sine demonstratione possemus, si etiam ille demonstrationes probari possent. Nam ea quæ demonstratione concludi possunt, tum demum certe, ac non ex accidente sciuntur, cum est animo comprehensa eorum demonstratio. I. Sed etiam vt causa sint conclusionu & notiores, priores que, necesse est. Nam tum demum rem scimus, cum causam cognoscimus. At qui si causæ sint, necessario efficitur, vt priores sint & notiores: ac notiores quidem, non hoc tantum modo, vt verborum vis ac significatio intelligatur: sed etiam vt quod ita res habeat, cognoscamus. K. Dicuntur autem priora, & notiora duobus modis. Vt enim sunt alia quæ sunt natura ordine priora, alia quæ nobis, ita plurimum inter se differunt quæ omnino ac per se notiora, & quæ nobis magis nota sunt. Ac nobis quidem illa priora & notiora appello, quæ nostris sensibus magis obiecta sunt. Simpliciter autem ac per se, ea quæ sunt ab iis remotiora. Huius generis sunt res vniuersæ: illius res singulæ, quæ inter se res contrariæ sunt. Quod autem supra diximus, ex primis constare demonstrationem: id ita accipiendum est, vt ex propriis principiis constare eam intelligamus Prima enim & principia pro eodem sumo. Est autem principium demonstrationis, propositio, quæ ob id immediata dicitur, quoniam nulla est alia prior per quam ipsa confirmari possit. Propositio est enuntiationis pars altera, in qua vnum de vno enunciatur. Ac dialectica quidem propositio est, vtrauis sine vllo discrimine pars contradictionis, ad probandum aliquid sumpta. Demonstratiua autem, altera tantum, atque ea demum quæ est vera. Enuntiatio est omnis contradictionis pars vtrauis. Contradictio autem est contrariorum illa oppositio, in qua nihil quod vere medium sit reperiri potest. Huius pars vna affirmatio est, in qua vnum alteri attribuitur. Altera negatio, in qua vnum alteri detrahitur. Principia immediata quæ in demonstrationibus accipiuntur, in duo genera distribui possunt. Vnum eorum quæ quanquam demonstrari non possint non tamen ita aperta & per se manifesta sunt, vt necesse sit iam ante cognita esse ei qui artem aliquam discere velit: quas nos positiones appellamus. Altero genere continentur ea, quæ ita sunt per seipsa perspicua, vt non possint non esse omnibus multo ante cognita, ac perspecta, quam quicquam doceantur: quæ pronuntiata dicuntur. Nam cum huius generis res quædam sint tum vero in illu appellandu hoc nomine pronuntiatorum vti solemus. Sed & positiones rursus in duo genera diuiduntur: in hypotheses quas suppositiones appellemus, & in definitiones. At suppositiones quid sint sunt, cum alterutra pars enuntiationis, veluti aut esse aliquid, aut non esse sumitur. Definitiones vero sunt in quibus neutrum accipitur. Quanquam enim definitionum sunt positiones (id enim ab Arithmetico initio poni solet, vnitatem, verbi gratia, id esse quod per quantitatem diuidi non potest) suppositiones tamen esse non possunt. Neque enim idem est quid sit vnitas accipere, & esse in rerum natura vnitatem ponere. Quoniam autem ob id certo rem scimus, ac credimus, quia perceptam animo habemus ratiocinationem illam, quæ demonstratio a nobis paulo ante dicta est: omnia autem ratiocinationis vis posita est in iis ex quibus constat sumptionibus: illud certe necessario efficitur, huiusmodi principia, aut omnia, aut aliqua, non modo esse ante cognita, sed etiam multo magis, quam ea quæ ex ipsis concludun tur, scienda. Semper enim id magis scire oportet quod causa est vt tale sit alterum: Veluti, nobis semper charior est, cuius causa alterum amamus. Si igitur hoc principia efficiunt, vt & sciamus, & quin ita res habeat non dubitemus, illa necesse est multo a nobis melius intelligi quam quæ per ipsa concludantur. Atqui nemo aliis rebus maiorem fidem habet, quam iis quæ certo scit: si illas aut per demonstrationem, aut certa quatione non sciat. Quod tamen si erit, si ea non sunt nobis ante cognita, [illegible] unt nobis fidem rei quæ demonstratione [illegible] ditur. Plane enim necesse est credibiliora principia aut omnia, aut quædam, ipsa conclusione. Qui igitur per demonstrationem alicuius rei scientiam consecuturus est, eum necesse est non modo magis posse principia, eisque maiorem fidem habere quam rei quæ demonstratur: sed etiam omnino illi nihil debet esse credibilius, principiis: atque adeo nil certius esse debet quam horum principiorum contraria, talia esse, vt [illegible] quid ex iis concludatur, summam in scientiam atque ignorationem rei efficiat. Alioqui id [illegible] dicere non poterimus, scientem hominem [illegible] esse immutabilem, vt omnino labi, atque errare non possit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMENTARIA.

EXplicaturus Aristo. scientiæ, & demonstra. naturam, non aliunde quam à definitione exordiritur, inprimisque in prima parte cap. diffinitionem scientiæ his verbis perspicuum paronymum ita proponit.

Diffini. Scire.

A *Plane autem & perfecte, &c.* Scire est rem per causam intelligere, & ita rei causam esse vt illam aliter se habere non posse arbitremur. In qua diffinitione tres particulæ continentur, prima est cognitio rei per causam etenim vt nos perfecte, & non Sophistarum more, scientiam consequamur alicuius effectus, illum per analysim vsque ad prima principia, & prima elementa resoluere debemus vt Arist. 1. lib. Physico cap. 1. profitetur. Secunda particula est *rei causam esse* quæ ita est intelligenda. Ad scientiam de aliquo effectu comparandam, non sat est nouisse causam illius, vt res quædam est, verum etiam erit ipsamet causa ea ratione qua est applicata ad eum ipsum producendum præcognoscenda hoc enim pacto causam sub ratione & conceptu causæ intelligimus. Vltima particula est vt rem aliter se habere non posse arbitremur. Hanc Auerroes & B. Albert. Mag. ad causam per quam demonstratio progreditur referendam esse arbitrantur, nec enim sufficit ad alicuius effectus scientiam acquirendam causam eius quomodocunque nouisse & quod talis effectus causa sit perpectum habere, sed etiam cognoscendum erit, illam ita esse causam huiusmodi effectus, vt aliter se alia causa quam ea, ipsum nullo modo prouenire posse arbitremur. At vero D. Tho. & Themistius hanc particulam referunt ad rem quæ scitur, vt enim alicuius effectus scientiam consequamur non tantum nouisse debemus illius causam verum etiam de eo cognoscendum erit, vt nullo modo possit aliter se habere.

In expre. B. Albert. M. & Auerroi.

Interpret. D. Tho.

Confirm. præfat. diffi.

B *Nam quod rem scire, &c.* Confirmat Arist. hanc diffinitionem scientiæ esse accuratam, argumento à signo petito, omnes enim tam periti, quam imperiti, tunc temporis se scire arbitrantur, quando intelligunt causa, aqua deriuatur effectus. Quamquis sit latum discrimen, inter peritos & imperitos, quia periti, existimant se scire per propriam, & legitimam rei causam, & re vera sciunt eam: at vero imperiti quamuis existiment se veram rei causam apprehendisse, nequaquam tamen illam apprehenderunt.

C *Itaqueres, &c.* Postquam Aristo. egit de scientia, tradens nobis quid illa sit, diffinit quid sit illud quod sub scientiam cadit, vt interpretatur D. Tho. illud igitur, quod scitur, est quod ita est necessarium vt nulla ratione aliter se possit habere vt scimus triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis & hominem esse capacem disciplinę quæ sunt ita necessaria, vt aliter sese habere nullo modo queant.

D *Ac sitne aliud quidem, &c.* Postquam Arist. docuit scire esse rem per causam intelligere, concludit postea inuestigandum esse an præter hunc modum qui est rem per causam intelligere, possit alius modus sciendi assignari quæ verba referenda sunt ad demonstrationem per tam ab effectu: nam etiam scimus rem aliquam (vt causa) per suum effectum, verum deturne hic modus sciendi deinde inuestigandum erit, scilicet cap. 10. vbi de vtraque demonstratione, & modo sciendi, tam petito à causa, quam ab effectu erit disputandum.

2. Pars cap. 1. diffinitio demonstra.

E *Demonstrationem autem loco, &c.* His explicatis tradit Arist. in par. cap. duas diffinitiones demonstrationis, quarum prima petitura fine, altera vero à materia est deprompta quæ à fine petitur huiusmodi est, Demonstratio est syllogismus generans scientiam, hic enim est finis, & scopus, in quem tota pars analytica referri debet, vt nimirum perfectam rei scientiam consequamur.

1. Diffinitio demonstratio.

F *Si igitur idem scire, &c.* Secunda diffinitio est petita à materia. Demonstratio est ratiocinatio, constans ex veris primis & immediatis notioribus, prioribus, & causis conclusionis. Quæ diffinitio ex eo petitur à materia; quia propositiones ex quibus conflatur, tanquam ex materia demonstratio debent esse primę veræ, immediatæ, &c. at huius generis esse debere propositiones demonstrationis, ex alia diffinitione hoc modo poterimus demonstrare. Ad consequendam scientiam alicuius effectus debent esse propositiones veræ, primæ immediatæ, &c. sed finis demonstrationis est scientia, ergo constare debet demonstratio ex veris primis, immediatis, &c. Annotat tamen Arist. non esse prætermissam particulam illam, propriis, quia sub iis particulis traditis aperte ipsam poterimus intelligere.

Explicatur prima particula.

G *Ac veras quidem, &c.* Propositæ diffinitione, explicat Arist. singulas illius particulas. Prima est ex veris, quam conuenire demonstrationi, ita confirmat: id quod non est, vel illud quod est falsum, nulla ratione potest aliqua scientia comprehendi. aut illius esse causa, vt nulla ratione scire poterimus diametrum quadrati esse commensurabilem coste, vel hominem esse hinnibilem quia hoc est falsum, sed per demonstrationem nobis ipsis rerum scientiam haurimus, ergo demonstratio non ex falsis, sed ex veris tantum propositionibus componetur.

Explicatur quædam particula diffinitio.

H *Primas vero, &c.* Secundam & tertiam particulam, quæ sunt ex primis, & immediatis referre debemus, ad vnam, & eandem rem, alio & alio modo consideratam, propositiones etenim demonstrationis ea ratione qua nequeunt concludi per alias, vocantur immediatæ, id est medio carentes per quas concludi valeant, ea tamen quæ ex illis conclusiones in demonstra colliguntur, vocantur primę, quod intelligendum erit in demonstrationibus accuratissimis, in quibus prima rerum principia, & elementa proponuntur. Nam in aliis in quibus tantum principia proxima continentur, non debemus ex primis & immediatis. sed ex iis quę ex primis & immediatis fidem habent procedere, vt Aristo. 1. lib. topico cap. 1. profitetur, in quo loco diffinit demonstrationē ratiocinationem, constantem ex primis, & immediatis, vel ex iis quę a primis, & immediatis fidē habent: Confiandā autem esse demonstrationē ex huiusmodi principiis, ex eo licebit colligere quia si non constaret progrederemur infinitum: nam si hæc demonstratio non constat ex primis, & immediatis, sed probatur per aliam demonstrationem, & neque illa constat, ex primis, & immediatis, sed probatur per aliam demonstrationem, & neque altera tertia constat ex primis, & immediatis, sed per aliam demonstrationem confirmatur, in infinitū haud dubie progrederemur: Quare necesse est demonstrationem constare ex primis & immediatis.

Explicat tres vltimas particulas.

I *Sed etiam vt causa sint, &c.* Ante quam quartam, & quintam particulam explicet Arist. posterius exponit, eo quod ex illius explicatione, duæ earum aliarum particularum dependet explicatio. Confirmat igitur demonstratio em constare ex causis. quæ est vltima particula, ad hunc modū. Demonstratio est syllogismus generans scientiam, sed scire est rem per causam intelligere ergo demonstratio constabit ex causis conclusionis, ex qua particula duas alias antecedentes, ex prioribus nimirum, & notioribus, ita confirmat. Omnis causa prior est, & notior effectu, sed demonstratio constat ex causis conclusionis, ergo cō stare debet ex prioribus, & notioribus. Non solum ex notioribus iuxta nominis significationem, verum etiam, ex notioribus iuxta rei naturam, & essentiam.

Obser.

K *Dicuntur autem priora, &c.* Animaduertit tamen Aristo. duobus modis aliqua vocari priora natura, & nobis. Illa vocantur priora & notiora nobis, quæ sunt sensibus viciniora vt singularia, quia cū nostra cognitio ortum habeat a sensibus, illa nobis erunt notiora, quæ sensibus sunt viciniora, vt sunt singularia. Priora & notiora natura vocantur illa, quæ a sensibus sunt omnia vniuersa, vt homo animal, & substantia. Cum igitur his duobus modis aliqua priora, & notiora dicantur, demonstratio constabit ex prioribus, & notioribus natura, & non prioribus & notioribus nobis, quia constat ex subiectis, & attributis vniuersis, quæ iam esse priora natura exposuimus.

Obiectio.

L *Prima enim & principia, &c.* Respondet Arist tacitæ cuidam obiectioni, potest enim a quis aduersus posteriorem diffinitionem ita argumentari. Illa diffinitio est vitiosa, in qua aliqua particula necessaria prætermittitur, ed in hac diffinitione prætermittitur hæc particula necessaria, quæ est, constare demonstrationem ex principiis: ergo erit illa vitiosa diffinitio. Huic obiectioni respondet Aristo. non esse prætermissam hanc particulam, eo quod illa intelligenda sit sub secunda particula, quæ est ex primis, quia primum in vnoquoque genere, & principium, sunt vnum: & idem.

Traduntur quædam diffinitiones.

M *Est autem principium, &c.* Ex hac obiectione desumpta occasione Aristo. in postrema parte capitis disputat de principiis demonstrationis, proponens diffinitionem tradens diuisiones, & nonnulla theoremata. Diffinitio est. Principium est propositio immediata, id est propositio quæ caret medio, per quod possit demonstrari: vt est hæc propositio. Omne totū est maius sua parte.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Propositio vero diffinitur quædam pars, id est species enuntiationis, in qua vnum dicitur de altero, id est, attributum effertur de subiecto, quæ duplex est, Dialectica & demonstratiua. Dialectica vtramque partem contradictionis, aicutem scilicet, & negantem suscipit explicandam, demonstratiua vero, tantum vnam partem, veram scilicet, & necessariam, proponit. Enuntiatio est contradictionis vtraque pars, id est, enuntiatio quædam est afiens, alia negans. Tandem contradictio diffinitur propositio in qua nullum medium reperitur, vt homo, non homo, leo, non leo, quia inter hominem, & non hominem, nullum est medium. Hæc omnia sunt à nobis breuiter proposita quia 1. lib. priorum cap. 1. & 1 lib. de interp. fuerunt vberius enarrata.

Proponuntur quædam de propositiones, premissa.

N *Principia immediata, &c.* Proposita diffinitione principii proponit Arist illius diuisiones quarum prima est. Principium aliud est positio, vt thesis, & aliud axioma, vt pronuntiatum. Positio diffinitur principium immediatum, quod tamen non est ita apertum vt non egeat aliqua explicatione, cuius generis sunt principia priuata cuiusq; artis, vt in Dialectica est principium. Diffinitio conuertibi debet, cum re diffinita. Axioma est principium ita omnibus notũ, vt neque per demonstrationem confirmari queat neq; vlla egeat explicatione, vt sunt hæc principia. Omne totum est maius sua parte & si ab æqualibus æqualia demas, quę supersunt eruot æqualia nam cognitis terminis, siue vlla probatione, vel explicatione huiusmodi principia cognoscuntur.

...uisf.

O *Sed & positiones, &c.* Secunda diuisio est, positiones quædam vocantur hypotheses, vel suppositiones, aliæ vero dicuntur diffinitiones. Hypotheses sunt, positiones quæ significant rem esse, vel non esse. veritatem vel falsitatem, vt est hæc propositio in Geometria. Omnes lineæ ductæ à centro ad circumferentiam in circulo, sunt æquales: nam hæc propositio significat rem esse, & veritatem. Diffinitiones vero sunt positiones, quæ non explicant rem esse, vel non esse, veritatem vel falsitatem vt est hæc diffinitio, animal particeps rationis.

P *Quoniam autem ob id, &c.* Tandem proponit Aristo. tria theoremata ad principia demonstrationis spectantia. Primum est. Principia in demonstratione debent esse notiora, vel veriora, & certiora conclusio

1. Theo.

ne, quod theorema ad hunc modum confirmat Aristo. Propter vnum quodque tale, & illud magis debet esse tale, sed in demonstratione conclusiones, & principia, sunt nobis nota, & certa, & conclusiones sunt notæ, & certæ propter præmissas, ergo præmissæ erunt certiores, & notiores conclusione. Propositionem exemplo quodam confirmat Aristo. Diligit pater discipulum, diligit quoque & magistrum, & diligit magistrum propter discipulum, igitur multo magis diliget discipulum quam magistrum iam igitur propter vnum quodque tale & illud magis debet esse tale. Assumptionem autem ita possumus suadere in omni ratiocinatione, conclusio est nobis nota, & certa propter præmissas: sed demonstratio est quædam ratiocinatio: ergo in demonstratione conclusio erit certa & nota propter præmissas. Adhibet tamen Arist. hanc particulam *aut in omnibus, aut in quibusdam*, principia esse certiora, & notiora conclusione. Quæ verba ita sunt interpretanda In Mathematicis disciplinis in omnibus demonstrationibus principia sunt notiora conclusione, nos enim multo melius cognoscimus in his attributis principia, quã conclusiones: in quibusdam vero, vt in Philosophia naturæ, quamuis aliquando sint principia notiora conclusione, aliquando tamen conclusio est nobis notior, vt in illa demonstratione, in qua concludimus lunam pati ecclipsim, eo quod terra est interposita inter solem & ipsam, conclusio nobis est notior principiis, visu enim intuemur lunam pati ecclipsim, non tamẽ terram esse interpositam inter solem & ipsam conspicamur.

Q *Si igitur hæc principia, &c.* Secundum theorema Principia debent esse cognita ante conclusionem. Hoc ita confirmare possumus. In demonstratione conclusio nobis cognita: ergo si non essent antea cognitæ præmissæ sequeretur vt quod est minus notum, & certum, esset cognitum, & quod est certus & euidentius, esset ignotum quia conclusio quæ est minus nota, & certa, esset cognita, & principia quæ sunt certiora, & notiora essent incognita, hoc autem est omnino absurdum, erit igitur verum theorema, scilicet in demonstratione ante conclusionem cognoscendas esse præmissas, quod ad hunc modum fieri debet, si in demonstratione aliqua principia media

2. Theo.

ta fue-

ta fuerunt contenta, debent illa prius per aliam demonstrationem per quam concludamus talem propositionem cognosci. Si vero in ea principia immediata fuerint comprehensa, cognosci debent alio longe nobiliori modo quam per demonstrationem, nimirum per habitum primorum principiorum: nam beneficio huius habitus, principia immediata sunt à nobis cognoscenda.

3. Theo. R. *Qui igitur per demonstrationem, &c.* Tertium theorema, ille qui scientiam sibi comparat per demonstrationem, debet esse ita affectus ad illius principia vt eis nihil verius esse arbitretur, & contrariis principiis nihil falsius posse reperiri existimet, quod theorema ita poterit confirmari, ille qui aliquid scit per demonstrationem, debet ita firmiter inhærere illius principiis vt omnino sit immutabilis circa ea, sed qui est immutabilis circa aliqua principia, debet ita esse dispositus, vt nihil verius eis esse arbitretur, & nihil falsius posse reperiri quam sint contraria principia: ergo ille qui scit debet esse ita affectus ad principia demonstrationis, vt illis nihil verius esse arbitretur, & contrariis nihil falsius esse existimet. Nonnulla poteramus in hoc cap. obseruare verum quia omnia illa in disputationibus proponentur, hoc loco ne eadem semper repetamus omisimus: ac proinde nulla erunt in hoc cap. scholia subjicienda.

Disputatio in ea quæ ab Aristotele in hoc cap. 2. de demonstratione tradita fuerunt, vnica sectione comprehensa.

Argvmentvm.

MVltæ, eæque grauissimæ quæstiones se offerunt hoc loco de demonstratione, scientia, & propositionibus immediatis profligandæ, ac proinde boni consulent candidi lectores, si in hoc cap. & quæstio. paululum immoremur. Sit igitur 1. quæst.

Quæstio prima, Sintne vera ea quæ tradita sunt ab Arist. in hoc cap.

ANtequam ci ca ea quæ de scientia demonstratione, & principiis sunt tradita ab Aristo. grauiores quæst propo amus explicandæ erunt in hac quæstione nonnullæ dubitationes. in quibus videtur Arist. agens de notioribus nobis, & natura, cum his quæ alio loco sunt ab eo explicata sibi non obscure aduersari. *Prima est* aduersus diuisionem qua diuidit notius in illud quod est nobis, & natura notius, videtur enim hæc diuisio in tractatione de demonstratione esse minus accommodata, quia omnis demonstratio per suam causam progreditur, est enim syllogismus generans scientiam & scire nihil aliud est quam rem per causam intelligere: sed omnis causa est prior, & notior natura sua est ipsa, ergo omnis demonstratio constat ex iis quæ sunt notiora natura, & ita in demonstratione non est tradenda diuisio notioris in illud quod est nobis, & natura notius. *Secunda est* Aristo. 1. phys. cap. 1. in quit eadem esse nobis & natura notiora, at vero in hoc cap.

1. Difficul.

1. Diffi.

distinguit notiora in ea quæ sunt nobis, & natura notiora, sibi ergo ipsi repugnat. *Tertia est* in eodem 1. phys. cap. 1. constituit Arist vniuersa esse notiora nobis, singularia autem notiora natura, hic vero contrarium docet singularia scil cet, esse notiora nobis, vniuersa vero esse notiora natura, sibi igitur aduersatur. *Quarta est.* Arist. in eodem 1. phys docet esse nobis innatam viam vt progrediamur à notioribus nobis ad notiora natura, non igitur accommodate docet in hoc cap. in demonstrationibus progrediendum esse à notioribus natura. *Quinta est.* Principium est propositio, sed diffinitio non est propositio, cum non constet verbo, sicuti propositio, ergo diffinitio non erit principium, vt Aristo. profitetur.

3. Diffi.

4. Diffi.

5. Diffi.

His tamen difficultatibus nihil impedientibus, asserendum erit ea quæ ab Arist. in hoc cap. tradita fuerunt verissima esse atque ita sigillatim & seorsum erit his difficultatibus satisfaciendum. *Ad primam*

Universidad de Deusto
Biblioteca

respondemus duplicem esse causam vnam in cognoscendo, vt fumus est causa ignis, & alteram in essendo, vt idem ignis est causa calo is. Illud etiam adnotandum erit duplicem esse demonstrationem vnam à priori, vel propter quid: & alteram à posteriori, vel quia, quæ duo genera demonstrationis ex eo differunt, quia demonstratio propter quid, proceditur per causam in essendo, demonstratio vero quia, per alteram in cognoscendo. Dicimus igitur omnem demonstrationem progredi per causam, vel in essendo, vel in cognoscendo, negandum tamen erit, omnem causam esse priorem suo effectu, & notiorem, sed solam causam in essendo, quia causa in cognoscendo, posterior est natura suo effectu, & nobis notior, vnde accommodata est distinctio inid quod est nobis, & natura notius. *Ad* secundam respondemus a materia sensili, & quæ progrediuntur per causam formalem, vt sunt mathematicæ, eadem esse nobis & natura notiora. In illis enim causa, & secundum suam naturam, & nobis, notior est suo effectu: in aliis vero quæ non abstrahunt à materia ensili, vt sunt res naturales, non esse eadem nobis & natura notiora, in illis enim effectus notior est nobis sua causa, hæc vero est notior natura suo effectu. Quare alia erunt nobis & natura notiora, Arist. vero 1 physic. iuxta primum modum hoc vero iuxta secundum est loquutus. *Ad tertiam* respondemus ipsam ortum habere ex ambiguitate huius vocis, *singulare*, & ex duplici facultate cognoscendi quæ in nobis reperitur, vna sensus & altera intellectus. Est enim hoc nomen singulare ambiguum, aliquando enim significat singulare certum, vt Petrum: & aliquando significat minus vniuersum, vt 2. lib. de demonstrat. cap. 14. cum inquit Arist. facilius esse diffinire singularia, idem significat quod minus vniuersa hæc enim facilius diffiniuntur quam magis vniuersa. In hoc igitur loco singulare sumpsit pro singulari certo, agitque de vtraque cognitione, tam sensus quam intellectus. Voleritaque sibi dicere, singularia certa, cognitione sensus, sunt notiora nobis quam vniuersa cognitione intellectus. Quia cum cogaitio sensus prior sit cognitione intellectus, singularia quę per sensum apprehenduntur, notiora nobis erunt quam vniuersa, quæ à solo intellectu apprehendi possunt. Primo autem lib. physico iam psit singulare pro minus vniuerso tantumque de cognitione intellectus est loquutus, est enim in illa hic ordo obseruandus vt attributa vniuersaliora prius apprehendantur, quam minus vniuersa, nam in homine verbi gratia prius apprehendimus attributum entis quam substantiæ, & substantiæ quam corporis & hc de alis & ita vniuersaliora sunt nobis notiora singularibus, quia prius per intellectum apprehenduntur quam singularia, hoc est minus vniuersa alii dicunt, cognitione confusa, singularia esse prius nobis cognita magis vniuersis, cognitione vero distincta, vniuersaliora esse notiora nobis, quia cognitio distincta singularium, à cognitione distincta magis vniuersorum dependet. Est igitur de cognitione confusa locutus in hoc cap. Aristo. de distincta, vero 1. phys. *Ad quartum* respondemus Arist. 1 lib. physico locutum fuisse de cognitione rerum naturalium, in quibus sæpissime ab effectu progredimur ad causas, & quia effectus sunt notiores nobis suis causis, ideo erit in illis à notioribus nobis ad notiora natura progrediendum. At in hoc cap. locutus est de cognitione rerum mathematicarum, in quibus exactissimæ demonstrationes reperiuntur, in illis enim progrediendum erit à notioribus natura ad nobis notiora quia progredimur a causa in essendo quæ certe prior natura est suo effectu. *Ad quintum* respondemus diffinitionem per se sumptam neque esse principium neque propositionem, sumptam tamen cum re diffinita, esse principium demonstrationis, & propositionem, quia diffinitio cum re diffinita est aliqua ex sumptionibus demonstrationis, sumptio autem & est propositio, & principium. De his dubitationibus consulte D. Th.

Ad secundam diffi.

Ad tertiam diffi.

Ad 4.

Ad 5.

QVÆSTIO II.

Sitne optime tradita scientia diffinitio.

NOnnulla sese hoc loco offerunt argumenta ad esse diffinitionem scientiæ, quæ erunt in hoc loco à nobis antequam vlterius progrediamur dissoluenda

Primum est. Si scientia esset cognitio rei, ergo causam sequeretur in sciendo progressum in infinitum esse admittendum, qui certe admitti neq aquam debet. Confirmatur propositio, quemadmodum scimus effectum ita quoque scimus causam illius effectus, ergo si scientia est cognitio rei per causam, cognoscemus causam per aliam causam, & iliam per aliam, & sic progrediemur in infinitum.

1. Argu.

2. Argum. *Secundum est.* Quælibet demonstratio generat scientiam, vt constat ex prima illius diffinitione, sed aliqua demonstratio non progreditur per causam, sed per effectum, vt est demonstratio à posteriori, ergo non omnis scientia est cognitio rei per causam.

3. Argum. *Tertium* est si scientia esset cognitio rei per causam, de illis non esset scientia, quæ nullam habent causam, sed ens rationis nullam habet causam: quia si haberet esset ens rei, vt quando de eo egimus docebamus. Ergo de ente rationis non esset scientia, atqui hoc falsissimum est, cum dialectica quæ versatur in eo, sit vera scientia, ergo scientia non est cognitio rei per causam.

4. Argum. *Quartum* argumentum est De Deo Optimo Maximo datur vera scientia, vt Theologia, & Metaphysica. sed Deus nullam habet causam: ergo scientia non erit cognitio rei per causam. *Quintum* Philosophi, & Astrologi habent veram scientiam grandinis niuis, & aliorum effectuum naturalium, sed hæc possunt aliter de habete vt est apertum, ergo illud quod scitur non recte diffinitum est, esse quod aliter se habere nullo modo potest. *Sextum.* In Deo Optimo Maximo & in Angelis datur vera scientia sed neq; Deus neq; Angeli sciunt rem per causam, ergo scire non est rem per causam intelligere. Confirmatur assumptio. Qui cognoscit rem per causam discurrit, at neque Deus neque Angeli discurrunt, ergo non cognoscunt rem per causam.

5. Argum.

6. Argum.

7. Argum. *Septimum.* Quidquid habet diffinitionem potest habere proprietates, quæ de illo concludantur, sed scientia habet diffinitionem, ergo potest habere proprietates quæ concludantur de ea tum vlterius progredior, de omni eo de quo concluduntur proprietates, potest esse scientia, sed de scientia concluduntur proprietates, ergo de scientia poterit esse scientia Præterea rogandum erit de hac secunda scientia, an sit de ea scientia necne? nam cum sit scientia, obtinebit diffinitionem, & proprietates & ita de illa erit scientia, per aliam scientiam, vnde abibimus in infinitum, quod cum sit absurdum, scientia nullam obtinebit diffinitionem.

Octauum. Si scientia esset cognitio rei per causam fieret vt habitus scientiæ esset longe nobilior habitu primorum principiorum, hoc autem esse falsum ostendemus deinde, ergo scientia non erit cognitio rei per causam. Confirmatur propositio. Per habitum primorum principiorum, cognoscimus causas, per scientiam vero causam & effectum, quia scire est causam & effectum cognoscere: sed nobilius est cognoscere causam, & effectum quam solam causam. Ergo si scientia esset cognitio rei per causam, sequeretur illam esse nobiliorem habitu primorum principiorum.

8. Argum.

Hu tamen non obstantibus, sic pro explicatione huius quæstionis hæc conclusio. *Hæc* diffinitio scientiæ proposita ab Aristot. optima est &, accurata, hanc, & illius testimonio, & non omnium dialecticorum suffragis, veram esse possumus confirmare quam etiam in hunc modum suademus *Illa* diffinitio est optima, cuius particulæ rei diffinitæ conueniunt, sed particulæ propositæ in hac diffinitione cõueniunt scientiæ, ergo erit optima, & accurata diffinitio. Minorem propositionem singulas particulas percurrendo ita possumus confirmare *Primam* quæ erat (rem per causam intelligere) ita confirmamus. Scientia est cognitio rei certa, sed scire aliquid certo, est rei causam intelligere ergo scientia erit cognitio rei per causam. *Secundam* particulam, quæ est (& ita rei causam esse, id est, causam esse applicatam effectui) ita suademus. Scientia est cognitio rei distincta, non obscura, neq; confusa sed quando cognoscimus effectum per causam, non applicatam, cognoscimus confuse, quando vero per causam applicatam cognoscimus distincte, ergo in scientia cognoscere debemus causam esse effectus causam. *Tertiam* particulam quæ est (vt rem aliter se habere non posse credamus) confirmamus hoc modo Scientia est cognitio rei infallibilis, sed illud quod aliter se habere potest, est fallibile, ergo scientia debet esse eius quod aliter se habere non potest.

Vnica concl.

Confirm. assumpt. Quo ad primam. Quo ad secundam.

Quo ad tertiam.

Sunt qui hanc aliam diffinitionem proponant. *Scientia est habitus verus, certus, & euidens, ex propriis rei causis genitus.* In qua diffinitione habitus habet locũ generis, scien-

Quædam alia diffinitio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia enim in genere habitus continetur, reliquæ particula habent locum differentiæ. *Secunda* est verus per quam particulam separatur scientia ab errore, qui est cognitio quædam falsa. *Tertia* est certus per quam ab opinione, quæ est habitus intertus, secernitur. *Quarta* est (euidens) per quam à fide, quæ est habitus ineuidens, longo distat interuallo. *Quinta* est (*Genitus ex propriis rei causis*) quæ ipsam ab habitu principiorum distinguit, qui quamuis sit certus, & euidens, non tam generatur ex propriis rei causis, sed ex simplici cognitione terminorum.

Animaduertendum est tamen, hanc diffinitionem non esse diuersam ab ea quæ traditur ab Arist. sed esse quandam illius explicationem, quia particula illa cognoscere quæ proponitur in diffinitione Aristo. non est intelligenda secundum actum, sed secundum habitum, reliquæ particulæ (*Rem per causam cognoscere, & ita rei causam esse, &c.*) idem significant quod habitus verus, certus, & euidens: nam qui rem per causam, cognoscit, cognoscitq; esse eam illius causam, certo, & euidenter, eandem necesse est vt cognoscat.

Ad 1. Argu. *Iam* ad argumenta. Ad primum respondemus falsam esse propositionem, ad cuius confirmationem dicimus, per scientiam vere & proprie dictam tantum cognosci effectus & non causas, nam causæ per habitum primorum principiorum sunt nobis notæ, & ita non erit progressus in infinitum, quia scientia sistimus in cognitione causæ, neque vlterius abimus, causam vero deinde non proprie scimus, sed communiquadam ratione vt scire, & cognoscere aliquid infallibiliter, vnum & idem significant, per habitum scilicet primorum principiorum.

Ad 2. *Ad secundum* quidam respondent etiam in demonstratione à posteriori nos progredi per causam in cognoscendo, quamuis non pregrediamur per causam in essendo, quia in diffinitione scientiæ vtraque causa, tam in essendo quam in cognoscendo intelligi debet. Alij dicunt demonstrationem à posteriori vere, & proprie non generare scientiam, sed solam demonstrationem à priori & ita non cognoscimus in ea rem per causam sed per effectum, quia per eam proprie nihil scire possumus.

Ad 3. *Ad tertium* respondemus ens rationis, directe, & per se, non habere causam efficientem quam si haberet esset ens rei, quemadmodum in eodem loco diximus luculenter, habere tamen causam formalem, quæ nihil est aliud quam ratio ob quam aliquod attributum de ente rationis, prædicetur & ita esse in multis est causa formalis (id est) ratio ob quam prædicari de multis conueniat vniuerso: nam ex eo vniuersum dicitur de multis, quia est in multis, in diffinitione vero scientiæ, nomine causæ, omne genus causæ intelligimus, & non tantum causam efficientem.

Ad 4. *Ad quartum* respondemus in Deo non esse causam efficientem, vel finem, aut materiam, esse tamen aliquo modo causam formalem id est rationem quandam, propter quam vnum ex attributis, de ipso ratione alterius prædicetur quemadmodum æternitas prædicatur de Deo, propter immutabilitatem: quia ex eo Deus est æternus, quia est immutabilis, & potestas infinita dicitur de Deo, quia est actus purus, & hęc causarum genera, ad scientiam alicuius rei consequendam sufficiunt: verum hanc eandem dubitationem inferius quando agemus, num in demonstratione progredi debeamus per veras & reales causas, an tantum per causas in cognoscendo, proponemus.

Ad 5. 1. Solutio. *Ad quintum* respondemus inprimis, in hac diffinitione tantum esse diffinitum obiectum quod scitur in scientiis accuratissimis, in illis enim vt sunt mathematicæ, obiectum ita est necessarium, vt aliter se habere nullo modo queat. *Verum* tamen respond tribus modis aliqua aliter se habere non posse. Primo neque per potestatem naturalem, neque per supernaturalem vt hominem esse animal particeps rationis. 2. Solutio. Et veri. *Secundo* per potestatem naturalem, non tamen per supernaturalem, vt hominem esse risibilem, nam per naturam non potest non esse risibilis, quamuis per facultatem supernaturalem, possit non esse. *Tertio* regulariter, & vt in plurimum: vt hominem nasci cum quinque digitis, & in æstate tempus incalescere in hieme vero rigere. Ad scientiam igitur necesse est vt obiectum non possit aliter se habere, aliquo ex iis tribus modis, neque enim est necesse, vt omnes scientiæ in obiecto necessario, ex æquo versentur, hoc enim fieri nulla ratione potest, & ita Philosophia & Astrologia per

quas

quas in æstate futuram grandinem, vel colorem cognoscimus, versantur in obiecto quod aliter se habere non potest, regulariter, & vt in plurimum loquēdo respon. tandem, hæc omnia secundum existentiam aliter se posse habere non tamen iuxta habitudinem ad sua principia, & proprietates, qua ratione in Philosophia naturæ contemplatur.

Ad 6. *Ad sextum* respondemus longe aliud esse cognoscere effectum ex causa, & eundem in causa nouisse: quia cognoscere effectum ex causa, est ex cognitione causæ, in cognitionem effectus deuenire, cognoscere vero ipsum in causa, est per actum per quem cognoscimus causam effectum quoq; cognoscere, ille igitur qui cognoscit effectum ex causa discurrit: qui vero cognoscit illum in causa, non discurrit, quare neque Angeli, neque Deus discurrunt, quia effectum non ex causa, sed in causa cognoscunt.

Ad 7. *Ad septimum* respondemus conscientiam in communi esse illam quæ diffinitur, & de qua concluduntur proprietates & de qua quoque est scientia, verum hæc secunda scientia per quam primam illam communem scimus neque diffinitur, neque habet proprietates, neque scitur primo, & per se, quia est singularis, & singularium primo, & per se, neque scientia, neque diffinitio esse potest, vnde non sequitur progressus in infinitum, quia sistimus in scientia, communi & generali quæ scitur, & diffinitur.

Ad 8. *Ad octauum* respondemus falsam esse propositionem, ad confirmationem dicimus, per scientiam tantum cognosci effectum, & non causam, conclusionem, & non præmissas, quia causæ, & præmissæ, per solum habitum primorum principiorum cognoscuntur, vnde quādo diximus scire esse rem per causam intelligere, non est ita intelligendum vt per scientiam causam, & effectum cognoscamus, sed vt quotiescunq; rem aliquam scimus, debeamus quoq; causam, & effectū nouisse, per diuersos tamen habitus, causam nimirū per intelligentiam, & conclusionem ipsam per scientiam.

QVÆSTIO III.

Sitne accurata prima diffinitio demonstrationis.

DEmonstrationem duabus diffinitionibus vnam à materia, & alteram à fine petitam diffinierat Arist. quas æquum est vt in his quæstionibus sintne rectæ, vel vitiosæ examinemus, inprimisq; illam quæ à fine petitur, quæ ita habet (syllogismus generans scientiam) non esse accuratam, in hunc modum suademus.

1. Argum. *Primo*. Illa diffinitio est vitiosa quę competit alteri à re diffinita, sed hæc diffinitio est huiusmodi, competit siquidem obiecto, & intellectui: nam scientia generatur ab obiecto immittente species, & ab intellectu agente illuminante phantasmata, tum à patibili, species intellectiles recipiente, ergo hæc diffinitio erit vitiosa.

2. Argum. *Secundo*. Scientiæ inter se finibus differunt, sed finis scientiarum speculatiuarum est scire, & contemplari veritatē, vt author est Arist. 2. lib Met. ca 1. ergo non erit hic finis demonstrationis, & partis analyticæ.

3. Argum. *Tertio* effectus nulla ratione potest esse causa, sed scientia est effectus demonstrationis, ergo non erit finis illius, & ex consequenti neque causa, cum omnis finis sit causa.

4. Argum. *Præterea* ens rei, non potest esse effectus entis rationis, quia causa aut est maioris, aut æqualis entitatis cum effectu, at vero ens rationis, est minoris entitatis quam ens rei; sed scientia est ens rei, continetur enim in categoria qualitatis, demonstratio vero est ens rationis: nam est instrumentum Logicum. Ergo scientia non poterit esse effectus productus à demonstratione.

5. Argum. *Iam* In Deo & Angelis, vera scientia reperitur, atqui illa non est acquisita per demonstrationem, nam in demonstrante includitur discursus, qui neq; in Deo, neq; in Angelis potest reperiri: ergo scientia non erit effectus productus à demonstratione

6. Argum. *Iterum*. Hæc argumentatio nec ssaria. omne animal est substantia, omnis homo est animal, igitur omnis homo est substantia, generat scientiam: nam generat certam, & euidentem cognitionem, sed apertum est illam non esse demonstrationem: ergo scientia non erit effectus à sola demonstratione productus.

7. Argum. *Postremo*. In argumentatione necessaria cognoscimus conclusionem per præmissas, sed præmissæ sunt causæ conclusionis, ergo quoque in argumentatione necessaria, cognoscimus effectum per suam causam.

1. Concl. *Sit* tamen in explicationem prima conclusio. Prima diffinitio demōstrationis, ni-

mirum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mirum, *Syllogismus generans scientiam*, optima est, & accurata, ita enim & ab Arist. & à communi omnium Dialecticorum consensu fuit demonstratio definita. Iam illa diffinitio est accurata, quæ petitur ex aliquo genere causæ, sed hæc diffinitio est huiusmodi nam petitur a generatione scientiæ, in quam tanquam in finem omnis Demonstratio reuocatur, erit igitur optima & accurata diffinitio.

2. *Conclus.* *Secunda* conclusio. Hæc diffinitio apud Dialecticum est essentialis apud Metaphysicum vero accidentaria, vt hanc facilius intelligere possimus animaduertendum erit, ex D. Tho. aliquid nuncupari essential apud Dialecticum, quod apud Metaphysicum nequit ita vocari, quod certe ortum habet ex diuerso vtriusq; instituto. & ex diuersa ratione res ipsas pertractandi quicum dialecticus de rebus agat iuxta rationem subiecti, vel attributi, illud omne dicet esse essentiale, quod poterit respondere ad interrogationem effectam per quid, hæc siquidem interrogatio de sola rei natura, & essentia fieri solet, & quia ad hanc interrogationem, per omnia quatuor genera causarum possumus respondere (Si enim quis interroget quid est homo per materiam respondebimus, esse animal constans corpore, ex quatuor elementis, & humoribus compositum, per formam esse animal constans anima compote rationis. per finem esse animal ad beatitudinem assequendam productum, & tandem per efficientem, esse animal à Deo optimo maximo procreatum. Ob hanc causam apud Dialecticum, quatuor genera causarum erunt de essentia rei, ac perinde quælibet diffinitio quæ ex illis postulabitur, essentialis nuncupabitur. cæterum quia Metaphysicus, non ita agit de rebus, sed sub ratione entis, id est, vt habent essentiam, illa tantum appellat essentialia, quæ sunt nata rem intrinsece, & secundum essentiam constituere, qualia sunt genus, & differentia, materia & forma. reliqua vero extrinseca, etiam si fuerint causæ, vt sunt efficiens, & fines, non vocat essentialia. sed accidentalia Hoc igitur sic constituto, confirmamus in primis hanc diffinitionem apud Dialecticum esse essentialem Illa diffinitio apud hunc artificem est essentialis, quæ traditur per aliquod genus causæ, sed hæc diffinitio est huiusmodi: nam traditur per scire, qui est finis demonstrationis, ergo erit diffinitio essentialis. Rursus non esse apud Metaphysicum ita vocandum, constat aperte: quia scientia per quam traditur hæc diffinitio, non est intrinseca demonstrationi, neque enim est pars, vt genus, vel differentia, illam componens.

Ad 1. Argu. Solutio. *Superest* vt argumenta quæ in initio proposuimus dissoluamus. Ad primum respondemus in primis non conuenire totam diffinitionem, obiecto, & intellectui, quia in illa genus est syllogismus. differentia generare scientiam, at neque intellectus, neque obiectum sunt syllogismi. *Respon.* deinde scientiam fieri ab obiecto & intellectu tanquam à causis præcipuis, a demonstratione vero tanquam ab instrumento. quia intellectus demonstratione tanquã instrumento ad aliquid sciẽdum accommodato, maxime vtitur: in proposita vero diffinitione generare scientiam, non est intelligendum de causa præcipua, sed de illius instrumento. & ita non conuenit & hæc diffinitio obiecto, vel intellectui.

Ad 2. *Ad secundum* respondemus diuersarum scient arum. quarum vna nõ est instrumentum a terius, neque sub altera continetur, diuersos esse fines, si tamen vna sit alterius instrumentum bene poterit esse illarum vnus. atque idem finis, ac proinde cum demonstratio sit instrumentum omnium scientiarum, obtinebit cum illis communem finem, vnde quamuis finis earum sit scire, & veritatem contemplati, idem quoque erit finis demonstrationis.

Ad 3. *Ad tertium* respondemus diuersa ratione dem esse effectum. & finem, nam vt est futurum in rerum natura, dicitur finis, vt autem est productum à parte rei ab agente, effectus nuncupatur. Et ita scientia vt est futura per demonstrationem, vocatur finis, vt autem actu est producta, & genita vocatur effectus.

Ad 4. *Ad quartum* respondemus ens rei non posse esse effectum entis rationis, ita vt ab illo tanquam à causa præcipua oriatur, bene tamen posse esse effectum illi, tanquam causæ instrumentariæ, potest enim aliqua causa rei, sumere tanquam instrumentum ens rationis, ad aliquem effectum rei producendum, & ita scientia ab obiecto, & intellectu, tanquam à causis præcipuis, à demonstratione vero tanquam ab instrumento ipsius intellectus.

Ad 5. *Ad quintum* respondemus negantes consequentiam quia non omnis scientia est effectus per demonstrationem comparatus, sed sola scientia discursiua, quæ neque in Deo, neque in Angelis, locum habet. Vnde in proposita diffinitione, quando dicimus demonstrationem esse syllogismum generantem scientiam, nomine scientiæ non intelligimus omnem scientiam, sed illam tantum, quæ per discursum comparatur.

Ad 6. *Ad sextum* respondemus scientiam sumi duobus modis, primo modo pro cognitione certa & infallibili, vt distinguitur ab opinione. quæ est incerta. & fallibilis cognitio: secundo modo pro cognitione certa, & infallibili rei per suam causam, quæ secunda est propria huius nominis significatio. Vnde quamuis per argumentationes alias necessarias comparemus scientiam, in prima significatione, pro cognitione certa, & infallibili, non tamen comparamus scientiam in secunda significatione, vt cognitionem effectus per suam causam significat.

Ad vlt. *Ad vltimum* respondemus duplicem esse causam, vnam illationis, vel consequentiæ, & alteram rei, vel consequentis, vnde præmissæ sunt causæ illationis, & consequentiæ, non tamen consequentis, at vero vt aliqua cognitio vere, & proprie scientia, in secunda significatione nuncupetur, debet esse cognitio effectus per causam rei, & consequentis, & non tantum illationis, & consequentiæ.

QVÆSTIO IV.

Sitne diffinitio secunda demonstrationis accurata necne.

1. *Argum.* Illustrior sane multo hæc quæstio apparebit, si ea, quæ aduersus hanc secundam diffinitionem demonstrationis se offerunt, argumenta proponamus. *Sit igitur primum.* Illa diffinitio non competit demonstrationi à posteriori, (quæ sub demonstratione comprehenditur) nam non progreditur per causam sed per effectum: ergo non erit hæc accommodata diffinitio.

Secundum. *Secundum.* Illa diffinitio est vitiosa cui desunt aliquæ particulæ ad explicandam rem diffinitam necessariæ, sed in hac diffinitione desunt hæ particulæ necessariæ, vt scilicet demonstratio constat ex per se, & necessariis, ex quibus omnis demonstratio construi debet: ergo erit hæc vitiosa diffinitio.

Tertium. *Tertium.* Vnius rei vna est diffinitio, quia vnica tantum est essentia explicata per diffinitionem: sed demonstratio est vna res ergo tantum erit vnica illius diffinitio, & ita non sunt recte propositæ duæ diffinitiones. *Quartum.* *Quartum.* Auctor est Arist. 2. lib de ptiori analysi in capitibus primis, ex falso posse colligi verum, ergo non recte docuit præmissas demonstrationis debere esse veras quia ex falsis non potest colligi verum.

Quintum. *Quintum.* Primum & immediatum inter se aduersantur, quia immediatum idem est quod proximum, primũ autem idem quod remotum: remotum autem & proximum inter se contrariantur: ergo si demonstratio constat ex immediatis, non constabit ex primis, vel si ex primis componitur, ex immediatis constare nullo modo poterit.

Sextum. *Sextum.* Scientiæ subalternatæ sunt veræ scientiæ, sed illæ non progrediuntur ex propositionibus immediatis. quia quam plures proposit. scientiæ subalternatæ in scientia superiori, & subalternante, confirmantur, ergo non omnis demonstratio ex principiis immediatis progredietur.

Septimum. *Septimum.* Scire aliquid per demonstrationem, est scire rem per causam, & hanc esse causam huius effectus; sed per demonstrationem non scimus hanc esse causam huius effectus: ergo per demonstrationem non scimus rem per suam causam. Confirmatur assumptio. In hac demonstratione, omne animal particeps rationis est capax disciplinæ, at omnis homo est animal particeps rationis, ergo omnis homo est capax disciplinæ, non dicimus animal particeps rationis esse causam capacitatis disciplinæ, ergo non scimus in ea effectum per suam causam. *Octauum* *Octauum.* Omnis causa est prior suo effectu, ergo cum dictum sit demonstrationem constare ex causis, superflua est illa particula ex prioribus.

Hæc tamen argumenta nequaquam nos à verissima Aristotelis sententia debent remouere, quamobrem æquum erit vtillico sigillatim & seorsum eisdem satisfaciamus.

Ad primum respondemus diffinitum huius, & superioris diffinitionis, solum esse demonstrationem à priori, nam altera quæ est à posteriori, tantum est demonstratio se

Universidad de Deusto
Biblioteca

cundum quid, ac proinde in his diffinitionibus nequaquam comprehendetur.

2. Argum. *Ad secundum* respondemus has particulas, sub illis propositis ab Aristotele contineri, nam si constat demonstratio ex veris, debet quoque ex necessariis constare, cum omne necessarium sit verum: & si constat ex primis & immediatis, ex propositionibus per se quoque componetur, quia omnis propositio per se in primo modo est immediata

3. Argum. *Ad tertium* respondemus vnius rei, tantum esse vnicam diffinitionem Metaphysicam, vel constantem, ex genere & differentia Logicam vero vel petitam à causis esse multiplicem, quia tot possunt esse diffinitiones petitæ à causis, quot sunt genera causarum, & ita sunt positæ duæ diffinitiones, quarum prima à fine, & hæc secunda à materia postulantur.

4. Argum. *Ad quartum* respondemus in ratiocinatione absolute, de qua eo loco loquebatur Arist. ex falso posse colligi verum, at in demonstrati hoc certe neq; aquam fier, quia in ratiocinatione solius rectitudinis consequentiæ (vt scilicet illa in modo & in figura disponatur) est ratio habenda, siue consequens verum, siue falsum exiterit: at vero in demonstratione) præter rectitudinem consequentiæ, est quoque veritas consequentis attendenda, quæ ex eo ortum habet, quod in præmissis causa vera & legitima eius, quod concluditur in consequenti, viurpatur, & quia falsum non potest esse causa veri, falsum etenim non est, verum autem est id autem quod non est, non potest esse causa eius quod est, propterea in demonstratione ex falsis non poterit colligi verum.

5. Argum. *Ad quintum* respondemus in compositione idem esse proximum, & immediatum primum, & remotum: vt in Petro patre generans est causa immediata, & proxima, Deus autem est causa prima, & remota: in resolutione vero res è contra se se habet, nam in illa idem est primum, & immediatum, resoluendo siquidem effectum, eundem ad primam causam deuenimus quę & prima dicitur & immediata: etenim quia in illo genere omnes causæ inferiores ab illa dependent, vocabitur prima, & quia eadem supra se non habet aliquam causam mediam, immediata nuncupabitur. Cum igitur demonstratio sit quædam resolutio effectus in suas causas, in hac diffinitione demonstrationis, idem erit primum, & immediatum.

6. Argum. *Ad sextum* respondemus principia scientiæ subalternatæ posse duobus modis sumi, primo vt principia sunt illius scientiæ, secundo vt sunt quædam conclusiones in scientia superiori confirmatæ. Primo modo huiusmodi principia erũt immediata, quia in illa scientia nullum est medium à priori ad illa confirmanda accommodatum, secundo vero non sunt immediata, verum demonstratio non vtitur illis secundo modo, sed primo modo, quia scientia subalternata ad suas conclusiones inferendas has propositiones assumit, non vt sumptiones sunt scientiæ superioris, sed vt sunt principia ex quibus propriæ conclusiones colliguntur.

7. Argum. *Ad septimum* respon. duobus modis posse sciri hanc esse causam huius effectus primo modo in actu signato, significando per aliquam orationem hanc esse causam illius rei, secundo modo in actu exercito concludendo nimirum per eam effectum per suam causam, quamuis hanc esse causam verbis non nominemus In demonstratione igitur cognoscimus effectum per causam in actu exercito, non autem in actu signato, neque enim hoc secundum est necessarium, sed illud tantum prius est sufficiens.

8. Argum. *Ad octauum* respon esse duo genera causarum, quia quædam sunt causæ in essendo, & aliæ in cognoscendo, causæ in essendo sunt priores effectu, alię vero in cognoscendo sunt posteriores. Vt itaque explicaret Arist demonstrationẽ non progredi per omne genus causæ, sed tantum per causam in essendo, maioris explicationis gratia constituit illam particulam, ex prioribus, ac si aperte diceret, demonstratio progreditur ex causis non quidem omnibus, sed est iis tantum quæ sunt priores effectu, cuius generis causæ in essendo esse iudicantur.

QVÆSTIO V.

Num demonstratio per solam causam in essendo progrediatur.

NEquaquam debere demonstrationem per causas in essendo semper progredi, sed posse aliquando per causas in cognoscendo procedere sunt hęc argu. *Primum est.*

Theo-

Confir. his arg.

1. Argum. Theologia progreditur demõstratio. à priori est enim illa vera scientia sed non progreditur per causas rei, quia in Deo, qui est subiectum theologię, non dantur causę huius generis: ergo non erit in demonstrationibus à priori per causas rei progrediẽdum.

2. Argum. *Secundum.* Metaphysica est vera scient a, & vtitur demonstr tionibus à priori, sed non progreditur per causas rei, quia causa rei differt reipsa ab effectu, at nihil differt reipsa ab ente, quod est subiectum metaphysicæ, ergo in demonstrationibus non progreditur per causas rei.

Obseruat. *Sape* fuit à nobis causa, in causam in cognoscendo tantum & in causam in essendo simul, & cognoscendo distributa Causa in essendo & cognoscendo dicitur illa à qua effectus secundum scire & esse dependet, vt ignis est causa caloris, quia calor secundum suum esse dependet ab igne: causa vero in cognoscendo vocatur à qua esse effectus non dependet, sed sola cognitio quemadmodum fumus est causa ignis, quia est medium quo in illius cognitionem deuenimus, nullum tamen esse confert illi.

Præterea animaduertimus causas in essendo adhuc esse in duplici differentia, quia quædam sunt secundum actum, & aliæ secundum virtutem, vel potestatem, causæ in essendo actu illæ vocantur, quæ actu producant effectum in rerum natura a se reipsa distinctum, vt ignis est causa ipsius caloris, producit enim ipsum in rerum natura a se reipsa distinctum: causæ vero in essendo sola virtute sunt illæ, quæ actu nullum effectum ex se emittunt, habent tamen vim, & facultatem illium producendi, si huiusmodi effectus natus esset produci, vt in Deo, immutabilitas secundum essentiam, causa est æternitatis, non actu quia in Deo actu nihil est productum, sed sola potestate, quia aliqua ratione in Deo æternitas posset produci, à nulla alia causa, quam ab immutabilitate prodiret. His igitur adnotatis sit prima conclusio.

1. Concl. *Si* loquamur de demonstratione in communi, vt vtramque demonstrationem, tam à priori, quam à posteriori amplectitur medium illius est causa vtroque modo, aut in essendo, aut in cognoscendo tantum. Hæc assertio est aperta, quia in demonstratione à priori, per causam in essendo, in demonstratione vero à posteriori, per aliam in cognoscendo progredimur.

2. Conclus. *Secunda conclusio.* In demonstratione à priori quæ sola hoc nomine est simpliciter insignienda medium est causa in essendo. & non tantum in cognoscendo. Confirmatur his duobus argum. *Primum.* Medium potissimæ demonstr. debet esse causa propria, & non metaphorica: at sola causa in essendo est propria. & non metaphorica, illa enim quæ tantum est causa in cognoscendo, metaphorice, & improprie nomine causæ ornatur, quia nullum esse confert effectui: demonstratio ergo à priori, per causam in essendo progreditur. *Secundum.* illa causa est medium in potissima demonstratione, quæ ex se & à parte rei emittit effectum, & à qua ille dependet: atqui hæc est sola causa in essendo, quia altera in cognoscendo, neque effectum producit, neque ab illa dependet effectus, ergo demonstratio à priori per causam in essendo progredietur. Cæterum cum dictum fuerit ex his causis quasdam esse actu, & alias virtutes, vel potestate, hanc tertiam subiicimus assertionem.

3. Conclus. *Tertia conclusio.* Demonstratio à priori aliquando progreditur per causas in essendo actu: aliquando vero per easdem in essendo virtute, vel potestate. *Prima* pars huius assertionis satis est aperta, intuemur si quidem in plerisq; demonstrationibus, eas non progredi per causas quæ ex se & à parte rei effectum emittunt, quæ profecto sunt causæ in essendo: vt in ea demonstr in qua colligimus capacitatem disciplinæ de homine, per hoc mediũ quod est esse animal particeps rationis; in illa enim medium producit effectum in rerum natura, à se reipsa distinctum, & in hac altera in qua confirmamus arbores in autumno defrondescere, quia deest eo tempore humor in radicibus foliorũ, nam quando arbores sunt huiusmodi humore in radicibus destitutæ, debent illæ defrondescere: at in autumno destituuntur huiusmodi humore: ergo in autumno arbores defrondescent. *Alteram* partem eiusdem assertionis hoc pacto suademus Theologia & Metaphysica sunt veræ scientiæ, sæpeq; demonstrationibus a priori vtuntur: at in illis medium non est causa effectus secundum actum, sed secundum solam virtutem: ergo aliquando per causam in essendo secundum virtutem progredimur. Confirmatur assump. Theologi & Metaphysici confirmant Deum esse æternum, quia est immutabilis, hoc argum. Quod

Confirm. 1. pars.

Confirm. secunda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est immutabile secundum essentiam, est æternum. sed Deus est immutabilis secundum essentiam, ergo Deus est æternus, in qua p ane immutabilitas est causa æternitatis, quam de Deo colligimus, sed non est causa secundum actum, sed secundum virtutem, quia in Deo nihil est effectum, neque productum: ergo in demonstrationibus Theologicis, & metaph per causam secundum virtutem & facultatem progrediemur.

In his commentariis capa.

Annotat tamen Caietanus esse duo genera demonstrationum à priori, nam quædam sunt à priori ex parte rei quæ scitur, aliæ vero ex parte scientis, demonstratio ex parte rei quæ scitur est illa, cuius conclusio suapte natura, & quoad nos, non potest alio modo quam per demonstrationem, & legitimam causam intelligi, vt est omnis propositio mediata: qualis est hæc, omnis homo est capax disciplinæ: nam hæc non potest alio modo sciri, & secundum se, & quo ad nos, nisi per demonstrationem in qua concludimus illam per veram causam, vt per hanc demonstrationem. Omne animal particeps rationis est capax disciplinæ, omnis homo est animal particeps rationis, ergo omnis homo est capax disciplinæ: illa vero progreditur per causam ex parte scientis, quæ ex sua natura, est immediata, potestq; sine discursu demonstratiuo cognosci, at quia intellectus ob imbecillitatem, non potest aliquando intelligere sine medio, ea quæ ex se non habent medium, hinc fit, vt huiusmodi proprietates sint respectu nostri mediatæ, cum per veram & legitimam causam in demonstratione colligantur, cuius generis sunt illæ propositiones in quibus diffinitio petita à materia, prædicatur de re diffinita, sunt etenim illæ immediatæ, & quæ sine causa cognosci queant, quia diffinitio immediate prædicatur de re diffinita, verum à nobis in demonstratione per aliam diffinitionem eiusdem subiecti, à fine petitam colliguntur, vt concludimus de domo esse ædificium ex lapidibus, lateribus, & parietibus constructum, per finem illius, qui est nos ab inclementiis cœlorum vendicare adhunc modum. Quid quid nos vindicat ab iniuriis cœlorum, debet constare ex parietibus, & tectis, sed domus vindicat nos ab iniurijs cœlorum, constabit igitur ex parietibus, & tectis. Cum igitur dentur hæc duo genera demonstrationum, vtrumq. debet p. ogredi per causam rei, vel secundum virtutem, vel secundum actum, & non tantum illud quod per causam ex parte rei quæ scitur progreditur.

1 *Argum.*

Ex his quæ dicta sunt, haud difficile erit dissoluere argumenta, quæ in initio proposuimus. Ad primum respon. Deo non dari causam rei actu, dari tamen causam secundum virtutem, quia immutabilitas est causa secundum virtutem æternitatis. *Ad secundum* respondemus, causas rei per quas progreditur Metaphysica, non esse secundum actum, sed secundum virtutem: æternum causæ virtute, non differunt re ipsa à suis effectibus, & ita neque ens re ipsa differt à suis proprietat bus.

2. *Argum.*

Ex his omnibus colligere licebit proprietates quæ cõcluduntur per demonstrationem, esse in duplici differẽtia, nam quædam vocantur p oprietates rei, & demonstrabiles, vt sunt illæ quæ actu producuntur à suis causis, & differunt re ipsa ab illis, de quarum q; essentia non est causa, vel subiectum, quamuis contineatur tanquam additum in earum diffinitione, & quæ concluduntur per veram demonstrationem de subiecto, cuius generis sunt risibilitas, quæ cõcluditur de homine, & calor qui de igne demonstratur. Aliæ vero sunt tantum demonstrabiles, & non reales quæ dicuntur demonstrabiles ex eo, quia per veram demonstrationem à priori de subiecto concluduntur, non sunt autem rei, qu a non differunt reipsa à subiecto, neque actu producuntur à suis causis, sed sola virtute, & in earum essentia, continetur subiectum, non tanquam additum, sed tãquam attributum essentiale, cuius generis sunt proprietates entis, vnum verum, bonum, quæ in Metaphysica de ente demõstrantur, non sunt tamen actu ab eo productæ, sed sola virtute, à quo non differunt reipsa, & de quibus eus secundum essentiam prædicatur. Verum de his duobus generibus proprietatum, legi poterit Soncinas 4 lib. Metaph. quæst 17. & quæ nos diximus secundo lib. Transcẽdentium cap. 13 vade vt aliqua scientia vere, & legitime vocetur scientia, non est necessarium vt concludat de suo subiecto proprietates rei, sed sufficit vt de eo alias demonstrabiles cõcludat, per veram causam in essendo virtute vel per rationem formalẽ: ac proinde Metaphysica, erit vera scientia, quia concludit de ente proprietates demonstra

Confect.

Sonsin.

biles

biles, vnum verum, bonum, per legitimam causam secundum virtutem, vel secundum rationem formalem.

QVÆSTIO VI.

An demonstratio ex notioribus nobis, vel natura progrediatur.

1. *Argũ.* IN hac quæstione sit primum argumentum Arist in hoc cap. separat ea quæ sunt notiora natura ab iis quæ sunt nobis notiora, ergo non recte dicemus postea, eadem esse nobis & notiora natura. *Secundum* Aristoteles docuit demonstrationem non progredi per ea quæ sunt notiora nobis, sed per ea quæ sunt notiora natura ergo nullo modo per ea quæ sunt notiora nobis progredietur. *Tertium* idem Arist. 2. lib. priorum cap. 19. docet in inductione, progrediendum esse à notioribus nobis, ad notiora natura, in syllogismo vero è contra à notioribus natura, ad notiora nobis, sed demonstratio est quidam syllogismus: ergo in demonstratione tantum progrediemur per ea quæ sunt natura notiora.

2. *Argu.*

3. *argum.*

1. *Opin. Themi.* *Quidam* (è quorum numero est Themistius 1. lib. de demonstratione cap. 4.) censet demonstrationem progredi tantum per ea quæ sunt natura notiora. *Alii vero* vt D. Tho lectio 4 huius capitis, & plerique Latini existimant, demonstrationem progredi per ea quæ sunt simul nobis, & natura notiora: quam sententiam vt explicemus animaduertendum est, notionem, & cognitionem pro vna & eadem re vsurpari, & ita cum sit in nobis duplex cognitio, vna sensus, & altera intellectus duobus modis aliqua poterunt vocari notiora nobis, primo secundum sensum. Secundo iuxta intellectum, notiora sensibus sunt singularia, quia illa sunt quæ primo per sensum apprehenduntur, notiora vero intellectu sunt vniuersa, quia intellectus est qui illa primo contemplatur.

2. *Opin. D. Tho.*

1. *Obser.*

2. *Obser.* *Annotandum* est deinde notiora natura hoc loco illa vocari ab Aristo. ex quibus aliorum dependet cognitio, illa enim quæ sumuntur tanquam medium ad illa cognoscenda, debent esse illis longe notiora, & ita cum cognitio minus vniuersi, à cognitione magis vniuersi dependeat & cognitio effectus, à cognitione suæ causæ oriatur, eam magis vniuersa, quam causæ, erunt notiores natura minus vniuersis, & effectis ab eis producentibus. Notiora vero nobis dicuntur illa, quæ prius à nobis iuxta intellectum cognoscuntur (quia hic tantum est sermo de cognitione intellectus,) & quia per intellectum prius magis vniuersa, quam minus vniuersa cognoscuntur vt Arist primo physico cap. 1. profitetur, profecto magis vniuersa erunt quoque notiora nobis. Vnde colligere licebit, eadem esse nobis, & natura notiora, vt author est Arist in eodem loco quia magis vniuersa vt explicuimus sunt & nobis, & natura notiora.

Hu constitutis sit prima conclusio si loquamur de demonstratione à posteriori in illa à notioribus nobis tantum, ad notiora natura erit progrediendum, confirmatur. Effectus sunt nobis notiores, & non natura, suis causis, quoniam notius est nobis ignem calefacere, quam habere facultatem calefaciendi, sed in demonstratione à posteriori ab effectu ad suam causam progredimur, ergo in huiusmodi demonstratione à notioribus nobis ad notiora natura progrediemur.

1. *Concl.*

Secunda conclusio in demonstrationibus à priori, progrediendum erit ab iis quæ & natura & nobis sunt notiora, & non tantum ab iis quæ sunt natura notiora hæc est aduersus Themistium. Confirmatur que in primis progredi ab his quæ sunt nobis notiora his argum. *Primum* est propter vnum quodque tale & illud magis debet esse tale sed in demonstratione conclusiones sunt nobis notæ, propter præmissas, ergo præmissæ per quas progredimur in illa, non tantum, erunt natura verum etiam nobis notiores. *Iam* Ante demonstrationem prænoscendum est præmissas esse veras, vt in cap. superioti docebamus sed quod prænoscitur debet esse nobis notum, ergo præmissæ demonstrationis debent esse nobis notæ vnde cum in demonstratione progrediatur à præmissis progrediendum erit ab iis quæ sunt notiora nobis. *Tertium* argumentum. Lex est optimę diffinitionis, vt ea fieri potest per illa quæ sunt nobis & natura notiora proponatur, vt auctor est Aristo 6 topicorum cap. 3. sed in demonstratione progredimur à diffinitione, vel subiecti, vel proprietatis, vt ostendemus secundo loco cum Arist. ergo in demonstratione progrediendum erit ab iis quę sunt nobis notiora.

2. *Concl.*

1. *Argu.*

2. *Argu.*

3. *Argu.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. Argu.

2. Argu.

1. Argum.

1. Argu.

3. argum.

Præterea progrediendum esse ab iis quæ sunt notiora natura cõfirmamus argumentis. Primum est. Quando progredimur à causa ad effectum, progredimur ab iis quæ sunt natura notiora, sed in huiusmodi demonstrationibus progredimur à causa ad effectum, ergo progredimur ab iis quæ sunt natura notiora. Secundum argumentum. Vniuersalia ora, sunt prora natura minꝰ vniuersis sed in huiusmodi demõstrationibus progredimur ab vniuersalioribus, ergo progredimur ab iis quæ sunt natura notiora.

Iam ad argu. quæ proposuimus. Ad primum respondemus Arist tantum separare ea quæ sunt nobis notiora per sensum, ab iis quæ sunt notiora natura, non autem aliis quæ sunt notiora nobis per intellectum. nam hæc eadem sunt nobis & natura notiora. *Ad secun.* respondemus Aristo. intelligendum esse de notioribus nobis per sensum, non per intellectum itaq; demonstratio non progreditur per ea quæ sunt sensu nobis notiora, nam hæc sunt singularia, de quibus neque est scientia, neque demonstratio, progreditur tamen per ea quæ sunt nobis nottora, per intellectum. *Ad tertium* respondemus admittentes libenter demonstrationem progredi per ea quæ sunt natura notiora at hæc eadem sunt nobis notiora per intellectum, est enim latum discrimen inter inductionem, & syllogismum, quia in inductione, progredimur per ea quæ sunt nobis notiora per sensum, qualia sunt singularia, at in syllogismo progredimur per ea quæ sunt nobis notiora per intellectum, cuius generis sunt magis vniuersa.

QVÆSTIO VII

Num propositio immediata sit illa quæ non habet medium à quo queat confirmari.

1 Argum.

ET quidem non esse propositionem immediatam illam quam proposuimus, quę nimirum caret medio, a quo confirmari queat, his argumentis poterimus demonstrare. *Primum est* Illa propositio in qua prima proprietas prædicatur de subiecto, est immediata indicio omnium Philosophorum, sed illa potest confirmari per aliam priorem, scilicet, per diffinitionem subiecti vt si ex hypothesi constituamus admirationem esse proprietatem primam homi-

2. Argum.

nis, hæc propositio, homo est admirabilis, est immediata, quæ tamen confirmatur per aliam, ergo non est illa propositio immediata, quæ non potest per aliam confirmari à priori. *Secundum* argumentum. Illa propositio in qua diffinitio prædicatur de re diffinita, est immediata, quia inter diffinitionem, & diffinitum, nullum est medium, sed potest illa confirmari per alteram diffinitionem vt diffinitio petita à materia confirmatur de illa, per alteram à fine petitam, ergo non erit illa propositio immediata, quæ caret medio supra se, per quod possit

3. Argum.

confirmari *Tertium* metaphy per principium contradictionis confirmat omnium actium principia auctore Aristo. 4. lib. metaphysico. sed illud quod supra se habet principium per quod confirmetur, non est immediatum, ergo principia aliarum artium non erunt immediata, vel si fuerint, non recte diffinietur principium immediatum, quod supra se caret medio à priori. *Iam Aris.* docet primo libro topicorum cap. 2. Dialecticum confirmare principia omnium aliarum disciplinarum, ergo principia immediata aliarum scientiarum confirmapoterunt per aliquod medium superius.

4. Argu.

Præterea hæc propositio Deus est, est immediata, sed illam confirma. Theologi 1. p. q. 2. ergo propositio immediata non carebit medio per quod possit confirmari.

5. Argu.

Obser.

Illam in hoc loco docuit Aristo. esse propositionem immediatam, quæ nullum habet medium per quod queat confirmari, quam diffinitionem explicans D. Tho. inquit illam esse propositionem immediatam, in qua attributum est de essentia subiecti, quæ certe interpretatio difficilis est, nam ita ago aduersus eam. Illa propositio in qua prima proprietas prædicatur de subiecto, vocatur immediata, sed in illa attributum non est de essentia subiecti, non igitur illa vocabitur propositio immediata, in qua attributum est de essentia subiecti.

Quorum. interpr.

Quidam igitur vt hanc diffinitionem tueantur constituunt illud nomen de essentia, esse nomen ambiguum, nam aliquando idem significat quod attributum essentiale, vt animal in hac significatione est de essentia hominis, eo quod est illius attributum essentiale. aliquando vero significat illud quod fluit ab essentia subiecti vt sunt proprietates, quæ immediate ab ea deriuantur (interdum enim nomen causæ, tribuitur

effe

effectui, & ita nomen essentiæ quæ est causa proprietatis, tribuitur proprietati in obliquo, vnde dicimus proprietatem esse de essentia subiecti) Quando ergo D. Tho inquit, illam propositionem immediatam, in qua attributum est de essentia subiecti, nomine essentiæ, complexus est vtramque significationem, & non solum primam, & ita erunt duo genera propositionũ immediatarum, quædam in quibus attributum est essentiale subiecto, vt quando illud fuerit diffinitio, aut pars diffinitionis essentialis, aliæ vero erunt in quibus attributũ est prima proprietas, quæ immediate fluit à subiecto: hanc interpretationem amplexus est Ferra. in annota. huius pri. lib. annota. 6. & pri. lib. con. Gent cap. 11. *Alii tamen* (è quorum numero est Caietanus in commentariis huius loci) censent D. Tho. per illa verba, non proposuisse diffinitionem propositionis immediatæ, sed tantum docuisse propositionem illam in qua attributum est de essentia subiecti, esse immediatam, non tamen omnem immediatam debere esse in qua attributum sit de essentia subiecti: nam in propositionibus in quibus prima proprietas prædicatur de subiecto, vel vna categoria negatur ab altera, reperitur ratio propositionis immediatæ, in quibus attributum non est de essentia subiecti: erit autem hæc diffinitio propositionis immediatæ. Propositio quæ caret medio in suo genere, per quod possit confirmari, quam quidem esse accuratam ostendemus deinde: *Proposita* igitur diffinitione propositionis immediatæ, æquum erit vt nonnullas illius diuisiones proponamus, quarum *prima est.*

Ferrr. opinio. Opin. Caieta.

2. Diui.

Propositio immediata, quædam est immediata secundum se, & altera est immediata respectu nostri. Immediata secundum se dicitur illa, quæ ex sua natura caret medio à priori per quod possit demonstrari quamuis habere possit medium à posteriori, qualis est hæc propositio, Deus est, nam in illa, non datur medium à priori per quod possit concludi, cum esse Dei sit eius natura, datur tamen medium à posteriori, & quoad nos: nam per effectus nobis notiores colligere possumus ipsum esse. Illa vero propositio est immediata respectu nostri, quæ ex se medium habet per quod possit colligi, quamuis respectu nostræ cognitionis, nullum medium obtineat, vt est hæc propositio, Hic est homo, digito demonstrando Petrum: nam hæc propositio, colligi potest per diffinitionem hominis, & ita ex sua natura est mediata at vero respectu nostræ cognitionis, nullum obtinet medium nam oculus immediate intuetur hunc quem demonstramus digito esse hominem. *Secunda* diuisio est, propositio immediata quędam est quę conflatur ex vocibus communissimis, vt est hæc impossibile est idem simul esse, & non esse, alia vero est immediata quæ conflatur ex vocibus particularibus, vt est hæc, omnis homo est animal: nam hæ duæ voces, homo, & animal, sunt particulares. *Tertia* diuis. Propositio immediata quædam est simpliciter immediata, quæ nulla ratione potest confirmari a priori, alia vero est immediata tantum in aliquo genere, quę quamuis absolute possit per aliqua propositionem confirmari in tali genere, non potest per aliam superiorem confirmari. Prioris generis est hæc propositio Deus est, posterioris vero, illa propositio in qua diffinitio petita à materia, prædicatur de re diffinita: quia illa in genere causæ materialis non potest confirmari per aliam superiorem propositionem, potest tamen cõfirmari per aliud genus causæ vt per diffinitionem à fine. *Quar.* Propositio immediata quædam est immediata secundum causam, in qua inter causam & effectum nulla intercedit causa media, alia vero est immediata secundum attributionem, quando in propositione attributum sine alio subiecto medio vnitur cum subiecto, vt est hæc propositio homo est animal.

2. Diui.

3. Diui.

4. Diui.

5. Diui.

Quinta propositio immediata, quæ iam est aiens, alia negans. Aiens est in qua attributum affirmatur de subiecto, vt est hæc omne totum est maius sua parte. Negans vero est in qua attributum negatur à subiecto, quæ vel est quando vna categoria negatur ab altera, vt substantia non est quantitas, vel quando vna diffinitio alicuius speciei atomæ negatur ab altera diffinitione, vt quando ita dicimus, animal particeps rationis, non est animal capax hinnitus, in qua propositione, negamus diffinitionem hominis, à diffinitione equi tandem, propositio immediata, quædam est immediata in materia necessaria, & alia in materia contingenti, quæ secunda nihil aliud est quam quædam propositio immediata in opinionibus, dantur enim quoq; in opinionibus propositiones quædam immediatæ,

vt in

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt in cap. penultimo huius libri extendemus.

1. Conc. *Hã constitutis* sit prima conclusio Propositio immediata in vocibus vniuersis optime diffinitur illa, quæ simpliciter, & absolute, caret medio, per quod possit confirmari. *Hanc* assertionem confirmamus duobus argumentis. In propositionibus non est progrediendũ in infinitum, sed si huiusmodi propositiones non carerent medio, per quod possent confirmari, esset progressus in infinitum, ergo talis propositiones dicuntur immediatę quia supra se simpliciter, & absolute, carent medio per quod possint confirmari. *Secundum* voces ex quibus componuntur huiusmodi propositiones, sunt omnium communissimę, vt sunt hæ duæ, esse, & non esse, ex quibus conflatur hæc propositio. Impossibile est idem, simul esse, & non esse, sed supra voces communissimas, non possunt dari aliæ communiores per quas possint confirmari à priori, ergo hæ propositiones dicentur immediatę, quia simpliciter, & absolute, carebunt medio per quod possint à priori confirmari.

2. Conc. *Secunda conclusio* illæ propositiones immediatę quæ conflantur ex vocibus particularibus, ex eo dicuntur immediatę, quia in suo genere carent aliqua propositione à priori per quam possint confirmari quamuis absolute, & simpliciter, super eas detur in alio genere aliqua propositio, per quam possint à priori confirmari. Hanc assertionem confirmamus exemplo quodam adhibito, hæc propositio domus est ędificium, constructum ex fundamentis, parietibus, & tectis, in qua prædicamus diffinitionem petitam à materia, de re diffinita est immediata in genere causæ materialis, quia in hoc genere non potest per aliam superiorem confirmari, est tamen mediata in alio genere, quia potest concludi de re diffinita, per diffinitionem petitam à fine, ad hunc modũ, omne illud quod est destinatum ad protegendum nos ab iniuriis cœlorũ, constare debet ex fundamentis, parietibus, & tecto, sed domus est destinata ad protegendum nos ab iniuriis cœlorum, ergo domus constabit ex fundamentis, tectis, & parietibus.

Ad argu. huius. Argu. *Ex his omnibus* facillimum erit dissolvere argumenta proposita. *Ad primum* respondemus propositionem illam in qua prima pars prædicatur de subiecto, non esse simpliciter immediatam, sed tantum secundum attributionem: quia proprietas sine medio subiecto competit subiecto, verum quæ est immediata secundum attributionem, est mediata secundum causam, & ita illa propositio erit in hoc genere causę mediata, quia inter subiectum de quo dicitur, & ipsam datur natu a subiecti tanquam media causa, à qua ila dimanat. *Ad secundum* respondemus illam propositionem in qua prædicatur diffinitio petita à materia de re diffinita, non esse immediatam simpliciter, & absolute, sed tantum esse immediatam in illo genere: a illa quæ est immediata in aliquo genere confirmari potest per aliam propositionem alterius generis. *Ad tertium* respondemus metaphysicum per principium contradictionis tantum confirmare principia aliarum artium a gumento ducente ad incommodum, non est autem contra rationem principii immediati, vt confirmetur argumento ducente ad incommodum, sed vt confirmetur à priori argum. per se & directe concludente. *Ad quartum* respondemus Dialecticũ tantum à posteriori, & per argumenta probabilia confirmare principia aliarum scientiarum, non autem à priori, non est tamen contra rationem principii immediati, vt confirmetur illud à posteriori, & per effectus, sed vt confirmetur à priori. *Ad quintum* respon. Deum esse tantum confirmari à posteriori, & per effectus, non autem à priori, vel per causam, hoc autem non repugnat rationi propositionis immediatæ. Ex his omnibus colligendum erit, demonstrationem constare ex principiis immediatis, aliquando quidem simpliciter, & aliquando in aliquo genere, & aliquando secundum attributionem, & aliquando aliis modis in quæstione explicatis.

Ad 2.

3. Argu.

4. Argu.

5. Argu.

1. Argum.

QVÆSTIO VIII.

Sitne verum illud pronuntiatum Arist. propter vinum quodque tale & illud debet esse magu tale.

ADuersus hoc pronuntiatum propositum ab Arist. est primum argu. Homo est ebrius propter vinum: ergo vinum est magis ebrium. Hæc consequentia nulla est, non ergo propter vinum quodque tale & illud magis debet esse tale. *Secundum.*

Hæc

2. Argu. Hæc consequentia non est optima, Petrus est homo propter Paulum, ergo Paulus est magis homo: tuit ergo præfatum pronuntiatum. *Tertium.* Hæc consequentia non est accurata. Homo est cæcus, propter oculum: ergo oculus est magis cæcus: non ergo erit verum axioma propositum. *Quartum.* Hæc consequentia est inepta. Homo videt propter oculum: ergo oculus magis videt: non ergo propter vnum quod quę tale, & illud debet magis esse tale.

3. Argu.

4. Argu.

Hu & alii argu. vt satisfaciant interpretes, innumeris propemodum modis explicant pronuntiatum hoc Aristo. Nos variis interpretationibus prætermissis, duas tantum proponemus quarum prima petita est ex variis authoribus, secunda vero ex Paulo Veneto. *Primum* interpretatio est huiusmodi. Vt hæc propositio Aristo. vera sit, requiruntur hæ quatuor conditiones. Prima vt attributum sit commune causæ, & effectui: secunda vt recipiat magis, & minus: tertio vt sit attributum positiuum: & quarta vt sit attributum diuersum numero in causa & effectu. Vnde hæc consequentia erit legitima, aqua est calida propter ignem, ergo ignis est magis calidus, quia hoc attributum quod est calor, inprimis natum est aquæ, & igni conuenire: deinde illud recipit magis & minus: tertio est attributum positiuum: quarto aliis calor numero est in aqua calefacta, & alius in igne, si vero ex his quatuor conditionibus aliqua defuerit, non erit verum pronuntiatum. Ob defectum itaque primæ conditionis, nullum est arg. primo loco effectum, quia hoc attributum quod est esse ebrium, non est natum conuenire vino formaliter. Ob defectum secundæ conditionis secundum argum. nullum est, quia homo qui est attributum Petri, & Pauli, non recipit magis, nec minus. Ob defectum tertiæ conditionis, dissoluitur tertium argum. quia esse cæcum est attributum priuatiuum & non positiuum. Et tandem ob defectum quartæ conditionis, quartum argu. nullius est roboris, quia vitio non est alia numero in oculo, & alia in animali, sed per eandem visionem per quam oculus videt, & animal etiam videt.

1. Interpretatio.

2. Interpretatio Veneti. *Secunda* interpretatio est Pauli Veneti, quam vt intelligamus animaduertendum est, hanc particulam propter, contentam in pronuntiato semper rogare causam alicuius effectus: & ita cum sint quatuor genera causarum, poterit esse dubium sitne pronuntiatum hoc intelligendũ de omnibus generibus, vel de quibusdam tantum. Inquit igitur Paulus Venetus, non esse intelligendum, neque de materia, neque de forma, neque de fine: sed de sola causa efficiente præcipua & à qua secundum essentiam dependet effectus, ita vt sit illi subalternatus. Inprimis non esse intelligendum de materia, confir quia hæc consequentia non est optima, homo interit propter materiã: ergo materia magis interit, quia materia nunquam interit: deinde neque de forma, quia hæc consequentia non est optima, homo est albus propter albedinem, ergo albedo est magis alba, quia albedo non est alba: neq; est iterum de hac intelligendum, quia hæc consequentia non est optima, homo deambulat propter optimã valetudinem, ergo optima valetudo deambulat. Erit igitur vera propositio præfata in solis causis efficientibus præcipuis, quibus subordinantur effectus secundum essentiam. Subordinari autem secundum essentiam, nihil aliud est, quam ita dependere effectum à sua causa, vt causa remota illico debeat effectus amoueri. At ita optima erit hęc consequentia, aqua est calida propter ignem: ergo ignis est magis calidus, quia in primis ignis est præcipua causa caloris: deinde vero calor aquæ, secundum essentiam subordinatur calori ignis, quia amoto igne statim euanescit calor in aqua. Cæterum hæc consequentia nulla est. Homo calefit, propter motum, multo igitur magis motus calefiet, ob defectum primæ conditionis, quia motus non est præcipua causa caloris sed instrumentaria. Deinde neq; hæc altera consequentia est accommodata, hic ignis genitus est calidus propter generantẽ ignem: ergo ignis generans calidior erit igne genito, quia ignis genitus non est effectus essentialiter subordinatus ignis generanti, cum possit ille existire in rerum natura absque igne generante. Adnotat tamen Paulus Venetus attributum, quod est commune causæ & effectui, al quando conuenire vtrique forma iter, vt calor qui competit igni, & aquæ: & aliquando conuenire vni tantum virtute, quemadmodum calor cõuenit soli virtute, his vero inferioribus formaliter, & secundum essentiam. Vnde propositio intelligi debet ad hunc modum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Propter vnum quodque tale, & illud magis debet esse tale, vel formaliter, vel virtualiter. Et ita hæc consequentia Hæc inferiora sunt calida propter solem: ergo sol erit illis calidior, nam intelligendum est solem esse calidiorem virtualiter quamuis non sit formaliter. Ex his facilimo negocio dissolui poterunt argumenta in initio proposita.

QVÆSTIO IX.

An intellectus certius, euidentius, & intensius feratur in principia quam in conclusiones.

FErri certius, & intensius intellectum in conclusionem, quam in præmissas, his argumentis possumus confirmare. *Primum* illa in quæ ferimur per demonstrationem, sunt certiora, his in quæ ferimur sine illa, sed conclusio scitur per demonstrationem, præmissa non sciuntur per illam, ergo conclusio certior erit & euidentior præmissis. *Secundum* argumentum. Illa quæ magis sciuntur, certiora sunt his quæ minus sciuntur, sed conclusio magis scitur quam præmissæ, quia scitur per demonstrationem quæ est proprium instrumentum sciendi, ergo conclusio erit certior præmissis *Tertium* argumentum: Quæ per eundem actum cognoscuntur, eadem certitudine euidentia, & intensione cognoscuntur: sed dictum est in superioribus, conclusionem, & præmissa cognosci per eundem actum, ergo præmissæ nouerunt certiores aut euidentiores conclusione *Quartum* causa naturalis producit effectum sibi parem, & æqualem, ignis generat ignem sibi æqualem, sed præmissæ sunt causæ naturales ad inferendam conclusionem, ergo generabunt effectum sibi parem, & æqualem in certitudine & euidentia.

1. Argu.

2. Argu.

Quorundam (inter ex M. Sco Opini. Doctor.

Quidam (vt author est Magister Sotus in quæstione huius capitis) censent intellectum, certius, & euidentius ferri in principia quam in conclusiones, non tamen intensius *Caterum* ipsemet Magister Sotus, & multi alii existimant, intellectum certius euidentius, & intensius ferri in principia quam in conclusiones. Quam opinionem tanquam veriorem amplectimur, illamque vt declaremus, explicanda erunt tria illa nomina proposita in titulo, scilicet certitudo, euidentia, & intensio. Certitudo diffinitur à D. Tho 3. lib. sententiarum dist. 23. q. 2. art. 2. quæstiuncul. tertia, firma, & constans adhæsio intellectus absque vlla hæsitatione. Euidentia diffinitur ab eodem vt colligitur ex 22. q. 1 art. 4. clarum, & manifestum iudicium alicuius rei. Intensio vero diffinitur, propensio intellectus qua media maiori conatu fertur in res quasdam, quam in alias intelligendas.

1. Conc.

Ostibus explicatis sit prima conclusio. Intellectus certius, fertur in principia quam in conclusiones, nisi illæ adiutæ fuerint aliquo lumine exteriori. Confirmatur in primis authoritate Arist. in hoc capite, ita docentis expresse. Confirmatur deinde. Illud quod est tale per se, est magis tale, quam illud quod est tale per aliud, quemadmodum ignis qui est calidus per se, est magis calidus, quam aqua quæ est calida per aliud: sed in demonstratione præmissæ, & principia, sunt certa per se, conclusio vero est certa propter principia: ergo intellectus certius fertur in principia, quam in conclusiones. Dictum est autem nisi fuerint illæ adiutæ, aliquo lumine exteriore: nam si fuerint adiutæ, fieri poterit vt intellectus certius fertur in conclusionem, quam in principia: quemadmodum in hac demonstratione theologica. Omne infinitum secundum essentiam est vnum, sed Deus est infinitus secundum essentiam, ergo Deus est vnus, conclusio certior est præmissis, eo quod adiuuatur illa à lumine fidei, docet enim fides Deum esse vnum.

2. Conc.

Secunda conclusio. Intellectus euidentius fertur in principia, quam in conclusiones. Confirmatur assertio ad hunc modum. In demonstratione tam principia, quam conclusio sunt nobis euidentia, sed conclusio nobis est euidens propter principia, ergo principia erunt nobis euidentiora conclusione. Confirmatur consequentia, quia propter vnumquodque tale, & illud magis debet esse tale. Hanc eandem assertionem suadere possumus, authoritate Arist. in hoc cap. asserentis, maiorem fidem & credulitatem adhibendam esse principiis, quam conclusioni.

3. Concl.

Tertia conclusio. Intellectus intensius quoque fertur in principia, quam in conclusiones. Confirmatur aduersus auctores citatos. Intellectus intentius fertur in ea quæ sunt magis intellectilia, quemadmodum visus intensius fertur in ea quæ sunt magis visibilia: sed principia sunt magis intellectilia, quam conclusiones: ergo intellectus intensius feretur in principia, quam in conclu. Confirmatur assumptio. Illud quod est intellectile per se, est magis intellectile, quam quod est intellectile per aliud: sed principia sunt intellectilia per se, conclusiones vero per principia: ergo principia erunt magis intellectilia, quam conclusiones.

telle-

4. Conclu.

Quarta conclusio. Inter conclusiones quæ inferuntur ex primis principiis, illæ sunt certiores, euidentiores, & intensiores, quæ maxime accedunt ad prima principia Cõfirmat. Illud quod accedit ad id quod est maxime tale debet esse magis tale sed præmissæ, & principia (vt probatum est) sunt maxime talia: ergo conclusiones illæ quæ maxime accedunt ad huiusmodi principia prima, erunt certiores, euidentiores, & intensiores.

1. Argum.

Iam ad argumenta. Ad primum respondetur falsam esse propositionem, quia ea quæ sciuntur per habitum principiorum principiorum, certiora sunt his, quæ sciuntur per demonstrationem, quia sciuntur per se, & ea quæ sciuntur per demonstrationem, sciuntur per aliud *adjecundum* respondemus ex his quæ possunt sciri per demonstrationem, illud esse certius, quod per eam scitur: at vero si vnum ex illis possit sciri per eam, & alterum sine illa, per habitum longe nobiliorem, non erit quod scitur per demonstrationem certius, & ita cum præmissæ cognoscantur per habitum principiorum principiorum qui est longe nobilior habitu conclusionum, non erunt conclusiones certiores, & euidentiores præmissis *Ad tertium* respondemus quod si illa quæ per eundem actum cognoscuntur per eundem quoque habitum cognoscantur, per æqualem certitudinem & euidentiam cognoscentur, si tamen cognoscantur per diuersos habitus, & vnus horum alio certior, & euidentior, non cognoscetur illa per æqualem certitudinem, & euidentiam, & ita cum principia cognoscantur per habitum intelligentiæ, qui est euidentior, & certior, habitu scientiæ, per quam cognoscuntur conclusiones, non cognoscentur per æqualem certitudinem, principia, & conclusiones.

2. Argum.

3. Argum. I. Solu.

2. Solu.

Respondemus deinde propositionem esse veram, si illa quæ per eundem actionem intelligentur ex quo cognoscantur, at vero per actum per quem cognoscimus præmissas non cognoscimus ex æquo conclusiones, quia præmissæ cognoscuntur primo & per se conclusiones vero secundario. *Ad 4.* respondemus propositionem tantum esse veram in causis synonymis, vt est ignis, esse tamen falsam in causis homonymis, vt sol qui non producit effectum sibi parem & æqualem: quare cum præmissæ sint causæ quædam homonymæ, sunt enim alterius speciei à conclusione, cum sciantur per intelligentiam quæ specie differt a scientia, per quam sciuntur conclusiones, non producent præmissæ effectum sibi parem in certitudine, & euidentia.

Ad 4.

QVÆSTIO X.

An habitus principiorum sit nobilior habitu conclusionum.

1. Argu.

NOn esse, his argumentis demonstramus. Primum includens nobilius est in luso, sed habitus conclusionum includit habitum principiorum: ergo erit nobilior habitus conclusionum *Secundum* Finis nobilior est mediis quæ ad illum destinantur, vt optima valetudo est nobilior potione amara: sed conclusio est finis demonstrationis, præmissæ vero sunt quædam media ad assequendum hunc finem: ergo præmissæ erunt ignobiliores conclusione, & ita habitus principiorum ignobilior erit habitu conclusionum. *Tertium* ea quæ sunt vniuersa ignobiliora sunt ignobiliora, quemadmodum anima est ignobilius homine: sed præmissæ sunt vniuersaliores conclusione: ergo habitus principiorum erit ignobilior habitu conclusionum *Quartum* Cognitio in actu nobilior est cognitione potestate alicuius rei sed per scientiam cognoscimus conclusionem in actu per principia vero sola potestate, & virtute: ergo scientia nobilior erit habitu principiorum principiorum.

2. Argu.

3. Argum.

4. Argu.

Nonnulli ex Veteribus existimarunt habitum conclusionum, esse nobiliorem habitu principiorum. *Verum* D. Tho B. Albertus Magnus, Caietanus Paulus Venetus & fere omnes alii Latini existimant habitum principiorum esse nobiliorem habitu conclusionum. *Ut omen* hanc sententiam explicemus animaduertendũ est primo, hãc quæstionẽ à pleriq; latinis pertractari sub huiusmodi titulo, num intelligens sit melius dispositus quam sciens, nam in versione

1. Opin.

2. Opin. D. Tho.

1. Obser.

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. Obser.

Argiropyli hæc verba proponuntur in Arist. *Animaduertendum* est deinde per habitum conclusionum intelligendam esse scientiam, per habitum vero principiorum intelligentiam, vt auctor est Arist. 6. lib. Ethi. cap. 3. Et ita quando quærimus an habitus principiorum sit nobilior habitu cõclusionum, idem est ac si quæreremus, an intelligentia sit nobilior scientia. *Denig*, animaduertendum est duobus modis posse hos habitus inter se comparari, primo præcise, vt vnus eorum distinctus est ab alio, & terminatur ad diuersam cognitionem, ea nempe ratione qua habitus principiorum tantum & præcise proponit nobis cognitionẽ primorum principiorum, & habitus scientiæ tantũ & præcise tradit nobis cognitionem conclusionis. Secundo vero modo comparari possunt, ea ratione qua vnum alterum includit, vt scilicet habitus conclusionum includit habitum primorum principiorum: nam quemadmodum conclusiones colliguntur ex præmissis, ita quoque habitus conclusionum, includere debet habitum primorum principiorum.

3. Obser.

1. Conc.

Quibus annotatis sit prima conclusio, Habitus conclusionis vt includit habitum primorum principiorum, est nobilior, habitu principiorum. Hæc assertio est aperta quia omne includens nobilius est incluso, & ita habitus conclusionis ea ratione qua includit habitum principiorum, erit longe nobilior illo.

2. Conc.

Secunda conclu. Si loquamur de his habitibus præcise, ea ratione qua vnus non includit alterum, habitus primorum principiorum, est multo nobilior habitu conclusionum. *Confirmatur* inprimis authoritate Arist. qui iuxta interpretationem Argyropili expresse profitetur, intelligentem esse melius dispositum ipso sciente, sed per habitum primorum principiorum (qui vocatur intelligentia) sumus intelligentes. per habitum vero conclusionum (qui dicitur scientia) sumus scientes: ergo intelligentia erit nobilior scientia. *Secundum*: Ille habitus qui est certior, euidentior, & intensior, est longe nobilior, sed probatum est in quæstione superiori, habitum primorum principiorum, esse certiorem, euidentiorem, & intensiorem habitu conclusionum, ergo habitus primorum principiorum, erit nobilior habitu conclusionum. *Tertium* esse aliquid per se, & sine dependentia ab aliquo est maxima nobilitas, sed principia sunt talia per se, & non dependent à conclusionibus, habitus vero conclusionum sunt tales per habitum principiorum & dependent ab illo: ergo habitus principiorum erit præstantior habitu conclusionum:

2. Argu.

3. Argu.

4. Argu.

Quartum in causis quo illæ sunt superiores, eo sunt nobiliores, quemadmodum cœlum est causa nobilior quã ignis, & Deus quam cœlum, sed in demonstratione præmissæ sunt causæ vniuersaliores conclusio, vt est apertum: ergo habitus principiorum, nobilior erit habitu conclusionum.

Igitur nostra opinione explicata æquum est vt argumenta s propositis satisfaciamus. Ad primum iam satisfecimus in prima assertione *Ad secundum* respondemus falsum esse assumptionem: quia quamuis præmissæ destinentur ad conclusionem, non tamen destinantur ad ipsam quemadmodum media destinantur ad finem, sed ea ratione qua causa homonyma destinatur ad producendum effectum: nam his duobus modis potest aliquid ad alterum destinari, scilicet vel tanquam medium ad finem, vt potio amara destinatur ad valetudinem, & virtutes ad beatitudinem comparandam: vel tanquam causa ad producendum effectum quemadmodum orbes cœlestes destinantur ad hæc inferiora producenda, tanquam causæ vniuersales illorum, & non tanquam medium ad finem. & hoc secundo modo destinantur præmissæ in demonstratione ad inferendam conclusionem nimirum tanquam causæ ad producendam conclusionem non synonymæ sed homonymæ, vt docuimus in quæstione superiori: At quod hoc modo destinatur ad aliquid producendum, non est ignobilius, sed econuerso multo nobilius: quemadmodum orbes cælestes sunt nobiliores his corporibus inferioribus

Ad 1. argum.

Ad tertium respondetur quædam esse vniuersaliora in prædicando, vt animal est vniuersalius homine, alia vero esse vniuersaliora in causando, vt cœlum est vniuersalius igne, illa igitur quæ sunt vniuersaliora primo modo, sunt ignobiliora, alia vero quæ sunt vniuersaliora secundo modo sunt nobiliora, quia causæ quo fuerint vniuersaliores, eo sunt nobiliores: præmissæ vero sunt vniuersaliores conclusione in causando, non autem in prædicando, & ita erunt illæ nobiliores. Ad quar-

Ad 3. argu.

tum

tum respondemus, si habitum principiorum & scientię referamus ad conclusionem intelligendam, nobiliorem esse habitum scientiæ habitu principiorum, vt probat argumentum, verum nihil contra nos, quia in hac quæstione non de his habitibus respectu conclusionis, sed de habitu principiorum respectu primorum principiorum, & de habitu scientiæ respectu conclusionum disputamus, quo modo sumptis his habitibus dicimus habitum principiorum, qui est destinatus ad cognoscenda prima principia, esse multo nobiliorem habitu conclusionum qui ad cognoscendas conclusiones refertur. Disputare etiam poterimus num euidentia sit de ratione scientiæ: verum hanc quæstionem cap. penultimo huius lib. de opinione disputantes proponemus.

CAPVT III.

In quo quidam errores refutantur.

ARGVMENTVM CAPITIS.

DIstributum est cap. in tres partes, in quarum prima duas veterum de scientia refert opiniones, in secunda primam reiicit, & in tertia alteram explodit elegantissime.

SEd quoniam principia ante sunt scienda, quam id quod concluditur, ob id quibusdam visum est, nullam omnino posse esse scientiam. Aliorum contraria fuit sententia, omnium rerum esse demonstrationem. Sed neq; hi, neque illi verum dicunt, neq; id necessario efficiunt quod volunt. A. Primum enim qui omnem scientiam è medio tollunt, ex eo nil non posse scire confirmãt, quod in infinitum regrediendum sit: semper autem, vt sciamus posteriora, necesse est vt priora cognoscantur, quorum sunt aliqua tandem prima. Ac illi quidem hactenus bene dicunt: infinita enim animo percurrere non possumus. Quod ergo in infinitum sit regrediendũ, sic confirmant: quoniam si exitus tandem aliquis reperiatur, ac principia quadam dari possint, in quibus mens tandem consistat, illa necesse erit nobis esse incognita: quandoquidem illorum sententia, omnis cognitio, ac scientia per demonstrationem acquiritur, illa autem si prima sint, demonstrari non possunt. At vero si principia sciri non possint ne illa quidem quæ ex iis conficiuntur, plane & absolute intelligi poterunt, sed tantum quasi ex conditione, si illa sunt, illa esse scientur quæ per illa probantur. B. Alij autem in hoc quidem cum superioribus consentiunt, quod non aliam putant esse scientiam, quam quæ per demonstrationem comparatur: sed fieri posse vt omnium rerum sint demonstrationes, ipsi existimant: quando id fieri possit vt omnes res vicissim per se mutuo probentur, ac veluti in orbem redeant omnes omnium rerum demonstrationes. At vero nostra longe alia est sententia. Primum enim non omnem scientiam demonstrationem esse, sed principia quæ immediata sunt, sine vlla demonstratione sciri posse existimamus, Id quod hac ratione perspici potest. Nam si necesse sit scire ea qua antecedunt, & ex quibus demonstratio constat, reperiamus autem aliqua tandem immediata, in quibus sit nobis consistendum: illa certe nec esse erit sine vlla demonstratione cognosci. D. Itaq; de hac re sic censeo, aliquam esse non modo scientiam, sed & principium quoddam scientiæ, quo nos extrema ipsa cognoscamus. E. Deinde vero illud fieri non posse putamus, vt bene ac perfecte res demonstrentur, si vicissim ita in orbem probentur. Ex prioribus enim & notioribus constat omnis demonstratio: fieri autem non potest, vt res eadem, vna eademque re prior sit & posterior: nisi forte id alio atq; alio modo intelligatur: veluti si vno modo quæ simpliciter & natura ordine priora sunt acciperentur, altero autem, quæ nobis, quod posterius genus accommodatum est inductionibus: quæ enim qua hoc modo sunt priora, rem de qua queritur faciunt manifestam. Quod si ita res habet, alterum horum dicendum est, aut propterea non recte à nobis supra definitum esse quid sit plane ac perfecte rem scire, quia huius duo genera nos fecimus: aut pro demonstrationibus accuratis eas non esse habendas, quæ ex notioribus nobis constituuntur. F. Iam vero illos qui ita sentiunt, in orbem res bene demonstrari, non modo illo quod nunc diximus incommodo urgere possumus, sed hoc etiam, quod qui ita pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bant, nil aliud dicant, quam id quod ridiculum est, si res aliqua sit, illam ipsam esse: quo certe modo facile erit omnia demonstrare. Illud autem sequi incommodum, quod dico, perspicuum erit, si tria extrema accipiamus. Nam id nil interest an multis an pauci interpositis, retro commeent probationes: modo ne in pauciores quam duobus, mutuam illam ac reciprocandi rationem fieri intelligamus. Quando igitur si sit a, necessario est b: & si b sit, necessario est c: id etiam ad extremum concluditur, si a sit, c esse. Itaque si a posito sequitur b, & contra ex antecedente b, consequitur a, cuius generis erat reciproca demonstratio: loco consequentis assumamus c, tum profecto ex b antecedente ea concludere, idem erit ac si ex eodem ipso b concludere sc. At qui ex antecedente conficere c, nil erat aliud quam ipsum a ex se ipso efficere. Illud igitur aduersus illos qui hoc genus probandi reciprocum induxerunt, recte effectum est, nil hoc cum dicunt aliud eos dicere, quam hunc modi conclusionem valere, si a est, a est: quo profecto modo facile erit omnia demonstrare. Praeterea reciprocum hoc genus probandi, in his tantum verbis locum habere potest, qua vicissim retro commeunt, cuiusmodi sunt propria. Atqui vno posito simplici verbo, aut vna propositione: iam antea demonstratum est nil necessario concludi posse: sed minimum duas primum accipi sumptiones oportere, vt ratiocinatione aliquid concludatur. Si igitur medium verbum a sit consequens extremorum b c, atque ista extrema inter se reciprocentur, etiam necesse erit vicissim retro commeent cum a medio. Ac fieri quidem posse vt quae vicissim hoc modo retro commeant, in prima figura concludantur omnia iam ante à nobis demonstratum est in libris de Ratiocinatione: Sed etiam illud simul probatum est, in aliis figuris aut omnino hoc genus conclusionum locum non habere, aut ex iis quae sumpta sunt, rem non posse concludi. Omnino autem in iis verbis quae non reciprocantur, huiusmodi in orbem reciproca demonstratio fieri non potest. Quare si in demonstrationibus pauca sunt huius generis verba quemadmodum pauca esse certum est, illud certe perspicuum est, ridiculum esse vel potius omnino fieri non posse, vt propterea omnium rerum sint demonstrationes, quoniam vicissim in orbem reconcludi possint.

Argum tollan. scim.

COMMENTARIA.

POsquam in cap. superioribus constituit Arist. demonstrationem esse, & quid illa sit, in hoc cap. quorundam veterum errores circa scientiam & demonstrationem erudite confutat. Nam ex veteribus quidam auferebant omnino scientiam, alij è contra illam admittebant, hac tamen lege, vt illa per demonstrationem in orbem esset comparanda. Qui vtrique in hos errores ex eodem concepto falso fundamento prolapsi fuerunt, tantum scilicet posse aliquid per demonstrationem sciri nihilque sine illa posse cognosci.

A *Primum enim qui, &c.* Illi qui auferebant scientiam rerum hoc argumentabantur. Aut in demonstrationibus progrediendum est in infinitum aut tandem ad aliqua prima principia deueniendum erit: si in infinitum progredi debeamus, tollitur penitus è medio scientia: tum primo quia infinita mente percurri nequeunt, tum deinde quia in infinito non datur aliquod primum, at in quibuslibet rebus ignorato primo, necesse est cætera omnia ignorari cum cognitio subsequentium a cognitione antecedentium, ac priorum, dependeat: si vero sit tandem ad aliqua prima principia deueniendum, vel illa possunt colligi per demonstrationem, vel non possunt, si possunt, ergo non erunt prima, quia ea vocantur prima principia, quae nequeunt per alia demonstrari, & confirmari: si vero nequeunt colligi ergo neq; sciri etiam possunt, quia quidquid scitur per demonstrationem scitur & ita nullius rei erit scientia nam ignoratis primis principiis, necesse est cætera omnia qua ab illis dependent ignorari.

2. Pars capit.

B *Alij autem, &c.* Secunda opinio erat aliorum constituentium dari scientiam de rebus, hanc tamen per solam demonstrat. comparari posse asserebant. in quo cum aliis Philosophis conuenientes, docebant nihilominus hanc demonstrat esse circularem, ita vt ex principijs colligerentur conclusiones. & ex conclusionibus principia iterum deducerentur.

C *Primum enim, non omnem, &c.* In hac 2. p. cap. 1. opinio. huiusce modi argum. refellit. Demonstratio constare debet ex prioribus: atqui dantur multa quae prima sunt, nulla alia supra se priora continentia: iam igitur non erit omnium quae sciuntur demonstratio. Confirmatur assumptio. Illa quae sunt immediata non continent supra se alia

sua priora principia, cum in ipsis subiectum, & attributum nullo interposito medio vniantur: atqui dantur plerœque propositiones immediatæ, cuiusmodi sunt eæ quæ ab intellectu illico cognitis terminis cognoscuntur, qualis est hæc, omne totum est maius sua parte: dabuntur igitur plerœque propositiones, nullas alias supra se continentes, per quas possint à prioribus confirmari.

Consectio.

D *Itaque de hac re, &c.* Ex his colligit Arist. non omnium quæ sciuntur demonstrationem esse, sed posse nonnulla alio modo quam per illam cognosci, vt cum scimus propositionem aliquam cognitis terminis & extremis, illam enim non per discursum & demonstrat. sed per habitum primorum principiorum apprehendimus.

3. Pars capit.

E *Deinde vero illud fieri, &c.* Iam in vltima parte confutat secundam opinionem veterum philosophorum, constituentium dari demonstrationem circularem, illamque his tribus argum. nititur impugnare.

1. Argum.

Primum est. Si demonstratio circularis esset admittenda, sequeretur idem esse prius, & posterius, notius, & ignotius, sed hoc fieri nullo modo potest, ergo non erit demonstratio in orbem constituenda. Confirmatur propositio. Quælibet demonstratio progreditur per ea quæ sunt priora & notiora: si ergo ex eo (v. g.) quod homo est animal particeps rationis, per demonstrationem colligimus, hominem esse capacem disciplinæ, animal rationis particeps erit prius, & notius, quam capax disciplinæ. Deinde vero si ex eo quod homo est animal capax disciplinæ, colligimus illum esse animal particeps rationis animal capax disciplinæ, prius, ac notius erit, animalis participi rationis. Sed animal capax disciplinæ, in prima demonstratione, erat posterius, & ignotius, animali participi rationis, ergo idem esset prius, & posterius, notius, & ignotius. si demonstratio circularis admitti deberet. Quod si respond. inquit Aristot. non esse absurdum, idem esse prius, & posterius, notius & ignotius, alio, & alio modo, prius, & notius natura, posterius vero ac ignotius nobis, & ita in prima demonstratione nos progredi per ea quæ sunt priora & notiora natura, in secunda vero, per ea quæ sunt priora, & notiora nobis, solutionem hanc in hunc modum reicit. Demonstratio progredi debet per ea quæ sunt priora, & notiora simpliciter, & absolute, vt docuimus in cap. superiori, ergo quando progrediemur per ea quę sunt tantum priora, & notiora nobis non vtemur vera, & legitima demonstratione. Argum. itaq; optime confirmat non posse in vera demonstratione circulum committi.

Quorundam Solutio.

Confutatio.

F *Iam vero illos, &c.* Secundum argum. Si in demonstrat. committi posset circulus sequeretur idem confirmari per se ipsum: at hoc fieri nequaquam potest: ergo neque in demonstra. circulus committetur. Vt confirmemus propositionem huius argumen. constituendum erit cum omnibus dialecticis, in omni legitima argumentatione, quidquid sequitur consequens, sequi quoque ad illius antecedens. Hoc constituto positio hoc pacto confirmatur. Hæc est legitima argumen. homo est animal particeps rationis, ergo homo est animal capax disciplinæ, ergo cum ad consequens sequatur animal particeps rationis, quia bene sequitur homo est animal capax disciplinæ. ergo homo est animal particeps rationis sequitur quoq; ad antecedens vnde ex illo antecedente homo est animal particeps rationis, colligetur hoc consequens, quod est idem cum antecedente, ergo homo est animal particeps rationis: iam igitur si daretur demonstratio circularis, ita vt ex animali participi rationis colligeretur animal capax disciplinæ, & rursus ex hoc velut per circulum colligeremus particeps rationis, idem colligeretur & confirmaretur per se ipsum. Hanc rationem tradit Arist. propositis elementis, quam nos vt clariorem redderemus in vocibus significantibus exposuimus.

2. Argum.

G *Praterea reciprocorum hoc genus, &c.* Tertium. Demonstrat. quemadmodum & quilibet alius syllogismus in orbem, solum effici potest in terminis paribus, & æqualibus, & in 1. modo 1. figu. vt 2 lib. de prio. analyt. cap 5 docebamus: sed dantur plerœque demonstrat. quæ fiunt in terminis impari. bus & inæqualibus, vt sunt omnes illæ in quibus concludimus proprietatem generis de aliqua specie, & dantur etiam mu. tæ quę fiunt in aliis modis aliarum figurarum, vt postea ostendemus: ergo non poterit fieri vt sit aliqua demonstratio circularis, & in orbem.

3. Argum.

Scholia

Universidad de Deusto
Biblioteca

Scholia in caput tertium.

1. Obseruat. Opinio Philop.

A Quodnam sit institutum Aristot. in hoc cap. dubium est apud interpretes. Quidam enim, è quorum numero videtur extitisse Philoponus, existimant institutum esse ostendere dari demonstra. Reuera tamen falluntur quia quæstio an sit prior est quæst. quid sit, vnde cum in cap. superiori proposita fuerit diffinitio demonstra. explicatumque quid illa sit, nequaquam erit in hoc cap. quærendum an sit demonstratio, cum iam illud in 1 cap. Aristot. præstiterit. Alij vt Robertus Lincomensis existimant hoc cap. non spectare ad opus de demonstr. sed esse extra contextum, aliorum namque opiniones refellere non spectat ad demonstrandi artem, cum tantum ad eam pertineat confirmare, veram & necessariam propositionem. Cæterum præst. t si eum D. Tho. alisque interpretibus constituamus hoc cap. atrinere ad opus de demonstrat. illiusque institutum esse reiicere duos errores veterum Philosophorum, è quibus quidam existimarunt esse omnino auferendam scientiam rerum, alij vero etiam si admittebant illam dari, nihilominus per demonstr. in orbem illam comparandam esse arbitrabantur.

Lincomens.

Verior opi. D. Tho.

D. Inquit Arist non omnium quæ sciuntur esse demonstrat sed posse nonnulla alio modo, quam per ipsam cognosci Quæ verba Philoponus existimat referri debere ad substantias separatas, quia cognitis terminis statim apprehenduntur ab intellectu Themistius hunc modum ad ipsum intellectum, (cuius ope cognoscimus propositiones immediatas cognitis termin s) r. ducendum esse arbitratur. Alij per hunc modum intelligi volunt diffinitionem, per illam enim statim intelligimus immediatam habitudinem inter eam ac rem diffinitam. Multa tamen accuratius D. Thom. locum hunc interpretatur de hab tu primorum principiorum, illius namque ope cognitis extremis statim absque vllo medio prima principia intelligimus. Adnotat tamen ipsemet D. Tho. hoc loco, dum docet Arist. posse aliquid sciri absque demonstr medio habitu primo principiorum, non esse intelligendam nomine scientiæ eam scientiam, quæ diffinita fuit cap. superiori, cum enim hæc scientia sit effectus productus à demonstra. nulla ratione poterit absque illa generari, sed intelligendam esse quandam certam, ac infallibilem primorum principiorum cognitionem, hæc enim sine demonstrat. auxilio potest per intelligentiam acquiri & comparari.

2. Obseruat. Philoponus. Themistius. D. Tho. Obseru.

Disputatio in ea quæ ab Arist. in hoc cap. 3. proposita fuerunt, vnica sectione comprehensa.

Argvmentvm.

OFferunt se in hoc cap. nonnullæ graues difficultates explicandæ, præsertim illæ quę ad propositionem per se notam spectant, quas in hac disputatione conabimur explicare, videamus tamen prius, sit ne demonstratio in orbem, vel circularis ex omni parte vitiosa.

Sect. vnica in cap. 3. 1. lib. de demonstratione, Quæstio I. An detur demonstratio in orbem.

1 Argum.

RAtionem hanc demonstrandi non esse vitiosam, his duobus argum. demonstramus. *Primum.* Possumus ex causa colligere effectum, ac rursus ab effectu causam confirmare: dabitur ergo demonstratio in orbem. *secundum* Ex forma inferimus aliquando finem, ac ex fine formam è contra demonstramus: iam ergo erit demonstratio in orbem merito constituenda.

2 Argum.

In huius q explicationem reuocandum est in memoriam quod lib. 2. prior cap. 5. cum Arist docuimus syllogismum circularem esse illum iuxta quem ex præmissis colligimus conclusionem, ac deinde quasi per

Quid demonstra. circularis.

circulum ex conclusione vna cum altera ex præmissis, alteram propositionem colligimus Idem namq; quod eo loco de syllogismo in orbem explicuimus, de demonstratione circulari hic intelligetiam volumus. efficitur enim ea, quando ex præmissis colligimus conclusionem, ac iterum ex conclusione vna cum altera ex præmissis, aliquam ex prius assumptis propositionibus confirmamus. Sciendum est etiam demonstrationem in orbem fieri posse aut in solo vno genere demonstrādi, vt in sola demonstratione à priori, vel in sola demonstratione à posteriori, vel in diuersis generibus, sicut in vtraq; demonstratione, ita vt confirmemus in primis conclusionem per demonstrat. à priori, ac deinde quasi per circulum vtamur demonstratione à posteriori, ad alteram ex propositionibus confirmandam Neq; est etiam obliuioni tradendum, demonstrationem circularem fieri posse in eodem, aut in diuerso genere causæ, in eodem vt si in genere causæ materialis (v.g.) illam connectamus, in diuerso vero, vt si iuxta genus causæ materialis, ac finalis, vel efficientis, & formalis, hanc demonstrandi rationem exercemus, ita vt per materiam confirmemus finem, & finem iterato ex materia per circulum colligamus. His adnotatis litem hanc hisce assertionibus dirimimus. Prima sit.

1. Conclus.

In diuerso genere demonstra. dari potest demonstratio circularis. Confirmatur Possumus nos per causas confirmare effectum, iterumque per effectum causam circulariter colligere possumus, quemadmodum colligere possumus media demonstrat. per causam, hominem (v. g.) esse capacem disciplinæ, quia est animal particeps rationis. ac iterum hominem esse animal rationis particeps, per effectum: quia scilicet est capax disciplinæ: cum ergo prima demonstratio sit à priori, & secunda à posteriori (quæ duo sunt diuersa genera demonstrandi) dari poterit circulus in diuersis generibus demonstrationis.

2. Conclus.

Secunda conclusio. In eodem genere demonstrandi in diuersis tamen causarum speciebus, ac formis, etiam potest demonstratio circularis proponi Confirmatur in primis. Causæ sunt sibi inuicem causæ, vt author est Arist. 1. Metaphys. cap. 2. ergo poterit esse in causis circulus in demonstrando quemadmodum est etiam in eisdem circulus in caulando *Præterea* Confirmamus: Nonnunquam finem per formam, vel ut hominem esse natum ad beatitudinem perfruendam, eo quod constat anima rationis compote: ac è contra, formam medio fine, suademus sicut hominem constare anima rationis vsu ornata, quia ad beatitudinem est destinatus. Arist etiam cap superiori per finem demonstrationis, materiam eiusdem inuestigauit, cuius quidem materiam per finem possemus nos è conuerso indagare; iam ergo in diuersis causarum generibus, nullum absurdum erit demonstrationem circularem vsurpare

3. Conclus.

Tertia sit. Iuxta idem genus causæ, eandemque demonstrandi rationem, nullo pacto potest demonstratio in orbem obseruari. Hanc conclusionem confirmant argum. ab Aristot. in textu proposita. Primo quia fieret idem esse & ignotius, & notius, prius, & posterius Secundo, quia idem confirmaretur per seipsum. Et tertio, quia hæc demonstrandi ratio tantum deseruit primo modo primæ figuræ, cum tamen dentur pleræq; demonstrat quæ in aliis modis reliquarum figurarum connectuntur. Has tamen rationes luculenter satis in contextu exposuimus.

4. Conclus.

Quar. a conclusio. Simpliciter, & absolute, non est demonstratio in orbem concedenda, sed solum secundum quid. Confirmatur ad hunc modum. Demonstratio circularis est hoc nomine ornata, quia quandam habet cum circulo similitudinem. Vnde quemadmodum in circulo idem punctum est principium, & finis lineæ, ita etiam in demonstratione circulari, idem debet esse principium, & finis, simpliciter & absolute: atqui quando vtimur diuerso genere demonstrandi, vel idem demonstrandi genus in diuersis causarum speciebus exercemus, non est idem principium, idemque finis cum sint genera diuersa, nam in sola demonstratione eiusdem generis, & iuxta idem genus causæ effecta atque constructa, idem potest inueniri finis, atque principium: cum ergo nequeat in hoc genere demonstrandi dari circulus, quamuis dari possit in genere demonstrandi quod progreditur vel per diuersa genera, vel per diuersas causas, simpliciter, & absolute non erit admittenda demonstra. circularis.

Ad arg. effecta in prin.

Ex his facillime dissoluentur argum. quæ in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in principio aduersus Arist. effecimus, iam enim supereſt explicatum qua ratione & in quo genere cauſæ fieri poſſit demonſtratio circularis.

QVÆSTIO II.

Quanam ſit propoſitio per ſe nota.

SVnt qui nitantur confirmare non eſſe propoſitionem immediatam ac per ſe notam eam in qua attributū & ſubiectum ſunt ſic inter ſe connexa, vt vnum eorum ſit de eſſentia alterius, ad quod confirmandum quamplurimis vtuntur argu. *Primum* Dantur p e æque propoſitiones, in quibus attributum non eſt de eſſentia ſubiecti, cuiuſmodi ſunt hæ. *Omne totum eſt maius ſua parte, lineæ parallelæ non concurrunt*, & aliæ id genus, quarum quidem attributum non eſt de eſſentia ſubiecti cum tamen ſint illæ per ſe notæ apud Geometras: propoſitio ergo per ſe nota non erit ea in qua attributum ſpectat ad eſſentiam ſubiecti. 1. Argum.

Secundum. Hæ propoſitiones, natura eſt motus eſt, ſunt per ſe notæ, vt auctor eſt Ariſt. 2. lib. phyſicor. cap. 1. itidemque hæ aliæ cœlum eſt, terra eſt: at in his attributum non eſt de eſſentia ſubiecti, nam attributum eſt eſſe, quod in ſolo Deo eſt de eſſentia, & natura ipſius, ergo, &c. 2. Argum.

Tertium. Hæc propoſitio, nix eſt alba, eſt per ſe nota, vt Ariſtot. 1. lib. Topi. profitetur nam nulla eget confirmatione, cum ſenſu & experientia cognoſcatur: atqui in illa attributum non eſt de eſſentia ſubiecti: ergo, &c. 3. Argum.

Hæc tria argu. connectat Aureolus apud Capreolum, quæ autem ſequuntur ſunt Gregorij.

Primum. Sumamus has duas propoſitiones *intellectus eſt ſubſtantia, intellectus eſt qualitas.* Profecto in aliqua ipſarum attributum pertinet ad ſubiecti naturam: atqui neutra eſt per ſe nota, cum de vtraque ſit maxima controuerſia apud Philoſophos: ergo non omnis propoſitio in qua attributum eſt de eſſentia ſubiecti, erit per ſe nota. 1. Argum.

Secundum. Hæc propoſitio Roſa eſt flos, eſt attributi ad eſſentiam ſpectantis: atqui ea non eſt per ſe nota, non enim eſt neceſſaria, cum in hyeme ſit falſa: ergo non omnis propoſitio cuius attributum pertinet ad naturam ſubiecti, per ſe nota cenſebitur. Secundum.

Tertium. In hac propoſitione, *albedo eſt color*, attributum eſſentiale eſt ipſi ſubiecto: atqui non eſt illa per ſe nota: iam igitur non erit propoſitio per ſe nota illa in qua attribut. eſſentialiter conuenit ſubiecto. Confirmatur aſſumptio. Propoſitio per ſe nota, omnibus cognoſcentibus terminos nota eſſe debet: atqui hæc non eſt huiuſmodi, homini namque cæco ignota eſt; ergo hæc propoſitio albedo eſt color, non erit per ſe nota. Tertium.

Eam propoſitionem docuerat Ariſtot. in cap. eſſe per ſe notam, quæ ab intellectu ſtatim terminis cognitis intelligitur. Quæ quidem ſententia non parum facceſſit negotium interpretibus, quomodo ſit intelligenda. Quidam enim vt Gregor. 1 lib. ſentent. diſt. 2 quæſt. vnica ſibi perſuadet nomine terminorum, ac extremorum, in præfata Ariſt. ſententia intelligendas eſſe voces, ſubiectum, & attributum propoſitionis per ſe notæ exprimentes, ita vt ſenſus propoſiti Ariſt dicti ſit huiuſmodi Propoſitio per ſe nota eſt quæ cognoſcitur cum primum termini, id eſt voces, ac nomina, ſubiectum & attributum ſignificantia probe intelliguntur. *Alij* vt Scotus 1. lib ſent. diſt. 2. q. 2. eam iudicat eſſe propoſitionem per ſe notam, quæ ex terminis propriis huiuſcemodi propoſitionis cognoſcitur, ea quidem ratione, qua exiſtunt eiuſmet, & non alterius cuiuſpiam propoſitionis termini. *Vnde* infert ille eam propoſitionem in qua attributum prædicatur de diffinito, non eſſe per ſe notam, cuiuſmodi eſt hæc, homo eſt capax diſciplinæ: ſed illam in qua attributum prædicatur de diffinitione, qualis eſt hæc altera, animal particeps rationis, eſt capax diſciplinæ, quia iuxta Scotum diffinitio, & diffinitum ſunt diuerſi termini, & ita eum illa propoſitio in qua attributum prædicatur de diffinito ſit confirmanda per diffinitionem diffiniti, non erit illa per ſe nota, manifeſtatur enim per aliam ſuperiorem. Sola igitur illa erit per ſe nota, in qua attributum effertur de diffinitione, hæc namque non habet ſupra ſe aliam per quam notificari queat. *Tertia opinio eſt D. Thom 1.p.q.2. art.1.1. cont. Gent. cap.11. 1. ſent. diſt.3 art.2. Capr. 1. ſent. diſt 2. q. 2. Caietan. in comm. huius loci, & 1.p. loco citato, Ferrar. loco citato ex 1. cont. Gent. M. Soto q. 5nica huius cap. in ſolut. 9 argum.* ac fere omnium, quotquot ſunt, recentiorum, arbitrantium illam eſſe

1. Opin. Gregor.

2. Opin. Scot.

Conſec.

3. Opin.

propo

propoſitionem per ſe notam, quæ ſimpliciter abſolute, & abſque vllo addito cognitis terminis cognoſcitur.

Hu opinionibus recenſitis vt veram ſententiam explicemus animaduertimus primum cum B. Alberto Mag tracta. 2. de demonſtrat. cap. 6. quod quemadmodum ea quæ oculis obiiciuntur, in duplici ſunt differentia nam quædam proprio, ac innato lumine (velut carbunculus) conſpiciuntur alia vero lumine extrinſeco, vt homo vel arbor, nam homo ab oculis lumine ſolis interueniente conſpicitur, ita quoque propoſitiones in duplici ſunt differentia quæda enim ſunt quæ lumine ſib. à natura inſito ab intellectu percipiuntur, velut axiomata, & generalia pronuntiata, qu le eſt *Omne totum eſt maius ſua parte*, ac rurſus, *Impoſſibile eſt idem ſimul eſſe, & non eſſe*, & alia id genus innumera: alia vero ſunt quæ ab intellectu medio aliquo lumine extrinſeco & alieno cognoſcuntur, cuius generis cenſentur propoſitiones priuatæ quarumcunque artium velut in dialectica, in omni diuiſione rem diuiſam eſſe maiorem membris diuidentibus, nam hæc propoſitio nequit propio lumine ab intellectu intelligi ſed eget lumine extrinſeco, alteriuſque propoſitionis, cuius ope poſſit ab illo comprehendi, vt huius, *omne totum eſt maius ſua parte*, nam quia hæc propoſitio per lumen ſibi innatum percipitur ab intellectu, & in omni diuiſione res diuiſa eſt totum, membra vero diuidentia ſunt partes, hæc concluſio, in omni diuiſione res diuiſa eſt maior membris diuidentibus, percipietur ab intellectu lumine alieno.

2. Obſeruat.

Iterum ſciendum erit propoſitionem per ſe notam eſſe triplicem, quædam enim eſt per ſe nota natura tantum, & non nobis, vt eſt illa in qua attributum eſt de natura ſubiecti, nos tamen vtriuſque habitudinem ignoramus vt eſt hęc propoſitio, Deus eſt, nam in illa attributum (videlicet eſſe) eſt de eſſentia ſubiecti, nimirum Dei, verum à nobis ob imbecillitatem intellectus non poteſt exacte habitudo inter Deum, & eſſe intercedens comprehendi. Alia eſt propoſitio per ſe nota natura, & nobis, qua ea eſt illa in qua attributum eſt de natura ſubiecti talſque habitudo etiam à nobis apprehenditur id genus extat hæc, homo eſt animal, nam in ea & attributum pertinet ad eſſentiam ſubiecti, eſt que etiam huiuſmodi habitudo attributi ad ſubiectum, nobis cognita, ac perſpecta. Denique alia eſt propoſitio per ſe nota nobis tantum, ac non natura, velut illa quæ à parte rei apta eſt, & nata, per aliam propoſitionem priorem notam fieri, nobis tamen iuxta cognitionem ſenſus nulla ratione poteſt per aliam eſſe nata, ſed immediate nata eſt ab eo apprehendi, cuiuſmodi eſt hæc propoſitio, nix eſt candida, quæ a parte rei medium habet, per quod confirmari queat nimirum diffinitionem candoris: at reſpectu facultatis videndi, omni medio eſt deſtituta, quia viſus immediate niuem candidam eſſe intuetur. *Hanc* autem propoſitionis per ſe notæ diuiſionem eſſe exactam, & accuratam, ad hunc modum Caiet. confirmat. Omnis propoſ. per ſe nota eſt immediata: quia per ſe nota vocatur illa quæ non eſt per aliud medium à priori nota, & hæc eadem vocatur propoſit immediata, illa ſcilicet quæ caret medio à priori per quod confirmari valeat: ſed propoſit. immediata triplex eſt, quædam ſecundum ſe & non nobis, alia immediata ſecundum ſe, & nobis, & alia nobis, non tamen ſecundum ſe, vt docuimus in capite ſuperiori: ergo hæc triplex quoque erit propoſ. per ſe nota. Præterea propoſ. per ſe nota nobis, & natura, ſubdiuidenda erit in propoſ. per ſe notam natura & nobis tam peritis, quam imperitis, & in propoſ. per ſe notam natura, & nobis tantum peritis, prioris generis eſt hæc propoſ Omne totum eſt maius ſua parte, quæ ab omnibus hominibus tam peritis, quam imperitis percipitur, poſterioris vero eſt hæc, corpora ſunt in loco, incorporea vero nequaquam ſunt in illo, quæ authore Boetio in libello de hebdomadibus, à peritis, & ſapientibus, tantum percipi poteſt. Anno. ex Caiet.

Hu annotatis ſit prima concluſ. Omnis illa propoſit. in qua attributum, & ſubiectum, ita ſunt connexa, vt vnum eorum ſit de eſſentia alterius. eſt per ſe nota ſecundum naturam. Confirmatur aduerſus Gregorium Ariminenſem contrarium opinantem, adhunc modum. Omnis propoſit. immediata, eſt per ſe nota: ſed omnis propoſ. in qua attributum eſt de natura ſubiecti, eſt immediata quia eſſentia, & natura, immediate vnitur cum re illam habent ergo erit quoque omnis huiuſmodi propoſitio per ſe nota. 1. Concl.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Animaduertendum est tamen cum Capreolo in loco supra annotato à nobis, in solutione primi argum. quinque modis posse aliquid esse de essentia, & natura alterius: *Primo* quando attributum est tota diffinitio subiecti, vt quando animal particeps rationis attribuitur homini: *Secundo* quando attributum est tantum pars diffinitionis subiecti, vt quando animal tantum attribuitur eidem: *Tertio*, quando subiectum est diffinitio, aut de diffinitione attributi, vt quando dicimus animal particeps rationis, esse hominem: *Quarto*, quando attributum habet se ad modum cuiusdam diffinitionis, vel descriptionis subiecti, vt quando dicimus omne totum esse maius sua parte: nam hoc attributum, quod est, esse maius sua parte, est quædam descriptio totius: *Quinto* quando è contrario, subiectum habeat se veluti diffinitio quædam, vel descriptio attributi, vt quando ita dicimus, omne quod est maius sua parte, est totum. Igitur, cum iis quinque modis possit aliquid esse de natura alterius, quando in proposita assertione profitemur illam vocari propositionem per se notam, in qua aliquid, vel subiectum, vel attributum, est de essentia alterius, intelligendum est, aliquo ex iis quinque modis recensitis, neque illa ad vnum aliquem modum tantum est coarctanda. *Caietan.* 1 p in eo loco quem proposuimus, ita explicat hanc assertionem, vt dicat aliquid esse de natura alterius, posse intelligi duobus modis, primo, ita vt sit attributum essentiale, vel vt formaliter prædicetur, qua ratione animal est de natura hominis. Secundo ita vt fluat à natura subiecti, velut virtualiter in eadem contineatur, qua ratione prima proprietas, est de natura subiecti, quia fluit immediate ab illa. Itaque illa propositio est per se nota, in qua attributum est de natura subiecti, vel primo, vel secundo modo, tam formaliter, quam virtualiter, & ita propositiones quæ fiunt in primo, & secundo modo dicendi per se, erunt per se notæ, in primo, quia in illis attributum est essentiale subiecto: in secundo vero si fuerit attributum prima proprietas, quia cum illa fluat immediate, ab attributis essentialibus, de essentia quoque nuncupabitur. An vero illæ propositiones in quibus subsequentes proprietates de subiecto prædicantur vocari debeant per se notæ, in sequentibus disputationibus explicabimus. Eadem prorsus ratione assertionem hanc interpretatur Ferrariensis 1. lib. cont. Gent. cap. 13.

Secunda conclusio. Dantur permultæ propositiones per se notæ natura, in quibus attributum non est de essentia subiecti. Confirmatur. Illa propositio in qua vna categor. negatur de altera, est per se nota Præterea hoc axioma, impossibile est idem simul esse, & non esse est quoque per se notum natura, & pari ratione, illa propositio in qua vna diffinitio negatur ab altera diffinitione, vt cum dicimus, animal particeps rationis, non esse animal hinnibile (si hæc sit diffinitio equi) omnes inquam hæ propositiones, & aliæ huiusmodi, sunt per se notæ: sed in illis attributum non est de essentia subiecti, neque è conuerso vt est apertum: ergo dabuntur multæ propositiones per se notæ, quæ non expriment attributum aliquod essentiale. Dictum est autem in conclusione per se notas natura, quia si loquamur de propositionibus per se notis tantum nobis, certum est dari multas in quibus attributum non est de natura subiecti. nam hæc propositio, coruus est ater, est per se nota nobis, cum sensu, & experientia hoc ita esse cognoscamus, in qua tamen attributum non est de natura subiecti.

Quod si nobis obiicias authoritatem D. Tho. 1 p q 2 art 1 propositionem illam esse per se notam in qua attributum est de essentia subiecti, ac ita tuere hanc assertionem in qua dicimus dari multas propositiones per se notas, in quibus attributum non est de essentia subiecti. Respond. D. Tho. per hæc verba non tradidisse diffinitionem quandam generalem propositionis per se notæ, has omnes propositiones ambientem: sed tantum docuisse illam propositionem in qua attributum est de natura subiecti, esse per se notam, quod est verissimum, non autem quod omnis propositio per se nota, debeat esse ea in qua attributum sit de natura subiecti, quemadmodum etiam antea in locis citatis Capre. & Caiet. adnotarunt. Vnde colligendum erit, omnem illam propositionem esse per se notam secundum naturam, cuius cognitio dependet ex sola cognitione terminorum, non quidem vocum, vt inepte voluit Gregorius, sed rerum significatarum, quia Arist. non instituit de vocibus, sed de rebus significatis per eas dicti putare: præterea terminorum absolute, & non vt sunt termini illius propositionis, quemadmodum placuit Scoto, aduersus quem q. sequenti agemus siue in huiusmodi propositionibus attributum fuerit de natura subiecti, siue non fuerit.

2. Conclus.

1. Solutio.

Reliquum est iam, vt ad argu. Aureoli, & Gregorii sigillatim respon. ac inprimis ad tria Aureoli. *Ad 1.* dicimus attributum in his propositionibus, non esse de essentia subiecti primo, vel secundo modo, ex illis assignatis, esse tamen de essentia quarto modo, quia illud obtinet locum diffinitionis subiectorum vt in prima propositione, totum esse maius sua parte, obtinet locum diffinitionis totius, & in secunda, non posse concurrere, habet locum diffinitionis lineatum parallellarum. *Ad secun.* respon. has propositiones, non esse per se notas natura, possunt enim à priori per ipsum esse confirmari, quia omne quod habet esse est, sed natura habet esse: ergo natura est. Esse tamen notas nobis, sensu scil. cet. & experientia, & ita loquitur Arist. inquiens, ineptum esse velle demonstrare naturam esse, vel motum esse, cum hoc sensu & experientia sit potissimum. At nos in 1. conclu. solum agimus de propositione per se nota secundum naturam. *Ad tertium* eodem modo satisfacimus, hanc propositionem, nix est alba, esse per se notam, non autem natura, cum possit confirmari per diffinitionem subiecti, vel attributi. Facilius tamen ac breuius his stibus argum. occurrere possumus, si dicamus, nos non docere in omni propositione per se nota, attributum debere esse de natura subiecti, sed solum asserere omnem propositionem, in qua attributum est de natura subiecti, esse etiam per se notam vt in secunda conclu. asseruimus & ita quauis in propositionibus in his tribus argum adductis attributum non sit de natura subiecti, poterunt nihilominus esse illæ per se notæ.

Ad 1. argum.

2. Argu.

3. Argu.

Ad 1. Grego.

Respon. iam secundo loco argu. à Grego. aduersus nostram explicatam sententiam effectis. Primo quidem satisfacimus, aientes quandam ex duabus in illo assignatis propositionibus esse per se notam natura non tamen nobis, quia cum nos rerum omnium essentialia attributa exacte non intelligamus, quamuis à parte rei aliquod ex illis duobus attributis fuerit essentiale, nobis tamen non erit, & ita de vtraque dubitamus, quodnam conueniat intellectui, vnde erit aliqua propositio ex illis nota secundum naturam, non tamen nobis. *Ad secun.* dicimus hanc propositionem, rosa est flos, esse necessariam, ac semper veram, vt de rebus vniuersis agentes docebamus. Grego autem innititur falsæ opinioni, nullam propositionem esse perpetuæ, & æcruæ veritatis. *Ad tertium* tandem dicimus quasdam esse propositiones per se notas natura, & nobis omnibus, vt est hæc omne totum est maius sua parte, alias vero esse per se notas natura, & nobis quibusdam, vt est hæc propositio, incorporea non sunt in loco. Hæc igitur propositio, albedo est color, est per se nota natura, & nobis, non omnibus, sed nobis habentibus facultatem videndi, & ita homini cæco, nequaquam erit per se nota propositio.

3. Argu.

QVÆSTIO III.

An propositio in qua prædicatur proprietas de subiecto sit per se nota.

EAndem de propositionibus per se notis disputationem prosequamur, perpendamusque num illa propositio in qua proprietas dicitur de subiecto, sit per se nota nec ne? Nam non esse illam per se notam, in qua vel prima, vel reliquæ proprietates de subiecto, aut de illus diffinitione prædicantur, ita poterimus suadere. *In primis* vero quia tota hæc quæstio ex illa pendet, an diffinitio & diffinitum sint vnum, ac idem extremum, hoc inprimis erit confutandum. Primoque ita. Propositio in qua prima proprietas prædicatur de diffinito est demonstrabilis, ergo non erit per se nota: sed propositio in qua prædicatur proprietas de diffinitione indemonstrabilis, quia est principium demonstrationis, ergo ad constituendam propositionem per se notam, non erunt idem diffinitio & diffinitum. *Deinde.* Si diffinitio & diffinitum, essent idem terminus in propositione per se nota, hæ duo incommoda sequerentur primum vt in propositione soli duo termini reperirentur, subiectum scilicet, quod est diffinitum, & proprietas, alius namque terminus quod est medium verbum, (nimirum diffinitio subiecti,) secundum nostram sententiam à subiecto non distinguitur. Se-

1. Argu.

2. Argu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cundum incommodum est, quod in demonstra committeretur petitio principii, petimus enim concedi nobis in propositione de diffinitione quod est concludendum in conclusione de diffinito: atqui hæc vtraque duo absurda sunt, & maxima incommoda: ergo diffinitio, & diffinitum, in propositione per se nota non erunt vnum ac idem. *Præterea.* Potest aliquid esse per se notum de diffinitione quod tamen est de diffinito ignotum: alius ergo terminus erit diffinitio & alius diffinitum in propositione per se nota. Consequentia est aperta, confirmatur antecedens. Per se notum est ante demonstra. animal particeps rationis, esse capax disciplinæ, & non est per se notum de homine, qui diffinitum, cum per demonstration m de illo confirmetur: ergo aliquid potest esse per se notum de diffinitione, quod de re diffinita est ignotum. *Iam.* Illa propositio quæ potest confirmari à priori, nequaquam debet censeri per se nota: at propositio in qua prima proprietas de diffinito enuntiatur, confirmari potest à priori, per diffinitionem subiecti, vel proprietatis: ergo huiusmodi propositio non erit per se nota. *Rursus* Omnis propositi per se nota est immediata: at illa in qua reliquæ proprietates præter primam de subiecto prædicantur non est immediata cum inter subiectum, & illas, intercedat media prima proprietas: ergo huiusmodi propositio non erit per se nota, vt postea ostendemus.

1. Argu.

4. Argu.

5. Argu.

Scotus 1. *lib.* sen. d. 2. q. 2. existimat, ad constituendam propositionem per se notam, diffinitionem ac rem diffinitam, esse terminos inter se maxime diuersos. Iuxta illum itaque omnis propositio in qua aliquid præter diffinitionem de re diffinita dicitur, per se nota non erit, cum per diffinitionem ipsius subiecti nota fieri queat. Colligendum etiam erit ex illius opinione, illam attributionem in qua proprietas effertur de subiecto minime esse per se notam: at hanc, omni homo est capax disciplinæ: quippe cum possit ea per diffinitionem homi. (animal scilicet particeps rationis manifestari *Alii colorant* dicentes inter primam & sequentes proprietates, dicunque illam propositionem in qua prima proprietas prædicatur de subiecto, esse immediatam, eo quod inter eam, & subiectum, non sit aliquod medium, tamen vero

Scotus.

2. Opin.

in qua aliæ proprietates præter primam de subiecto enuntiantur, non esse immediatam, eo quod intercedat prima proprietas tanquam media inter subiectum & ipsis. Cum autem omnis propositio immediata sit per se nota, illa propositio in qua prima proprietas de subiecto suo effertur, erit per se nota: cæ vero in quibus secunda, & reliquæ proprietates de eodem prædicabuntur nequaquam per se notæ censebuntur. Hanc opinionem sequuntur *Caiet. 1. p. q. 2. ar. 1. Ferra. 1. cont. Gent. cap. 11. & M. Sotus q. vnica huius cap. in solu. 9. argu.* Ego vero opinor omnes propositiones in quibus tam prima quam reliquæ proprietates de subiecto prædicantur, esse per se notas, & immediatas, id quod in assertionibus apertè ostendemus.

Caieta Ferrarien. Sotus.

In huius igitur nostræ sententiæ explicationem sit prima conclusio aduersus Scotum. *Ad constituendam propositionem per se notam, minime concurrunt tanquam duo termini, ac extrema diuersa, diffinitio, & diffinitum. Confirmatur imprimis.* Dum diffinitio, & diffinitum componunt alterius generis, quam per se notas propositiones non censentur duo termini ac extrema inter se diuersa: neque igitur duo termini, ac extrema diuersa, iudicabuntur dum per se notam propositionem component. Consequentia aperta est, confirma. antecedens. In his duabus propositionibus, animal particeps rationis currit, & homo currit, in quarum prima currere prædicatur de diffinitione, in secunda de diffinito diffinitioque ac diffinitum vnus ac idem sunt terminus, numque ac idem extremum, nam qui admittit vnum, etiam admittit & aliam, ac è contra: diffinitio ergo ac diffinitum non erunt diuersi termini in propositionibus. *Deinde.* Quæ tantum differunt penes concipi ab intellectu confuse vel distincte, nequaquam extant diuersi ac distincti termini, quia hoc vel alio modo concipi ab intellectu nihil ponit in rebus: at diffinitio & diffinitum solum differunt penes, concipi ab intellectu confuse vel distincte, quia quod significatur vel concipitur confuse per diffinitum, significatur vel concipitur aperte ac distincte per diffinitionem: ergo diffinitio & diffinitum ad propositiones per se notas constituendas nequaquam tanquam termini diuersi concurrunt.

1. Conclu.

Nonnulla confecta.

Ex hac conclusione colligimus in primis diffinitionem, & diffinitum à parte rei esse rem vnam, & eandem: deinde in omni demonstratione cuius medium est diffinitio subiecti solum inuenirentur duos terminos nimirum diffinitum ac proprietatem diffinitio namque non debet censeri alius terminus à re diffinita diuersus: tertio in ea demonstratione in qua proprietatem de subiecto per illius diffinitionem concludimus committi à parte rei petitionem principii, petimus enim in propositione concedi nobis de diffinitione quod est in conclusione de re diffinita concludendum. Cæterum in eadem demonstratione respectu nostri neque committimus petitionem principii, neque soli duo termini in ea inueniuntur sed tres potius. *Id autem* vt intelligamus animaduertimus demostrat. non esse proprietatem aliquam rerum, quæ in ipsa pertractantur, sed esse instrumentum intellectus humani quo medio veritates necessarias & infallibiles per discursum intelligit, vnde & quandam affinitatem cum humano intellectu obtinet. Cum igitur hæc sit vis intellectus humani vt separet ea quæ sunt vnita, interligatque eandem rem aperte ac distincte qua per diffinitionem significatur, & obscure qua velut diffinitum exprimitur: pari etiam ratione diffinitum in demonstratione vt per proprium nomen exprimitur confuse intelligetur, idem vero vt per diffinitionem explicabitur distincte cognoscetur. Erunt igitur in demonstratione respectu nostri tres termini constituti diffinitum scilicet, qua per diffinitionem distincte ac aperte explicatur, idem præterea diffinitum ea ratione qua obscure per proprium nomen declaratur, ac denique proprietas quam de ipso diffinito in conclusione colligimus. Nec committimus iterum in demonstratione petitionem principii quo ad nos ac respectu nostri, quia intellectus in propositione id solum sibi concedi petit de diffinito clare ac aperte per diffinitionem significato ac expresso, quod deinde in conclusione de eodem diffinito obscure quidem per proprium nomen explicato infert ac colligit quod certe quoad nos non est petere principium, neque enim petimus aliquid de eadem re eodem modo sumpta nobis concedi.

Obser.

Secunda conclusio. Il a propositio in qua prima proprietas tam de diffinitione quam de diffinito prædicatur est per se nota. Primam partem huius conclusionis constituimus aduersus Capreo. in 1. dis. 2. q. 2. in solutio. 1. argum. dicto 2. opinantem eam propositionem in qua prima proprietas prædicatur de diffinitione subiecti, non esse per se notam, eo quod posset illa à priori, per diffinitionem proprietatis demonstrari quemadmodum hæc propositio, *animal particeps rationis est capax disciplinæ*, confirmari potest per diffinitionem proprietatis ad hunc modum. *Omne animal quod est natum ad consequendas disciplinas, est capax disciplinæ: at omne animal particeps rationis est natum ad disciplinas consequendas: ergo omne animal particeps rationis est capax disciplinæ.*

2. Conclu.

Reuera tamen decipitur Capreo. (vir alioqui doctissimus) diffinitionem que ac diffinitum apud Thomistas, vt confirmatum super est, vnum & idem à parte rei existunt, quare à parte rei diffinitio, nec poterimus per eam à priori proprietatem conuenire diffinitioni subiecti, confirmare. Haud dubie igitur erit propositio illa. in qua prima proprietas de subiecti diffinitione prædicatur, per se nota ac immediata iudicanda.

Secundam vero partem eiusdem assertionis cum D. Tho. lecti. 36 eiusdem 1. lib de demonst. aduersus Scotum constituimus, quam hoc pacto confirmamus Omnis propositio immedia. est per se nota: sed omnis propositio in qua prima proprietas dicatur de subiecto, est immediata: ergo erit etiam per se nota. Confirmatur assumptio. Iuxta Scotum propositio illa in qua proprietas de diffinitione subiecti effertur est immediata: atqui ad constituendam propositionem immediatam, ac per se notam, diffinitio, ac diffinitum non distinguuntur iam ergo propositio illa in qua prima proprietas dicitur de subiecto, erit etiam immediata.

Effici. id ipsum de 2. p. assu. asser.

Tertia conclusio. Illa propositio in qua reliquæ proprietates præter primam de subiecto prædicantur, per se nota dici potest, quin etiam & è contra, non per se nota, alio tamen, ac alio modo. *Vt hac intelligatur* animaduersione dignum est, duplicem esse propositio. per se notam, vnam secundum causam & alteram secundum attributionē cum enim propositio per se nota, eadem sit cum immediata, dictumque sit à nobis in

3. Conclu.

Obser.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cap. superiori, quasdam esse propositiones immediatas secundum causam, & alias secundum attributionem, quædam etiam propositiones asserendæ erunt per se notæ secundum causam, velut illæ in quibus inter subiectum, & attributum non intercedit vlla causa media, aliæ vero dici debebunt per se notæ secundum attributionem, in quibus inter subiectum & attributum non intercedit aliud medium attributū. *Dicimus itaque* propositionem illam in qua reliquæ proprietates præter primam de subiecto prædicantur, esse immediatam, ac per se notam, secundum attributionem, quia omnes proprietates immediate prædicantur de subiecto propositio, non esse tamen immediatam nec per se notam, secundum causam, nam inter subiectū ac secundam proprietatem, intercedit prima proprietas, tanquam causa media, subiectum namque immediate solam primam proprietatem producit, mediaque prima, secundam, ac secunde proprietatis ope, tertiam procreat, sicque de aliis contingit. *Ex hac re conclusionem* in hunc modum confirmamus. Illa propositio est immediata quæ est destituta medio, per quod confirmari queat: at illa propositio in qua reliquę proprietates præter primam dicuntur de subiecto, destituuntur tantum medio secundum attributionem, non autem secundum causam, erunt igitur immediatæ secundū attributionem, non tamen secundum causam: quod si hac ratione extiterint immediatæ, erunt etiam & eodem modo (nimirum secundum attributionem) per se notę, non vero secundum causam, quia immediatum, ac per se notum rem vnam, ac eandem declarant.

Expli. concl. 1.

Confir.

Ad 1.

Dissoluamus iam argu. præfata. Ad 1. igitur distinguimus propositionem: nam vel loquimur de illa secundum se, vel ratione nostri modi intelligendi. Si primo modo loquamur, propositio in qua concludimus proprietatem de re diffinita, tam immediata, & per se nota est quam sit, & extra illa in qua concludimus proprietatem de diffinitione; si vero secundo modo agemus, concedimus illam esse demonstrabilem, & non esse per se notam. Verum quando ipsi dicimus illam propositionem esse per se notam, in qua prima proprietas de subiecto prædicatur, agimus de illa secundum se, & non ratione nostri. *Ad secundum* respon. Si nos loquamur de diffinitione & diffinito secundum rem, committi in demonstratione petitionem principii, quia progredi à diffinitione in argumentatione est petere manifeste principium, vt D. Tho. in opusc. de fallaciis profitetur: tantumque sunt duo termini diffinitum scilicet, & proprietas. Quod si loquamur quoad nos neque principium petimus, neque duos tantum sed tres terminos accipimus, vt iam in quæstione dedimus explicatum. *Ad tertium* dicimus, nihil esse notum de diffinitione secundum se, quod non sit etiam de re definita notum, atque perfectum: at proinde quemadmodum ante demonstra. hæc propositio animal particeps rationis est capax disciplinæ, est per se nota: ita etiam & hæc altera erit à parte rei per se nota, homo est capax disciplinæ: verum propositio in qua proprietas prædicatur de diffinitione, erit per se nota respectu nostri, illa vero in qua ipsa prædicatur de diffinito nequaquam per se nota erit. *Ad quartum* distinguimus assumptionem, nam vel loquimur de hac propositione à parte rei, vel quo ad nos: si primo modo agamus nequit illa confirmari à priori, quia diffinitio per quam illa confirmari potest (vt dictum est) minime differt à parte rei, à re diffinita: si vero altero modo loquamur, nihil obest quo minus à priori confirmari valeat: at nos non instituimus sermonem de hac propositione secundo modo, sed primo. *Ad 5.* quidam respon falsum esse omnem propositionem per se notam debere esse immediatam. Hi tamen ignorant propriam rationem propositionis per se notæ, & immediatæ, qua a per se notum idem est, quod non per aliud notum, & hoc est esse propositionem immediatam, id est cognitam non per aliud medium. Hac igitur solutione prætermissa, breuiter aimus, illam propositionem in qua aliæ proprietates præter primam de subiecto dicuntur, esse immediatam secundum attributum & non secundum causam: & ita quoque esse per se notam secundum attributionem, & non secundum causam.

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

Ad 5.

QVÆSTIO IIII.

An omnis propositio per se nota sit etiam nobis nota.

SVperiores quæstiones hæc altera sequitur, num omnis propositio per se nota, sit etiam

sit etiam nobis nota, neque enim desunt in hac re varia placita philosophorum, oportet tamen confirmemus quo ad primum, omnem propositionem per se notam esse etiam nobis notam, quod duobus argum. præstare possumus. Primum est: Omnis propositio quæ est nota omni intelligenti proprios conceptus, est per se nota nobis, cognitio enim nostra ex cognitione propria subiecti, & attributi propositionis dependet. sed omnis propositio per se nota est omni intelligenti ex propriis conceptibus subiecti, & attributi cognita: ergo omnis propositio per se nota, erit quoque nobis nota. Secundum: Si aliqua propositio esset per se nota natura, & nō nobis, maxime hæc, Deus est: atqui hæc est etiā per se nota nobis: eadem igitur propositio erit per se nota natura, & per se nota nobis. Confirm assumptio. Prolata hac propositione, vel per illam intelligimus significatum subiecti & attributi, vel non intelligimus: si non intelligimus, ergo alia erit propositio ore prolata. & intra mentem retenta si vero intelligimus significatum subiecti, & attributi iuxta proprios conceptus, ergo erit propositio nobis nota, quia illud est nobis notum, quod intelligitur per proprios conceptus: sed hæc eade propositio est per se nota natura, ergo eadem propositio nobis, & natura per se nota esse poterit.

1. Argum.

2. Argum.

In hac quæstione explicanda est prima opinio Scoti in 1. *dist.* 2. *q.* 2. & Aureoli apud Capreolum in *eod. lib. dist. & q. existimātium*, omnem propositionem per se notam esse etiam nobis notam, cum enim illa sit euidens ex propriis conceptibus terminorum, in quocunque intellectu illa collocetur, erit euidens & per se nota. Consentit itaque superfluam esse distinctionem propositionis per se notæ, in per se notam natura, & per se notam nobis. Cæterum alia opinio longe verior est D. Thom. 1. *p. q.* 2. *art.* 1. 1. *contra Gent. cap.* 11. *aliuq; in locis*. Caietan. & Ferrar. *illius in* 1 *p. loco citato*, & *in comment. huius cap. huius vero in comment. loci ex* 1. *cont. Gent citati*, Capreol. *in* 1. *dist* 2. *q.* 2. ac fere omnium Philosophorum constituentium non omnem propositionem per se notam, esse etiam nobis notam. Vnde opinantur diuisionem præfatam, esse accommodatam & accuratam.

1. Opi. Scoti.

Secunda opi. D. Thom.

Hanc igitur postremam sententiam vnica concl. explicamus. Non est eadem propositio per se nota natura, & per se nota nobis. Confirmatur primo: Omne secundum essentiam notum, est etiam per se notum, esse enim notum dicitur de eo quod est per se, & per aliud notum: sed quædam sunt quę non nobis sed secundum essentiam, & naturam sunt nota, erunt ergo quædam propositione per se nota suapte natura, & non nobis. Iterum: Omnis propositio significat rem aliquam, quæ nata est ab intellectu apprehendi: ergo idem iudicium erit de propositione, & de re quæ nata est intelligi: sed dantur quædam naturæ ex se aptæ & natæ vt intelligantur, & non nobis, vt substantiæ separatæ, aliæ vero natæ sunt & aptæ à nobis intelligi velut substantiæ ortui, & interitui obnoxiæ, quæq; à nostris sensibus percipiuntur, vt auctor est Arist. 2 *lib. Metaph. cap.* 2. quædam ergo erunt propositiones per se notæ natura, & non nobis, qualis est hæc propositio Deus est, in qua attributum est de natura subiecti, latet tamen nos habitudo inter subiectum & attributum interueniens: rursus quæ aliæ erunt per se notæ nobis, velut illæ in quibus habitudo subiecti ad attributum distincte comprehenditur.

Concl. Gn.

Iam ad argumentum: ad primum distinguimus propositionem, nam vel est nobis sermo de cognitione conceptuum propositionis clara & distincta, vel de cognitione obscura & confusa: si de distincta agamus, vera est propositio, at dantur multæ propositiones per se notæ, in quibus conceptum distinctum & apertum subiecti, & attributi nequaquam producere possumus, tales est hæc, Deus est, nullus enim viator potest in mente distinctum conceptum ipsius Dei efformare. Quod si de confusa cognitione agamus, eandem propositionem diffitemur, vt enim aliqua propositio quæ est per se nota, natura sit etiā per se nota nobis, concipi debet ab intellectu iuxta conceptus distinctos, & manifestos, vel ut hæc altera, omne totum est maius sua parte, verum quia non omnis propositio per se nota potest ab intellectu concipi iuxta distinctos, & apertos conceptus, non semper eandem propositionem per se notam natura, & per se notam nobis esse continget.

Ad 1. arg.

Ad 2. arg.

Ad secundum respond. assignatam pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

positionem esse notam iuxta proprium eius significatum, non quidem conceptu distincto, sed solum confuso & obscuro, dum enim hanc mortalem vitam ducimus, cõfusa tantum cognitione Deum intelligere valeamus: at vero vt huiuscemodi propositio, quæ per se nota est, etiam sit nobis nota, debet iuxta proprios conceptus subiecti, & attributi clare, ac distincte intelligi atq; cognosci.

CAPVT IV.

De modis dicendi per se.

ARGVMENTVM CAPITIS.

IN quatuor partes est caput diuisum. In prima confirmat demonstr. constare debere propositionibus necessariis, in secunda quid sit dici de omni, in tertia quot sint modi dicendi per se, & in quarta quid sit attributum vniuersum declarat.

A *QVoniam autem id quod certo scimus, non potest se aliter habere, illud profecto sequitur, rem esse necessariam, quæ sub scientiam cadit demonstratiuam. Atqui scientia demonstratiua est, quam tum habemus, cum mere percepimus alicuius rei demonstrationem. Quare demonstratio erit ratiocinatio qua ex necessariis constat. Dicendum igitur qua & quales sunt res illæ ex quibus demonstrationes conficiuntur. Ac primum explicandum, quid est quod in omni inesse dicimus: tum qua sint ea qua per se conueniunt: Postremo, quid est, in vniuerso genere spectari.* B *In omni id dicitur quod ita in alterum cadit, vt nec sub illo genere partem vllam accipere possis cui non conueniat: nec vllum tempus inuenire, in quo de illo non dicatur. Vt si in omni homine dicitur animal, necesse est vt quacunque in re vere enunciabitur homo, etiam animal enuncietur: & quocunque tempore illud verum erit, & hoc verum esse. Item si in omnem lineam cadit punctum, idem illud quod in superiori exemplo dicendum.* C *Quod vero id sit in omni inesse quod dixi, argumento est, quod omnes qui rogati fuerint, nunquid in omni quippiam insit; ita occurrere interrogationi solent, vt aut aliquid subiiciant cui illud non insit, aut certo quodam tempore non conuenire ostendant.* D *Per se autem illa primum conueniunt, qua in explicanda rei natura atque essentia adhibentur. Vt triangulo per se non inest linea, linea punctum. Nam & in natura trianguli, & linea, hoc insunt: & in definitione, qua declaratur quid illa sint, ponuntur.* E *Deinde illa etiam per se insunt, quacunq; rem aliquam ita consequuntur, vt cum quid illa sunt definitione explicatur, necesse sit rem ipsam in definitione accipi: quomodo linea conueniunt rectum & circumductum. & numero par & impar, item primum & compositum, denique quod paribus constat lateribus, & quod productis ribus altera ex parte oru constat. Nam si ista velu quid sint definitione declarare, in his quidem numerum, in illis autem lineam necesse erit adhibere. Atq; vt omnia similia semel complectar. Ea omnia per se inesse dicenda sunt, quacunque aut hoc posteriore modo, aut illo priore, alteri conueniunt: qua vero neutro modo insunt, accidẽtia appellabuntur. Cuiusmodi sunt album & musicum, qua animalu sunt accidentia.* F *Est vero & alia significatio huius verbi, cum ea per se esse dicuntur, qua cum appellantur in nullo subiecto esse intelliguntur. Nam cum ambulare dicimus, aliud quiddam intelligamus oportet in quo illud ipsum ambulare insit: & quum album appellamus, aliud quoddam esse oportet, quod album sit: Substãtia autem, & omnia, qua hoc aliquid significant, aliud nihil sunt quam id ipsum quod sunt. Quapropter qua in nullo subiecto insunt, ea per se esse dico: qua vero in subiecto insunt, ea accidentia appello.* G *Est etiam aliud quoddam genus, quo ea per se esse dicuntur, qua suapte natura ac propter se alteri conueniunt: qua vero nõ propter se conueniunt, accidentia dicuntur. Vt si ambulante aliquo fulserit, accideras est: propterea quod fulguru causa nõ est ambulatio, sed ita forte accidisse dicimus. Qua vero propter se cum altero sunt coniuncta, ea per se sunt. Veluti vt qui iugulatus intereat, id per se fieri dicimus, quãdo interitus*

interitus causa est ipsa iugulatio neque id forte ita contigisse dicimus, sed quia iugulatus erat, ob id mortem obiisse. H *Itaq; in iis rebus, qua sub certam ac perfectam scientiam cadunt, omnia illa qua duobus illis prioribus modu, per se inesse dicuntur, aut quoniam insunt in attributorum definitionibus subiecta, aut contra in subiectorum, attributa: omnia inquam illa necesse est cum propter se, ac vi sua conuenire, tum vero necessario iis inesse quibus attribuuntur. Neq; enim potest aliter esse, quin aut ipsa sibi nihil habẽt contrarium conueniant, aut, in quibus contraria reperiuntur, ex ipsis alterum insit. Vt lineæ necesse est aut rectum, aut inflexum inesse: numero, aut par, aut impar. Nam si omne quod alteri aduersatur, est quasi alterius priuatio aut negatio, ad idem genus pertinens: Vt par nihil est aliud quam quod in genere numerorum non est impar: necesse autem est in omni re aut affirmationem, aut negationem dici: illud profecto consequens est ea qua per se insunt, necessario iis conuenire quibus attribuuntur. Atque hæc de iis qua in omni, & de iis qua per se dicuntur, sufficiant.* I *Ad vniuersum autem genus ea pertinere dico, qua & in omni insunt, & per se rei conueniunt, & hoc ipso quod res talis est. Ex quo perspicuum est: ea qua in vniuerso genere cernuntur, necessario iis conuenire quibus attribuuntur. Per se autem, & hoc ipso quod tale est cõuenire, idem significant. Vt per se inest linea punctum, & rectũ esse: ea vero etiam linea, quia linea est, conueniunt. Et triangulo, hoc ipso quod triangulum est, conuenit habere tres angulos pares duobus rectis, sed & per se triangulo illud ipsum conuenit. At vero vniuersum genus vt demonstretur, necesse est non modo vt in ea re inesse demonstretur cui omni conuenire possit: sed etiam vt de eo cõcludatur, in quo primum omnium cernitur. Vt tres habere angulos pares duobus rectis, neq; in vniuersum genus figurarum cadit (etiam si figuram non equidem quamuis, sed incerte figuram, probare possumus habere tres angulos pares duobus rectis) neq; illud qui demonstratione concludit, in quauis figura, sine vllo discrimine, id recte conficere possint, quadrangulum enim figura est, neque tamen tres habet angulos pares duobus rectis. Isosceles autem habet quidem quodcunq; illud tandem sit, tres angulos pares duobus rectis, sed non id primum est in quo illud cernitur, cum ad triangulum id prius pertineat. Quicquid igitur illud tandem sit, quod primum aut habere tres angulos duobus rectis pares aut aliud quidvis, demonstrabitur, id erit in quo primum omnium genus vniuersum spectabitur. Ac demonstratio quidem proprie ac per se erit, qua vniuersum illud genus probabitur: in aliis autem omnibus, non proprio ac per se, sed alio quodam non accurato genere demonstrandi, illud idem concludetur. Quinetiam in Isoscele si illud demonstretur quod diximus, non ostendetur vniuersum genus, cũ id multo latius pateat, quam Isosceles.*

COMMENTARIA.

1. Pars cap. INstituit in hoc cap. Aristot. ostendere demõstrationem constare ex propositionibus necessariis. Verum quia propositio necessaria debet esse de omni, per se & vniuersa, propterea Arist in hoc eodem cap. de his omnibus latum fermonem instituit. In principio vero capit hanc assertionem statuit.

Vnica concl. A *Quoniam autem, &c.* Omnis demonstratio constare debet ex præmissis necessariis. Hanc huiuscemodi argument. confirmat. Conclusio necessaria tantum potest confirmari ex præmissis necessariis, quamuis enim aliquando ex contingenti colligatur necessarium, ex illo tamen nequaquã id ipsum confirmari potest: sed conclusio demonstrationis est necessaria, cum aliter se habere non possit, ergo tantum poterit ex propositionibus necessariis confirmari: at confirmatur illa per demonstrationem: demonstratio igitur ex præmissis necessaris constituti debebit.

2. Pars cap. B *In omni id dicitur, &c.* Præfata assertione (tanquã firmissimo fundamẽto) cõstituto, iã in reliquis partib. huius cap. explicandũ suscipit quid sit dici de omni, per se, & vniuerse Dict de omni est quando nihil continetur sub subiecto, de quo nõ vere affirmetur attributum in omni temporis differentia. quemadmodũ animal dicitur de omni homine, quia nihil sub homine cõtinetur, de quo animal non vere, & omni tempore affirmetur. Vnde duæ conditiones requirẽtur vt aliqua propositio sit de omni Prima vt attributum vere affirmetur de subiecto, ob cuius defectum hæc omnis homo est albus, non erit propositio de omni attributum enim non affirmatur vere de omni cõtento sub subiecto: altera est, vt attributum non solum vere, sed & in qualibet etiam tẽporis

Quid sit dici de omni.

Universidad de Deusto
Biblioteca

poris differentia de omni contẽto ſub ſubiecto efferatur, quare hæc propoſitio, omnis homo vigilat, non eſt de omni, quamuis enim attributũ vere affirmetur de ſubiecto, non tamen de eo in qualibet temporis differentia prædicatur.

C *Quod vero id ſit in omni, &c.* Confirmat Ariſt. definitionem propoſitam de omni, eſſe accuratam hoc pacto: Si quis conetur euertere aliquã propoſitionẽ, eſſe de omni vel proponet aliquod indiuiduum contentum ſub ſubiecto, de quo non affirmetur vere attribut. vel aliquod al ud de quo licet vere affirmetur, in omni tamen temporis differentia minime prædicatur. Sit exemplum. Velit quis oſtendere hanc non eſſe de omni omnis homo eſt albus, hic certe proponetæthiopẽ contentũ ſub homine, de quo attributum niger (nempe) non affirmatur. Velit itidem aliquis demonſtrare contendens hanc omnis homo vigilat, nequaquam eſſe propoſitionẽ de omni, is adducet haud dubie Petrum (v. g. dormientem), ſub homine contentum, cui non ſemper competit vigilare: iam igitur dici de omni recte definitum ſuperet quando nihil ſub ſubiecto continetur, de quo attributum non & vere, & omni tempore affirmetur.

3. Pars cap.

D *Per ſe autem, &c.* Proponit iam Ariſt. *in 3. huius c.* parte quatuor modos dicendi per ſe. Primus, quando attrib. eſt de natura ſubiecti, hic autem eſt quando illud vel eſt tota definitio eſſentialis, vel pars definitionis ſubiecti, tota definitio, vt cum dicimus hominem eſſe animal participeps rationis, pars autem definitionis, velut cum dicimus hominem eſſe participem rationis, vel eſſe animal. Hoc autem intelligendum eſt, non tantum quando attributum prædicatur ſecundum eſſentiam, & in recto, vt in exemplis adductis: verum etiam cum in obliquo dicitur, vt cum punctum de linea dicitur, ſeu vnitas de numero, quia huiuſcemodi prædicationes, nequeunt in recto fieri, ſed in obliquo tantum effici poſſunt, nam dicimus lineam componi ex ductu puncti, numerumq; ex vnitatibus, quæ tamen propoſitiones ſunt in hoc primo modo dicendi per ſe.

1. Modus dicendi per ſe.

2. Mod.

E *Deinde illa etiam per ſe, &c.* Secundus modus dicendi per ſe eſt, quum ſubiectum eſt de eſſentia attributi, iuxta quẽ proprietas effertur de ſubiecto, nam tunc temporis ſubiectum de eſſentia eſt attributi, cum proprietas eſſentiali definitione debeat per ſubiectum diffiniri. Vnde hæc propoſitio homo eſt riſibilis: eſt in ſecundo modo dicendi per ſe: attributum enim in illa proprietas eſt ſubiecti. Hoc eodẽ modo dicendi per ſe, rectũ, & inflexũ, de linea, par, & impar de numero prædicantur.

F *Eſt vero & alia ſignificatio, &c.* Tertius modus potius eſt modus eſſendi per ſe, quam dicendi per ſe, eſt namque ille modus exiſtendi per ſe, & non alio velut in ſubiecto, qui quidem ſolis ſubſtantiis competit cum eæ ſolæ per ſe exiſtant, nullo autem pacto accidentibus, quæ in ſubſtantia tanquã in ſubiecto continentur.

3. Modus.

G *Eſt etiam aliud quoddam genus, &c.* Quartus modus dicendi per ſe eſt, quando ſubiectum eſt cauſſa efficiens attributi, velut ædificator ædificat, medicus medetur, iugulatus interiit, omnes hæ propoſitiones ſub hoc quarto modo ſunt comprehẽſæ, eſt ſiquidem ſubiectum cauſſa efficiens attributi per ſe, & non per accidens. Hoc autem ob id dicimus, quia cum ſubiectum eſt cauſſa per accidens attributi, talis propoſitio non eſt in aliquo modo per ſe, ſed accidentaria cenſeri debet, vt quod ambulante Petro fulgeat, in hac namque propoſitione, ſubiectum cauſſa eſt per accidens attributi, euenit enim vt ambulante Petro, ſuprema partis regionis aeris, fulgoribus compleatur.

4. Modus.

H *Itaque in his rebus, &c.* Explicat Ariſtoteles diſcrimen inter duos priores modos dicendi per ſe & reliquos interuenies, idque ait eſſe, quod in quarto attributum accidentario de ſubiecto dicitur, vt ædificare de architecto, & mederi de medico: at vero duo priores modi, continent attributa neceſſaria, in eis enim attributum neceſſario de ſubiecto dicitur. Et quidem in primo modo rem ita ſeſe habere nulli eſt dubium, nam quæ eſſentialia ſunt, neceſſario de re prædicantur, ea vero, quæ in ſecundo modo dicendi per ſe continentur, neceſſario etiam dici ad hunc modum explicat Ariſtoteles. Duo (inquit) dantur proprietatum genera, quædam enim nullum in ſubiecto contrarium obtinent, vt eſt riſibilitas in homine, aliæ vero contrarium aliquod in ſubiecto ſortiuntur, huius generis ſunt par, & impar, in numero, rectum, & inflexum in linea,

Diſcr. inter hos mo. inter.

par enim

par enim impar, rectumque inflexo aduerſantur. Priores illæ proprietates ſimplices, poſteriores vero proprietates cum diſiunctione appellantur. Cum igitur dentur hæc duo proprietatum genera, quæ ſimplices ſunt, abſolute, & ſimpliciter dicuntur ſubiecto & neceſſario inſunt, ſicut riſibilitas ineſt homini: at proprietates cũ diſiũctione nõ inſunt ſubiecto ſimpliciter, ſed cum diſiunctione duntaxat, velut numero nõ ineſt neceſſarius, & ſimplicite, hoc quod eſt eſſe parem, vel hoc aliud, quod eſt eſſe imparem, bene tamen eidem ineſſe dicitur neceſſario, eſſe parem, vel imparem ſub diſiunctione. Id autem hoc pacto Ariſtoteles demonſtrat. Hæ proprietates habent ſe velut affirmatio & negatio, & tanquam habitus, ac priuatio, vna enim ex his proprietatibus, ea ſcilicet, quæ perfecta eſt, habitus, & affirmationis, locum obtinet altera, ea nimirum, quæ imperfecta eſt, negationis, & priuationis vim retinent: par enim in numero locum habitus, & affirmationis ſibi vendicat, cum tamen impar priuationis & negationis locum occupet: atqui habitus, & priuatio ſic ſunt inter ſe affecta, vt neutrum determinate ſubiecto inſit neceſſario, bene tamen vtrunque ſub diſiunctione eidem inhæreat, ſicuti animali, nec determinate viſus, nec determinate cœcitas, optime tamen vel cœcitas, vel viſus ſub diſiunctione inhæret: hoc igitur ipſum in proprietatibus contrarium obtinentibus eueniet, vt ſcilicet neutra determinate, bene tamen vtraque ſimul ſub diſiunctione ſubiecto neceſſario inſit.

I. *Ad vniuerſum autem genus, &c.* In poſtrema cap. parte Ariſt. diffinit, quid ſit attributum vniuerſum, vel vniuerſale dici. Attributum vniuerſum illud (inquit) eſt, quod dicitur de omni, per ſe, & ſecundum quod ipſum, vel primo. Continentur in hac diffinitione tres particulæ, prima eſt de omni, ob quam riſibilitas non erit attributum vniuerſum animalis, quia non eſt de omni: ſecunda eſt, per ſe, iuxta quam candor minime cenſeri debebit attributum vniuerſum niuis, etiam ſi de omni niue dicatur, quia nequaquam per ſe de illa dicitur: tertia eſt, ſecundum quod ipſum, ſeu, primo, ex qua efficitur, vt ſentire non ſit attributum vniuerſum hominis, quamuis enim prædicetur de omni homine ac per ſe, non tamen dicitur de ipſo ſecundum quod eſt homo, ſed ea ratione, qua eſt animal, & ita non immediate ac primo, ſed ſecundario, & mediante animali, de homine prædicabitur. Ex eadem aperte ſequitur, quod habere tres angulos pares duobus rectis, & hominem eſſe capacem diſciplinæ, ſunt attributa vniuerſa, illud quidem trianguli, cum competat omni, per ſe, ac primo ipſi triangulo, hoc vero hominis, cum omni, per ſe, immediateq; ac primo homini conueniat. Ex his concludit Ariſt. demonſtrationem illam eſſe accuratam, in qua attributum vniuerſum de ſubiecto cõcludimus: è contra vero illam accuratam non eſſe, in qua id ipſum minime præſtamus.

Quid ſit attrib. vniuerſ.

Scholia in caput quartum.

B Primo lib. prior. cap. 1. diuerſo modo quam hoc loco dici de omni diffinierat Ariſt. Ita enim illud diffiniebat. Dici de omni eſt, quando nihil continetur ſub ſubiecto, de quo non affirmetur attributum. Quod intelligi debet, ſiue vere ſiue falſe affirmetur, vt hæc propoſitio, omnis homo eſt candidus, iuxta illum locum eſt de omni, quia attributum affirmatur de ſubiecto, ita quidem, quod de quibuſdã ſub eo contentis vere de aliis vero ſub eodem comprehenſis falſo dicatur. Hæc tamen eadem ſecundum Ariſt. in hoc cap. nequaquam eſt propoſitio de omni, quia attributum non prædicatur vere, de omni ſub ſubiecto contento. Ortum autẽ habet hæc duplex eiuſdem rei diffinitio, ex diuerſo Ariſt. inſtituto, in illis de priori, & in his de poſteriori analyſi libris. Cum enim in illis prioribus ſolum inſtituat de ſyllogiſmo ſecundum formam diſputare, eam omnem propoſitionem vocat de omni, quæ ſiue falſa fuerit, ſiue vera, præmiſſa tamen alicuius ſyllogiſmi eſſe poteſt, ad illationẽ enim in modo, & in figura, parum refert, ſintne propoſitiones veræ, vel falſæ. At cum in hoc opere proponat ſibi Ariſt. velut ſcopum veritatem, & neceſſitatem concluſionis demonſtrationis expl care, certumque ſit verum ex vero tantum, neceſſariumque ex neceſſario ſolum fieri, merito dici de omni, diffinit, quando nihil cõtinetur ſub ſubiecto, de quo non vere, ac omni tempore attributum affirmetur, id quod ſiue in recto, ſiue in obliquo intelligi debet, vt iam in commentar. explicuimus. Hinc ſumpta occaſione Latini dici de omni in Priorifticum,

Obſer.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& posterioristicum diuiserunt, illud quod in libr. de prior. analys. diffinitur prioristicum, hoc vero, quod in lib. de poster. analy. describitur, dici de omni posterioristicum appellantes. Legendi sunt D. Thom. Themist. Linconiens. & B. Alb. Magn:

C. Dubitant interpretes, quare Aristot. hoc loco nõ diffinierit dici de nullo, quem admodum 1. lib. prior. cap. 1. effecit. Cui dubitationi respond. Arist. in hoc loco præcipue instituere de demonstratione aiente disputare, cum autem ad eiusmodi demonstrat. nullo pacto propositiones de nullo deseruire queant, hinc fit, vt dici de nullo non fuerit ab ipso diffinitum. Potest autem illud obiter à nobis in hunc modum diffiniri. Dici de nullo est, quãdo nihil sub subiecto continetur, à quo attributum non vere, & omni tempore remoueatur, vt nullus lapis est homo, est propositio de nullo, quia lapis & vere, & in qualibet temporis differentia ab homine remouetur. Nonnulla alia, quæ hoc loco poterant obseruari, in quæstionibus proponentur.

DISPVTATIO IN EA, QVÆ DE DICI DE OMNI, ET de modis dicendi per se, proposita fuerunt ab Arist. vnica sectione comprehensa.

ARGVMENTVM.

GRauissima quidem, maximeque necessaria omnibus artificibus sunt ea, quæ ab Arist. in hoc cap. de his, quæ necessaria sunt ad demonstrationes conficiendas, scilicet, de dici de omui, de modis dicendi per se, & de attributo vniuerso, enarrata fuerunt, ac proinde erunt illa longiori oratione, nonnullis quæstionibus in medium propositis, examinanda: sit prima.

QVÆSTIO I.

An diffinitio de omni sit accurata, nec ne?

1. *Arg.* NOn esse ita, primo suademus; Hæ propositiones, Deus est actus purus, & sol est astrum splendidum, & luminosum, sunt de omni, cum sint scitæ: at earum attributum non dicitur de omni sub subiecto contento, vtrumque enim & Deus scilicet, & sol, iis, de quibus dici possit, est destitutum: iam ergo dici de omni non recte diffinitum erit, quando nihil continetur sub subiecto, de quo attributum non affirmetur.

2. *Arg.* Deinde: Vtræque istæ propositiones, sol singulis diebus oritur, & interit, luna patitur eclipsin, & est in plenilunio, sunt de omni, sunt namque illæ scibiles: sed earum attributum minime prædicatur de subiecto in omni tempore, sed certis quibusdam, & statutis temporibus, proposita igitur definitio dici de omni nulla erit.

3. *Arg.* Præterea: Hæc propositio est de omni, animal est coloratum: atqui attributum non prædicatur vere de omni sub subiecto contento, ergo, &c. Confirmatur assumptio: Illa prædicantur vere (vt ad præsens attinet institutum) quæ prædicantur necessario: atqui hæc propositio est contingens, ergo attributum in eã non prædicabitur vere de subiecto.

4. *Arg.* Ad hæc: Illa est vitiosa definitio, quæ competit alteri à re diffinita: sed hæc diffinitio de omni competit alteri a re diffinita scilicet proportioni per se, in qua attributum de omni sub subiecto comprehenso ac omni tempore prædicatur: erit ergo definitio vitiosa.

5. *Arg.* Rursus: In hac propositione, homo est animal, attributum de omni subiecto contento in qualibet temporis differentia dicetur: atqui hæc propositio non est de omni, cum non constet nota vniuersa, & de omni, minime igitur erit proposita diffinitio accurata.

6. *Arg.* Iam hæc propositio est de omni, omnis homo est capax disciplinæ: atqui fieri potest, vt attributum non prædicetur de subiecto in omni temporis differentia: si enim Deus separaret capacitatem disciplinæ ab homine, illa in tali euentu nequaquam de

ipso diceretur, ergo dici de omni non erit attributum de subiecto in qualibet temporis differentia prædicati.

7. *Arg.* Tandem Hæc propositio est de omni, Deus est infinitus, atqui attributum minime dicitur de subiecto in omni tempore, nam quæ de Deo secundum essentiam prędicantur, non in tempore, sed in æternitate de ipso dicuntur: non igitur dici de omni erit attributum in qualibet temporis differentia de subiecto efferri. De hac quæstione legi poterunt Caieta. & Venetus *in comment.* M. Soto & Tolet. *quæst. vnic.* Apollinar. *quæst* 20. & Flandren. *quæst.* 14. *huius lib. art.* 1. & 2.

1. *Obser.* Eam autem vt explicemus, nonnulla prius obseruabimus. Primum est, Duobus modis aliqua contineri sub sub ecto, primo secundum actum, qua ratione individua humana sub homine ipso sunt contenta, secundo potestate, quemadmodum sub sole sunt multi soles comprehensi. In proposita igitur diffinitione, dum aimus id dici de omni, quod de omni sub subiecto contento prædicatur, sermo nobis est de contento sub subiecto siue primo, siue secundo modo, actu quidem, si tale subiectum plura individua actu continuerit potestate vero, si hæc cadẽ in potentia tantum complectatur. Vnde hæc propositio, sol est astrum luminosum, haud dubie est de omni quamuis enim attributum non prędicetur actu de omnibus sub subiecto contentis, prædicatur tamen de illis potestate.

2. *Obser.* Adnotandum etiam erit tria esse genera propositionum de omni, nam quædam sunt propositiones, in quibus attributum de subiecto in qualibet temporis differentia dicitur, vt est hæc, homo est animal: aliæ vero, in quibus attributum de subiecto certo tantum, ac diffinito tempore prædicatur, cuius generis est hæc alia, luna singulis mensibus est in plenilunio, vel opponitur soli, hoc enim minime competit lunæ singulis diebus, sed ad certum tempus, singulis scilicet mensibus, id tamen infallibiliter & absque defectu euenit: aliæ denique extant, in quibus attributum non solum non effertur de sub ecto in omni tempore, sed neque infallibiliter etiam, cum in plurimum tantum & regulariter de ipso prædicetur, & huiusmodi sunt hæ propositiones, in hieme tempus friget, idem vero in æstate feruet, hoc enim sic euenit, vt in plurimum, quamuis contrarium euenire nonnunquam possit.

3. *Obser.* Obseruamus præterea ex Flandrensi loco citato propositiones de omni, quasdam esse de omni secũdum modum, & non secundum rem, alias esse secundum rem, & non secundum modum, ac demum alias secundum rem, & secundum modum, secundum modum tantum, quę sunt nota vniuersa affectæ, attributum tamen illarum non affirmatur vere de omni sub subiecto contento, huiusmodi extat hæc propositio, omnis homo est candidus, rursus illæ, quarum attributũ de omni sub subiecto comprehenso effertur, cum tamẽ ipsæ nulla nota vniuersa afficiantur, appellari debent de omni, secundum rem quidem, non vero secundum modum: ac illæ demum, quæ attributo constant, quod de qualibet re sub subiecto contenta enuntiatur, & nota vniuersa ornantur, propositiones de omni & secũdum rem, & secundum modum nuncupantur, qualis iudicatur hęc propositio, omnis homo est animal.

4. *Obser.* Ad extremum obseruari oportet ex D. Thom. in comment. huius loci hæc tria dici de omni, per se, & vniuerse, tanquam superius, & inferius sese habere, nam dici de omni est omnium supremum, dici vniuerse est omniũ infimum, per se autem dici est inter hęc vtraq; medium. Omnis itaq; propositio attributi vniuersi etiã censebitur propositio per se, non tamen è conuerso, hæc namque propositio, homo sentit, est per se, quæ tamen non est attributi vniuersi. Rursus omnis propositio per se erit de omni, non tamen econtra, quia hæc propositio, omnis homo est in loco, est de omni, quæ tamen non est per se.

1. *conclus.* His animaduertis sit prima conclusio: Propositiones illæ primi generis in secunda annotat. propositæ, quarum attributum subiecto in qualibet differentia temporis competit, cuiusmodi est hæc, homo est animal, vere ac proprie debent propositiones de omni censeri. Poterit hæc assertio ex assignata diffinitione propositionis de omni satis aperte constare.

1. *conclus.* Secunda conclusio: Aliæ propositiones secundi & tertii generis, in eadem annotatione propositæ, quarum attributum vel diffinitio tantum tempore infallibiliter tamen, vel frequenter, & vt in plurimum de subiecto dicitur, sunt merito propositio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes de omni existimandæ, non tantum secundum aptitudinem, sed etiam secundum actum. In huius explicationem scire oportet, Paulum Venetum, dum explicat diffinitionem dici de omni ab Arist. assignatam in solutione 2. argum. nonnullosque alios cum eo præcipue Nominales, existimasse, huius generis propositiones tantum esse de omni, ac demonstrabiles secundum aptitudinem, non vero secundum actum, vnde lunam eclipsin pati posse, attributum est de omni, ac conclusio demonstrabilis: actu tamen eclipsin pati, neque esse propositionem de omni, neque conclusionem demonstrabilem.

Nostra opinio.

Nos tamen cum Caiet. & M. Soto contrarium opinamur, censemus namque propositiones huius generis tam secundum aptitudinem, quam secundum actum simpliciter & absolute esse de omni, & demonstrabiles nuncupandas, quod hoc pacto confirmamus. Illa propositio est de omni, ac demonstrabilis, quæ scitur in aliqua vera scientia, quia ea, quæ scimtur, & de omni, & demonstrabilia sunt, vt aperte satis Aristoteles in hoc capite indicare videtur: atqui huiusmodi propositiones, non secundum aptitudinem tantum, sed secundum actum etiam in Astrologia (quæ vere & proprie scientia est) addiscuntur, Astrologus enim non solum nouit lunam pati posse eclipsin, vel singulis mensibus posse soli opponi, verum etiam intelligit lunam actuali hora, & gradu pati eclipsin, vel in plenissimo esse: huiusmodi ergo propositiones erunt de omni, ac demonstrabiles iudicandæ. Admittendum est nihilominus dici de omni nequaquam dici ex æquo de his tribus propositionũ generibus, prius quippe dicitur de iis dicitur, in quib. attributum semper, & omni tempore prædicatur de subiecto: secundo loco de illis, quarum attributum diffinito quidem tempore, infallibiliter tamen de subiecto effertur: tertio deniq; loco de eis dicitur, quæ ex attributo constituuntur, quod vt in plurimum solum subiecto adaptatur. Hinc colligere poterimus propositionem de omni analogice dici de his tribus propositionum generibus, cum prædicetur de illis secundum prius, & posterius.

Ad 1. arg. Iam ad argum. Ad primum respondemus sub subiectis earum propositionum, quæ in ipso adducuntur, non quidem plura indiuidua actu contineri, multa tamen virtute, & potestate sub eisdem comprehendi, de quibus non minus hęc attributa prædicarentur si ea essent, quam de hoc vno indiuiduo quod continent prædicentur.

Ad 2. Ad secundum luculenter satis in secunda concluf. satisfecimus.

Ad 3. Ad tertium quidam (è quorum numero est Paulus Venetus) illius robore conuicti, respond assignatam propositionem non esse de omni, eo quod non est necessaria. Nos tamen respond esse illam de omni & necessariam, non quidem absoluta necessitate, sed physica, & naturali, velut hæc, omnis homo est in loco, vera & necessaria propositio censetur, non quidem absolute, sed physica, & naturali necessitate, quia scilicet non potest homo per naturam non esse in loco

Ad 4. Ad quartum dicimus, propositionem per se, & de omni habere se sicuti superius & inferius, vt aduotauimus, & ita diffinitio propositionis de omni, quæ superior est, competit propositioni per se, sed ea, qua includit naturam eius quod est dici de omni

Ad 5. Ad quintum aimus eiusmod propositionem esse de omni, secundum rem tantum, non vero secundum rem & modum, nec enim nota vniuersa est affecta: at tradita diffinitio etiam complectitur id genus propositiones, cum cõtineat illa sub se non solum propositiones de omni secundum rem, sed & eas quæ sunt de omni, & secundum rem, & secundum modum etiam, reliquas autem propositiones, quæ sunt de omni secundum modum duntaxat, nequaquam suo ambitu comprehendit, quæ tantum sub diffinitione de omni 1. libr. prior. cap. 1. proposita, sunt contentæ.

Ad 6. Ad sextum dicimus, intelligi debere hanc diffinitionẽ de prædicatione in omni tempore secundum naturalem facultatem subiecti, & attributi, nequaquam vero quo ad vim supernaturalem eiusdem: at proprietas nullo pacto potest naturæ viribus ab immediato subiecto separari.

Ad 7. Ad septimum dicimus, nomine temporis in hoc loco intellexisse Arist. quamlibet durationis mensuram, siue tempus, siue æuum, siue æternitatem, & ita infinitum prędicabitur de Deo in omni tempore, cum de eo in æternitate dicatur.

Quorundam opinio. Sunt qui respondeant, prędictum attributum etiam dici de Deo in omni vero tempore, non quidem actu, sed potestate, non actu, quia Deus non mensuratur tempore actu, potestate autem, quia si Deus tempore mensurari posset, in omni eo (quodlibet illud esset) esse infinitum de illo diceretur.

QVÆSTIO II.

An sint tantum quatuor modi dicendi per se?

His difficultatibus explicatis, quæ ad dici de omni attinebant, sequitur, vt diffusiori sermone de modis dicendi per se disputemus, ea proponentes, quæ aliquam difficultatem aduersus ea, quæ ab Aristotele tradita fuerunt, afferre videntur. Quærimus autem in primis, num quatuor tantum sint modi dicendi per se, nam contra hunc numerum ab Arist. assignatum aliquot arg. occurrunt.

1. Arg. Primum est. Ipse met Arist. 5. lib. Metaph. (vbi de rebus accurate disserit) cap. 8 quinque adducit modos dicendi per se: 1. est, quando tota diffinitio dere diffinita dicitur. 2. quando partes diffinitionis de eadem prædicantur. 3. quando attributum immediate de subiecto enuntiatur, velut cum albedo immediate de extremitate effertur. 4. quando attributum vnitur cum subiecto absque aliqua causa media extrinseca, sed per se ipsum, vt cum dicimus, homo est homo. 5. quando aliquid sumitur per se, id est, non in alio tanquam in subiecto: plures igitur erunt modi dicendi per se, quam quatuor ab Aristotele hoc loco traditi.

2. Arg. Secundum: Quot modis dicitur vnum contrarium, totidem etiam debet & aliud dici: at per accidens contrariatur ei, quod est per se: igitur quot modis dicetur per accidens, totidem etiam debebit & per se dici. At secundum Arist. 5. lib. Metaphys. cap. 7. tribus modis dicitur aliqua propositio per accidens, primo, quando accidens de subiecto dicitur, vt in hac, homo est albus: secundo, cum subiectum de accidente enuntiatur, vt in hac altera, albus est homo, ac tertio, cum accidens de accidente effertur, vt cum dicimus, albus est musicus: tantum igitur tres modi dicendi per se erunt constituendi.

3. Arg. Tertium. illa attributio, in qua accidens prædicatur de subiecto, accidentaria censeri debet: sed quando proprietas dicitur de subiecto, accidens dicitur de subiecto: erit ergo illa attributio accidentaria: at attributio accidentaria non est per se: igitur minus accurate docuit Aristoteles, attributionem illam, in qua attributum est proprietas subiecti, esse in se, undo modo dicendi per se.

4. Arg. Quartum. Propositio accidentaria non est per se: at propositio illa, in qua attributum causa est subiecti, est accidentaria, qualis est hæc: ignis calefacit, calefacere enim accidentario de igne dicitur: propositio igitur, in qua subiectum est causa attributi, non erit per se, ac ita ruet quartus modus dicendi per se propositus.

5. Arg. Quintum. Aristoteles post explicatum primum & secundum modum, statim subiungit, quæ prædicantur duobus prioribus modis hic traditis, per se dici, quæ vero alio modo dicuntur per accidens efferri: at quæ iuxta quartum modum prædicantur, nec in primo, nec in secundo modo dicuntur: ergo accidentario prædicabuntur, & ita quartus modus nequaquam erit constituendus.

6. Arg. Sextum. Hæc propositio, homo est homo, est per se: at illa sub nullo ex quatuor assignatis modis continetur: mancus igitur erit numerus modorum dicendi per se ab Arist. constitutus. Confirm. assumptiõ. Inprimis non est contenta sub primo modo, cius namque attributum nec est tota diffinitio, nec pars diffinitionis subiecti, deinde nec sub secundo: attributum enim non est proprietas subiecti, rursus neque sub tertio, vt cuilibet est apertum, cum ille modus sit potius essendi, quam dicendi per se. demum neque sub quarto comprehenditur, nam subiectum non est attributi causa: apertum igitur est hanc propositionem sub nullo ex quatuor assignatis modis esse comprehensum.

7. Arg. Septimum. Arist eo fine hos modos dicendi per se assignauit, vt sub illis omnes propositiones necessarias complecteretur: atqui dantur pleræq; propositiones necessariæ, quæ sub nullo modo dicendi per se comprehenduntur, cuiusmodi censeri possunt hæ, si Petrus currit, Petrus mouetur, Adam fuit, aliæque his similes, quas in nullo modo ex assignatis cõtineri cuilibet singulos modos percurrenti, manifestum esse poterit, non igitur modi per se dicendi exacte ab Arist. fuerunt propositi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cum sæpe sit præceptum ab Arist. nomina ambigua prius esse distinguenda, quam pertractanda nomenque hoc, per se, ambiguum sit, æquum erit, vt prius quam quæstionem propositam dissoluendam suscipiamus, illius ambiguitatem in medium proferamus.

Varia signif. huius vocis, per se.

Hoc igitur nomen (vt accurate annotat Caietanus) duobus modis sumi potest, positiue nimirum, & negatiue, & vtroque modo potest iterum aliis duobus modis sumi scilicet, vel in rebus simplicibus, vel in coniunctis, vt propositionibus.

Quid signif. posit. in rebus simpl. & coniunctis.

Si sumatur positiue, & in rebus simplicibus, idem significat hæc particula, quod non in alio tanquã in subiecto, qui modus proprius est substantiæ, si autem in rebus coniunctis, & compositis vsurpetur, idem significat, quod non per accidens: vnde prædicari per se in hac significatione idem erit quod non prædicari accidentario.

Quid negatiue in eiusdem vtrisque.

Præterea. Si hæc dictio sumpta fuerit negatiue, & in rebus simplicibus significat solam naturam secundum suam essentiam contemptam quã ratione dicere consueimus naturam per se sumptam id est iuxta suas attributa essentialia vsurpatam, neque esse vniuersam, neque singularem, neque animal per se sumptum, neque esse participem, neque ex per se rationis: si vero in rebus coniunctis accipiatur, idem exprimit quod non per aliud, hoc est, quod attributum immediate, & non per aliud de subiecto efferatur. Vnde hæc propositio, extremitas est alba, est hoc modo per se, quia est immediata, at vero hæc altera, paries est albus non est per se, cum albedo media extremitate cum pariete vniatur. Cum ergo hæ sint vocis huius significationes, tantum sumitur illa ab Arist. in hoc loco posita & hæc non minus in simplicibus rebus, quam in coniunctis.

Vnic. concl. Confirm. 1.

Hoc animaduerso, quæstionem propositam hac vnica conclusione explicamus: Quatuor tantum sunt modi dicendi per se ab Arist. adducti. Confirmatur: Inprimis, vt modi (hi diximus) sumuntur positiue, tam in simplicibus, quam in coniunctis, si sumantur in simplicibus, sit tertius modus, qui est cohærendi per se, & non in alio tanquam in subiecto: si vero in rebus coniunctis vsurpentur primus, secundus & quartus modus efficiuntur, in primo enim, cum attributum sit de essentia subiecti, non prædicatur accidentario, in secundo, cum attributum sit proprietas subiecti, nequaquam per accidens de illo dicetur, in quarto denique, cum attributum sit effectus per se productus à subiecto, non vnietur accidentario eidem, eo modo ita que hi tantum quatuor modi dicendi per se. Confirmatur ex ratione D. Thom. petita. Hæc particula per se, aut sumitur ea ratione, qua denotat solitudinem rei, id est, per se existere etiam illius, & non inhærentiam in alio aut vt aliquod genus causæ declarat, vt urpatur. Si primo modo sumatur, constituuntur tres modus, quod si secundo modo vsurpetur, aut denotat formam sicque efficitur primus modus, tam enim definitio, quam partes definitionis, reuocantur ad genus causæ formalis, vt Aristoteles, lib. Metaph. cap. 2. testatur, aut exprimit materiam, constituitur 3. secundus modus, iuxta quem proprietas effertur de subiecto, est enim subiectum materia, in qua propriet as: aut significat denique causam efficientem & finem, & est quartus modus, in quo subiectum est causa efficiens attributi, attributumq; est ex intra fines subiecti, quemadmodum ædificator est causa efficiens ædificii, rursusque ædificium est finis ædificatoris: tantum igitur erunt quatuor modi dicendi per se.

Confirm. 2.

Opinio.

Prætereundum tamen non est, hos modos posse hoc pacto ab inuicem distingui, ac secerni vt primus sit tantum modus prædicandi, secundus modus & prædicandi & intærendi simul, tertius per se existendi, ac denique quartus per se causandi.

Ad 1 arg.

Superest ex his diffuse (ni fallor) Arist. sententia explicata, hoc vnum reliquum est, vt scilicet argumenta in principio proposita dilluantur.

Ad primum igitur respondetur primis Arist. alio modo agere de modis dicendi per se, in 5. lib. Metaphys. atque in hoc capite, ibi enim disputat Arist. de propositione per se, vt idem denotat, quod non per aliud, vnde propositio hæc, extremitas est alba, in eo loco dicitur per se: hic autem agit de eisdem modis dicendi per se, qua hæc particula, per se, idem sonat quod non per accidens, qua quidem ratione illamet propositio extremitas est alba, accidentaria, & non per se, nunc cupatur debet cum attributo accidentario de subiecto prædicetur. Respondetur iterũ, illos quinque modos in Metaphysica propo-

positos, debere ad hos quatuor in Dialectica assignatos reduci, primus namq; & secundus modus ibi adducti sub primo huius cap. continentur, 4. item illius loci sub eodem primo modo in hoc cap. recensito reductiue cõprehenditur, nam attributio, in qua attributũ de se ipso effertur, ad eum modum reducenda est, secundum quem attributum est de natura subiecti, cuiusmodi est is qui pro loco fuit in hoc cap propositus, tertius prætereà illius loci modus ad 2. huius cap. reuocandus est, quia albedo est veluti quæda proprietas extremitatis, namquem admodũ albedo inhæret immediate extremitati, ita etiã proprietas inest immediate subiecto: denique quintus modus ibi traditus ad 3. hic assignatum reduci debet.

Ad 2. Ad secundum aliis solutionibus omissis, dicimus, propositionem esse veram, si illa contraria eodem modo diuidatur falsam vero, si alio, & alio modo sint eadem inter se diuisa: vt per se, & præcidens, non eodem, sed alio, & alio modo inter se diuiduntur per se enim diuiditur tam negatiue, quam positiue in simplicibus, & coniunctis, quæ quidem diuisione nullo pacto quod est per accidens accommodari queunt, vt est apertum.

Ad 3. Ad tertium concedimus propositionem si attributum exiterit accidens commune, & quinti prædicabilis, quam eandem dissitemur, si attributum fuerit accidens proprium, & quarti prædicabilis, huiusmodi enim propositiones proprie vocari debent per se secundi modi.

Ad 4. Ad quartum dicimus propositiones illas, quarum subiectum est causa attributi, vel possumus in ratione causæ, vel in ratione rei dicari immediate modo sunt per se, subiectum namque causa est per se attributi, secundo vero modo sunt accidentariæ, attributum quippe accidentario de subiecto effertur, ac proinde non in prædicandi, sed in causandi ratione est constitutus.

Ad 5. Ad quintum eodem modo respondetur, quartum modum tum posse ad quadruplicem causandi, aut quod idem ad quadruplicem prædicandi attributio, quæ quatuor modi sunt per quos ad rationem per accidens. Et ita non immerito est dictas in ratione prædicationis, vel tum per se, quia in ratione primi, & secundi modi prædicantur, eadem vero quoad rationem causandi

QVÆSTIO III.

An sit optime traditus primus modus dicendi per se?

HActenus eg mus de his modis in communi & in generali, sequitur, vt singillatim & seorsum de eis disputemus. Et eiusdem primum modum non fuisse recte assignatum his argumentis confirmo.

Ad 6.

Primum: In hac propositione, Petrus est animal, attributum est de natura subiecti: at illa non est in primo modo dicendi per se contenta: ergo non erit primus modus dicendi per se ille in quo attributum est de natura subiecti. Confirmatur assumptio. Omnis propositio per se est immediata: sed hæc non est immediata, animal enim non prædicatur immediate de Petro, sed de homine: ergo non erit per se.

1. Arg.

Deinde: In his attributionibus, risum est passus, risibile est homo, attributum pars est diffinitionis subiecti, subiectum enim est proprietas, & attributum subiectum, diffinitur autem debet proprietas per subiectum atqui hæ propositiones non continentur in primo modo dicendi per se: non ergo ille erit primus modus, in quo attributum vel est tota diffinitio vel pars diffinitionis subiecti. Confirmatur assumptio. Quæ prædicantur ex intrinseco & nequam additum non præcidente, in primo modo, intra quem illa sola prædicantur quæ sunt de intrinseca ratione subiecti: at subiectum est quippiam ex intrinsecum in

2. Arg.

Universidad de Deusto
Biblioteca

habitudine ad proprietatem, cum sit illud substantia, & proprietas accidens: non igitur poterit subiectum de proprietate iuxta primum modum prædicari.

Arg. Iterum. Hæc propositio, rationis particeps est animal, est in 1. modo dicendi per se, quod enim sit ea propositio per se, nemo diffitebitur, cum possit ea demonstrationibus deseruire: quod vero sub 2. modo minime comprehendatur, inde satis aperte constat, quia attributum in ea non est proprietas subiecti, quin etiam nec in tertio modo eandem contineri perspicuum est, demum ad quartum modum illam nõ spectare, quilibet manifeste intuebitur, perpendens subiectum in ea non esse causam attributi: igitur pertinebit illa ad primũ modum dicendi per se: at eius attributum non est de natura subiecti, illud enim est genus, nempe animal, hoc vero est differentia diuidens præfatum genus, nimirum rationis particeps, genus vero nequaquam est de natura differen. diuiden. vt docet Aristot. 3. Metaphys. cap. 3. illa igitur propositio, cuius attributum pertinet ad essentiam subiecti, non erit in primo modo, cum detur aliqua in primo modo dicendi per se contenta, cuius tamen attributum ad subiecti essentiam minime spectat.

4. Arg. Rursus: Illa propositio, quæ continetur in 1. modo dicendi per se est directa: at illa, in qua subiectum prædicatur de proprietate, cuiusmodi est hæc, risibile est homo, nõ est directa, quia illud quod est subiectum, fit attributum, & quod est attributum, fit subiectum: ergo hæc & aliæ id genus propositiones nonerunt in primo modo.

5. Arg. Iam; Hæc propositio. Petrus est animal particeps rationis, talis est, quod eius attributum est de natura subiecti: at illa non est in primo modo dicendi per se: ergo minus accurate fuit ille ab Aristot. assignatus. Confirmatur assumptio. Omnis propositio per se est de omni, vt cum Aristotel. in cap. docuimus: at hæc propositio assignata non est de omni, neque enim sub Petro plura individua actu, vel aptitudine continentur, de quibus animal quod est attributum, prædicari possit: non ergo erit illa propositio de omni.

6. Arg. Tandem in hac attributione pater est filii pater, quemadmodum attributum est de natura subiecti, ita etiam subiectum pertinet ad essentiam attributi: sed est illa propositio per se: igitur præter hos modos, alius, in quo attributum sit de essentia subiecti, & subiectum ad naturam attributi spectet, assignari debebit.

Non carent difficultate aliqua hæc, quæ in medium adduximus argumenta, verum ea nequaquam nos à veritissima Aristot. sententia tuenda detinere debent, ac prouidens sigillatim & seorsum satisfaciemus oportet.

Ad 1. arg. Ad primum respond. ex Flandrens. q. 14. in hoc primo modo esse duo genera propositionum comprehensa, quædam enim sub ipso comprehenduntur tanquam primo, & per se, ad ipsum spectantes, huiusmodi sunt illæ, quarum attributum cum pertineat ad essentiam subiecti, immediate illi vnitur: aliæ vero tanquam secundario ac per aliud ad eundem attinentes. Cuius generis sunt propositiones illæ, quarum attributum licet ad essentiam subiecti spectet, secundario tamen & mediante alio de ipsomet dicitur. Omnis igitur propositio per se primi generis est immediata, at si extiterit secundi generis, qualis est, quæ in arg. adducitur, non est opus, quod fit immediata.

Ad 2. Obseru. Ad secundum, vt satisfaciamus, animaduertimus prius, latum esse discrimen inter diffinitionem substantiæ, & diffinitionem accidentium, eorum præsertim, quæ sunt propria. Substantiæ enim (loquimur de integris) cum sint naturæ absolutæ & independentes, per ea solum, quæ ipsis intima sunt, absq; aliquo alio extrinseco diffiniuntur, vtpote per verum genus, ac legitimam differentiam, qua ratione definimus hominem (v. g.) animal particeps rationis. Per ea itaque tantum, quę eiusdem sunt, & non alterius categoriæ substantiarum diffinitiones traduntur. At accidentia, cum obtineant naturam ab aliquo extrinseco, quasi per additamentum, ac per aliquid alterius categor. quam suæ diffiniri debent. Idque Aristot. l. b. 7. Metaphys. cap 5. aperte profitetur. Cum autem hoc ita sit, accidentiaq; in concreto, & in abstracto sumi possint, id illa vtroque modo accepta commune habent quod in suis diffinitionibus expressum continent suum subiectum, in recto quidem, si in concreto diffiniantur, vt videre est in hac diffinitione, simum est nasum curuus: in obliquo vero si eorundem in abstracto diffinitiones tradantur, quemadmodum in hac diffinitione euenit, simitas

tas est nasi curuitas. In hoc vero eadem diffinguuntur, quod quando accidentia in concreto sumuntur, alio diuerso modo, quam ipsorum natura postulet, definiuntur, non enim per suum genus definiuntur: at quando ipsamet in abstracto accipiuntur, modo naturæ suæ consono, per genus nempe ipsis proprium eorum definitiones assignantur.

Solutio. Hoc animaduerso ad argumenta regredientes eius assumptionem dicimus esse falsam. Ad probationem vero respond in substantiis (quæ non definiuntur per aliquid extrinsecum tanquam per additum) verum quidem esse, ea quæ iuxta primum modum prædicantur (vt est tota definitio vel eius partes) debere esse intima & essentialia: in accidentibus tamen quæ contrario modo diffiniuntur, falsum id ipsum erit, eo namque modo prædicantur, quo in diffinitione continentur, & quia in definitione tanquam quid additum, & extrinsecum continentur, aliquando in recto, aliquando in obliquo, proinde prædicantur etiam in primo modo vt quippiam extrinsecum, & tanquam additum aliquando in obliquo, interdum vero in recto.

Obiectio. Sed obiiciet aliquis Aristot. *in hoc 1. lib. cap.* 18. asserit illam attributionem esse accidentariam, cuius subiectum effertur de accidente: ergo cum illa, cuius subiectum effertur de proprietate, talis censeatur, quod eius subiectum de accidente prædicetur, erit haud dubie accidentaria, & ita nõ erit per se in hoc primo modo.

Solutio. Occurrimus tamen huic obiectioni dicentes Aristot. fuisse locutum de communibus accidentibus, & non de propriis. Itaque iuxta illum attributio, cuius subiectũ effertur de accidente communi, quemadmodum in hac, album est homo, accidentaria erit. ea vero cuius subiectum de proprio accidente dicitur, nullo modo censebitur accidentaria, sed per se. Sunt qui respond. ea quæ tradita sunt ab Aristot. *in eo c.* non habere vim aliquam ad confirmandũ, quia sunt disputata probabiliter, ac rationibus dialecticis quemadmodum in primis verbis cap. eius haud obscure ipsemet indicare videtur.

Ad 3. Ad 3 negamus assumptionem, ad confirma. vero aimus genus non esse de intrinseca ratione differentiarum, tanquam attributum essentiale earum, esse tamen de intrinseca ratione earum, velut quippiam additum, per quod sunt illæ necessario diffiniendæ. quemadmodum enim proprietates per sua subiecta, ita etiam differentiæ per genera veluti per subiecta diffiniri debent, nam si velimus diffinire rationis particeps, illud sane hoc pacto definiemus, animal quod potest vti ratione, in qua diffinitione. est animal tanquam quippiam additum comprehensum.

Ad 4. Ad quartum quidam libenter admittũt propositiones in eo adductas, non esse in hoc primo modo, neque in aliquo alio, eo quod sint ipsorum iudicio indirectæ. Nos tamen respond. illas & directas esse, & in hoc primo modo locum, ac sedem obtinere.

Obseruatio. Id autem vt intelligamus opus erit animaduertere, posse subiectũ duobus modis sumi, primo vt est pars definitionis, per quam proprietas diffinitur, secundo vt est id cui proprietas inhæret, & de quo prædicatur. Si subiectum primo modo sumatur, propositio illa, in qua subiectum dicitur de proprietate, directa est. & in primo modo contenta. Quod si secundo modo vsurpetur, nec est illa directa, nec in aliquo ex his modis assignatis, aut quopiam alio contenta, nos vero non agimus de huiusmodi propositionibus, primo, sed secundo modo.

Ad 5. Ad quintum respond. propositiones per se quasdam esse subiecti singularis, & alias subiecti vniuersi. Vnde illæ, quæ sunt subiecti vniuersi, sunt etiam de omni, qualis est hæc, homo est animal, illæ vero quæ sunt subiecti singularis non sunt de omni, & talis censetur propositio in argum. assignata, ad hoc enim quod aliqua propositio sit per se, sufficit quod attributum spectet ad essentiam subiecti, siue fuerit illa de omni, siue non fuerit.

Ad 6. Ad sextum diximus propositionem illam esse in primo modo, quia in ea solum attributum (quod est filius) in obliquo sumptum, est de essentia patris, subiectum vero quod est pater, ea ratione qua in illo cõtinetur, non est de essentia filii.

Obseruatio. Ad hoc intelligendum, est quod adnotemus, patrem sumi posse, vel vt ad filium refertur, vel vt relationem filiationis terminat: Pater primo modo non est de essentia filii, bene tamen secundo. Itidemque filius vt ad patrem refertur, non spectat ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

patris essentiam sed ea ratione qua relationem paternitatis terminat: Vnde cum pater in hac propositione sumatur, qua in filium refertur, & non vt terminat illius relationem ad se, itidemque filius, qui est attributorum eiusdem, accipiatur vt terminat relationem patris ad se, & non vt ad ipsum refertur, in hac propositione erit secte attributum de essentia subiecti, subiectum vero nequaquam ad attributi essentiam spectabit, atq; in primo modo illa continebitur

Obserua. Est tamen animaduertendum ex Caietano illas propositiones, quæ sunt in primo modo in tres ordines posse distingui. in primo continentur illæ quarum attributum est de natura subiecti, & de illo in recto prædicatur, cui itidem subiectū immediate subest, id genus sunt hæ, homo est animal, homo est animal rationis particeps: in secundum spectant eæ in quibus attributum essentiale dicitur in recto de subiecto mediato, & huiusmodi sunt hæ aliæ propositiones animal est substantia, homo est sentiens: tertium denique ordinem constituunt propositiones illæ in quibus attributum in obliquo dicitur de subiecto, cuiusmodi sunt existimari debent hæc, linea constat punctis, visibile est homo.

QVÆSTIO IV.

An secundus modus dicendi per se rectè fuerit ab Arist. assignatus.

1. Argum. EXposito primo modo sequitur vt de secundo disputemus aduersus quem ita in primis argo. Hæc propositio, animal est homo, ita se habet, quod subiectum in ea est de natura attributi: at non continetur illa in secundo modo dicendi per se: non continebitur igitur secundus modus ille in quo subiectum est de natura attributi Confirmatur assumptum. Propositio quæ sub secundo modo comprehenditur, est de omni: at hæc propositio non est de omni: non enim omne animal est homo, ergo non erit illa propositio per se in secundo modo contenta.

2. Argum. Iterum: In hac propositione, animal est particeps rationis subiectum continetur in definitione attributi: at illa non spectat ad secundum modum, ob eandem in superiori argumento assignatam rationem, quia nimirum non est illa de omni cum non omne animal rationis particeps esse intuemur: igitur minus accurate fuit secundus modus assignatus.

3. Argum. Rursus: in definitione omnium accidentium (etiam communium) cernimus subiectum contineri: si ergo ille est secundus modus dicendi per se, iuxta quem in attributi definitione subiectum collocamus, sit consequens hanc attributionem, homo est risibilis aliaque id genus ad secundum modum dicendi per se spectare: atqui hoc asserere est absurdum, sunt enim hæ attributiones accidentariæ & non per se: non igitur erit secundus modus ille secundum quem in attributi definitione subiectum constituimus.

4. Argum. Præterea. Hæc propositio, homo est risibilis, pertinet ad secundum modum dicendi per se: atqui hæc eadem continetur in quarto modo, eius namque subiectum est causa efficiens attributi, vt in cap. de proprio docuimus: secundus igitur, & quartus modus, vnus, ac idem modus erunt, nec inter se distinguentur.

5 Argum. Demum: Hæc attributio, Petrus est capax disciplinæ, continetur in secundo modo quia est per se, & neque in primo, neq; in tertio, neque in quarto illa continetur: at subiectum eius non collocatur in definitione attributi: non ergo secundus modus iudicandus erit, iuxta quem subiectū propositionis in attributi definitione locum obtinet. Confirmatur assumptum. Capax disciplinæ non definitur per Petrum, sed per hominem, ergo Petrus non continebitur in definitione attributi.

His tamen sigillatim ad hunc modum satisfacimus, nam quæ ab Arist. tradita fuere, adeo vera sunt, vt nulla egeant confirmatione.

Ad 1. arg. Solutio Aegid. Ad primum quidam (vt Aegidius Romanus) admittunt non esse hanc propositionem per se, nam non est illa directa, cum solæ illæ propositiones vocari debeant per se, quæ directæ sunt componendique demonstrationem deserviant.

Solutio Caiet. Caietanus vero, hanc propositionem esse contingentem, potest namq; subiectum abesque attributo esse, & ratione esse per se, iuxta Arist. enim in præsenti cap. omnis propositio per se, etiam est necessaria.

3. Solutio. Mihi videtur hanc propositionem esse per se in primo modo: id vero vt intelligamus præfamur ipsas propositiones esse per se, non esse ex situ nominum ac verborum, quibus subiectum, & attributum significantur iudicandum, sed ex natura rerum per huiusmodi nominæ, & voces, significatarum. Vnde cum ex natura animalis, & hominis, animal sit attributum hominis, ac homo subiectum animalis, hæc propositio erit ex ua natura in primo modo dicendi per se, animal enim ex se, ac propria ipsa ratione semper est attrib. essentiale hominis, quamuis ex forma verborum, vt nimirum in propositionibus ponuntur animal subiectum, homo vero attributum efficiatur.

Ad 2. Ad secundum dicimus propositionem in eo assignatam contineri in secundo modo, non tamen esse illam de omni, neq; enim omnes illæ propositiones, quarum subiectū spectat ad definitionem attributi, censendæ sunt de omni, sed illæ tantum quarum subiectum & attrib. mutuo reciprocantur. Cum igitur hæc propositio non sit huiusmodi, animal enim latius patet participi rationis, quamuis sit la per se, nihilominus non erit illa de omni. At hæc altera homo est capax disciplinæ, quæ sub secundo modo cōtinetur, & per se erit, & simul etiā de omni, quia subiectum, & attributum reciproce de se inuicem efferuntur.

Ad 3. Ad tertium resp. nomine subiecti hoc loco intelligendum esse illud de quo attributum dicitur, & a cuius natura illud dimanat. Secundus itaque modus est quādo subiectum, ita res de qua prædicatur, & cui inhæret attributum, a cuiusque natura fluit, ad ipsius definitionem spectat, at hoc in accidentibus communibus locum non habet, quamuis enim habeant illa subiectum cui inhæreant, & de quo prædicentur, subiecto tamen a cuius natura promanent destituūtur. Vnde huiusmodi propositiones solum continebuntur in secundo modo dicendi per se.

Ad 4. Ad 4. resp. hos modos optime distinctos esse ab Arist quamuis enim possit interdum euenire, vt vna, ac eadem propositio ad secundum, & quartum modum pertineat, cuiusmodi est ea quæ in ipso adducitur) alia tamen & alia ratione, ad hos duos modos spectabit: est namque in secundo modo, penes rationem attributionis spectat autem eadem ad quartum iuxta rationem causæ & effectus: pleraque nihilominus dātur propositiones, quæ tantum iuxta quartum modum effectæ sunt, vt nullo modo ad secundum pertineant. Huiusmodi sunt hæ ædificator ædificat, medicus medetur, ac aliæ quamplurimę his similes, quarum attributum est accidens commune subiecti Hinc igitur satis aperte constat, hos modos non immerito ab Arist abinuicē distingui, ac secerni.

Ad 5. Ad quintum resp illam propositionem contineri in secundo modo non primo & per se sed secunda & ratione alterius vt in quæst. seq. explicabitur.

QVÆSTIO V.

An illa propositio in qua proprietas superioris prædicatur de inferiori, sit in secundo modo.

EST etiam difficultas, an quando proprietas superioris effertur de inferiori, vt quando habere tres angulos æquales duobus rectis dicitur de Isoscele, vel risibile, aut principiis sensus prædicatur de homine, sint hæ propositiones in hoc secundo modo dicendi per se, Offerunt namque se duo argum. quæ non esse, confirmare videantur.

1. Argum. Primum: Illa propositio est per se secundi modi, in qua attribut. diffinitur per subiectum, vt in hoc cap. docebat Arist sed proprietates superiorum non diffiniuntur per inferiora, vt sensibilitas non diffinitur per hominem, sed per animal nam dicimus ipsam esse facultatem animalis ad sentiendum, ergo illa propositio in qua proprietas superioris de inferiori effertur non erit per se in secundo modo.

2. Argum. Secundo: Propositio per se, est necessaria: sed proprietas non necessario dicitur de inferiori, cum possit esse sine illo, quemadmodum sentiens, quod est proprietas animalis potest esse sine homine, vt & ipsum animal potest absque eodem cohærere, ergo propositio in qua proprietas superioris attributa inferiori non spectabit ad secundum modum.

1. Opinio. Iacobus Zabarella Philosophus huius nostræ ætatis eruditus in operibus logicis lib. 2. de propositionibus necessariis cap. 5. existimat has propositiones non esse in secundo modo dicendi per se Quam sententiam his duobus argum. quæ proposuimus munitam satis, & confirmatam a fere innumerabilibus arbitratur At contra fere omnes alij Peripatetici profitentur, vt Philoponus & quidam ex Expositoribus Theophrasti vt idem ait B. Albert. Magn. *lib. 1 de demonstrat. tract.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tract 2. cap. 9. Caietan. in comment. Elandren. q 15. art. 1. & fere omnes quos, ne citando fastidium generem, hoc loco prætermitto.

Observatio. Hanc igitur vt explicemus, aduotad. est ex Caieta. tribus modis contineri aliqtas propoſit. in hoc secundo modo dicendi per se, primo, proprie, & præcipue illæ nimirũ in quibus proprietas de suo proprio, & adæquato subiecto prædicatur, vt quando dicimus triangulum habere tres angulos pares duobus rectis, vel hominem esse capacẽ disciplinæ. Secundo propriè, non tamen præcipue, sed secũdario, vt sunt illæ in quibus proprietas superioris prædicatur de inferiori: vt contingit in illis propoſit. omnibus in quibus proprietas generis prædicatur de specie, vel prop. speciei de eius indiuiduo, vt quando habere tres angulos pares duobus rectis de Isoscele prædicamus, vel capacitatem disciplinæ Petro attribuimus. Tertio impropriè, vt sunt illæ in quibus diffinitum effertur de definitione, non iuxta rei naturam, sed iuxta modum significandi, vt cum dicimus nasum curuum esse simum, vel aliæ in quibus diffinitum prædicatur de definitione iuxta rei naturam propoſitam, vt quando ita proferimus curuitas nasi est simitas, vel animal particeps rationis est homo. Huc etiam reuocantur illæ in quibus inferiora cum disiunctione de superioribus efferuntur, vt quando dicimus quantitatem deiunctam, esse numerum, vel orationem: nam hęc duo quę sunt species quantitatis, de ipsa quantitate enuntiamus.

1. conclus. Sit prima conclus. Illæ propoſitiones in quibus proprietates superiorum efferuntur de inferioribus sunt per se in secundo modo, idque vere, & proprie. *Confirm. 1.* Confirmatur hæc aduersus Zabarellam primo. Hæ propoſitiones non sunt accidentariæ, ergo erunt per se Consequentia est perspicua, cõfirmatur antecedens. In propoſitionibus accidentariis nulla est inter subiectum & attributum necessaria connexio, & habitudo, vt in hac, homo est candidus, inter candorem, & hominem, nulla intercedit necessaria habitudo: sed inter subiectum harum propoſitionum, & attributum, vt inter Isoscelem, & habere tres angulos, vel inter Petrum & capacitatem disciplinæ intercedit necessaria habitudo, fieri enim nulla ratione potest, vt sit Isosceles, sine huiusmodi attribu. vel Petrus absque capacitate disciplinæ, reperiatur, idque non ex aliqua causa ext. inseca, vel principio indiuiduante, sed ratione alicuius essentialis attributi: erunt igitur hæ propoſit. in quibus proprietates superiorum efferuntur de inferioribus per se in 2. modo.

Secun. Præterea: Propoſitiones illæ in quibus proprietates superiorum de inferioribus efferuntur, sunt scibiles, & demonstrabiles, scit enim Geometra Isosceles habere tres angulos pares duobus rectis, quod vera & legitima demonstra. ostendit, & scimus vera & legitima demonst. a Petrum esse capacem disciplinæ, quia est particeps rationis: erunt igitur hæ propoſitiones per se in secundo modo, etenim illud quod scitur, est propoſitio per se alicuius modi: neque videtur cuius alterius quam huius secundi esse possit. *Tertio.* Iam: Illæ attributiones in quibus attributa essentialia generum superiorum prædicantur de inferioribus speciebus sunt in primo. vt hæc attributio, homo est corpus viuens, est in primo modo, ergo & illæ propoſitiones in quibus proprietates superiorum prædicantur de inferioribus, erunt etiam per se in secundo modo. Confirmatur conseq. quia eadem est habitudo respectu primi modi, attrib. essentialium generum in habitudine ad species, quæ est respectu secundi modi, proprietatum superiorum, respectu inferiorum; nam quemadmodum proprietates superiorum immediate dicuntur de ipsis superioribus, & mediate de his inferioribus, quæ sub ipsis continentur, ita etiam attributa essentialia generum superiorum, immediate dicuntur de ipsis generibus, mediate vero de specieb. quæ sub illis comprehenduntur.

2. Conclus. Secunda conclusio: Hæ propoſitiones in quibus proprieta. superiorum prædicantur de inferioribus, non continentur primo, & per se, in secundo modo sed secundario, & ratione alterius. Hanc esse veram constat ex his quæ cum Caietan. obseruauimus, diximus enim illas secundario in hoc secundo modo comprehendi. Confirmarique potest, quia subiectum earum, nimirum natura inferior, non primo, sed secundo loco ipsarum definitionibus continetur. Et secundo, quia hæ proprietates, non possunt primo de huiusmodi subiecto concludi: tum etiam quia hoc subiectum est inadæquatum respectu istarum proprietatũ: quare secundario, & non primo, & per se, sub

se, sub secundo modo erunt illæ comprehensæ.

Ad 1. arg. Ex his facillimo negotio dissolui poterunt argum. propoſita Zabarellæ. Ad primum respond. veram esse propoſit. in his propoſ. secundi modi, quæ primo & per se sub illo sunt comprehensæ: nam in illis, verum est debere attributum per sub ectum definiri: in aliis vero quæ secundatio sub eodem modo comprehenduntur, non est necesse v. attributum vel proprietas per subiectum definiatur. Verum iam diximus hæ propoſitiones de quibus agimus, non primo sed secundo modo contineri. Vel intelligendus est Aristot. inquiens secundum modum esse illum in quo attributum definitur per subiectum, de subiecto attrib. ad æquato quale est triangulum respect. eius quod est habere tres angulos; ates duobus rectis, vel homo respectu capacitatis disciplinæ: at natura inferior non est subiectum adæquatum proprietatum superiorum, vt Isosceles non est subiectum adæquatum respectu eius quod est habere tres angulos.

3. Solutio. Vel tandem dicere possumus ad minorem propoſitionem, quod quamuis proprietates superiorum non definiantur per inferiora, definiuntur tamen per aliquid, quod est in inferioribus secundum essentiam inclusum, vt per superiora genera, quę sunt in inferioribus species. inclusa, quod sufficit vt sit aliqua propoſitio per se in secundo modo, nam in illo vel attribu. debet per subiectum definiri, vel sat est, vt per aliquid in subiecto secundum essentiam inclusum definiatur.

Ad 2. Ad secundum respond. negando minorem propoſit & ad confirmationem dicimus consequentiam hanc nullam esse: potest esse proprietas superioris sine inferiori, ergo non necessario prædicabitur de illo, nam etiam genus (vt animal) potest esse sine homine, de quo tamen necessario prædicatur. Igitur ex eo quod proprietas potest esse sine inferiori recte colligitur inferius non esse subiectum adæquatum illius, non esse subiectum de quo necessario prædicetur.

QVÆSTIO VI.

An quartus modus spectet ad solas causas extrinsecas necne.

NIhil circa tertium modum offert sese nobis explicandum, cum ille non dicendi per se, sed per se existendi, vel cohærendi solis substantiis tam primis quam secundis conueniens, debeat nunc vpari. Ac proinde illo prætermisso, erit à nobis hæc q de quarto modo explicanda num scil cet sit tantum modus hic causarum externarũ, vel internarum, sita nimirum, vt quartum modum illæ solum propoſitiones constituant, in quibus subiectum est causa attributi, tam interna, quam externa.

Opinio Zabarell. Iacobus Zabarella *lib. 1. de propoſit. necess. cap. 10.* in primis de hac re proponit sententiam D. Thom. qui inquit subiectum in duplici genere causæ posse referri ad proprietatem, nimirum materialis, & efficientis: nam & a subiecto fluunt propriietates, vt à legitima causa efficiente. & in eodem tanquam in proprio subiecto, vel materia, externa recipiuntur. Interest igitur inter secundum & quartum modum, quia in secundo subiectum est causa vt materia externa attribut. vel proprietatis, in quarto vero est causa efficiens eiusdem.

Hanc opin Zabarella duobus argumentis impugnat, in eo quod asserit D. Thom 2. modum esse quando subiectum est causa vt materia proprietatum, & non ea ratione qua est causa efficiens.

1. Argum. Zabarell. Primum: Quia si illæ propoſitiones essent in secundo modo in quibus subiectum est causa vt materia externa proprietatum, sequeretur illas propoſitiones in quibus accidens commune prædicatur de subiecto, vt has homo est iustus, & nix est candida, esse in secundo modo, quia subiectum non minus est causa vt materia accidentium communem, quam proprietatum, quod sane admittere cum sit absurdum, sequitur secundum modum non spectare ad causalitatem materiæ externæ, sed causæ efficientis.

2. Argum. Secundum: Eo modo subiectum concurrit ad propoſitiones secundi modi, quo ingreditur definitionem attributi, & proprietatum: at non ingreditur illam vt est materia, sed vt est causa efficiens: non igitur hac ratione ad 2. modum dicendi per se attinebit. Confirmatur assumptio. Subiectum vt est materia, non continetur in definitione proprietatum nam ita etiam contineretur in definitione accidentium communium cum non minus dependeant hæc accidentia a subiecto, velutia materia, quam proprietates, quod cum sit falsum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Explicat suã opinionem.

& à nemine hucusque admissum, sequitur ad secundum mod. non spectare subiectum vt est materia, sed vt est causa efficiens.

Hac igitur opinione reiecta, statuit ille duplicem esse causam efficientem, vnam intrinsecam (vocat intrinsecam, eam quę situ, loco & subiecto, non differt ab effectu à se edito, qua ratione capax rationis est causa risibilitatis, quia risibilitas neque loco, neque subiecto differt à capaci rationis: extrinsecam vero appellat, quæ subiecto, & loco differt ab effectu, qua ratione ædificator causa est domus, medicus optimæ valetudinis, & qui iugulat interitus, nam omnes hæ causæ loco & subiecto ab his effectibus maxime separantur.) Inquit igitur tam secundum, quam quart. mod spectare ad genus causæ efficientis, hoc tamen differre, quia secundus modus spectat ad causas intrinsecas efficientes: quartus vero ad easdem extrinsecas. Vnde hæc propositio, homo est capax risus, spectabit ad secundum modum, & nulla ratione ad quartum, eo quod subiectum est causa efficiens extrinseca attributi, at hęc altera iugulatus interiit, vel medicus medetur erit in 4. modo, quia subiectum est causa efficiens extrinseca attributi.

Nostrum iudicium.

Cæterum hæc opinio Zabarellæ in eo, quod inquit, ad quartum modum spectare illas propositiones in quibus subiectum est causa efficiens externa attributi, vera quidem est: at in eo quod ait illam propositionem cuius subiectum est causa efficiens extrinseca attribut. non esse quarti modi, sed secundi, labitur maxime, peccatque vehementer. Illud etiam silentio inuoluere nequaquam possum, quod opin. imponat D. Thom. quam ipse nunquam excogitauit, vel saltim (quantum legerim, nusquam scriptis mandatam reliquerit. Debuerat enim hic Philosophus indicare locum D. Thom. quia in comment. huius cap. 4. tantum inquit secundum modum, esse, qui designat habitudinem causæ materialis, non tamen docet illas propositiones in quibus subiectum est causa intrinseca efficiens proprietatum spectare ad quartum modum & non ad secundum. Neq; explicans ibidem quartum modum ad eum ait spectare causas efficientes extrinsecas, sed in communi inquit quartum modum designare habetudinem causæ efficientis nullum de causa extrinseca vel intrinseca faciens sermonem.

Sit igitur prima conclus. Illæ propos. in quibus subiectum est causa per se efficiens extrinseca attributi, sunt in quarto modo, vt sunt in dictæ proposit. iugulatus interiit, medicus medetur, & architectus ædificat. Hæc colligi potest ex Arist. qui hunc quartum modum explicat in iugulato & interitu, certum autem est esse iugulatum causam extrinsecam interitus

1 conclus.

Secunda conclus. Illæ propos. quarum subiectum est causa efficiens interna attrib. spectant etia n ad quartum modum, & non ad secundum. Hanc profitemur aduersus Zabarellam, confirmaturq; primo: Quia 4. modus est per se causandi, vt distinguitur à causa per accidens, quod ita esse confirmatur ex Aristot. qui illum explicans, inquit, hanc propositionem Socrate ambulante coruscat, non esse per se 4 mod. quia subiectum eius non est causa per se attrib. sed accidentaria, nam accidit quod illo deambulante fulgeat, vel coruscet, hanc vero alterã, iugulatus interiit esse per se, quia ad iugulationem non potest non sequi interitus: sed causa efficiens extrinseca non minus est causa per se propria, quam causa efficiens extrinseca, vt homo non minus per se efficit risibilitatem, quam iugulatio interitũ: ergo propositio illæ quartum subiectum est causa efficiens extrinseca proprietatũ ad quartum modum spectabunt. Rursus: Rogo quænam sit maior ratio ob quam illæ propositiones in quibus subiectum est causa efficiens extrinseca proprietatũ, sint in quarto modo; num quia attributum per se dependet à subiecto? Hæc certe ratio est Aristo. At nonne in aliis in quibus subiectũ est causa efficiens intrinseca proprietatum, attributum per se dependet à subiecto? Fateamur igitur illas esse in quar. modo comprehensas.

2. Conclus.

Tertia conclusio: Illæ propositiones in quibus subiectum concurrit vt causa materialis extrinseca (vel in qua) proprietatum, vel attributi, erunt per se in secundo modo. Vnde cum hi modi ex aliquo genere causæ petantur, primus ex genere causa formalis, quia attributum est de essentia, veluti forma subiecti, quartus ex genere causæ efficientis, secundus ex genere causæ materialis deprometur. Constituimus hanc aduersus eundem Zabarellam cum D. Thom in his commentar. qui non fuit in hac re lapsus, vt ille propositis rationibus leuissimis, &

3 Conclus.

viro erudito indigns arbitratur. Non enim labitur D. Thom. sed verissime hanc assertionem profitetur; quę apertissime poterit in hunc modum confirmari. Secundus modus est ille in quo attributum diffinitur per subiectum; sed certissimum est, quod proprietas definitur per subiectum in genere causæ materialis, ergo secundus modus spectabit ad genus causæ materialis Confirmatur assumptio Proprius act s per propriam potestatem debet definiri, nam ita Aristotel diffinit animam quæ est actus, per corpus physicum organicum, &c. tanquam per potentiam huius actus susceptiuam: sed proprietas est actus quidam proprius subiecti & in subiecto reperitur propria potentia huius actus susceptiua: ergo proprietates definentur per subiectum in genere causæ materialis, vel ea ratione qua est ipsum in potentia passiua, vel susceptiua illarum.

Ad 1. arg. Zabarell.

Ad argumenta vero quæ nobis in principio obuciebat Zabarella facillime respõ.

Ad primum sequeliam in propositione illatam, negamus: etenim quamuis subiectum vtraque accidentia, tanquam materia eorum externa in se recipiat, atque sustineat, interest tamen maxime inter propria, & cõmunia, quia propria per se recipit, atq; sustentat, cõmunia vero per accidens, etenim ita recipit propria, vt ea nõ recipere nullo modo queat, & ita eadem proprtia huiusmodi subiectũ ita sibi vendicabũt, vt in alio reperiri nullo modo possint, loquor de facultate naturali) ac proinde per se dependebunt à proprio subiecto, at communia, & in alio subiecto esse possunt, potestq. & subiectum sine illis in rerum natura cohærere. Sit exemplum de homine, qui est subiectũ capacitatis disciplinæ, quæ est illius proprietas, & caloris qui eiusdem extat accidens communis, respectu capacitatis disciplinæ, ita est effectus, vt absque illa existere nulla ratione queat, neque capacitas disciplinæ an alio quam in homine reperiri vllo modo potest, cæterum non ita afficitur ad calorem, cum sine illo esse possit, & calor in alio quam in homine (vt igne, aere lapide, arbore, vel alio mixto) reperiri optime queat: ac proinde per se ab homine dependebit capacitas, calor vero nequaquam: quare cũ in secundo modo attributum per se debeat à subiecto dependere, illæ positiones in quibus accidentia communia dicuntur de subiecto, non erunt in secundo modo, quamuis subiectum sit materia externa eorum.

Ad 2. arg.

Ad secundum dicimus falsum esse tantum caussalitatem efficientem subiecti esse rationem ob quam proprietas, vel attributum secundi modi, definiatur per illud, imo potissima ratio est, quia est causa vt materia proprietatis: & ad confirmationem qua hanc solutionem hic philotophus impugnabat, si hoc ita esset, sequeretur etiam accidentia communia prædicari in secundo modo, quia etiam subiectum est causa eorum vt materia. respondemus esse de hoc viro quod tam futili, & inani argumento aduersus D. Thom. vtatur, & cuius solutionem apud diuum Thomam in explicatione secund modi haurire si voluisset, sane potuisset, negandum siquidem est hoc ita sequi, est enim latum inter hæc accidentia discrimen, quia in subiecto respectu accidẽtis proprii, est propria quædam potentia ad illud suscipiendum, ita vt huiusmodi potentia aliud accidens intueri nullo modo possit, accidensque vicissim ita hanc respicit potestatem, illique est proportionatum, vt in alia potentia suscipi, vel aliam respicere nullo modo queat: at respectu accidentium communium, non ita res sese habet, quia neq; in subiecto est propria potentia ad illud recipiendum, neque illa dita est huic subiecto & potentiæ proportionatum, quin in alio subiecto reperiri, alteriusque subiecti potentiam intueri non possit: quare cum actus proprius per potentiam propriam sit definiendus, (vt anima definitur per corpus vt sæpe 9 Metaphys. repetit Aristotel.) accidentia propria diffinien ur per subiectum, vt est materia externa habens propriam potentiam ad illa recipienda, communia vero non poterunt, ac proinde propositiones in quibus propria dicuntur de subiecto, vt de materia, erunt per se, at iæ vero in quibus communia dicuntur nequaquam erunt.

Confirm. Solutio.

QVÆSTIO VII.

Quinam modi sint conficiendis demonstrationibus apti.

ET quidem duos tantum priores modos esse accommodatos his argum. confirmatur. Sit primum: Aristot in hoc cap ex-

1. Argum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pressis verbis docet primum, ac secundum modum maxime demonstrationibus componendis deseruire, nulla quarti modi effecta mentione: soli ergo duo priores modi iudicio Arist. ad demõstrationes constituendas apti erunt atque idonei.

2. Argum. Secundum: Ea solum ad demonstrationes constituendas apta, & accommodata censentur, quæ necessaria sunt, demonstratio namque ex necessariis tantum coalescit. sed ex Aristot. sententia in hoc cap. illæ tantum propositiones sunt necessariæ, quæ iuxta primum & secundum modum efficiuntur, non vero quæ iuxta quartum fiunt: illæ igitur solæ, non autem hæ postremę demonstrationibus confic endis deseruient.

3. Argum. Tertium: Subiectum non est causa efficiens proprietatis: illa ergo propositio in qua proprietas prædicatur de subiecto non erit in quarto modo, & ex cõsequenti quartus modus non ingredietur conclusionem etiam illius demonstr. per quam proprietatem de subiecto concludimus. Confirmatur antecedens. Inprimis quia causa efficiens prior est suo effectu, at subiectum simul oritur, & interit, cum proprietate: deinde, quia subiectum est materia proprietatis materiam autem, & causam efficientem esse, nequeunt eidem rei competere.

Opinio. In hac quæstione Græci Themistius, & Philoponus, & inter Latinos Lincolniensis Vitalpan. & Zabarella 2. *libr. de propos. necessar. cap.* 14. ac nõnulli alii, putant primum tantum, ac secundum modum, esse demonstrationibus aptos, tertium vero & quartũ, omnino esse ineptos. Confirmant suam opinio. iis argum. quæ in principio effecimus.

2. nio. Ægidius Romanus arbitratur omnes quatuor modos esse accommodatos.

3. Opinio. Sunt qui secundum, & quartum tantum modum huic instituto deseruire putent, idque ex sententia D. Thom. se profiteri asseuerant *lect.* 10. *huius lib.*

4. Opinio. Quarta tamen opinio est aliorum qui constituunt præter tertium modum (qui nõ est prædicandi sed essendi) omnes tres alios, deseruire demonstrationibus. Nam in ea demonstr. in qua medium est definitio subiecti, propositio in quarto modo assumptio in primo, & conclusio in secundo continetur, videre licet in proposita demonstratione, nec animal particeps rationis est capax disciplinæ: at omnis homo est animal particeps rationis ergo omnis homo est capax disciplinæ, in qua propositio in quarto modo est contenta, cum in ea subiectum sit causa efficiens attributi, assumptio vero in 1. quia attributum est tota diffinitio subiecti, conclusio denique in secundo modo cum attributum in ea sit proprietas subiecti & diffiniatur per illud. Quam opinionem sequuti sunt B. Alber. Magn. D. Thom. *lect.* 13 Caiet. M. Sotus, Louanien. *in hunc comment* Flandrens. *quæst* 13. Veracruce in *hoc loco*, & Apolinaris *quæst* 26. Eam vero vt explicemus obseruamus primum posse nos loqui bifariam de demonstratione scilicet vel de tota ea, vt ambit propositionem, assumptionem, & conclusionem, vel de sola eius conclusione.

Observatio.

1. conclusio. Sit prima conclusio: Si loquamur de demonstratione vt ambit præmissas & cõclusionem, tertio modo prætermisso, reliqui primus scilicet secundus; & quartus, sunt ad conficiendas demonstratio. accommodati, hæc quidem lege, vt in aliqua omnes illi tres modi formaliter contineantur, in aliqua vero primus tantum ingredatur. & in aliqua secundus, ac denique in aliqua quartus. Inprimis omnes 3. modos in propositio. demonst. possumus intueri. Omne (scilicet) animal particeps rationis, &c. In aliqua rursus, primus tantum modus collocatur, vt in hac demonstratione, in qua definitio de re diffinita dicitur, per alteram diffinitionem. Omnis syllogismus generãs scientiam progreditur ex veris, primis, & immediatis, &c at demonstrat. est syllogismus generans scientiam: ergo demonstratio progreditur ex veris, primis immediatis, &c. In qua demonstr. assumptionem & conclusionẽ contineri in primo modo nulli est dubium, cum in assumptione prædicetur vna definitio, & in conclusione altera de re diffinita: itemque propositionem in eodem primo modo contineri citra controuersiam esse debet, cum enim vna definitio dicitur de altera, attribut. est de essentia subiecti, & ita huiusmodi propositio in primo modo continebitur. In quibusdam iterum demonstrat. solum secundum modum locum habere, satis est perspicuum de illis demonstrationibus in quibus vnã proprietatem per alterã de subiecto demõstramus, cuiusmodi est hæc. Omne animal capax disciplinæ est risibile: at omnis homo est animal capax disciplinæ: ergo omnis homo est risibilis. In qua propositio spectat ad secundum modum cum in ea vna proprietas de altera efferatur, assumptio prætermissa & conclusio in eodem etiam secundo modo sunt contentæ, in vtrisque enim proprietas de subiecto dicitur. Tandem in aliis quibus omnes propositiones in quarto modo contentas esse euenit, vt in hac demonstratione efficitur: Omne quod est calidũ, natum est calefacere, sed omne ignis est calidus, ergo omne ignis natum est calefacere, in qua omnes propositiones, si recte inspiciantur, sub quarto modo sitas esse conspiciemus, nam in omnibus illis subiectum est causa efficiens attributi. Hucspectant omnes illæ demõstrationes, in quibus vnam causam per alteram, vt finem per efficientem, vel è conuerso, efficientem per finem de effectu confirmamus. Accommodatum exemplum huius rei est illa demonstratio, qua magis concludimus de dentibus anterioribus illo acutiores esse dentes quam molares, ad hunc modum: Illi dentes, qui sunt ad cibum in frusta secundum destinati, acutiores esse debent, at quidentes anteriores ad cibum in frusta secundum destinantur: opus igitur fuit dentes anteriores esse acutiores. Eximus autem in conclusione, prætermisso tertio modo, quia ille demonstrationibus conficiendis ineptus est & inutilis. Quamuis enim si de substãtia sermonem instituamus, demonstrat. subiecti illi accommodetur, nihilominus tamen, quia iis demonstrationibus, quarum subiectum est accidens cuiusmodi censentur demonstrationes Mathematicę, inutilis est, proinde non iudicatur ille ad demonstrationes constituendas accommodatus.

2. conclus. Secunda conclus. Si de sola demonstrat. conclusa agamus, secundus tantum & quartus modus in eis demonstrationibus locum habent, quibus mediis proprietatem de subiecto confirmamus. Conclusio hęc est aperta, quia in hac conclusione, omnis homo est capax disciplinæ, in qua proprietatem de subiecto colligimus, hi solum duo modi iam explicati sunt contenti, secundus quidem, eo quod attributũ est proprietas subiecti, quartus vero, quia subiectum est causa efficiens attributi. Docens itaque D. Th. solum secundum & quartum modum ingredi demonstrat intelligendus est, iuxta hanc secundam conclusionem: nam alibi

est animal

in eadem 1. cit. 13. huius lib. etiam tres reliquos modos, tertio prætermisso, demonstr. ingredi, nobiscum profitetur.

Ad 1. arg. Reliquum est vt argumenta proposita dissoluamus. Ad primum igitur dicimus, Arist. non docuisse solos duos priores modos demonstrationibus conficiendis deseruire, sed illos inter alios esse huic vsui aptos & accommodatos. Quod inde colligi potest, quod institutum ipsius in eo loco non fuit, primum, ac secundum modum cum quarto modo conferre, sed eas tantum propositiones, quæ & in primo, & in secundo modo efficiuntur, inter sese cõparare. Nam cum ex propositionibus in primo modo contentis quædam sint attributi mediati, qualis est hæc propositio, homo est substãtia, & alia attributi immediati, vt hæc homo est animal particeps rationis: ac præterea in secundo, quædam sint attributi necessarii, vt quando proprietas adæquata subiecto de ipso prædicatur, vt homo est capax disciplinæ, aliæ vero attributi non necessarii, vt cum attributum est proprietas subiecto minime adæquata sicut hæc, linea est curua curuitas enim non adæquatur lineæ, cum detur pręcæque rectæ ex tot (inquit Arist.) ac tam variis propositionibus, sub his duobus prioribus modis comprehensis, non quælibet conficiendis demonstrationibus accommodatæ censeri debet, sed ex contentis in primo, illæ solum, quæ sunt attributi immediati. ex constitutis vero in secundo modo, eæ tantum, quæ extant, attributi necessarii. Quod non obscurè visus est Aristoteles indicasse, subiungens ista hæc verba, tales nimirum propositiones debere esse primo, vel secundum quod ipsum, id est, immediatas, & necessarias. Hæc dicta sint ioxta interpretationem Perionii, nam iuxta Boetii interpretationem aperte satis innuat Arist. solum secundum & quartum modum demonstrationem ingredi, id est, in conclusione illius contineri, nam hæc verba habet. Quæ ergo dicuntur in simpliciter scibilibus, id est, in conclusionibus, quæ solæ dicuntur scibiles per se, sic sunt sicut in esse prædicantibus per se, id est, in quibus attributum, quod prædicatur de subiecto, ei inhæret & hic est secundus modus, aut in esse propter ipsa, quæ sunt ex necessitate, & hic est quartus modus. Illa namque particula propter semper denotat aliquod genus causę, & ita attribu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum ineſſe ſubiecto propter ipſummet ſubiectum, erit ſubiectum eſſe cauſam attributi, & hic eſt quartus modus. & hac ratione locum hunc intelligit & interpretatur D. Thom.

Ad 2. Ad 2. reſpon. quartum modum (vt docuimus) poſſe ſumi, aut in ratione attributionis, aut in ratione cauſæ. Primo modo non eſt modus dicendi per ſe, neq; demonſtrationem ingreditur, ſecundo vero modo eſt modus dicendi per ſe, haberque in demonſtratione ſedem ac locum. At Ariſt. in propoſita authoritate primo tantum modo eſt loquutus.

Ad 3. Ad 3. negamus antecedens, ad primam probationem dicimus, cauſam efficientem, quæ agit per motum, priorem eſſe effectu, vt ignis prior eſt calore in ligno producto, illam vero, quæ non per motum, ſed per ſimplicem quandam emanationem agit, non eſſe priorem tempore effectu, ſed natura tantum, velut ſol non eſt prior tempore lumine, ſed natura, & hac ratione ſubiectum cauſa exiſtit proprietatum. Ad ſecundam probationem dicimus, duplicem eſſe materiam, vnam ex qua, hac ratione ligoum eſt materia cathedræ, aliam vero, in qua, in quo ſenſu dicimus, parietẽ eſſe materiam albedinis, eo quod albedo ſit in pariete. Quo ſecundo modo eſt ſubiectum materia proprietatum. Et quamuis illud, quod eſt materia ex qua, nequeat vllo pacto eſſe ſimul cauſa efficiens: exploratum nihilominus eſt, materiæ in qua hoc minime repugnare.

QVÆSTIO VIII.

An propoſitio per ſe poſſit in aliam conuerti, quæ ſit etiam per ſe.

POſtremo quærendum erit, num omnis propoſitio per ſe in aliam per ſe conuerti queat, in qua prius confirmandum erit, hoc fieri non poſſe. ac deinde illam, in qua genus per ſe dicitur de ſpecie, conuerti poſſe in aliam, in qua ſpecies de genere nulla nota affecto prædicetur, vt hanc, homo eſt animal, quæ eſt per ſe in primo modo, conuerti in hanc aliam, animal eſt homo.

1. Arg. Primo igitur confirmamus, nullam propoſitionem per ſe, in aliam propoſitionem per ſe conuerti. Eadem res nequit forma ſimul ac materia eſſe: at ſi propoſitio per ſe conuerteretur in aliam per ſe, eadem res eſſet forma, & materia: ergo propoſitio per ſe non poterit conuerti in alteram per ſe. Confirmatur aſſumptio. Forma propoſitionis eſt attributum, materia vero eiuſdem eſt ſubiectum: at ſi propoſitio per ſe conuerteretur in alteram per ſe, id quod eſt forma, fieret materia, & quod eſt materia, fieret forma, ſubiectum namque efficeretur attributum, ac econtra attributum ſubiectum: ergo ſi propoſitio per ſe conuerteretur in aliam per ſe, eadem res eſſet forma & materia.

2. Arg. Secundo loco ſuademus, hanc propoſitionem, animal eſt homo, eſſe per ſe. Sit itaque ſecundum argum. Hæc propoſitio præfata eſt indefinita: ergo vel æquialet vniuerſæ, vel particulari, non vniuerſæ, falſum namq; eſt, omne animal eſſe hominẽ: æquialet ergo huic particulari, aliquod animal eſt homo: ſed hæc eſt propoſitio neceſſaria, ergo etiam erit per ſe, & ita prima illa, animal eſt homo, etiam erit per ſe.

3. Arg. Iterum: Hæc propoſitio, nullum animal eſt homo, eſt impoſſibilis: igitur eius contradicens erit neceſſaria: at contradicens ipſius eſt hęc, aliquod animal eſt homo hęc igitur propoſitio erit neceſſaria, & ex conſequenti per ſe, ſicut & quæ illi æquialet, animal (ſcilicet) eſt homo.

4. Arg. Demum: Quæ neceſſario vniuntur alicui tertio, neceſſaria etiam vniuntur interſe: atqui animal, & homo neceſſario vniuntur in participationis: ergo neceſſario etiam inter ſe vniuntur, atque ita hæc propoſitio, animal eſt homo, neceſſaria erit.

Opin. Scotiſt. Quidam Scotiſtæ, vt Antonius Trombeta 3 lib. Metaphyſ. q. 2. exiſtimant, nullam propoſitionem per ſe, cum alia propoſitione per ſe reciprocari poſſe atq; conuerti. Alii vero recentiores Thomiſtæ è contrario cenſent, quamlibet propoſitionem per ſe, poſſe in aliam conuerti, quæ etiam ſit per ſe, ſiue attributum & ſubiectum extiterint æqualia, ſiue inæqualia. Tertia deniq; opinio eſt Caiet. in his comment. & Chryſ. Iauell. 3. Metaphyſ. q. 3. exiſtimantium, poſſe aliquam propoſitionem per ſe, in aliam per ſe commutari, eam, vtpote, cuius ſubiectum & attributũ ſunt ſibi inuicem æqualia, non tamen omnem, illa enim, cuius ſubiectum & attributum nequaquam ſunt æqualia, nullo pacto poteſt in aliam propoſitionem per ſe tranſmutari.

Huic

1. Obſer. Huic igitur poſtremæ Caietani ſententiæ adhærentes, in illius explicat onem animaduertimus primum, non ſemper vni ac eidem propoſitioni competere, & eſſe neceſſariam, & eſſe per ſe. Habemus in promptu exemplum. Hæc propoſitio, nix eſt alba, neceſſaria profecto eſt. at eadem non eſt per ſe, vt cuilibet eſt apertum. Illud etiam ſcire oportebit, in nominibus aliud eſſe ipſorum ſignificatum, & aliud pro quo idem nomen ſumitur, & vſurpatur, nam in propoſitione, album legit, album albedinem ſignificat, pro qua tamen non ſumitur, ſed pro homine ipſo affecto.

1. concluſ. His animaduerſis ſit prima concluſio aduerſus Trombetam. Diffitend m non eſt, aliquam propoſitionem per ſe, in aliam, quæ etiam ſit per ſe, interdum poſſe conuerti. Confirmatur hæc concluſio ad hunc modum. Hæc propoſitio, homo eſt animal particeps rationis, quę citra controuerſiam eſt per ſe, accurate conuerti poteſt in hanc alteram, animal particeps rationis eſt homo: at hæc propoſitio poſtrema eſt per ſe: igitur poterit propoſitio aliqua per ſe, in aliam, quæ ſit per ſe, aliquando tranſmutari. Confirmatur aſſumptio. Illa propoſitio, cuius ſubiectum pertinet ad diffinit onem attributi, ad ſecundum modum dicendi per ſe ſpectat, vt Ariſt. in cap. docuit: atqui ſubiectum huius propoſitionis, de qua eſt nobis ſermo, habet locum in diffinitione attributi, nimirum hominis, vt eſt omnibus exploratum, quin potius eſt tota ipſius diffinitio: erit igitur illa propoſitiò per ſe ad ſecundum modum pertinens.

Obſer. Eſt tamen, quod diligenter obſeruemus, hanc concluſionem non eſſe in eodem modo dicendi per ſe intelligendam, hoc enim pacto daretur circulus, qui certe non eſt admittendus, ſed in diuerſo duntaxat, hoc quidem modo, quod propoſitio per ſe in primo modo, in alteram, quæ ſit per ſe in ſecundo modo, & econtra, quæ eſt per ſe iuxta ſecundum modum, in eam, quæ eſt per ſe iuxta primum modum, conuertatur.

2. concluſ. Secunda concluſio aduerſus auctores ſecundæ opinionis. Datur aliqua propoſitio per ſe, quæ nequit in aliam per ſe vllo modo recipocari. Hujuſmodi cenſeri debet illa, cuius attributum latius patet, quam ſubiectum, quod nimirum in ea propoſitione contingit, in qua genus de ſua ſpecie dicitur. Vnde quamuis hæc propoſitio, homo eſt animal, ſit per ſe, & in primo modo contenta, hæc tamen altera, animal eſt homo, quæ eſt illius conuertens, nequaquam erit per ſe, nec ad aliquem modum dicendi per ſe ſpectabit. Eſt vero hoc no is accurate confirmandum, nam tota controuerſia inter nos & alios auctores in hoc eſt conſtituta, num ſcilicet hæc poſtrema propoſitio ſit per ſe, vt & prima, eſt per ſe.

1. Arg. Sit igitur primum argum. Omnis propoſitio per ſe eſt etiam de omni, vt in capit. docuerat Ariſt. atqui hæc propoſitio non eſt de omni, nam non omne animal eſt homo ergo non erit illa per ſe.

2. Arg. Secundum: Omnis propoſitio per ſe debet etiam eſſe neceſſaria, quemadmodum Ariſt in hoc eodem cap cenſet: at hæc propoſitio non eſt neceſſaria, ergo non erit per ſe. Confirmatur aſſumptio. Propoſitio illa, cuius ſubiectum poteſt abſque attributo eſſe, non eſt neceſſaria, cum poſſit aliter ſe habere: ſed poteſt animal (quod eſt huius propoſitionis ſubiectum) abſque homine, qui eſt eiuſdem attributum, in rerum natura reperiri: non igitur hæc propoſitio neceſſaria erit.

3. Arg. Tertium Hæc propoſitio animal eſt homo, eſt indefinita, ergo vel æquialet huic vniuerſæ, omne animal eſt homo, vel huic particulari, aliquod animal eſt homo, vniuerſæ non poteſt vllo modo æquialere, falſa enim eſſet, cum falſum ſit, omne animal eſſe hominem: igitur æquialebit particulari: atqui propoſitio, quæ æquialet alteri propoſitioni particulari eſt in materia contingenti, vt omnes Dialectici cum Ariſtotel. libr. 1. perihermin. capit. 4. & 5. præcipiunt: ergo hæc erit in materia contingenti: ſed nulla propoſitio per ſe eſt in materia contingenti, cum omnis propoſitio per ſe qualibet illa ſit, in materia neceſſaria fiat. vt auctor eſt Ariſt. in hoc cap. hæc igitur propoſitio, animal eſt homo, non erit propoſitio per ſe.

Ad 1. argum. 1. Solut. Diſſoluamus iam argumenta in principio propoſita. Ad primum dicimus, in primis illud ſic contra nos pugnare, vt non minus, imo magis ipſis fortaſſe, quã nobis aduerſetur, cum ex illo conſequẽs fieri poſſit, propoſiti num conuerſionem omnino auferendam eſſe, quia in ipſa ſubiectum efficitur attributũ, ac iterum attributum in ſubiecti locum ſubiicitur. Secundo

2. Solut.

tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen respond. posse nos attributum, & subiectum ex se, & secundum propias rationes, vel iuxta sum ac locum, quem in propositione occupant, contemplati. Primo quidem modo, quod in vna propositione est subiectum, etiam permanet subiectum in altera, sicut & quod in vna attributum, etiam & in altera perseuerat attributum, animal enim, quod ex se ac iuxta sua essentialia attributa, est attributum hominis, in quacunque propositione vsurpetur, non potest non esse illius semper attributum, sicut & homo illiusmet subiectum: verum iuxta secundum modum potest aliquando, quod est subiectum, in attributum mutari, vicissimque quod attributum est, in subiectum conuerti. At attributum aliquod esse formam, subiectum autem materiam, non est ex nominum vocumque situ, & varia dispositione, sed ex rerum per voces ac nomina significatarum naturis, perpendendum. Negandum itaque erit illud, quod ex se, & sua te natura est attributum fieri subiectum, & quod subiectum est, in naturam transire attributi. Respond. tertio, in rebus naturalibus materiam non posse effici formam, nec formam in materiam abire: at hoc in propositionibus effici necesse est, cum enim eas conuertimus, non potest non subiectum attributi, attributum vero subiecti locum subire. Forma itaque in materiam, ac vicissim materiam in formam conuerti oportebit.

Ad 2. 1. Solut. Ad secundum concedimus, hanc propositionem, aliquod animal est homo, esse necessariam, eandem tamen esse per se diffitemur, neque enim necesse est, vt omnis propositio necessaria sit, etiam per se, vt *2. Solut.* sæpe est à nobis repetitum. Dicimus iterum, hanc propositionem, aliquod animal est homo, posse sumi vel ratione suppositionis, vel ratione significationis. Priomodo est illa propositio necessaria, in aliqua enim propositione aliquod animal pro homine necessario vsurpatur, vt in hoc, aliquod animal ridet. At secundo modo non est necessaria, natura namque animalis per aliquod animal significata non vnitur necessario cum homine, cum possit animal absque illo cohærere. At vero vt aliqua propositio necessaria sit etiam per se, debet esse vtroque modo & ratione suppositionis, & ratione significationis necessaria.

Ad 3. Ad tertium negamus consequentiam, primo loco illatam, hæc enim propositio, nullum animal est coloratum, impossibilis est, & tamen eius contradicens, nimirum, aliquod animal est coloratum, non est necessaria, sed possibilis, ac contingens, impossibili enim non necessarium, sed possibile opponitur, quod se ad contingens, & necessarium velut quidpiam superius habet. Respond. deinde falsum esse antecedens: nam hæc propositio, nullum animal est homo, possibilis est, imo aliquando iam fuit vera, in creatione scilicet mundi, nam antequam Deus crearet hominem, iam condiderat alia animalia, quo tempore verum erat dicere, nullum animal est homo. Resp. vltim. hoc argum. si aliquid concludit, solum confirmat hanc propositionem, aliquod animal est homo, esse necessariam, inde tamen non sit eam esse per se. *1. Solut. 3. Solut.*

Ad quartum negamus primum assumptionem: quamuis enim homo necessario cum participationis vniatur, haudquaquam tamen animal cum eo necessario coniungetur cum possit illud absque rationis participi optime cohærere. Dicimus secundo, quod quamuis admitteremus, inter hominem, & participem rationis necessariam habitudinem intercedere, nunquam tamen inde fieret, hanc propositionem, animal est homo, esse per se, sed tantum inquireretur, eam esse necessariam: complures enim dantur propositiones, vt hæc, nix (scilicet) est alba, cœlum mouetur, aliæque id genus fere innumeræ, quæ certe necessariæ sunt, nec tamen sunt propositiones per se appellandæ, & assentendæ cum attributo accidentario accidentaliter (vt aiunt) quinctæ prædicatis constent. *4. Arg.*

ANIMADVERSIO.

EXplicans Arist. secundum modum dicendi per se, vtitur quibusdam exemplis Mathematicis, quæ in scholijs erant explicanda. Nescio tamen, ob quam causam horum explicatio fuit eo loco prætermissa, quare erunt in hoc loco proponenda, superioribusque scholijs adijcienda. Sunt autem exempla, rectum & inflexum, par & impar, primum & compositum, æquilaterum & altera parte longius, quæ omnia de suis subiectis in secundo modo dicendi per se prædicantur, duo priora de linea, sunt etenim illius proprietates, reliqua vero dicuntur de numero. Rectum dicitur illud, quod ex æquo iacet inter duo puncta, obliquum vero appellatur illud, quod nō ex æquo Quid rectum & inflexum.

iacet,

iacet, sed quod discrepat ab huiusmodi puncta, vt linea, qua ducitur ab a in b, est recta, quia ex æquo illa iacet inter hæc duo puncta: at alia, quæ à c in d trahitur, est curua, quia non ex æquo iacet inter illa. Numerus par dicitur ille, qui in pares numeros diuiditur, vt quaternarius, octonarius, aliique huic similes, nam quaternarius in duos binarios pares, & octonarius in duos etiam quaternarios pares diuiduntur: impar vero dicitur, qui diuiditur in numeros impares, vt quinarius, qui diuiditur in ternarium & binarium. Hæc certe exempla aperta sunt, de aliis duobus non est eadem interpretum sententia. Philoponus ac B. Albertus per numerum primum eum esse putant intelligendum, qui non sit ex alio numero compositus, cuius generis est binarius, qui ex solis duabus vnitatibus conflatur. Per compositum vero illum, qui ex aliis numeris coalescit, vt sunt quaternarius, senarius, & alii: nam quaternarius ex duobus binarijs, & senarius ex duobus ternarijs componuntur. Verius tamen alij, & D. Thom. Alexander, M. Soto Louaniens. & cum eo Toletus, Zabarella, & alii recentiores, per numerum intelligi volunt illum, qui sola vnitate mensuratur, vt sunt binarius, ternarius, & quinarius, nam binarius solis vnitatibus constat, ternarius binario & vnitate, quinarius vero quaternario & vnitate, per compositum vero alium, qui numero mensuratur, vt nouenarium, 16. aliosque huius generis, qui ex numero eiusdem rationis in se ipsum ducto componuntur, nam ternarius terductus in se ipsum, efficit nouenarium, & si quaternarius quater in se ipsum ducatur, numerus 16. consurgit. Vltimum exemplum est de æquilatero, ac eo, quod est altera parte longius. Quod Alexander putat nō numeris, sed figuris tantum conuenire: quadratum enim est figura æquilatera, quadrangulum vero habet duo latera longiora, aliaque duo breuiora, atque ita est altera parte longius. Verum Philoponus, Auerroes, B. Albertus Magn. Ferrariens. in annotationibus, hanc affectionem quoque numeris esse putant: ex numeris siquidem quidam æquilateri, & alteri altera parte longiores dicuntur: nam si numerus in se ipsum ducatur, qui existur, quadratus nuncupabitur: habebit enim omnia latera æqualia, vt nouenarius, & 16. etenim ternarium si ter in se ipsum ducamus, efficitur nouenarius, cuius latera sunt tres ternarij pares, at æquales inter se, & si quaternarium in se ipsum quater trahamus, consurget numerus 16. cuius latera erunt quatuor quaternarij inter se etiam pares ac æquales: at verò ille dicitur numerus altera parte longior, qui ex ductu vnius numeri in alium numerum consurgit, vt duodenarius, qui consurgit ex ductu ternarij in quaternarium, nam ter quatuor, vel quater ter constituunt duodenarium, etenim hæc latera, ternarius & quaternarius esse inæqualia, nullus est qui ignoret, exploratum siquidem est, quaternarium esse maiorem ternario, ac proinde longiorem in ratione numeri, quorum omnium exempla in figuris subiectis licebit intueri. Legenda sunt, quæ ab Euclide, Gemma Phrysio, Orontio Phineo, Hieronymo Munnosio, nostro Valentino, Ludouico Bueca, ab aliisque Arithmeticis de hac re fuere conscripta.

Nouenarius numerus æquilaterus.

16. numerus æquilaterus.

Duodenarius altera parte longior.

CAPVT V.

De erroribus, qui eueniunt circa attributum vniuersum.

ARGVMENTVM CAP.

QVoniam circa attributum vniuersum nonnullos errores esse contingit, illos in hoc cap. recensetArist. idq; in prima cap. parte præstat, & in secunda Theorema quoddam in medium adducit, quo subiectum attributi vniuersi dignoscere valeamus.

ILlud autem hoc loco ignorare non debemus, sæpe id vsuuenire, vt in accipiendo genere vniuerso peccemus, putantes, ipsum genus vniuersum à nobis in eo esse probatum, in quo primo inest, cum reuera in eo subiecto primum non ternatur. A. Oritur autem huiusmodi error, aut quando in suo genere vna est res singula, ob idq; superius ea aliquid accipi non potest. B. Aut cum rebus singulis multiu est vna quidem communi ratio, sed tamen nullum nomen impositum est, quo illud genus appelletur, diuersis speciebus rebus conuenientis. C. Aut si res illa, in qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

ineſſe quippiam demonſtratur, quaſi pars tantum eius ſit, in quo primo ineſſe conſpicitur. In ſingulis enim partibus ita demonſtrari poteſt, vt etiam concluſio ſit de toto genere affirmatio. Attamen non erit ea generis vniuerſi de eo, in quo primum ineſt demonſtratio, quandoquidem eam demum demonſtrationem genus vniuerſum, in quo primo ineſt, concluſiſſe puto, qua in ea re ſubiecta probauit, in qua ineſt, hoc ipſo quod talis eſt. D. Si quis igitur rectas lineas non poſſe concurrere oſtendat, illa quidem videbitur eſſe demonſtratio, propterea quod in omnes rectas lineas id cadere poteſt, & tamen non eſt demonſtratio: ſiquidem illud non conuenit lineis pari ſemper interuallo diſtantibus, quia ſunt rectæ: ſed id omnibus pariter diſtantibus, qualeſcunque illæ ſint, conuenire poſſe cernitur. Et ſi nullum eſſet triangulum præter Iſoſceles, conuenire uiderentur triangulis proprietates Iſoſceli, quia Iſoſceles ſit. Et propertio commutata ineſt in numeris, quia numeri ſunt: & lineis, quia linea: & in ſolidis & temporibus, hoc ipſo quod aut ſolida aut tempora ſunt, cum ita demonſtratur, quemadmodum aliquando ſeparatim de iis ſingulis demonſtratum eſt. Nihilominus tamen fieri poteſt, vt vna demonſtratione communi illud ipſum de iis omnibus concludatur. Sed quoniam non eſt nomen impoſitum, quo illud appellemus, in quo iſta, numerus, linea, ſolidum tempus conueniunt, communique vna ratione continentur: & quoniam ſunt hæ res ſpecie inter ſe differentes, idcirco ſingulatim illa accipiuntur. Atqui nunc demum, quum natura communis accipitur, ipſum genus vniuerſum demonſtratur. Neque enim ineſt aut numeris, aut lineis, hoc ipſo quod aut numeri, aut lineæ ſunt, ſed qua ratione communi illa notione participant. E. Quare ſi quis vna aut altera demonſtratione concludat, ſingulas trianguli ſpecies, vt Iſopleuron, Scalenon, & Iſoceles habere tres angulos pares duobus rectis, is nondum nouerit (niſi quomodo cognoſcere ſolent ſophiſtæ) triangulum habere tres angulos pares duobus rectis. Ac ne ſi præter illas quidem tres ſpecies nullius alius ſit triangulus, ob id etiam dum eſt cum ſcire vniuerſum genus trianguli. Neque enim triangulum nouit hoc ipſo, quod triangulum eſt: neque nouit omne triangulum, niſi ſecundum numerum: Secundum ſpeciem autem, & qua ratione vnum quippiam eſt triangulum, non nouit: etiamſi ex ſingulis nullum ſit, quod non cognoſcat. Quod ſi id ſcire velis, quando genus vniuerſum cognoſcimus, & quando generaliter atque abſolute rem aliquam intelligimus, id ego hunc in modum faciam manifeſtum. Nam ſi non alia vis, atque natura trianguli eſſet, quam huius, aut illius iſopleuri, aut vero omnium ſimul iſopleurorum, ſemper in vniuerſo genere rem intelligeremus. At ſi eſt huius atque illius diuerſa ratio, inſit autem aliquid triangulo hoc ipſo, quod triangulum eſt, niſi hoc modo ſciamus genus vniuerſum non intelligemus. F. An autem inſit aliquid triangulo, qua tri angulum eſt, an vero iſoſceli, quia eſt iſoſceles, deinde quando aliquid alteri primum conuenire dicendum ſit, poſtremo quodnam illud tandem ſit genus vniuerſum, quod demonſtratione concludendum eſt, vna hac ratione cognoſcemus. Quando tale erit aliquid, quod detractis aliis in ve aliqua ineſt, atque adeo illi rei primum omnium conuenit. Veluti iſoſceli anco triangulo conuenit habere tres angulos pares duobus rectis: ſed etſi illa tollas, æneum, & iſoſceles, adhuc reſtat cui conueniet: At ſi aut figuram, aut quod extrema habet, tollas, nihil tum quidem erit, cui illud conuenire poſſit: ſed tamen non ſunt illa, quibus primum ſublatis, hæc ſublata eſt proprietas. Quo igitur primum ſublato, hoc eſſe deſiit, triangulo ſcilicet. Quare & alia per hoc conuenient: & in hoc ſolo erit vniuerſi generis demonſtratio.

COMMENTARIA.

QVid ſit attributum vniuerſum, docuit Ariſtoteles in vltim part. cap. ſuperioris. Quia vero poſſunt nonnulli errores circa attributum vniuerſum contingere, vtpote, illud de aliquo ſubiecto, reſpectu cuius non eſt attributum vniuerſum, concludendo, proinde qui ſint ii errores, in hoc cap. explicat Ariſt. ſunt autem illi tres. Primus eſt.

Error 1. A. *Oritur autem huiuſmodi error, &c.* Quando ſub aliqua ſpecie vnicum tantum indiuiduum continetur, concludimuſque de illo attributum ſpecificum, in habitudine ad tale indiuiduum, illud attributum vniuerſum conferi debeat, cum non indiuiduo, ſed ſpeciei potius prius conueniat: vt ſi quis de hoc ſole, illum ſuapte natura eſſe aſtrum luminoſum, concludat, hoc attributum vniuerſum eius eſſe exiſtimans, hic certe errabit maxime. tale namque attributum non huic ſoli, ſed ſoli ſpecifico, natum eſt primo conuenire.

B. *Aut*

Error 2. B. *Aut cum rebus ſingulis, &c.* Secundus error eſt, quando ſub aliquo genere innominato continentur complures ſpecies, ac de aliqua illarum attributum generis confirmamus, illud talis ſpecici attributum vniuerſum eſſe arbitrantes quemadmodum ad quadrupeda, vt bouem & equum, datur aliquod genus immediatum ac innominatum, neque enim illud tale eſt ipſum animal, ſic enim omnia animalia eſſent quadrupeda: ſi ergo nos rationem quadrupedis conſuderemus de leone, nobis in animum inducentes ipſam eſſe attributum vniuerſum leonis, & non illius generis innominati, decipiemur maxime, hæc enim ratio non prius leoni, quam illi generi innominato competit.

Error 3. 1. ſenſus. C. *Aut ſi res illa, &c.* Tertius error iuxta quorundam interpretationem hic eſt: Si attributum vniuerſum alicuius generis de aliqua eius ſpecie colligeremus, perſuadentes nobis illud tale eſſe attributum vniuerſum ſpecici, laberemur in errorem, non enim illud ſpeciem prius quam genus ipſum reſpicit, velut ſi quis ſentiret quod eſt attributum vniuerſum animalis de homine concluderet, cenſens eſſe vniuerſum hominis attributum, hoc equidem turpiter hallucinaretur. Hic idem tertius error, iuxta aliorum interpretationem, hoc alio modo ſe habet. Si quis attributum vniuerſum ſpeciei de genere confirmaret, putans illud tanquam attributum vniuerſum generi tribuendum eſſe, hic haud dubie falleretur: vt ſi quis capacitatem diſciplinæ, quæ eſt attributum vniuerſum hominis, de animali tanquam attributum vniuerſum illius confirmaret: hæc enim proprietas non primo animali, ſed hominis ipſi nata eſt conuenire.

Eius erroris 2. ſenſus. D. *Si quis igitur rectas, &c.* Illuſtrat Ariſtoteles nuper dicta exemplis Mathematicis adhibitis, a tertio errore initium ſumens: Si quis, inquit, vellet concludere de recta linea tanquam attributum vniuerſum non concurrere, hic certe erraret, hoc namque attributum ſpecificum eſt, & non genericum, competens tantum lineis parallelis. Præterea concludens quiſpiam de iſoſcele (conſtituta prius hypotheſi, triangulum non habere aliam ſpeciem præter ipſum) habere tres angulos æquales, tanquam attributum vniuerſum ipſius, in primum errorem incideret, nam hoc attributum non primo ſpeciei, ſed generi competit. Tandem ſi commutatam proportionem, de numeris, lineis, corporibus, vel tempore, tanquam attributum vniuerſum ad eorum omnium naturam ſpectans confirmaremus, in ſecundum errorem laberemur hæc enim commutata proportio non his ſpeciebus, ſed cuidam innominato generi ad ea omnia, quæ ſub ipſa comprehenduntur communi propria eſt.

E. *Quare ſi quis vna, &c.* Ex ſuperioribus colligit Ariſtoteles hoc conſectarium: Si quis cognouit attributum vniuerſum generis ex eo tantum, quia cognouit illud ineſſe ſuis ſpeciebus, non cognoſcet profecto tale attributum vniuerſum perfecte, ſed ſophiſtice, id eſt, probabiliter. Sit exemplum: Si quis tantum agnoſcit, triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, quia ſchalenon vel iſoſceles illos habent, ſolum ei hoc innoteſcet probabiliter. Ratio eſt in promptu. Scire perfecte nihil aliud eſt, quam rem per cauſam intelligere: at qui agnoſcit attributum vniuerſum generis, eo quod ipſum in talis generis ſpeciebus eſſe ac reperiri cernit, haudquaquam illud per ſuam cauſam agnoſcit: ergo qui hac ratione in cognitionem attributi vniuerſi deuenit, non illud perfecte, ſed probabiliter tantum cognoſcit.

F. *An autem inſit aliquid, &c.* In vlt. deniq; parte tradit Ariſt. quoddam theorema, quo medio poſſimus dignoſcere quodnam ſit ſubiectum proprium attributi vniuerſi. Eſt autem illud Quando poſito ſubiecto ponitur Attributum, & quando eodem amoto & attributum, quoq amouetur, tale ſubiectum erit ipſi attributo vniuerſo proprium iudicandum. Econtra vero quando poſito ſubiecto non ponitur attributum, eoq amoto attributum minime amouetur, huiuſmodi ſubiectum nequaquam tali attributo vniuerſo proprium cenſe i debebit Peripateticum id eſſe poteſt in hoc exemplo. Iſoceles (v g.) aut figura non ſunt ſubiecta huius attributi vniuerſi quod eſt, habere tres angulos æquales duobus rectis non iſoceles: eo enim è medio ſublato adhuc permanet tale attributum neq figura, ipſa enim poſita nõ eſt neceſſe tale attributum ſtatim poni, nam extant pleræq; figuræ, vt quadratum, quadrangulũ, & aliæ quę tribus angulis deſtituntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuuntur. Triangulum tamen talis attributi subiectum proprium existimandum erit, quia ipso posito, etiam tale attributum ponitur, eodemque amoto, illico etiam habere tres angulos pares duobus rectis necesse est amoueri.

DISPVTATIO DE ATTRIBVTO VNIuerso vnica sectione comprehensa.

ARGVMENTVM.

BReuiter nos ab huiusmodi sectione expediemus, sunt enim facillima, & quam paucissimis obiecta difficultatibus, ea, quæ de attributo vniuerso ab Aristotele enarrata fuerunt.

QVÆSTIO I.

Sitne accurata diffinitio attributi vniuersi, nec ne?

IN superiori cap. diffinierat Arist. attributum vniuersum illud, quod dicitur de omni per se, & secundum quod ipsum Quærimus igitur, sitne hæc diffinitio accurata, nec ne? Quam quidem rem vt explicemus, obseruamus primum, totam hanc controuersiam ob illam particulam, secundum quod ipsum exagitari, num scilicet significet illa idē quod, per se vel idem quod, primo. Nam si illa idē valeat quod per se, erit præfata diffinitio manca & imperfecta, cum desit illi hæc particula, primo, quæ est ad attributi vniuersi diffinitionem omnino necessaria: quod si eadem denotet id ipsum quod, primo, exacta illa accurataque censebitur. Hoc igitur vnum erit in hac quæstione discutiendum.

1. Opin. Ferrar. Qui iam idem volunt significare hanc particulam, quod significat hæc alia, per se, ex quorum opinion consequens plane fit, deesse huic diffinitioni hanc particulam, primo. Ex quorum numero est Ferrar. in huius loci annotationibus, qui in hanc sententiam & Arist. testimonio expressis verbis hoc loco profitentis per se, & secundum quod ipsum, esse vnum & idem, & D. Tho. auctoritate ducitur, qui super illum locum hæc verba habet: Ne aliquis crederet aliud esse, quod in diffinitione vniuersalis dixerat per se, & secundum quod ipsum est, ostendit quod per se, & secundum quod ipsum est idem est.

2. Opin. Alii, vt Theophrastus (referente Philopono) ratione aiunt has particulas ab inuicem distingui, quia particula, per se, solum denotat, vel quod attributum sit de natura subiecti, vt in primo modo, vel quod subiectum spectet ad diffinitionem attributi, vt in secundo modo, at particula, secundum quod ipsum est, hoc sibi vult, quod nempe attributum competat subiecto primo, & qua est illud tale. Tantum iraque illæ inter se differunt, velut includens, & inclusum, omne siquidem attributum competens subiecto, secundum quod ipsum competit eidem per se, non tamen è conuerso. Hanc opinionem amplexus est D. Thom. in superiori cap. constituens omne attributum secundum quod ipsum esse per se, & non è conuerso, ac iterum omne attributum per se esse de omni, ac non econtra. Ac rursus lib. 2 cont Gent cap. 15 multas (ait) dari propositiones per se, quæ non sunt attributi vniuersi, & quæ rei secundum quod ipsa est, minime conueniunt. Hanc eandem & Caietan. & plerique alii Latini fuere vnanimi consensu sequuti, quam nonnulli recentiores hoc modo explicant. Hæc particula, secundum quod ipsum, cum sit reduplicat. aut sumi, vt reduplicat totā naturam speciei, vel reduplicat tantum propriam talis rei rationem, suæ differentiæ nomine explicatam. Nam homo, v. g. secundum quod homo est, vel sumitur reduplicata tota eius natura, qua ratione possumus certe dicere, ipsum esse sentientem, vel reduplicata sola illius propria ratione per differentiam eius essentialem explicata, quo plane modo, non est homo sentiens, sed particeps rationis. Inquiunt ergo illi: Si hæc vox, secundum quod ipsum, primo modo vsurpetur, certe illa particula, per se, non distinguetur: quod si eadem in secundo sensu accipiatur, maxime ab eadem differet, non

enim iuxta primum, sed iuxta secundū tantum sensum attrib. primo subiecto conuenire declarat, quod ad intrinsecam rationē attributi vniuersi spectat, quæ enim rei iuxta propriam & vltimam differētiam competunt, nata sunt primo illi conuenire.

Confirmat 2. Opinio. duplici med. Possumus autem hanc secundam opinionem tanquam veriorem hoc duplici argumento confirm. Primum: Dantur aliquę propositiones quæ sunt per se, quæ tamen non conueniunt rei secundum quod ipsa est, hæ igitur duæ particulæ per se, & secundum quod ipsum, erunt inter se diuersę. Pater cōsequentia, confirm. antecedens Hæc attrib. homo est sentiens, est in primo modo dicendi per se: sed eius attrib. non competit subiecto secundum quod homo est, neque est illi proprium, sed commune est illi cum equo, aliisque brutis animantibus: iam ergo hæ duæ particulæ erunt inter se diuersæ.

2. Argum. Iterum: Si in hac definitione attrib. vniuersi ab Aristotele tradita essent vnum ac idem hæ duæ particulæ per se, & secundum quod ipsum, sequeretur hanc diffinitionē esse mancam & imperfectam; Aristot. vero commisisse negationem secundum rem: primum confirmamus, nam quod hæc particula, primo, necessaria sit ad perfectam attributi vniuersi definitionem, nulli dubium est at si particula hæc, secūdum quod ipsum est, non æquipolleret huic particulæ primo, sed illi alteri, scilicet per se, est equidem illa in hac definitione prætermissa: definitio autem cui aliqua necessaria particula deest imperfecta certe, ac manca censeri debet, igitur hæc diffinitio proposita non erit suis numeris absoluta. Secundo autem hoc pacto sua lere possumus. Quando in definitione vnum & idem semel, ac iterum sub vna ratione repetimus negationem cōmittimus: atqui hæc particula per se est vnum, & idem cum hac alia secundum quod ipsum, & obtinet vtraq; eandem rationem, ergo vnum & idem sub eadem ratione repetit Aristot. in hac diffinitione, semel cum inquit per se, iterumque quando ait secundum quod ipsum, & ita negationem aperte committet. At quam sit absurdum hoc vtrumque asserere nemo est qui non probe cognoscat. Vt igitur hæc absurda vitemus fateamur oportet has particulas, per se, & secundum quod ipsum diuersas esse inter se, & ita secundum, quod ipsum eundē sensum reddere quem hæc particula primo declarat.

1. Obiectio. Sed forte obiiciet aliquis Aristotelis auctoritatem, aperte satis docentis per se, & secundum quod ipsum esse vnum ac idem.

Solutio. Cui respondeo posse interdum euenire, vt vna, & eadem res, sit attributum per se, & secundum quod ipsum, vt perspicuum, id est, in hac propositione, homo est animal particeps rationis, at hoc nihil obest quo minus hæ eædem particulæ formaliter distinguantur, aliamque, ac aliam diuersam rationem obtineant, nam attributum huius propositionis assignatæ, scilicet, animal particeps rationis competit per se homini, penes eam rationem, qua est de ipsius natura & essentia: conuenit autem eidem homini secūdum quod homo est iuxta aliam rationem, in quantum scilicet, proprie, ac primo, illi conuenit. Aristoteles igitur locutus est in hoc loco de his particulis secūdum rem, non autem iuxta diuersam vtriusque rationem, quamuis enim iuxta illud primum sint vnum, ac inter se conuenientant, nihilominus differunt iuxta hoc secundū, velut includens & inclusum, quia omne secundum quod ipsum est per se, non tamen è contra, vt iam in præcedenti cap. admonebamus.

2. Obiect. Obiciet iterum aliquis. Hæc propositio, homo est capax disciplinæ, in qua secūda proprietas de suo subiecto prædicatur, est attributi vniuersi, quæ tamen non est secundum quod ipsum, & primo non est igitur opus collocare in definitione attributi vniuersi, hanc particulam, secundum quod ipsum, quæ eundem sensum obtinet cum hac alia particula, primo. Propositio manifesta est, assumptio ita confirmatur. Huius propositionis attrib. non competit primo homini, cum ei prima proprietate mediante conueniat: atqui secundum quod ipsum, & primo sunt vnum, & idem: ergo hoc attributum non cōueniet homini secundum quod homo est.

Solutio. Huic obiectioni respondeo duplex esse medium vnum secundum eam sumam, & alterum secundum attributionem. Medium primo modo non aufert rationem eius quod est attributum primo conuenire subiecto, vel secundum quod ipsum est: at medium secundo modo, cuiusmodi est animal in habitudine adsentire & ad hominem, eadem

Universidad de Deusto
Biblioteca

attribuit secundum quod ipsum rationem omnino auferat. At prima proprietas non est medium secundi generis, & secundum attributionem, quia secunda non dicitur de prima, illaque media de subiecto, cum vna proprietas de altera minime prædicetur, sed omnes potius de subiecto efferuntur.

QVÆSTIO II.

An attributum vniuersum reperiri possit extra suum proprium & immediatum subiectum.

DOcuerat Aristot in vlt. part. huius cap: illud esse subiectum attributi, quo posito ponitur attributum, & quo amoto idem amouetur. Illud ergo examinare instituimus num ita verum sit, vt nulla ratione queat attributum vniuersum extra suum proprium subiectum reperiri. Quam quæstio pertractant Caiet in comm. huius loci, ac Ferrar. 2. cont. Gent cap. 15.

Obseruatio. Vt tamen recto ordine in illa progrediamur, erit primo obseruandum, duplex posse constitui subiectum attributi vniuersi, vnum secundum essentiam, vel formaliter, & alterum secundum participationem, vel similitudinem, quemadmodum subiectum essentiale caloris, est ignis, aqua vero calida, vel ferrum candens, est subiectum eiusdem secundum participationem.

2. Obseru. Iterum obseruamus ex attrib. vniuersis, quædam esse quæ obtinent hoc verumque subiectum, vt calor, alia vero quæ vnicum tantum subiectum sortiuntur, vt est risibilitas, quæ in homine tantum, velut in subiecto secundum essentiam, reperitur. His obseruatis, quæst. propos. his conclus. expl camus.

1. conclus. Sit prima: Attributa illa, quæ solum obtinent sub ecta secundum essentiam, nulla ratione extra illa reperiri queunt. Confirmatur in primis inductione adhibita, habere tres angulos pares duobus rectis extra triangulum reperiri non potest risibilitas item nequit extra hominem inueniri, & sic de aliis, hæc etenim sunt essentialia horum attrib. subiecta, ergo vera erit conclus. Iterum: Quando aliqua inter se retro commeant ac reciprocantur, nequit vnum absque altero in rerum natura cohærere, alioquin enim non reciprocarentur: at attribut. vniuersum vnicum tantum essentiale subiectum obtinens, dicitur de illo reciproce, vt risibilitas de homine: non igitur potest attributum absque tali subiecto reperiri.

2. Conclus. Secunda conclusio: Illud attributum, quod obtinet duplex subiectum, vnum secundum essentiam, & alterum secundum participationem, potest præter subiectum secundum essentiam, in subiecto participationem reperiri. Confirmatur primum hac inductione. Calor qui duplex obtinet subiectum ignem scilicet, qui est subiectum essentiale ipsius, & aquam calidam, vel ferrum candens quod est eiusdem subiectum per participationem, potest in rerum natura extra ignem in ferro etiam ignito, vel aqua calida reperiri. Bonitas itidem, sapientia, atque alia huiusmodi quæ sunt attributa vniuersa Dei, reperiuntur etiam extra Deum, qui est eorum omnium subiectum secundum essentiam, in creaturis ipsis, quæ sunt subiecta eorundem per participationem. Præterea beatitudo, charitas, reliquaque alia spiritus sancti charismata, quæ sunt Dei Optimi Maximi vniuersa attributa extra eum in angelis ac hominibus inueniuntur, idemque est de omnibus aliis huiuscemodi accidentibus: certa igitur erit præfata nostra conclusio. Eadem secundo confirmatur ad hunc modum. Quia quando attributum non adæquatur subiecto, sed latius patet quam illud, dubium non est quin possit tale attributum extra eiuscemodi subiectum reperiri, licet hoc intueri in hoc attributo sentiens respectu hominis, quia enim illud latius patet quam homo, potest extra illum in equo boue ac aliis reperiri: sed attributum vniuersum hæc duo subiecta um genera obtinens latius extenditur, quam pateat subiectum in quo ipsum secundum essentiam inuenitur: poterit ergo extra suum subiectum essentiale in alio subiecto per participationem reperiri.

1. Conclus. Tertia conclus. Attributum vniuersum, nequit reperiri, vel extra subiectum in quo natum est secundum essentiam conseruari, ac esse, vel extra aliud subiectum in quo potest per participationem recipi, ac sustentari. Confirmatur. Nullum attributum potest extra illud subiectum reperiri, quod est ipsa adæquatum: atqui subiectum adæquatum attributi vniuersi, est vtrumque subiectum, tam illud quod est secundum essentiam, quam illud quod est per participationem; non igitur potest attributum vniuersum extra subiectum sib. vel secundum essentiam, vel secundum participationem proprium, reperiri.

Obiectio. Ex his facile dissoluentur omnes difficultates, quæ adduci sus hoc Arist. theorema fuerint subortæ, neque enim aliud huiusmodi rationes confirmant, quam posse attrib. vniuersum extra subiectum ipsi secundum essentiam competens, in subiecto etiã per participationem reperiri, sicut esse, & viuere, quæ sunt attributa vniuersa Dei, in creaturis etiam tanquam in subiectis per participationem inueniuntur.

Est tamen obiectio: Sublata substantia, omnia quoque accidentia attributa vniuersa è medio auferuntur eaque rursus posita omnia itidem illa ponuntur, at substantia non est immediatum subiectum horum attributorum; ergo non recte fuit ab Arist. cõstitutum, illud esse subiectum immediatum attributi vniuersi, quo posito ponitur & attributum, & quo amoto, & attributum quoque amouetur.

Solutio. Huic obiectioni respondemus accidentiæ sumi posse, vel secundum existentiam, vel secundum essentiam, iuxta primum sensum, amota substantia, etiam & illa sunt necessario amouenda: at iuxta secundum, licet substantia amoueatur, adhuc tamen illa immota perseuerant secũdum essentialem, connexio, vel iuxta verit. propos. etenim quamuis pereat extremitas substantia, cui inhærebat, pereunte, semper tamen hæc essentialis attributorum connexio, extremitas est ens, quantitas, & coniuncta, remanet, in perpetuum q; remanebit; at ad rationem attributi vniuersi, sola essentia vel attributorum essentialis connexio est a nobis contemplanda.

CAPVT VI.

Demonstrationem constare ex necessarijs.

ARGVMENTVM CAPITIS.

DIstributum est totum caput in tres partes præcipuas, in quarum prima septem argumentis confirmat demonstrationem constare debere propositionibus necessariis: in secunda quædam Theorem. tradit: in tertia demum obiectionem quandam dissoluit.

A Tqui si demonstratiua scientia ex veris quibusdam ac necessarijs initio oriatur: omne enim quod sub scientiam cadit, non potest aliter habere. B Sunt autem ea quæ per se ibus conueniunt, necessaria, ex his enim alia in definitione rei subiecta adhibentur, aliorum autem natura, cum definitione explicanda est, adhibito ipso subiecto in quo insunt declaratur: in quo genere, semper alterum ex contrario in re subiecta inesse necesse est. Ex iis illud perspicuum est, demonstrationem ex huiusmodi quæ per se insunt, constare. C Omne enim quod alteri conuenit, aut hoc modo, aut per accidens attribuitur. Constat autem accidentia non esse necessaria. Aut igitur ita certe statuendum est, aut veronihil hoc quasi principium quoddã accipiendum: Demonstrationem esse certissimam & necessariam, & si quid est quod demonstratione conclusum est, illud omnino, non posse aliter se habere: Ex quo illud necessario efficietur, eam ratiocinationem, qua huiusmodi res concluditur, esse ex necessariis sumptionibus constituendam. D Nam ex veris quidem propositionibus aliud concludit quam demonstrator: ex necessariis vero, quia id iam demonstrationis est proprium, non potest aliud præter demonstratorem concludere. E Quod autem fiat ex necessario demonstratio, hoc quasi signo intelligi potest: quod cum volumus occurrere & obsistere ei, qui se aliquid demonstratione probasse putat, hoc nos feremodo obsistere solemus, vt non esse id necessarium quod accidit dicamus: si aut reuera posse rem secus habere existimemus: aut verisimiliter infirmari posse quod adfert, hoc modo putemus. Quapropter videndi sunt, qui se putant accommodata ad demonstrationem principia habere, cum probabiles ac veras acceperint propositiones. Qualis est illa Sophistarum propositio, scire est scientiam habere. Non enim quod probabile est, aut minus probabile, principium est: sed quod in eo genere, in quo demonstra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

demonstrationes versantur, primum est: necomne quod verum est, vnicuique rei demonstrandæ statim est accommodatum. F Iam vero, quod necessarias esse demonstrationis sumptiones oporteat, ita confirmari potest. Qui causam quã obrem res sit ignorat, is per demonstrationem non est rei scientiam assequutus. Atqui si ita ponamus, esse conclusionem: Omne c est a, ne essariã, medium autem b, per quod illud confirmatur, nõ necessarium: fieri non poterit vt quamobrem res sit intelligamus, quandoquidem talis conclusionis, tale medium causa esse non possit. Potest enim euenire vt hoc non sit, cum interim necesse sit illam conclusionem semper esse. G Insuper si quis nunc rem aliquam nesciam, cum & res quam sciebam, eadem manet, & incolumis ipse est, & adhuc animo retinet probationem eãdem quam prius, nec memoria aliquid, quod ad eam rem pertinet excidit: si quis inquam, ita affectus, nesciat tamen an non id certum sit, ne prius quidem illã probationem rem scire potuisse? Atqui si medium non est necessarium, interire potest. Cũ igitur non erit medium, illud necessario eueniet quod dixi: vt incolumis ego, re nulla ex parte mutata, eandem animo retinens probationem nesciam tamen. Quare illud necesse est, vt ne prius quidem sciuerim. Nam quod fortasse nõ interiit reuera medium, nil refert: id enim satis est, quod possit: illud autem quod possibile ac contingens est, tam euenisse sine vllo incommodo potest. Atqui fieri non potest, vt rem sciamus cum hoc modo affecti sumus. H Ac siquidem necessaria est conclusio, non est necesse vt & medium ex quo efficitur illa conclusio, sit necessarium. Quemadmodum enim ex falsis verum interdum concluditur, sic etiam ex non necessariis interdum conficitur necessarium. At si necessariæ sunt sumptiones, & conclusionem esse necessariã oportet, sicuti ex vero nil vnquam nisi verũ efficitur. Veluti si necesse est omne b esse a, itemq; omne c esse b, ex his efficitur, necessario omne c esse a. At vero si non est necessaria conclusio, fieri non potest vt medium sit necessarium. Sic enim hæc conclusio non necessaria, Omne a est a: tum si medium ita accipiatur, vt necesse sit omne b esse a, & omne c esse b ex iis sumptionibus efficitur hæc conclusio, omne c necessario esse a, quam nec tamen posueramus esse non necessariam. I Quoniam igitur quod per demonstrationem scimus, certum semper est ac necessarium, ex eo illud facile colligitur, medium demonstrationis necessarium etiam esse oportere, alioqui fatendum erit nos non modo non posse quamobrem res est, scire, sed nec quod res sit, posse certo cognoscere: Sed alterum semper horum obtinere necesse est, vt aut falsam tantum habeamus scientia persuasionem, si id necessarium esse putemus, quod minime est necessarium: aut ne falsam quidem opinionem scientia habeamus. Atque id dico pariter euenturum siue adhibeatur tale medium ad probandum quod res sit, quasi per mediatas propositiones, siue ad ostendendum quamobrem res sit, quasi per sumptiones immediatas. K Accidentia autem quæ non ita insunt per se, quemadmodum supra definiuimus, non possunt sub scientiam demonstrationis cadere: eo quod in ea conclusio necessaria esse non potest. Nam quod accidit, est, potest non insesse. Ego enim si accidio hoc loco nomen accidentis. L At quæret fortasse quispiam: Quorsum igitur de his accidentibus fiunt interrogationes, nisi aliquid eadem necessario concludi possit? Nam quid refert, qualia sint quæ interrogantur, vt ex illis aliquid necessario efficiatur? Dicendum igitur, non ob id illa interrogari, vt ex ipsa, qua concluditur, necessaria per ea quæ interrogata sunt efficiatur: sed vt tantum, si illa posita sunt, hoc etiam necessario admittenda esse concludamus: & si vera sunt quæ antecedunt, verum etiam esse consecutionem efficiamus.

COMMENTARIA.

1. Argum. SEptem argumenta adducit Aristoteles in hoc capite ad confirmandum demonstrationem constare ex propositionibus necessariis. Primum hisce verbis:

A *Atqui si demonstratiua, &c.* Conclusio demonstr quæ sola sub scientiam cadit, est necessaria: at hæc confirmatur per præmissas demonstrationis: cum ergo necessarium per necessarium tantum confirmetur, demonstratio ex solis necessariis coalescet.

2. Argum. B *Sunt autem ea, &c.* Secundum arg. Propositiones 1. & 2 modi dicendi per se sunt necessariæ; at demonstr. cõstat ex huiusmodi propositionibus, ergo ex necessariis illa constituetur.

3. Argum. C *Omne enim, &c.* Tertium: Vel demonstra constat ex propositione contingen, vel ex necessariis: sed neque demonstra. ex contingen constitui, constituitur enim illa ex iis, quæ aliter se habere non possunt, cuiusmodi

iusmodi non sunt contingentia, ergo ex necessariis demonst. constabit.

4. Argum. D *Nam ex vero, &c.* Quartum: Ex ijs constare debet demonst. per quæ artis demonstrandi peritus ab alijs artificibus differt, præsertimque a Dialectico: atqui ex eo illi ab hoc & ab alijs distinguitur, quia hic de probabilibus ille vero de necessarijs disputat; constabit igitur demonst. ex necessarijs.

5. Argum. E *Quod autem fiat, &c.* Iam: Si quis dicat se aliquid per demonst. concluisse, velimusque nos eum nihil concluisse ostendere, statim ei obijcimus ipsum non necessarias, sed probabiles tantum propositiones adduxisse, hinc igitur tanquam ex claro, ac manifesto signo colligere licebit, demonst. ex necessarijs tantum constare posse. Quamobrem merito inquit Arist. illi reprehendêdi sunt, qui cum probabiles tantum propositiones nacti fuerint, demonst. principia se assecutos fuisse arbitrantur, cum hæc probabilia principia, nulla ratione demonstrationem ipsam constituere queant, probabile namq; nullo pacto est causa necessarij: at quod per demonst. concluditur necessarium est, sic adeo vt aliter se habere nullo modo possit.

6. Argum. F *Iam vero, &c.* Sextum: Scire est rem per causam intelligere: sed qui intelligit rẽ per causam, intelligit eam necessario constabit ergo scientia ex his quæ necessaria sunt. Cũ igitur demonstratio sit instrumentum scicndi constabit illa ex propositionibus necessarijs.

7. Argum. G *Insuper si quis, &c.* Septimum: Si demõstra. constaret ex propositionibns contingentib. sequeretur vt ignoraremus id quod antea sciebamus, nulla intercuenientes causa corruptionis scientiæ: hoc autem dicere est perabsurdum: ex necessarijs igitur demonstr. constituetur. Vt confirmet Aristot. proposit. animaduertit, tribus modis posse scientiam aliquam corrumpi. In primis corrupto subiecto. vt perit Astrologia Astrologo pereũte: secundo corrupta re quæ scitur quemadmodum perit scientia de rosa, rosa ipsa corrupta: tertio adueniente obliuione, aut ob temporis longinquitatem, aut vi alicuius vehementis morbi. Hoc itaq; constituto sic confirmat propos. Sumamus hãc concluf. demonstratiuam omnis homo est capax disciplinæ, illamq; per medium contingens cõcludamus quod sit philosophari (v. g.) ad hunc modum. Omne quod philosophatur est capax disciplinæ: at omnis homo philosophatur; ergo omnis homo est capax disciplinæ. Medium contingens est, poterit ergo aliter se habere, demus igitur ita esse. Hoc dato recte profecto inferre poterimus, ergo ignorabimus conclusionem, quam antea sciebamus, medio enim scientiæ pereunte, etiam ipsa scientia conclusionis peribit; at neq; corrupta est res quæ scitur neque aduenit aliqua obliuio, fieret igitur, si conclusio demonst. ex mediis contingentibus inferretur, vt quod antea agnouerãmus, postmodum nulla corruptionis scientiæ causa interueniente ignoraremus.

Primum Theore. H *Ac siquidem necessaria est, &c.* Proponit iam Aristot. in 2. part. 5 theor. Primum: Esto quod conclus. sit necessaria, possunt nihilominus præmissæ esse contingentes, quemadmodum enim ex falsis sequitur verum, ita etiam ex contingentibus necessarium aliquando potest inferri.

Secundum. At si necessario, &c. Secundum: Si propositiones sint necessariæ, nequit vllo modo conclusio esse contingens, nam sicut ex veris falsum sequi nõ potest, sic etiam ex propositionib. necessarijs, quæ semper sunt veræ, nunquam potest conclusio contingens, quæ interdum est falsa, prouenire.

Tertium. At vero, si &c. Tertium: Si conclusio est contingens, nunquam præmissæ erunt necessariæ, alioquin enim eadem concl esset necessaria, & contingens, contingens quidẽ ex hypothesi, necessaria vero, quia præmissæ sunt necessariæ, fuit siquidem in superiori theorema, constitutum ex præmissis necessariis haudquaquam posse contingentem conclusionem inferri.

Quartum. I *Quoniam igitur &c.* Quartum: Si concl. fuerit necessaria, necesse est vt medium demonst. etiam sit necessarium, cum enim necessitas effectus à necessitate causæ dependeat, sitq; medium causa concl. si conclusio necessaria sit, haud dubie medium necessarium etiam esse debebit, alioquin enim tãtum haberemus opinionem conclusionis.

Quintum. K *Accidentia autem sunt, &c.* Quintũ: Nulla accidẽtia (præter propria) siue separabilia siue inseparabilia sint, sub scientiam cadũt, nam de illo tantum potest haberi scientia, quod sub aliquo modo dicendi per se comprehenditur: at proposi. effectæ ex accidente separabili, vt homo legit, vel ex accidente inseparabili, vt nix est candida, non sunt in aliquo modo, igitur nec necessariæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

3. pars. Obiect.

satiæ illæ erunt, nec sub scientiam cadent.

L *At quaret fortasse quispiam, &c.* Dissoluit tandem in 3. par. Arist. hanc dubitationem circa vlt. theor. occurrentem Si propos. attrib. accidentar. i nõ sunt necessariæ, nec sciri possunt, quorsum ergo de ipsis fiunt interrogationes? vt quorsum interrogamus sit ne nix candida, vel coruus ater?

Solutio. Resp Arist. has interrogationes fieri, non quia illa um attribu sit necessarium sed ex eo quia concessi per hypothesin huiusmodi propos. aliæ quædam propos. simpliciter necessariæ ex eis consequuntur, vt concessa hac propositione nix est candida, hæc conclus ergo nix disgregat visum, necessario ex illa sequitur.

Scholia in caput sextum.

1. Obseru. A Quodnam sit institutum Aristot. in hoc c dubium est apud interpretes, Græci enim. vt Themistius, ac Philo onus, M. Soto, Villalp & alii existimant institutũ esse ostendere, demonstrationem constare ex propositionibus per se, ad quod probandum sumit tanquam medium illam constare ex necessariis Cæterum D. Tho. Ægidius Roma. Caiet. Louanien aliique Latini arbitrantur institutum esse ostendere demonst. constare ex propos. necessariis, quia ex his quæ per se sunt, est illa constituta. Quæ interpretatio est magis Arist. dict. accommodata, qui supremum argum. à nobis cũ eo explicatis confirmat, demonstrationem ex propositionib. necessariis constare. Hãc q. nos in comment. secuti fuimus

2. Obseru. E Tradens hanc rationem Aristo. inquit non esse vtendum in demonstr propositione aliqua probabili, vt Sophistæ (Prothagoras nimirum ac alii ad eius instar) facere solebant, qui vtebantur quadam demonstra. ex probabili propositioni progrediente: nam iuxta Themistium Phillopo. Linconiens. & alios, ita argumentabantur, ad cõfirmandum Geometram scire quid esset scientia. Scire nihil aliud est quam scientiam habere, sed Geometria scit res geometricas (magnitudinis nimirum naturam) ergo harum rerum scientiam habebit, sed qui habet scientiam, nouit quid sit illa, ergo Geometra nouit quid sit scientia. Quæ sane ratio probabilis est & non necessar. o demonstrans, quia assumit probabilem illam propositionem, qui habet scientiam nouit quid sit illa, neque enim necessarium est, sed probabile, vt quod vnusquisque habet, intelligat quid sit illud. Legendus est Ferrariensis eruditissimus, in suis aureis annotationib. quas in hos lib. de demonst. cõscriptas nobis reliquit, annot. 16.

Obs. D. Th. Obseruat tamen D. Th. non vocare Aristot. hoc loco illos Sophistas, qui in libr. de reprehensionibus Sophistarum tales dicuntur: quia si ex his quæ sunt vere probabilia in demonstrationibus progrediuntur: at alii Sophistæ de quibus in illis libr. s est sermo institutus, ex eo sic nuncupantur, quia vtuntur ex his quæ non sunt, ac si reuera essent, apparentesque solum propositio. ac si essent probabiles sæpe vsurpant. Propter similitudinem igitur inter hos vtrosque interuenientem, vocat illos Sophistas. Quia quema modum Sophistæ vtuntur ad capiendos incau. os propositionibus quæ videtur esse probabiles, quæ tamen non sunt ita & hi) Protagoras nimirum, & eius sectatores) vtebantur in demonstrationibus propositionibus quæ videbantur esse necessariæ, cum tamen essent illæ prob. biles

3. Obseru. G Tribus modis tradit posse scientiam corrumpi, vt in commentariis exposuimus, primo corrupto sciente, secundo euanescẽte re quæ scitur, & tertio interueniente aliqua maxima obliuione D. Thom. & alii quartum modum proponunt, quando perit medium demonstrationis, quo scient am aliquam probe tenebamus. Etenim quamuis cæ era adsint, si hoc vnum defuerit, scientiam omnino perire est necesse: nam quamuis supersit Astrologus, sitque euentura eclipsis lunæ, perseueretque in illius mente scientia Astrologiæ, si tamen pereat medium quo eclipsin futuram esse sciebat (nimirum si ab eius mente euanescat, causam eclipsis lunæ, esse interpositionem terræ inter solem & ipsam) funditus huius rei scientia euanescet.

DISPVTATIO IN EA, QVÆ AB ARIST. in hoc cap explicata fuerunt, vnica sectione comprehensa.

ARGVMENTVM.

NOnnulla in hoc cap de propositione necessaria, de medio demonstrationis, & de re quæ scitur tradidit Arist. quæ erunt hoc loco examinanda, quærimus igitur primo.

SECT. VNICÆ IN CAP. VI. QVÆST. I.

An corrupta re, quæ scitur, & scientia quoque debeat corrumpi.

INter alias rationes propositas ab Aristot. quibus potest scientia perire vna erat si pereat res quæ scitur. Quam sententiam vt examinemus libuit hanc quæstionem proponere, quam alii vetustiores sub hoc titulo proponunt, an scilicet non entis detur scientia.

1. Argum. Et quidem corrupta re quæ scitur adhuc superesse illius scientiam, confir. pr mum. In hyeme scientia de rosa in nobis perseuerat: atqui in hieme rosa est corrupta: ergo re quæ scitur corrupta, non statim illius scientia corrumpetur

2. Argum. Deinde sublata causa efficiente non conseruante nondum tollitur effectus, quemadmodum quamuis pereat architectus non perit domus: at illud quod scitur est causa efficiens scientiæ, & non conseruans; ergo quamuis corrumpatur illud quod scitur, non pro nde scientia corrumpetur.

1. Opinio. In hac quæstione explicanda est prima opinio veterum Latinorum, tres entis significationes proponentium. Primo enim significat illud, quod actu tantum in rerum natura existit: secundo exprimit, quod sola facultate in potentia suarum causarum est comprehensum, qua ratione dicimus rosam esse in hieme, quia adhuc in planta vis illam producendi reperitur; tertio declarat illud quod per solam intellectus apprehensionem esse sortitur, huiusmodi sunt chimeræ, & monstra animi. Totidem et am modis potest dici non ens. Primo vt opponitur enti secundum actum, secundo vt opponitur a'teri secundum actum & potestatem, ac tertio vt idem significat quod nihil, nimirum illud quod neq; est actu, neq; potestate neq, à parte rei, neq; per intellectũ. Hac distinctione statuta dicũt, de non ente in 1. sign. quod non est actu, bene dari scientiam, habemus enim in hieme scientiam de rosa. quæ non est actu; at de non ente oppo sito enti in 2. signif. quod scil. neq; est actu, neque in facultate suarum causarum, nu o modo posse dari scientiam, sicut neque e ente in 3 significe. vsurpato, quod enim n lo modo est, citi nequaquam potest.

1. Argum. Hanc tamen opin. his duob. arg. confe. tamus. Primum: Si Deus corrumperet f. cultatem plantæ ad rosam iterum produ cẽdam. neq; actu, neq; potestate rosa esset: atqui etiam tunc de illa scientiam haberemus; de non ente igitur, quod non est in facultate suarum causarum, adhuc poterit esse scientia Secundum Rosa præterita, neque est actu, neq; in facultate sua um causarum, nõ actu, vt est apertum neque in vi, & facultate causarum ipsam producentium, neque enim id quod semel est corruptum, iterum per naturam reproduci potest; at nos habemus scientiam de illa: ergo de non ente quod neq; est actu, neque in facultate suarum causarum optime poterit esse scientia.

2. Opinio. Secunda opinio est Ægidi Roma. distinguentis ens in illud quod est actu tantum, & in illud quod est indifferens adhoc quod sit actu, vel potesta. Inquit itaque de non ente, vt opponitur enti primo modo, dari scientiam, de non ente ve o vt eidem secundum modum aduersatur, eo scilicet quod neq; est actu neq; potestate, non dari

Universidad de Deusto
Biblioteca

vllo modo scientiam. Quam eandem opinionem sequitur Venetus in commenta. 2. cap. Verum hanc opinionem ex co reijcimus, quia inprimis rosa quæ præteriit, neque est actu, neque potestate, de qua tamen scientiam habemus. Deinde, quia infinitum, & vacuum, neque sunt, neque possunt esse, de quibus tamen in Philosophia naturæ veram, ac legitimam scientiam assequimur, iam ergo de re, quæ neque est actu neque potestate poterit dari scientia.

1. *Obseru.* His igitur opinionibus confutatis vt quæstionem explicemus, animaduertimus inprimis aliud esse id quod scitur, & aliud id de quo aliquid scitur, illud quippe quod scitur, est quod concludimus per demonstrationem, illud vero de quo aliquid scitur, est subiectum eiusdem. Vt in scientia de nomine quod scitur est hæc conclusio, homo est capax disciplinæ, id vero de quo hæc propositio scitur, est ipse homo, etenim & capacitatem disciplinæ, & reliquas alias proprietates per scientiam de illo intelligimus.

2. *Obseru.* Illud etiam sciendum erit, id de quo aliquid scitur, posse sumi duobus modis, primo absolute, & vt res quædam est, secundo sub ratione scibilis: sumitur autem hoc modo quando consideratur iuxta habitudinẽ, quam ad sua principia, causas, & proprietates potest habere.

1. *conclusio.* His animaduersis secuti Caiet. in hoc loco Flandrens. q. 3. art. 3. & alios, statuimus hanc 1. concl. Corrupto eo, de quo aliquid scitur, vt res quædam est, nequaquam illius scientia corrumpetur. Hæc assertio est aperta, corrupta enim rosa in hyeme vt res quædam est, adhuc in nobis scientia illius perseuerat.

2. *Conclus.* Secunda conclus. Perempta ea re de qua aliquid scitur sub ratione scibilis, debet etiam illico funditus eius scientia perimi, ac è medio tolli. Confirmatur. Scientia & scibile (vt scibile est) sunt relata mutua & secundum esse: atqui hæc est vis, & natura relatorum, vt vno illorum perempto, illico & alterum quoque intereat: ea igitur re, de qua aliquid scimus (qua scibilis est) è medio sublata, illico debet quoque eiusdem scientia corrumpi.

3. *Concl.* Tertia conclus. Corrupto eo quod scitur vt corrupta veritate conclus. demonstratæ, debet quoque corrumpi scientia illius, vt si in scientia, quam de homine obtinemus, periret veritas huius conclusionis per demonstrationem cognitæ, omnis homo est capax disciplinæ (periret autem si Deus amoueret ab hom ne hanc proprietatem) statim periret scientia illius. Confir. Scientia solum est de his quæ sunt vera: igitur veritate conclusionis pereunte, etiam illius scientia statim peribit. Et hac ratione intelligi debet Aristot. dum ait, corrupta re quæ scitur, debere quoque scientiam illius corrumpi.

Ad 1. arg. Iam ad argum. Ad primum dicimus inprimis, rosam tãtum corrumpi vt res quædam est, non autem qua est scibilis, nã non minus in hyeme, quam in vere, ad sua principia, & causas denorat habitudinem. Resp. deinde id quod scitur non esse rosam, sed rosam esse florem, vel aliã huiusmodi propositi hæc autem propositio rosa est flos, quamuis omnino rosa ipsa secundum existentiam & essentiam intereat, semper tamen vera perseuerat, vt sect. 2. de rebus vniuers. q. 9. late ostendimus.

Ad 2. Ad secundum respon. duplicem esse causam efficientem vnam quæ tantum est efficiẽs, & non finis vt est architectus respectu domus, & alterã quæ est efficiens, & finis, vt est color respectu visionis, quia est causa efficiens similitudinis in oculo, terminatque actum videndi, qua ratione id quod scitur, vel de quo aliquid scitur, est causa efficiens scientiæ, quia producit species intellectibiles, terminatque actum sciendi. Sublata igitur caussa efficiente, quæ non est finis, non debet illico effectus interire: si autem pereat caussa efficiens quæ est etiam finis necesse est statim effectum perire. Etenim hæc caussa ea ratione qua est finis, conseruat effectum, quemadmodum color conseruat actum videndi: at sublata causa conseruante debet effectus statim perire.

QVÆSTIO II.

An accidentia inseparab. necessario insint subiecto.

CVm ex accidentibus quædam sint separabilia, & alia inseparabilia, minime est controuersum de separabilibus illa non necessario inesse subiecto; in dubium autẽ vertitur de accidentibus inseparabilibus, vt candore in niue, & atrore in coruo insint ne illa necessario subiecto necne? non parum enim negotium facessere videtur, quod

quod Arist. in 5. theoremat. docet, accidentia, nimirum, non necessario inesse, nam quod ibi de inseparabilibus agat Themist. ac Philop. profitentur. Nec desunt aliquæ rationes, præter hanc Arist. authoritatem, quibus hæc pars negans nitatur.

1. *ratio.* Prima enim est: Accidentia communia non insunt necessario subiecto, cum hoc solis accidentibus propriis conueniat: atqui accidentia inseparabilia sunt accidentia communia, fuit namque accidens commune à Porphyr. in capit. de accident. diuisum in illud, quod est separabile, & in illud, quod inseparabile est: igitur illa non necessario ipsi subiecto inerunt.

Secunda. Secunda confirmat saltem, nigredinem non inesse coruo necessario. Quæ necessario insunt, semper insunt: at nigredo in coruo non semper inest, aiunt enim philosophi, coruum oriri albũ: nigredo igitur non necessario huic coruo, vel illi indiuiduo inerit.

Tertia. Tertia ostendit, eandem nigredinẽ proprietatem corui indiuiduantem non esse. Proprietates, quæ fluunt à principiis essentialibus subiecti, oriuntur & intereunt cum eo: at nigredo non oritur cum coruo, vt ferunt: ergo nigredo non erit proprietas corui indiuidui, & ex consequenti non inerit illi necessario.

1. *obserու.* Quæstionem hanc explicaturi præfamur primum, accidentia inseparabilia quædam prouenire ab extrinseco principio, vt cicatrix in facie ex vulnere illato proueniens: alia vero à principio aliquo intrinseco derivari, qualis est nigredo in coruo, dimanat enim illud à corporis opacitate, nimioque calore, albedo etiam in niue, quæ in ipsa abeius transparentia, ac nimia frigiditate ortum habet. Rursus, hæc accidentia, quæ à principio aliquo interno prouenium, in duplici sunt differentia, quædam enim ab interno principio specifico ortum habent, cuiusmodi est risibilitas in homine, ac sensibilitas in animali: alia vero à principio interno indiuiduante progrediuntur, qualis nigredo corui, & albedo niuis esse censentur. Accidentia primi generis proprietates nuncupantur, alterius vero secundi sunt accidentia inseparabilia nuncupanda. Possunt vero hæc postrema accidentia vel ad indiuidua comparari, vel cum natura generica aut specifica potius cõferri, quemadmodum nigredo corui, vel ad hunc & illum coruum indiuiduum comparari potest, vel cum natura generica animalis, seu potius specifica corui.

1. *conclus.* Sit iam prima conclusio: Accidentia inseparabilia ab exteriori principio proueuntia, nequaquam subiecto insunt necessario, cicatrix enim non inest vultui necessario. Confirmatur. Illa accidentia, quæ casu & forte fortuna insunt subiectis, possunt certe eis non inesse quæ enim fortuito eueniunt, possunt non euenire: at accidentia quorum principium est extrinsecum, à casu ac fortuito eueniunt, poterat namque, qui vulnus intulit vultui, ipsum non intulisse: huiusmodi ergo accidentia non inhærebũt necessario suis subiectis.

2. *conclus.* Secunda conclusio: Accidentia inseparabilia, quæ à principio aliquo intrinseco proueniunt, cum natura generica vel specifica collata, minime insunt subiecto necessario, quæ eadem si cum naturis indiuiduis comparentur, necessario illis inerunt. Confirmatur hæc conclusio ad hunc modum. Ea solum accidentia insunt necessario subiecto, quæ habent subiectum proprium, à cuius principiis essentialibus dimanent: at huiusmodi accidentia inseparabilia, vt albedo in niue, ac nigredo in coruo, non fluunt à principiis essentialibus generis, vel speciei, sed à principiis indiuiduantibus, vt à materia, quæ est prima radix indiuiduationis, hoc vel alio modo affecta: ergo non inerunt illa necessario subiecto generico vel specifico, sed subiecto tantum singulari ac indiuiduo. Vnde docens Arist. in theor. 5. hæc accidentia non necessario inesse subiecto, intelligi debet de generico aut specifico, non autem de indiuiduo aut numerico subiecto.

Ad 1. arg. Ad argum. in principio proposita ita satisfacimus. Ad primum dicimus, hæc accidentia indiuiduorum esse quasdam eorum proprietates, cum ab essentialibus ipsorum principiis dimanent: at respectu subiecti generici, vel specifici, esse accidentia communia: vnde indiuiduis necessario inerunt, quamuis generibus, & speciebus contingenter eueniant.

Ad 2. Ad secundum respond duplicem esse necessitatem, vnam physicam, & alteram metaphysicam. Metaphysica necessitas illa est, iuxta quam attributum ita necessario inest subiecto, vt semper, & omni tempore illi insit, secundum quam hominem dicimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

cessario esse animal. Physica vero nunc patur, penes quam attributum subiecto certis tantum, diffinitisque temporibus inest, secundum hanc dicimus catulum necessario habere oculos. Et hoc eodem pacto asserimus, nigredinem conuenire coruo necessario ad tempus scilicet certum atque à natura præfinitum, quo aduenient. non potest non affici atrore, vt & catulus, aduenient nono die (nisi cœcus fiat) non potest visum non obtinere.

Ad 3. Ad tertium dicimus, proprietates specificas, vel genericas, quæ fluunt per naturalem emanationem, oriri, ac interire vna cum suo subiecto, secus tamen esse de individuantibus, dimanant enim illæ à materia individuante. hoc, vel alio modo disposita, vt à materia lucida, ac frigore constipata, ortum habet albedo in niue, ab eadem q; obscura, ac nimio calore adusta, nigredo in coruo promanat: & ita cum dispositio materiæ in tempore debeat fieri, non orientur semper proprietates individuantes cum subiecto, quamuis simul semper cum eo intereant.

QVÆSTIO III.

An omnis propositio per se sit etiam necessaria?

1. Arg. SVnt, qui his argum. contendant, non esse. Primum; Hæc propositio: Petrus est animal, est propositio per se, quæ tamen non est necessaria: igitur non omnis propositio per se erit etiam necessaria. Confirmatur assumptio Illa propositio cuius subiectum potest non esse, non est necessaria: sed Petrus potest non esse: hæc igitur propositio non erit necessaria.

2. Arg. Deinde. Hæc propositio: Luna patitur eclipsin, est per se in secundo modo, eius enim attributum proprietas est subiecti: at illa non est necessaria ergo non omnis propositio per se erit necessaria. Confirmatur assumptio. Quod est necessarium, semper conuenit rei: at non semper competit lunæ pati eclipsin, non ergo necessario illi hoc competet.

3. Arg. Tertio. Hæc propositio; Nix est candida, est necessaria: at illa non est per se, cum eius attributum sit accidens commune, iam igitur non omnis propositio per se erit necessaria.

Opin. querü. recentiorum. Quidam recentiores, quorum opera nondum in lucem prodierunt, his argumentis adducti, non omnem propositionem per se necessariam esse contrahitur. Verum communis fere opinio tam Græcorum, quam Latinorum interpretum, vt D. Tho. Philoponi, Themist. & aliorum est, omnem propositionem per se esse quoque necessariam, itemque omnem necessariam propositionem esse etiam per se.

Vera & communis opin. 1. Obser. Quam vt facilius intelligere possimus, animaduertimus primo, duplicem esse necessitatem, absolutam vnam, aliam vero ex hypothesi. Absoluta vocatur, cuius attributum non potest non inesse subiecto: necessaria vero ex hypothesi ea dicitur, in qua attributum potest non conuenire subiecto, hypothesi tamen data necessario eidem inest. Huius postremi generis est hæc propositio, homo quidam mouetur, cuius attributum, moueri scilicet, potest absolute homini non conuenire, hypothesi tamen constituta, quod homo currat, non potest non eidem hoc, quod est moueri, conuenire

2. Obser. Adnotandum est etiam, necessitatem absolutam esse triplicem, vnam ex parte solius subiecti, alteram ex parte solius attributi, ac demum tertiam, ex parte vtriusque Cum enim necessarium dicatur, quod aliter se habere non potest, si propositio non possit aliter se habere ex parte solius subiecti, erit illa ex parte tantum subiecti necessaria; vt est hæc: Simum est nasus curuus. Si vero aliter se habere nequeat, ob attributi necessitatem, iudicabitur illa ex parte solius attributi necessaria: cuius generis est hæc; quædam substantia est candida. Si denique impossibile sit propositionem aliquam aliter se habere, tam ex parte subiecti quam ex parte attributi, vt in hac contingit, homo est animal particeps rationis, ex parte vtriusque erit talis propositio necessaria censenda, nam neque subiectum sine attributo, neque attributum sine subiecto possunt vllo modo cohærere.

1. conclus. Sit prima conclusio: Propositio necessaria ex hypothesi non est per se. Confirmatur attributum huius propositionis (si absolute loquamur) competit subiecto contingenter. vt contingenter competit homini moueri atqui propositio attributi contingentis non est per se, ergo hæc propositio non erit per se

2. conclus. Secunda conclusio; Si de propositione necessaria agamus, quę vel ex parte tantum subiecti, vel ex parte tantum attributi est

necessa-

necessaria, non omnis propositio necessaria est per se. Conclusio hæc aperta est, hæc enim propositio, substantia quædam est candida, est necessaria, si per quandam substantiam intelligimus niuem, quæ tamen non est per se, cum attributum sit accidens commune subiecti: ergo &c. Diximus autem, non omnis propositio necessaria est etiam per se, quia fieri potest, vt aliqua propositio ex parte solius attributi necessaria, sit simul propositio per se, quali est hæc, leo est substantia

1. conclus. Tertia conclusio: Omnis propositio necessaria ex parte vtriusq; tam subiecti, quam attributi, est per se. Confirm. in primis testimonio Arist. in hoc cap. & in 4. ita expressis verbis constituentis. Confirm deinde: Omnis attributio vel est per se, vel accidentaria, quia omne ens (cui illa innitur) vel est per se, vel per accidens, vt ex Aristotel. 5 libro Metaphysic. cap. 7. aperte satis colligitur: atqui propositio illa, cuius attributum necessario inest subiecto, & subiectum esse nequit absque attributo, non est accidentaria, quod enim accidentario competit, sicut potest conuenire, ita etiam potest non conuenire: erit ergo attributio illa per se, & ita omnis propositio necessaria erit per se.

Ad 1. arg. Satisfaciamus iam argumentis adductis. Ad 1. resp. In his propositionibus, quarum attributum est de natura subiecti, verbum, est, non indicare existentiam subiecti, sed connexionem essentialem attributorũ. Et quamuis interempto subiecto pereat eiusdem essentia, est nihilominus hæc propositio necessaria, ac perpetuæ veritatis, quia adeo necessario ac perpetuo sunt hęc extrema inter se affecta, vt inter Petrũ & animal nulla vnquam intercesserit, aut intercedere possit diuersitas Hoc autem sufficit ad necessitatem, ac veritatem perpetuam propositionum, vt sect. 2. de rebus vniuersis, q. 9. docebamus

Ad 2. Ad 2. aimus necessitatem, vt diximus supra, quandam esse metaphysicam, & aliam physicam Metaphysica est quãdo attributum necessario inest subiecto semper & vbique, qua necessitate dicimus hominem esse animal. Physica autem est, quæ competit rei iuxta præscriptum causatũ naturalium, non quidem semper, sed certis tantum diffinitisque temporibus, qua necessitate luna necessario patitur eclipsin, eo scilicet tempore quando terra inter eam & inter solem interponetur. &

Ad 3. Ad 3. quidam libenter admittunt, hanc propositionem non esse necessariam, eius quippe attributum neque ad naturam subiecti spectat, neque ab eius essentia promanat. Dicimus tamen nos, illam necessitate physica esse necessariam, neque enim potest per naturam aliter fieri, quin nix sit alba: nec tamen esse eam per se, quia vt propositio necessaria sit etiam per se, debet necessitas attributi illius ab specifica vel generica subiecti natura dependere, vt de hac compertum est, homo est capax disciplinæ. At necessitas attributi, ex quo hæ propositiones coalescunt, non ab specifica, vel generica rerum earundem natura est petẽda, cum ab ea tale attributum non diuertatur, imo ex principiis individuantibus vtrumque illorum ortum habeat, nam vt ex superioribus aperte satis superest demonstratum, albedo in niue ac nigredo in coruo non à natura specifica, sed à principiis reddentibus talem naturam individuam, originem trahunt.

QVÆSTIO IV.

An sit proprium demonstrat. constare ex propositionibus necessariis?

SEptem arg. est ab Arist. in cap confirm. demonstrat. constare ex propositionibus necessariis. Circa id tamen offert sese nobis examinandum, sitne hoc illi ita proprium, vt alteri syllogismo nulla ratione conuenire queat Præbuere autem huius quæstionis exagitandæ occasionem illi syllogismi, qui ex necessariis propositionibus connectũtur, cuiusmodi sunt, qui per causam remotam, per effectum, per attributa essentialia, aliaque huiusmodi progrediuntur. Hic vnus cæterorum exemplum esse potest; Omne animal est substantia: omnis homo est animal: ergo homo est substantia, quin etiam & qui per signa infallibilia procedunt. De his enim omnibus suboriri potest difficultas, sitne illi demonstrat. nec ne? Maxime de his, qui ex signis infallibilibus eruuntur. Quos quidem demonstrationes esse, hæc argumenta quodammodo ostendunt.

Primũ. Ille syllogismus, qui generat scientiam, est demonstrat syllogismus per signa infallibilia progrediẽs, cõclusionemq; necessariam colligens, gignit scientiam, vt

author

Universidad de Deusto
Biblioteca

author est Arist. in lib. 1 Rhetor. ad Alexan. ergo hic syllogismus debebit vera ac legitima demonstratione cen eri.

2. Arg. Secundum. Hæ omnes ratiocinationes, quas retulimus, ac præsertim, quæ per infallibilia signa procedunt gignunt in intellectu certam ac infallibilem cognitionem: ergo erunt demonstrationes veræ ac propriæ: vni quippe ac soli demonstrationi ex meritis propriæ naturæ debetur, vt certam, ac infallibilem generet cognitionem.

1. observ. Quæstionem hanc explicaturi, quædam prius obseruabimus, quæ ad illius explicationem non parum conducent. Inprimis ex syllogismis qui necessariis propositionibus constant, quosdam esse, qui continent causam conclu. Omne animal particeps rationis est capax disciplinæ: at omnis homo est animal particeps rationis: ergo omnis homo est capax disciplinæ. Qui plane causam, ob quam homo est capax disciplinæ, in se continet. Sunt & alii, qui causam conclu. minime complectuntur, vt hic: Omne animal est substantia: omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. Concluditur enim, in ipso esse substantiam de homine, ex eo, quod sit animal, tanquam per attributum essentiale: certum autem est, inter attributa essentialia superiora & inferiora nullam causę ac effectus propriam rationem interuenire.

2. observ. Obserua iterum ex Arist lib. 1. Rhetor. ad Theodect. cap. 2. signa in duplici esse differentia, quædam enim sunt probabilia tantum, ac subinde fallibilia: alia vero quodammodo necessaria, ideoque infallibilia Prima illa sunt. quæ absque vlla necessitate rem aliquam indicant, vt pallor in vultu indicat metum, non quidem cum aliqua necessitate: potest etenim ille ab alia causa, quam à metu prodire. Hæc autem postrema sunt, quæ necessario, ac infallibiliter rem aliquam significant, velut fumus necessario ac infallibiliter ignem nobis denotat, neque enim potest vllo modo ibi non esse ignis, vnde ei fum in sublime efferri intuemur. Rursus hæc signa necessaria quodammodo ac infallibilia duplicia sunt, quædam enim contingentem, alia vero necessariam conclusionem inferunt, vt idem Arist. in lib. Rhetoric. ad Alexand. cap. de signo, aperte profitetur Primum licet in hoc syllogismo aperte intueri. Quotiescunque ar-

teria, seu pulsus celeria: inordinato motu mouetur, homo febri laborat, a qui pulsus celeri interdum inordinatoque motu agitur: homo igitur febri interdum laborat. In hoc syllogismo per signum infallibile febris, quod est pulsum motu inordinato agi, colligimus conclusionem contingentem, contingens enim est hominem febri laborare. At secundum in hoc alio syllogismo possumus manifeste conspicere. Illud est lum, cuius lumen augetur in orbem, est rotundum: at lumen lunæ augetur in orbem: luna igitur erit rotunda. Huius syllogismi conclusio est certe necessaria, quæ tamen ex signo infallibili, quod est in orbem augeri, infertur. Cum igitur aliquæ sint ratiocinationes, quæ ex infallibili signo procedunt, necessariisque præmissis, ac conclusione constant, quæst exagitatur inter Philoponum & Alexand. Aphrod. debeantne illæ demonstrationes, vel argumenta solum probabilia nuncupari. Ille quidem in commentar. cap. 3. huius libri, nequaquam huiusmodi ratiocinat. demonstrat. nomine, sed quarundam tantum argumentationum, quæ à coniecturis petuntur, ornandas esse arbitratur. At Alexand. in commentar. in cap. 1. lib 1. Topicor. censet, posse easdem, & demonstrationes & argumenta probabilia alia & alia ratione vocari, vt enim necessariis propositionibus constant, demonstrationis nomen promerentur, vt vero Dialectico Topico deseruiunt, sic adeo, vt non minus illis vtatur, quamuis necessariæ sint, quam si essent tantum probabiles, merito sunt rationes solum probabiles nuncupandæ. Quæ igitur sententia verior nobis videatur, his conclusionibus declaramus.

1. concluſ. Sit prima: Ratiocinationes, quæ per signa infallibilia progrediuntur, omnesque aliæ necessariis propositionibus constantes, quæ tamen veram conclusionis causam in se non continent, nequaquam veræ ac legitimæ demonstrationes vocari debent. Confirmat. Demonstratio est ex causa, propter quam res demonstrata habet esse, constituenda, vt Arist. cap. 2. huius 1 lib. docebat: igitur cum hæ ratiocinationes veram eius rei causam, quam confirmant, in se non complectantur, licet necessariis propositionibus constent, veræ tamen ac legitimæ demonstrationes vocari minime poterunt, bene tamē demonstrationes secun-

dum

dum quid, & imperfectæ appellati poterūt, eo quod quandam cum perfectis demonst. simil tudinem obtinere videantur. Vt enim perfectæ demonstr. ex necessariis propositionibus constant: ita etiam hæ ratiocinationes ex necessariis propositionibus coalescunt.

2. concluſ. Secunda concluſ. Non est proprium veræ ac legitimę demonstr. ex necessariis propositionibus constare. Confirm. Ratiocinationes ex signis infallibilibus procedentes, ac reliquę recensitæ, non sunt demonst. vt ex superiori concluſ constat: atqui illæ ex necessariis propositionibus coalescunt: non igitur erit proprium legitimæ demonstrationis ex propositionibus constare quæ sint necessariæ. Diximus legitimæ, quia si demonstrationis nomen ad imperfectas etiam demonstrationes extēdamus, bene poterimus asserere esse hoc ipsum et propriū, ita vt omnis syllogismus ex necessariis propositionibus constans, vel sit imperfecta, vel perfecta demonstratio.

3. concluſ. Tertia concluſio. Proprium est veræ ac legitimæ demonstrat. ex propositionibus componi, quæ & necessariæ sint, & veram conclusionis causam in se contineant. Hæc assertio dilucida est, ac manifesta, legitima namque demonstratio ex his progreditur, quæ & necessariæ sunt, & causæ concl. existunt, vt ex his, quæ cap. 2. docuerat Arist. facile constat. Qua in re ab imperfecta demonstratione secernitur, quæ licet per propositiones necessarias progrediatur, eæ tamen non sunt conclusionis causæ. Et hac ratione intelligendus est Arist. in hoc cap inquiens, ac septem argum. confirmans, demonstrationes debere ex necessariis constare. Non enim quęcunque necessaria hoc loco ipse intellexit, sed quæ veram conclusionis causam in se continere queant.

Ad 1. argum. Ad 1. igitur argum. respond scientiam significare improprie certam ac infallibilem cognitionem, quomodocunque illa comparetur: proprie enim illam solam cognitionem declarat, quæ certa est, & infallibilis per veram tamē rei causam Syllogismus igitur gignens scientiam in prima significatione nequaquam est demonstratio: sed is tantum, qui eandem iuxta secundam significationē producit. Arist. vero eo loco non primo sed secundo modo sciētiam accepit, & ita syllogismus ex signis infallibilib. progrediens, vera demonstratio vocari non potuit.

Ad 2. Ad 2. negamus consequentiam: Habitus enim primorum principiorum generat etiam certam ac infallibilem cognit onem, qui idem habitus demonstr. minime iudicatur. At quod proprie demonstrat. legitimæ competit, non est huiusmodi certam ac infallibilem cognitionem quouis modo in animo generare, sed eandem per veram concluſ. causam producere, quod cetera ratiocinationibus recensitis, minime conuenit, ob idque non erunt illæ demonstrationes existimandæ.

QVÆSTIO V.

An medium demonstrationis possit esse contingens?

1. Arg. QVærunt interpretes, possitne medium demonstrationis esse contingens. Et quidem posse illud esse, hoc dupl ci medio suaderi potest. Inprimis: Medium demonstrationis potest non esse. cum enim profertur, est. ac cum non profertur, non est: poterit ergo medium demonstrationis esse contingens. Iterum: Contingens optime

2. Arg. potest eius causa existere, quod est necessarium: poterit igitur concl demonstr. quamuis necessaria sit, ab hoc medio inferri. Cōfirmatur antecedens. Mors in equo (v. g.) necessaria est: sed potest illa tanquā ex causa à vulnere illato prouenire, quod est contingens: poterit ergo contingens causa esse necessarii

Vnic. concl. Huic quæstioni breuiter hac vnica conclusione satisfacimus. Quamuis conclusio necessaria possit optime ex præmissis contingentibus inferri, vt Arist in 1. theorem. docebat, medium nihilominus demonstr. contingens esse nequit. Confirmatur primum testimonio Arist. aperte illam in hoc cap profitentis, ac deinde huiusmodi ratione Medium in demonstrat. est causa conclusionis: sed id, quod est contingens, nequit vllo modo esse causa eius, quod semper ac necessario ineſt: non ergo potest, quod est cōtingens, mediū esse in demonst. Confirmatur assumptio. Conclu. demonst. cum sit necessaria semper est: at contingens non semper est, cum possit non esse: nullo igitur pacto poterit quod est contingens, causa esse conclusionis per demonstration. illatæ.

Ad 1. arg. Ad ea igitur, quæ in contrarium adduximus argum breuiter ac facile respond Ad primum dicimus, medium posse sumi aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt est vox quædam significans, quę ore profertur, aut iuxta naturam suam. Medium primo modo potest non esse, at secundo modo non potest non esse: in demonstrat. autem non accipitur medium primo, sed secundo modo.

Ad 2. Ad 2. Vero aliis solutionibus prætermissis, aimus, aliud esse aliquid esse causam rei necessariæ, & aliud esse causam necessitatis illius. Vnde vulnus potest esse causa mortis equi, quæ necessaria est, non tamen necessitatis, ob quam equus est morti obnoxius, cum hæc non sit aliqua alia, quam materia prima contrariis qualitatibus, ac priuationi alterius formæ subiecta, ex qua equus tanquam ex parte conflatur.

CAPVT VII.

Demonstrat. constare ex propriis & non ex alienis principiis.

ARGVMENTVM CAP.

IN prima parte ostendit, demonstrationem ex propriis, & non alienis principiis constare debere. In secunda nonnulla Theoremata, quæ maxime huic arti deseruire queant, proponit. In tertia neque ex communibus demonstrationem progredi debere ostendit. Ac tandem in quarta nullã scientiam priuatam posse sua principia confirmare demonstrat.

SEd quoniam in vnoquoque genere ea necessario insunt, quæ per se alicui rei, & quia res huiusmodi est, conueniunt, perspicuum est, non modo de iis fieri, quæ per se sunt, sed etiam ex iis conflare debere omnes demonstrationes, quæ parare scientiam possunt. A. Accidentia enim non sunt necessaria: ob idque ex iis, quamobrem sit res, quæ concluditur, non possumus certo scire: nesi illa quidem accidentia semper sint, qualia fere sunt, ex quibus constant ratiocinationes, quæ ex propriis rerum notis ducuntur. Nam quod per se est, hoc modo, non per se scias: quare nec quamobrem res sit intelliges. Porro scire, quamobrem res est, aliud nihil est, quam rei causam nosse. Quapropter necesse est, vt & medium minori extremo propter se conueniat, & maius item extremum medio. B. Ex quo illud efficitur, vitiosum esse in demonstrando, ex vno genere in aliud migrare. Velut si ex iis, in quibus versatur Geometria, aliquid probetur per ea, quæ ad Arithmeticam pertinent. C. Tria enim sunt, in quibus omnis continetur demonstratio. Prima est ea, quæ demonstratione conficitur, conclusio. conclusionem autem intelligo illud, quod de certo quodam genere per se enuntiari ostenditur. Sunt deinde & pronuntiata, ex quibus illud ipsum colligitur. Tertium est ipsum genus subiectum, cuius affectiones. & quæ per se conueniunt ei dentia, demonstrantur. Ac diuersis quidem ei entiu eadem pronuntiata interdum accommodantur. Quando vero subiectum est diuersum, quemadmodum Arithmeticæ & Geometriæ, tum semper est vitiosum, velle arithmeticas demonstrationes accommodare ad concludendas magnitudinis affectiones, nisi forte magnitudines, numeros quosdã esse putemus. Porro quemadmodum illud in quibusdam non incommode fiat, paulo post dicemus. Nunc illud constat, Arithmeticis demonstrationibus vnum quoddam esse subiectum, circa quod omnes versentur: id quod in aliis etiam sit scientiis. Itaque necesse est genus subiectum aut idem omnino esse, aut certe ex parte aliqua coniunctũ: vt, quæ demonstrationes vnius loci propria sunt, accommodate alium etiam in locum transferantur. D. Nam quod, nisi horum alterum sit, fieri illud non possit, vel hac ratione intelligi potest, quod necesse est, vt & medium, & extrema, ad idem genus pertineant, quæ si non per se conueniunt, accidentia esse fatendum est. E. Quare ad Geometriam non pertinet, ostendere in rebus aduersis vnam versari scientiam: sed nec quod duo cubi vnum cubum facere possint: omninoque, quod vnius scientia est, conuenire alteri non potest: nisi forte tum vna sic erit ad alteram affecta, vt in vna altera contineatur: quemodo ad Geometriam optice, & ad Arithmeticam Musica affecta est. F. Imo vero ne id quidem ad Geometriam perti-

net,

net, quod lineæ non conueniat, qua linea sunt: aut si quid aliud est, quod ex propriis suis principiis confirmari non potest: qualia sunt ista, quod recta linea sit omnium pulcherrima: quod circumducta linea aduersetur recta: neque enim hæc lineæ conueniunt hoc ipso, quod proprie quodam genere continentur, sed qua ratione communi aliqua natura participant. G. Caterum si demonstrationis propositiones sint de toto genere, illud perspicuum est, oportere etiam, vt conclusiones huiusmodi demonstrationis, imo vero (vt generaliter dicam) omnis demonstrationis sint sempiternæ, ob idque eorum, quæ fluxa & caduca sunt, nullam neque demonstrationem, neque scientiam, nisi forte incertam quandam, & quasi fortuitam esse possenam quæ talia sunt, in omni dici non possint, sed aut tempore modo aliquo insunt, aut quadam ex parte conueniunt. Cum vero est huius generis ipsa res, quæ concluditur, necesse est, vt minimum altera sumptionum, & de toto genere non sit, & caduca atque incerta sit. Ac illa quidem incerta mutabilisque futura est, eo quod talis est conclusio: de toto autem genere non erit, quoniam necesse est, vt quædam sint, in quibus dicatur, quædam in quibus non dicatur: quo fit, vt de toto genere concludi non possit, sed hoc tantum effici potest, hoc vel illo tempore ita esse. H. Quod autem in demonstrationibus dixi, idem in definitionibus dico. Omnis enim definitio aut est demonstrationis principium, aut ipsa demonstratio, nisi quod desideratur collocatio: aut demonstrationis est conclusio. I. Quanquam autem quædam sint, quæ plerunque, statisque tantum fiunt temporibus (quales est luna defectio) perspicuum tamen est, cum in iis vniuersum genus accipitur, non minus certas & perpetuas esse tum demonstrationes, tum scientias, quam in aliis. Cum vero non semper esse conspiciuntur, tum in parte accipi. Quod autem in defectione dico, idem in aliis eiusdem generis intellectum volo. K. Sed quoniam id iam satis constat, nunquam apte aliquid demonstrari, nisi propria cuiusque rei adhibeantur principia: illud profecto non erit satis ad rem sciendam, quæ propter se alteri conuenit, adhibuisse in probando veras, indemonstrabiles, immediatasque propositiones. Illud enim euenire potest, vt tum tales erunt sumptiones, nihilominus tamen talis sit demonstratio, qualis erat Bryssonis, qua circulum quadrare conabatur, probatio. Nam sunt huiusmodi aliquæ rationes, quæ communia quadam & alteri etiam non minus conuenientia, ad aliquid ostendendum accipiunt: ob idque ad res nullam omnino inter se societatem, naturaque coniunctionem habentes, accommodari possent tales rationes conspiciuntur. Quo fit, vt ex illis non possimus rem per se, & quia huius generis est, scire: sed tantum ex accidente, alioqui non potuissent in aliud quoddam genus transferri. Hoc enim est, per se, & non ex accidente scire: quando aliquid eo modo alteri conuenire intelligimus, quo illi conuenit, idque per principia, quæ sunt illi, quia illud ipsum est, propria. Veluti habere tres angulos pares duobus rectis, tum scimus quando illud, cui proprie se conuenit, intelligimus, atque adeo per principia, quæ ad illam rem proprie pertinent. Itaque si quid est, quod per se alteri conueniat, & quia est illud ipsum, quod est, ad illud demonstrandum, nec esse est verbum medium accipere ex earum rerum genere, quæ eandem habent cum illo naturæ societatem: aut certe quæ sic inter se affecta sint, quo modo Arithmeticam Musicæ respicit. L. Quanquam enim in iis, quæ ad hunc modum inter se affecta sunt, illam etiam in demonstrando rationem sequamur: illud tamen interest, quod alterius scientia est, quod res sit, ostendere, eo quod est illius aliud quoddam subiectum: superioris autem scientia (vt quæ in iis rebus versatur, quæ vna ha sunt propria ac per se affectiones) est, quamobrem res sit demonstrare. Quare & illud ex his perspicuum est, nil vnquam bene ac perfecte demonstrari, nisi ex propriis principiis, sed tantum principia inferioris scientiæ, ad alia, quæ aliquanto latius patent, pertinere. M. Atqui si illud certum est, & hoc quoque minimo negotio perspici potest, quod cuiusque scientia principia propria non possunt quasi ex alio rursus principio demonstrari: alioqui illa, ex quibus hæc confirmabuntur, omnium rerum principia esse fatendum erit, & scientiam, qua in iis versabitur, omnium esse certissimam, facileque inter omnes principatum obtinere. Quo enim quisque ex superioribus causis cognoscit, eo rem multo certius intelligit: siquidem ea semper priora sunt, quæ ita sunt causa, vt nullas præterea causas habeant, quarum effecta sunt. Itaque si vt quisque ex prioribus cognouisset, certus cognoscit: is certe, qui ex primis omnium rem non nouerit, certissime nouerit. Et si est illa semper magi ac magi scientia, hæc omnium maxime scientia erit. Atqui non potest vnius generis demonstratio in aliud genus transferri: nisi (quod paulo ante dictum est) perinde sint affecta, atque geometrica demonstrationes ad optica, ad fabrica demonstrationes, & arithmetica ad musicas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. pars cap.

Repetit non nulla supradicta.

Conf. 1.

Secundum.

Confir. instit.

Primo.

Adnot.

COMMENTARIA.

PRoponit sibi Arist. in hoc capite velut scopum, ostendere demonstration. non ex alienis principiis sed ex sibimet propriis, aliisque minime communibus progredi. Primum vero repetit aliqua ex iis, quæ in superioribus capitibus docuit, demonstrat. nimirum ex iis constare principiis, quæ & sunt per se & necessaria, sic tamen vt conclusionis causam illa cõtineant, scire enim est rem per causam intelligere. Hinc non nonnulla consectatia Aristot. colligit. Primum in his verbis:

A. *Accidentia enim, &c.* Accidentia nequeunt vt media in demonstrat. vsurpari, si enim illa separabilia fuerint, nequaquam subiecto necessario insunt, si vero inseparabilia vel propria extiterint, conclusionis causam minime continent: quare accidentia, quælibet illa sint, medium demonstrationis esse nullo modo poterunt. Quapropter necesse est. Secundum. Medium in demonstrat. eo ordine est cum maiori & minori extremo disponendum, vt illi subiicitur, & de hoc prædicetur. Est vero hoc de demonstrat iuxta 1. figur. effectis intelligendum, hoc enim ordine iubent leges 1. figuræ medium in ratiocinatione disponi. His consectariis illatis in 1. parte cap duob. arg. confirmat Arist. quod sibi proposuerat, oporte. scilicet demõstrationem per propria, & non per aliena principia procedere, ita vt Arithmetica ex Arithmeticis, & non Geometricis principiis suas connectat demonstrationes, accedent a Geometria non Arithmetica, sed Geometrica principia ad suas demonstrationes conficiẽdas assumat. Primum sub his verbis:

B. *Ex quo illud efficitur, &c.* Si aliqua scientia in suis demonstrationibus alienis principii vteretur, fieret, vt à genere in genus abiremus: hoc autem in disciplinis vitium est maximum, quamlibet igitur scientiam suis propriis principiis vti oportet. Confirmatur propositio: Si offerret se confirmanda conclusio aliqua Arithmetica, principiaque Geometrica ad eam confirmandam afferrentur, ab Arithmetica in Geometriam transgrederemur, sicque à genere in genus abiremus.

C. *Tria enim sunt, &c.* Vt intelligamus quæ in artibus communia aliquibus, & quæ propria singulis sint, tria obseruat Aristotel in cis r periri conclus. id est, proprietatem, quam in conclus colligimus, principia, ac subiectum, de quo proprietatem ipsam demonstramus. Ex iis (inquit) principia pluribus disciplinis communia esse possunt, velut hæc, si ab æqu. libus æqualia demas, quæ supersunt, sunt æqualia, & omne totum est maius sua parte, communia sunt Arithmeticæ, ac Geometri a: alia vero duo, subiectum nimirum, ac proprietates, nullo pacto pluribus communia esse possunt, nam vnaquæque ars adeo peculiarem de obiecto, circa quod versatur, ac de proprietatibus ab eodem promanantibus instituit disputationem, vt nulli scientiæ aliquid circa eadem pertractandum relinquat. Vnde fit, vt vnius scientiæ demonstrat alteri scientiæ accommodare velle, sit omnino ineptum, nisi forte tales illæ sint, quod vna sub altera sit contenta, quemadmodum Musica sub Arithmetica, tũc enim poterunt hæc omnia communia quodammodo habere.

D. *Nam quod, &c.* Hoc animaduerso sic iterum suum confirmat institutum. Medium debet esse eiusdem naturæ cum extremis, cum de vno prædicetur, alteriq; subiiciatur: at si scientiæ non vterentur principiis sibimet propriis, medium nõ esset eiusdem, sed alterius naturæ à suis extremis, vt si ad conclus. Arithmeticam colligendam Geometricum medium assumeremus conclusio esset de genere quantitatis deiunctæ, medium vero de genere quantitatis coniunctæ: ergo vnaquæque scientia vtetur in demonstrando propriis principiis.

2. pars cap. 1. Theor.

E. *Quare ad Geometriam, &c.* Tradit iam Arist. in secunda parte aliquot theoremata, quæ ad hanc artem spectant. Primum, Nulla scientia alterius scientiæ principia contemplatur, imo eorum tantum principiorum consideratione contenta est, quæ sunt sibi propria. Hoc Arist. duobus adhibitis exemplis ostendit. Primum; Geometra (ait) non curat de hoc principio, contrariorum eadem est disciplina, sicuti nec de hoc alio, ex duobus numeris cubis vnus quidam numerus cubus efficitur, nam primum illud ad primam philosophiam spectat, hoc autem secundũ ad Arithmeticam pertinet. Obseruat tamen, quod si aliquæ scientiæ sint ita inter se affectæ, vt vna earum sit superior & subalternans, altera vero inferior & subalternata, bene poterit scientia superior scientiæ inferioris principia con

contemplari. Vnico exemplorem hinc illustremus. Principium hoc, quæ longius distant minora apparent, quæ autem propinquiora sunt maiora videntur, est vsui Optices, quod dem Geometria considerat illius assignans rationem, quia scilicet quæ longius distant per minorem angulum, quę vero propinquiora sunt per angulum maiorem cernuntur. Quod ideo est, quia Geometria est scientia superior, & subalternãs, Optica vero, est scientia inferior, & subalternata.

2. Theo.

F. *Imo vero ne quidem, &c.* Secũdum: Nulla scientia in iis, quæ suo obiecto accidunt, pertractandis versatur, sed ea solum, quę eidem per se conuenire possunt, contemplatur. Accidunt namque magnitudini (vg) quæ est obiectum Geometriæ, esse candidam, vel atram, lenem, vel asperam, at hæc nec obiter tãtum Geometria attingit, quin potius in magnitudinis natura, eiusq; speciebus, ac proprietatibus assignandis, vel ut iis, quæ per se magnitudini conueniunt tota versatur.

3. Theo.

G. *Caterum si demonstra. propos. &c.* Tertium: Demonstra. in rebus tantum perpetuis exercetur. Hoc in hunc modum confirmat Arist. Vniuersa sunt perpetua, cum neque ortui, neque interitui sint obnoxia: at subiectum, circa quod demonstra. in vsum reducitur, est niuersum, neq; enim posũt proposi ex quibus illa coalescit, non esse de omni, ac per consequens subiecto vniuerso constare: non igitur demonst. in aliis rebus præterquam perpetuis ac necessariis vsus est poterit. Hinc colligendum est in primis indiuidua & singularia, neque sciri posse, neque per demonst. vllo modo cõcludi. cũ caduca illa, ac fragilia sint, demonstra. autem circa eas solum res versetur quæ perpetuæ sunt: deinde si res quæ in conclusione infertur, fuerit contingens, necesse est aliquam saltim ex præmissis ratiocinationis, per quam illa est illata, contingentẽ quoq; esse, neq; enim si ambæ præmissæ, ex quibus huiusmodi ratiocinatio cõstituitur, necessariæ essent, concl. contingens per eam vllo modo inferretur.

Aliquot confect.

4. Theo.

H. *Quod autem in demonstr. dixi, &c.* Quartum: Diffinitiones etiam rerum tãtum sempiternarum erunt. Hoc Aristot sic demonstrat. Diffinitio aut est principium demonstrationis, propositio scilicet, vel assumptio, aut conclusio interdum, vt quando definitionem de re definita concludimus, aut solo situ & positione ab ea differt, quia demonstratio in modo & in figura disponitur, non autem ita de definitione efficitur, sed cõfirmatum superest in superiori theoremate, demonst. tantum esse rerum sempiternarum; igitur definitionem solum esse rerum sempiternarum confirmatum etiam remanebit.

Tact. obiect. occurrit.

I. *Quanquam autem quadam sint, &c.* Diluit Aristotel. quandam obiectionem quæ aduersus 3. theorem. occurrere poterat. De eclipsi lunæ dantur demonstratio in Astrologia: at eclipsis lunæ non est sempiterna: non igitur demonstra in rebus sempiternis exercebitur. Respond Aristo. sempiternum hoc loco non id solum significare, quod semper est, sed id etiam quod certis temporibus debet infallibiliter esse. Et hac postrema ratione vocatur eclipsis lunæ sempiterna, quamuis enim non semper actu fit, quotiescunque tamen terra inter ipsam & solem interponitur, illa euenit.

Solutio.

3. pars cap.

K. *Sed quoniam id iam satis, &c.* Iam Arist. in tertia parte ad id quod secundo loco instituerat confirmandum suam disputationem transfert, demonstr. nimirum non posse ex communibus principiis constare. Idque hoc pacto præstat. Demonstr. constat ex proximis ac immediatis caussis conclusionis: atqui hæ nequeunt esse communes, imo singulis quibusque rebus sunt propriæ ac peculiares: demonstra. ergo ex propriis tantum principiis coalescet. Vnde non immerito erit ratio Brysonis reprehendenda qui hoc pacto nitebatur ostẽdere posse circulum quadrari. Vbi datur maius & minus dari etiam potest æquale: sed datur circulus maior quadrato, daturque etiam circulus eodem minor, cuiusmodi est ille qui intra circuli aream descriptus est; poterit ergo dari circulus quadrato æqualis. Hæc inquit ratio vitiosa est, per ea enim progreditur, quæ sunt communia, id genus extant maius, minus, & æquale esse, quæ non circulis tantum, vel quadratis, sed lineis etiam, magnitudinibus, ac numeris conueniunt. Sumenda itaque sunt in demonstratione, quæ & extremis sint affinia, & talis scientiæ propria cum nullaque alia communia, & denique proximæ conclusionis causæ existant. Propie namque & non secundum quid vel per accidens alicuius rei scientiam nanciscemur, si eam per proxi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ma.n & immediatam cauſſam, à qua pro manat, cognoſcamus velut tunc temporis perfectè cognoſcemus triangulum habere tres angulos pares duobus rectis, quando illud figuram eſſe planam tribus lineis cõprehenſam, quæ eſt propria huius effectus cauſa, agnouerimus.

Obſeruatio.

L *Quanquam enim in iis, &c.* Annotat Ariſtot. eſſe quaſdam ſcientias ſubalternantes, quemadmodum Geometria eſt ſuba ternans & ſuperior ſcientia, Optica vero ſubalternata & inferior. Quod itaque dictum fuit, demonſt ſcil. per cauſam concluſionis debere progredi, de ſubalternante, non vero de ſuba ternata ſcientia eſt intelligendum hæc namq; ſolum docet rem eſſe, cauſamq; ob quam res ſit reticet, cum ad ſcientiam ſubalternantem, ſpectet, & rem eſſe, & cuiuſlam ob quam ſit manifeſtare, vt de Optica, & Geometria ſuperius in hoc cap. docuimus.

M *Atqui ſi illud certum eſt, &c.* Conſtituit tandem in poſt ema parte Ariſt. nullam ſcientiam priuatam poſſe principia ſua confirmare. Id hoc pacto demonſtrat. Si aliqua priua a ſcientia ſua principia confirmatet, per alia priora principia id i la præſtare deberet: atqui de primis principi s diſputare non alitu iu ſcientiæ priuatæ, ſed generalis cuiuſdam & vniuerſæ artis proprium munus eſt, ac officium: nulla igitur ſciẽtia priuata principia ſua confirmabit. Hinc Ariſt. anſam, & occaſionem accipit metaphy. miris laudibus efferendæ, aſſerendique illam eſſe ſcientiam longe omnium certiſſimam ac nobiliſſimam, cum in primis principiis, primiſque rerum omnium cauſſis pertractandis verſetur, quarum cognitio quaſcũque al as longo poſt ſe interuallo relinquit. Concludit denique Ariſtot. non eſſe ab vna ſcientia in a iam tranſeundum, niſi contingat vnam illarum, quæ ſc licet inferior fuerit alteri, ſuperiori nempe, ſubeſſe, nam in hoc euentu oprime id fieri poteſt, vt in Arithmetica, & Muſica, a quæ in Geometria & Optica efficitur.

Scholia in caput ſeptimum.

1. *Obſeru.* E Profitetur in hoc loco Ariſto. nullam ſcientiam alte ius ſc entiæ principia poſſe co.ſiderare, idque duobus exemplis declarat in Geometria, ad quã de illis pertractare nullo modo ſpectat. Primum eſt, con.rariorum eandem eſſe ſcientiam, & diſe plinam, alterum, ex duobus cubis fieri vnum cubum, quorum primum ad primam philoſophiam ſpectat, & non ad Geometriam, idque eſt intell ctum facilimum, & apertum: quia de contrariis ipſorumque natura diſputare, munus eſt metaphyſici, vt videre licet 10 lib. metaphyſ. in quo de contrarietate, variiſque illius formis, elegan ter, & diffuſe ſatis diſſeruit Ariſt. Verum de altero exemplo, nimirum ex duobus cubis fieri vnum cubum, dubium eſt, qua ratione illud effici queat, in quibuſque rebus debeat intelligi. num in corporibus ſolid s, aut in numeris, & ad quem art ficẽ ſpectet huiuſmodi principium explicare Ph loponus, illumque ſecutus Ferrarienſ in annotationibus hu us loci, puta t intelligendum eſſe in corporibus ſolidis, ac proinde ad Stereometricam, quæ de illis diſputat ſpectare, ſicque cubum ex duobus cubis fieri poſſe arbitrantur. Imaginantur Mathematici, ex fluxu puncti, oriri lineam, & ex fluxu lineæ in latus oriti ſuperficiem, & ex fluxu ſuperficiei in profundum, oriri co.pus, in quo Steom tria verſatur. Si igitur ſumamus lineam tripedalem, eamque ducamus in ſe ipſam i per tres pedes in latitudinem, ſuperficies quadrata orietur, cuius quodlibet latus erit trium pedum, totaque area erit nouem pedum, cuiuſque radix erit linea tripedalis. Porro ſi hæc ſuperficies quadrata in profundita em per ſuam radicem fuerit ducta, i per tres peder, fiet corpus cubicum quod omni ex parte tripedale erit pedeſque 27 continebit: nam ſi nouenarium. per ſuam radicem (nimirum ternarium) multiplicemus, qui ex hac multiplicatione orietur, erit numerus 27. hac igitur ratione poterit corpus cubicum oriri. Et hoc erat quod Apollinis oraculum à Delphis petebat, vt n mirum, aram cubicam, qua ex duobus cubis vnus fieret, erigerent, ſi a ſe ſuiſque finibus peſtilentem morbum auertere cupiebant, cuius rei ſtructuram eum omnino ignorarẽt, Platonem conſuluerunt, cuius opera illa ara erecta, numinis vindictam placarunt, a ſuiſque limitibus huiuſmodi morbum expulerunt.

Opin. Phil. & Ferrar.

Leg. Ferrar. hanc hiſt. recenſentem.

Cæterum, quia apud Euclidem nullam demonſtrationem legimus, qua demonſtretur ex duobus corporibus cubis vnum fieri, præſtat ſi cum D. Thom. B. Albert. Louanienſ. Zabar. & aliis dicamus, hoc principium

intelligen-

intelligendũ eſſe de numeris, & non de corpo ibus, ac pro nde Arithmetice, & non Stereometrice intelligi debere. Fit autem ex duobus numeris cubis vnus cubus ad hunc modum. In primis ex ductu numeri in ſe ipſum, oritur quadratus, vt ex ductu quaternarii in ſe oritur 16. nam quatuor quater efficiunt 16. Deinde ſi hunc numerum per ſuam radicem trahamus, & multiplicemus (eſt autẽ radix quaternarius) qui cõſurget cubus erit, vnde 64. erit numerus cubus, quia oritur ex 16. per quaternarium multiplicatis, nam quater 16. numerum 64. componunt. Quod ſi deinde per eandem radicem cubum multiplicemus, qui conſurget cubus erit ex duobus cubis orietur, ac proinde ex duobus cubis fiet vnu c bus; vnde 256. erit numerus cubus, ex duob. cubis conſtans; quia ſi 64 per quaterna ium multiplicemus haud dubie orietur 256 quẽ eſſe cubum conſt t ex 4. propoſitio. lib. noni apud Euclidem, quæ ita habet: *Si cubus numerus cubum numerum multiplicans, faciat aliquem factũ cubus erit.* Vt igitur ad Ariſtot. regrediamur, hoc principium explicare, ex duobus cubis vnus cubus componitur, non erit munus Geometræ, ſed Arithmetici ad quem ex propr.o munere attinet de numeris diſputare.

2. *Obſerua.* K Reprehendit rationem Bryſonis, qui nitebatur circulum hac ratione quadrare. Vbi datur maius, & minus, datur etiam æquale: ſed datur quadratum maius circulo (vt illud quod extra latera circuli eſt deſcriptum) datur etiam quadratum minus (vt aliud, quod intra eiuſdem circuli aream eſt depictum) ergo dabitur quadratum quod fit circulo æquale, ac proinde poterit circulus quadrari quia quadratura circuli, nihil aliud eſt, quam inuenire quadratum, quod fit circulo æquale. Hanc inquam rationem reprehendit ex eo Ariſt. quia progreditur per principia communia, per illud ſcilicet, vbi datur maius & minus datur etiam æquale, quod ce te princi; ium commune eſt Geometriæ, & Arithmeticæ, cum tamen quadratura circuli ad ſolum Geometram ſpectet. Hæc quadratura circuli fere per omnes ætates præclara Mathema icorum torſit ingenia, eſt enim adeo illa difficilis, vt ãn mine hucuſque fuerit recte explica a. Laborauit in hac re Thomas Braudinus, qui tamen oleum & operam perdidiſſe potius, quam illam explicaſſe videtur. His tamen proxime elapſis diebus, Iacobus Falconius Valentinus noſter, Monteliæ miles, vir in omni diſciplinarum genere præclarus, ſuam quoque quadraturam circuli in lucem emiſit, qui ce te reliquos omnes qui hoc argumentum tr cta dum ſuſceperunt, longo poſt ſe reliquit interuallo. Sit ne autem inſtitutum aſſequutus, alii iud cabunt, ego enim dil gentiam laudo, & eruditionem, in his enim rebus difficilimis, ſi non attigiſſe, ſaltim voluiſſe ſat fuerit.

DISPVTATIO IN EA, QVÆ AB ARIST. in cap ſeptimo explicata fuerunt, vnica ſectione comprehenſa.

ARGVMENTVM.

BReuiter nos ab his, quæ ab Ariſt. in hoc cap. tradita fuerunt, expediemus, vt in aliis difficilioribus diutius immorari poſſimus: duas igitur quæſt. tantum proponemus.

SECT. VNICÆ IN CAP. VII. QVÆST. I.

Sintne vera, qua tradita ſunt ab Ariſt. in hoc cap.

1. *Argum.* PErpendamus nunc ea, quæ ab Ariſt. tradita fuerunt, ſint vera necne? nam non eſſe confirm. his argum. Primum: Quemadmodũ ſe habent cauſæ generales ad effectus producendos in rebus naturalibus, ita etiam ſe habent communia

principia

Universidad de Deusto
Biblioteca

principia ad concluſ. demonſtrationis inferendas: atqui ad aliquem particularem effectum producendum concurrunt cauſſæ ſuperiores: ad inferēdam igitur concluſionem demonſtr. concurrere etiam debebunt communia principia, & ita demonſtratio ex communibus principiis conſtabit.

2. Argum. Secundum: Demonſtratio cōſtat ex ſubiectis vniuerſis; ſed illud quod eſt vniuerſum eſt commune, demonſtratio ergo ex communibus coaleſcet

3. Argum. Tertium: Geometra in ſuis demonſtrationibus vtitur hoc principio ſi ab æqualibus æqualia demas, quæ ſuperſunt ſunt æqualia: atqui hoc principium eſt commune, eo namque vtitur etiam Arithmeticus: demonſtratio igitur ex communibus principiis conſtare poterit.

4. Argum. Quartum: In omnibus ſcientiis, quotquot ſunt deſeruit nobis principium contradictionis quod eſt proprie metaphyſicum; iam igitur ab vna ſcientia in aliam, abſq; vllo abſurdo tranſitus fieri poterit.

5. Argum. Quintum: In 1. modo tertiæ figuræ qui eſt, Darapti, concluſione particulari exiſtēte, ambæ præmiſſæ ſunt vniuerſæ; igitur minus accurate docuit Ariſt. in hoc cap. debere alteram ex præmiſſis eſſe particularem, ſi concluſio particularis extiterit.

Sextum: In hac demonſtratione, omne animal particeps rationis eſt capax diſciplinæ, &c. minus extremum cum ſit proprietas, continētur in categoria qualitatis, medium autem quod eſt definitio hominis, eſt in categoria ſubſtantiæ: perperam igitur profitetur Ariſt. medium in demonſt. debere eſſe eiuſdem naturæ cum extremis. Vlti. De roſa dantur permultæ demōſtrationes, at roſa non eſt perpetua, cum in hieme eſſe deſinat; demonſtratio igitur non erit rerum ſemp. ternarum vt Ariſtotele opinatur.

His tamen non obſtantibus veriſſima eſſe, quæ ab Ariſt. tradita fuerunt, & illius auctoritate, & omnium dialecticorum ſuffragiis poſſumus confirmare. De his tamē difficultatibus legi poterunt Caietanus, Ægidius, Venetus, Apollinaris, Flandr. & alii.

Ad 1. Ad primam igitur dicimus principia cōmunia ſumi poſſe duobus modis primo ſecundum ſe, vel formaliter, & ſecundo virtualiter: primo modo, nequaquam demonſtrationem ingrediuntur, quamuis ad eandem conſtituendam iuxta ſecundum modum concurrant, eſt ſiquidem ipſorum vis, ac facultas in qualibet demonſtra. incluſa. Quemadmodum enim ſuperiores cauſæ ad effectus aliquos producendos ſecundū ſolam virtutem dumtaxat concurrunt, vt de ſolis concurſu ad ea generanda quæ in terræ viſceribus oriuntur, eſt compertum: ita etiam prima principia demonſtrationum concluſionibus inferendis ſecundum virtutem deſeruiunt.

Ad 2. Ad ſecundam dicimus commune duob. modis ſumi, primo in ſimplicibus, in quo ſenſu idem denotat, quod non ſingulare, ſecundo in propoſitionibus, qua ratione eſt idem quod nō proprium. Ariſt. igitur ſumpſit commune in hoc cap. iuxta 2. ſignificationem, & ita licet demonſtratio conſtet ex communibus, hoc eſt, non ſingularibus, non tamen ex communibus, id eſt, ex non propriis coaleſcit.

Ad 3. Ad tertiam reſpon. eiuſmodi principium (ſicut & quælibet alia eiuſdē generis) poſſe ſumi, vel vt eſt ab omni materia auulſum, & abſtractum, vel vt eſt alicui materiæ copulatum, velut in Geometria magnitudini, & in Arithmetica numero: primo modo eſt quidem illud commune, at altero iam vni, vel alteri ſcientiæ proprium efficitur, nam ſi illud magnitudini (v g) applicetur, Geometriæ, & ſi numero coniungatur Arithmeticæ proprium haud dubie erit qua ſola ſecunda ratione illud in demonſtratione pōt locū, & ſedē habere. Diffitemur itaq; principia communia, vt cōmunia ſunt, demonſtrationi deſeruire, nam ea dumtaxat ratione deſeruiunt. qua ſunt alicui materiæ applicata, alicuique ſcientiæ propria effecta.

Ad 4. Ad quartam reſpond. Metaphyſ. eſſe artem generalem, ob idque nullum incommodum erit ab ea in alias tranſitum fieri. Ariſtot enim, dum huiuſmodi tranſitum vitioſum eſſe docebat, locutus fuit in ſcientiis priuatis, quæ ideo; ſunt ſubalternæ, neque aliquam habēt in obiecto affinitatem. Si itaq; aliquæ artes fuerint inter ſe affectæ, vt vna illarum generalis, altera vero particularis fuerit, vt de Metaph. & Geomet v g. eſt perſpicuum: vel vna ſubalternans, & altera ſubalternata, vt videre eſt de Arithmetica, & Muſica: vel vna deniq; cum alia penes obiectum quodammodo conueniat, aliquamque cum eo affinitatem habuerit, vt ſunt Philoſophia naturæ, ac Geometria, cū hæc agat de magnitudine, quæ eſt quædam proprie-

proprietas entis naturalis, quod Philoſophia naturæ, tanquam obiectum ſuſcipit pertractandum, nullum cenſeri, debet abſurdum a quibuſdam ſcientiis in alias trāſitum fieri.

Ad 5. Ad quintam reſp Ariſt tantum eſſe locutum de prima figura, quæ ad demonſt conficiendas eſt inter alias maxime accommodata, in qua vel concluſio & ambæ præmiſſæ ſunt vniuerſæ, vt in Barbara, & celarent, vel ſi concluſio fuerit particularis, aliqua ex præmiſſis erit etiam particularis, vt in Darii, & ferio.

Ad 6. Ad ſextam dicimus medium & extrema ſumi poſſe vel in eſſe naturæ ac rei, vel in eſſe ſcibilis. Primo modo aliquando differūt genere, vt in exemplo propoſito: ſecundo autem modo conueniunt genere & natura, ad eandem etenim ſcientiam ad quam ſpectat agere de medio, ſpectat etiam agere de extremis, ac ſub eadem abſtractione & hoc ſecundo modo intelligendus eſt Ariſt & nō primo, qua ratione animal particeps rationis, & capacitas diſciplinæ eiuſdem ſunt naturæ, cum ab eadem ſcientia, quæ de homine habetur, conſiderentur.

Ad 7. Ad ſeptimam dicimus ſempiternum eſſe duplex poſitiuum vnum, & alterum negatiuum. Poſitiuum eſt quod ex ſua natura habet vnde ſit ſemper, vt Deus Opt. Max negatiuū vero dicitur quod ex ſua natura non habet vnde ſibi certam aliquam temporis vel loci vendicet differentiam neque principiū aliquod ortus aut interitus, & hac ratione dicimus vniuerſa eſſe perpetua, quia ex natura ſua non vendicant ſibi principiū aliquod, quo corrumpantur, ſed vt in ſingularibus corruptibil bus reperiuntur poſſunt corrumpi. Demonſtratio igitur verſatur in rebus perpetuis non tantum primo modo ſed vel primo, vel ſecundo. Et ita de roſa dātur demonſtrationes, quæ quamuis non ſit perpetua poſitiue, eſt tamen perpetua negatiue, nam ea ſolum ratione interit, qua in ſingularibus inuenitur. Legēdi ſunt D. Th. 1 p. q. 16. art. 7. ad 2. Caiet. c. 9. huius 1. lib. & quæ nos diximus ſect. 2. de rebus vniuerſis quæſt. 8.

Quædam dubitatio explicatur.

Brunis dubi. Est tamen dubitatio qua ratione intelligi debeat quod eſt ab Ariſt traditum, ſcientiam eſſe rerum vniuerſarum. Huic vt ſatisfaciamus animaduertendum eſt, vniuerſum ſumi 4. modis. Primo pro natura vniuerſa nude ſumpta ſine notione vniuerſalitatis, ſecundo pro notione ipſa vniuerſi, tertio pro aggregato ex natura & notione, & quarto pro natura ea ratione qua ſubeſt notioni vniuerſi. De vniuerſo igitur primo modo nulla ſcientia pertractat illud namque vt eſt à parte rei, eſt inuolutum cū proprietatibus ſingularibus, qua ratione à nulla ſcientia conſiderari poteſt. Neque eſt itidem intelligendum de vniuerſo ſecundo modo, nam illud in ea ſignificatione, à ſola Dialectica, & non ab aliqua ſcientia rei cōſideratur. Præterea neque intelligi debet de vniuerſo in tertia ſignificatione, quia illud eſt ens per accidens, at vero de tali ente nullam ſcientiam pertractare, auctor eſt Ariſt. 6 lib. metaph. cap. 2.

Obſeruatio.

Solutio dub. Erit ergo propoſitio intelligenda de vniuerſo in poſtrema ſignificatione, id eſt, de natura ea ratione, qua ſubeſt ſecundæ notioni vniuerſi, ita vt res conſiderata in aliqua ſcientia, ſit ipſamet natura, modus vero conſiderandi, vel conditio ſine qua non ſit notio ſecunda vniuerſi. Quemadmodū in igne ratio calefaciendi eſt calor, modus vero, vel conditio ſine qua non eſt approximatio ad rem calefaciendam. Eademque ratione intelligendum eſt illud, quod conſtituunt philoſophi, obiectum ſcientiarum eſſe quippiam vniuerſum, definitiones tantum tradi de rebus vniuerſis, proprietateſque ſolum etiam de re vniuerſa concludi, omnia enim hæc debent intelligi de vniuerſo pro natura ſubiecta notioni ſecundæ vniuerſi, & non pro notione, aut ex ea, & natura aggregato.

QVÆSTIO II.

An aliqua ſcientia poſſit confirmare ſua principia.

In poſtrema cap. p. docuerat Ariſt. nullam ſcientiam poſſe confirmare ſua principia. Quam ſententiam infringere quodammodo videntur hæc argumenta.

Primum: Illa quæ habent priora ſupra ſe, poſſunt confirmari à priori: at principia habent aliqua priora ſupra ſe, ſcilicet terminos ex quibus componuntur: ergo poterunt confirmari à priori.

Deinde quæ confirmantur per ea quæ ſunt communiora, confirmātur per ea quæ ſunt priora; at qui metaphyſ. confirmat aliarum artium principia per eſſe, & non eſſe,

Universidad de Deusto
Biblioteca

3. Argum.

ac per alia attributa communissima: confirmabit igitur metaph à priori omnium aliarum art um principia.

Denique: Hoc principium, quæ longius distant minora videntur, & quæ propinquiora sunt maiora apparent, Opticæ deseruit, atqui illud confirmatur à priori in Geometria: poterunt ergo principia confirmari à priori.

His tamen nihil impedientibus, vt quæstionem explicemus, animaduertimus Primo, principia alicuius artis posse confirmari, vel à priori & per causam, vel à posteriori & per effectum. Iterum principia demonstra. confirmati possunt vel demonstr. directa, directe nimirum concludente, vel ducente ad incommodum. Demum eadem principia possunt confirmari, vel intra eandem scientiam, vel in scientia super ori.

1 conclus.

His animaduersis sit prima conclus. Demonstr. ducente ad incommodum optime possunt omnium scientiarum principia cõfirmari. Ita profitetur Arist 4. lib metaphys. qui constituit omnia principia posse per principium contradictionis arg ad incommodum vrgente confirmari.

2. Conclus.

Secunda concl Demonstratione directa, & intra limites eiusdem scientiæ, nequeunt vllo modo principia confirmari. Confirm. primũ testimonio Arist. in hoc cap. ac præterea huiusmodi ratione. Princ pia demõst. debent esse prima ac immediata, vt ex cap. 2. constat; atqui illud quod est primum & immediatum nihil aliud supra se obtinet, per quod confirmari possit; ergo igitur poterunt principia demonstrationis demonstratione directa, & à priori, ac intra eandem scientiam confirmari.

3 Concl.

Tertia conclus. Hæc principia in arte superiori optime poterunt à priori confirmari. Vt hanc assertionem intelligamus repetenda erunt ea quæ ab Arist. sæpe in hoc ca. proponuntur, ex scientijs scilicet quasdam esse superiores, ac subalternantes, & alias inferiores ac subalternatas. Quod igitur in hac assertione constituimus est, principia scientiæ subalternatæ posse confirmari à priori per principia scientiæ subalternantis, idque in hunc modum suademus. Princip a scientiæ subalternatæ, sunt conclusiones scientiæ subalternanti, vt insta cap. 10 ostendimus: at conclusiones in superiori scientia à priori confirmantur poterunt ergo principia scientiæ subalternatæ, à priori in scientia subalternãte confirmari.

4 Conclus.

Quarta conclus. Principia cuiuslibet scientiæ possunt intra ipsam scientiam confirma i primum demonstratione à posteriori, quia ea quæ sunt priora secundum se, manifestantur nobis per ea quæ sunt posteriora, & per effectus: ac iterum inductione, quæ est accommodatum sciendi instrumentum, vt Arist. in hoc lib. in ra cap. 14. profitetur, & maxime aptum ad prima principia colligenda, vt ipsemet 2. libr. de demonstr. cap vlt. profitetur constituens prima principia esse per experientiam colligenda, cui tãquam basi ac fundamento inductio ipsa innititur. Tandemque argumentis probabilibus, sicque fit vt Aristot. 1. lib Topic. c. p. 4. Dialecticum dicat confirmare principia omnium aliarum scientiarum, quod haud dubie debet de rationibus communibus, ac probabilibus intelligi, ac interpretari.

Ad 1.

Iam ad argumenta proposita in principio. Ad primum respond. aliqui d. posse dici prius, vel tanquam pars & materia, vel tanquam principium. Sicilla quæ sunt priora partes tantum extiterint, & non principia, poterunt à priori confirmari, illud siquidem per quod aliquid confirmamus principium est, si vero illud fuerit principium non poterit confirmari à priori, quia principia vt principia sunt, non habent supra se alia priora tanquam principia, sed tanquã partes, quia constant subiecto & attributo, tanquam partibus habentibus causam per quam confirmati queant.

Ad 2.

Ad secũdum dicimus Metaphysicam argumentum ad incommodum per attributa communissima, omnium scientiarum principia confirmare: nos tamen hoc nequaquã diffitemur, sed quod negamus est, posse principia vt principia sunt demõstratione directa, & à priori confirmari.

Ad 3.

Ad tertium aimus Opticam esse scientiã subalternatam, ac subinde principia eius confirmari in Geometria, quæ est scientia subalternans respectu illius. Vel respondemus hoc principium posse sumi, vel vt est conclusio illata in Geometria vel vt est principiũ deseruiens Opticæ. Primo modo potest illud à priori confirmari, non tamen secũdo modo. Semper itaq; erit verũ dicere, principia vt principia sunt non posse confirmari.

Interrogatio.

Adhuc tamen circa ea quæ in solutione secundi dixim us persisteret aliquis rogando,

num

Responsio.

num Metaphysica aliarum scientiarũ confirmare queat principia? Huic dubitationi respond. directa ratiocinatione & à priori nul a ratione posse ipsam aliarum principia confirmare, vt vitigiaues ante nos docuerunt Soc. 4 metaph q9. Ferrar 1. con. gent. cap. 4. Iauell. 1. metaph. q 2. M. Soto, & Suesa. q. 7 huius lib. Mercado q. Vnica in c. 6 huius lib. & alii. Cuius ratio est aperta, quia dantur in aliis scientiis principia ita per se nota, vt nulla egeant ratiocinatione, aut demonstratione confirmãte, quod enim ex se suapteque natura est satis notum, vt notum fiat, nulla eget demonstratione. Huius generis sunt in Geometria, si ab æqualibus æqualia demas, quæ supersunt sunt æqualia, & omne totum est maius sua parte: in philosophia, omnem motum fieri inter duos terminos, à quo, & ad quem: & in dialectica, rem diuisam maiorem esse membro diuidente. Ceterum poterit eadem metaphysica, aliarum principia magis, explicare eaque ab inuitis aduersariorum tueri, vel ad incommodum ea vera esse demonstrare: constant enim ex terminis communibus, vt ex esse non esse toto, partibus, æquali, in æqual perfecto, imperfecto, & sic de aliis quorum omnium vim, & naturam declarare munus est philosophi primi: atque ita si quis neget hoc principium, omne totum est maius sua parte, confirmabit illud Metaphysicus ad hunc modum. Omne continens est maius contento: sed totum continet, pars vero continetur, ergo omne totum erit maius sua parte. Præterea ita argumentabitur ex illo generali simo principio impossibile est idem simul esse, & non esse. Si totum non esset maius, sed minus sua parte, ergo idem contineretur, & non contineretur a toto; at hoc est impossibile, nam contineri est esse in toto, non contineri est non esse in illo, impossibile est autem idem simul esse, & non esse; ergo omne totum erit maius sua parte. Confirmatur propositio. Partem contineri in toto certum debet esse, cum illud componat: deinde non contineri si totum esset minus confirm. Quia maius non potest in minori contineri; ergo si pars esset maior, & totum minus, idem contineretur, & non contineretur in toto. Hac ratione ducente ad commodum, hoc & alia scientiarum principia poterit metaphysica confirmare, non tamẽ à priori, & per causam.

Multi in hoc loco de veritate propositionum, quæ æternæ veritatis nuncupantur disputant: de qua re abunde satis sectionos secun. de rebus vniuersis in vltimis quæstionibus disseruimus.

CAPVT VIII.

Demonstrationem constare ex propriis principiis.

ARGVMENTVM CAPITIS.

IN prima parte docet sola propria ingredi demonstratio. In secunda tradit discrimina quæ inter dignitates, suppositiones, postulata, & definitiones interueniunt, in tertia qua ratione vti possimus in demonstrando principio contradictionis, & in vltima Metaphysicam, & Dialecticam, esse scientias generales demonstrat.

AD difficile autem est intueri quando rei simultam assecuti sumus, & quãdo minime: eo quod non est facile intelligere an cognoscamus per propria cuiusque rei principia, an secus: cum tamen illud demum sit rem scire. Sed nos id sæpe adrem scientiam satis esse existimamus, si modo ex veris ac primis quibusdam sumptionibus constet ratiocinatio, cum tamen multo secures habeat. Necesse enim est vt illa præterea, cum iis quæ in eo genere prima sunt, naturæ quadam cõiunctione sint consociata. Ego vero propria cuiusque generis principia appello, quæ quod sint demonstratione probari non possunt. Nam quæ sit verborum vis, ac significatio, tum principiorum, tum eorum quæ ex principiis efficiuntur, intelligendum est. Quod vero

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsa sint principia, citra demonstrationem ponitur: reliqua autem, demonstratione concluduntur. Veluti quid Vnitas, item quid rectum & triangulum significent, statim initio accipiendum est. Sed & vnitatem & magnitudinem esse, initio ponendum est: reliqua autem, esse demonstrantur. C Sunt porro ex iis quæ in demõstrationum scientiis vsui esse possunt, alia singularum scientiarum propria, alia communia: appello autem hoc loco communia propter similitudinẽ, per quam paritatione multis conuenire posse cernũtur: nam illa cum ad demonstrandum adhibentur, tum tam ad naturam subiectam traducta sunt. Ac propria quidẽ sunt, veluti linea, aut recti definitio. Communia autem sunt, vt illud v. g. Si ab æqualib. æqualia auferas, quæ relinquentur erunt æqualia: quorum vnumquodq; tum est ad demonstrãdum accommodatum, cum ad certum quoddam genus traducitur. Eandem enim vim ad concludendũ aliquid habebunt, licet non generaliter, sed in magnitudinibus tantum accipiantur: ut vero & Arithmetica conueniant, in numeris. D Ex iis vero quæ sunt propria cuiusq; scientia, ea sunt quæ statim initio esse ponuntur, quorum in explicandis proprietatibus, ipsa tota scientia cernitur. Vt vnitates esse Arithmetici, lineas & puncta Geometræ, statim initio constituunt. Nam hæc non modo quam vim habeant multo ante statuendum est, sed etiam in rerum esse natura pro certo accipiendum. Horum autem propriæ affectiones ipsa quidem quid significant, statim initio explicatur veluti in Arithmetica, quid par appelletur aut impar, aut quadratum, aut cubus, in Geometria quid hæc verba significent, ratione carens, confractum esse, conturbare. At quod sint, subiectique rebus conueniant, demonstratione ostenditur, adhibitis tum communibus pronuntiatis, tum demonstratis iam ante conclusionibus. Nec minus in astrologia idẽ illud sit, quam in geometria aut arithmetica. Omnis enim scientia demonstrativa, tribus quasi momentis continetur: Horum duo sunt: quæ iam inde ab initio esse accipiuntur: Genus scilicet subiectum, cuius proprietates ipsa scientia exquirit, & contemplatur: & communia, vt appellantur, pronuntiata, ex quibus primus demonstrationes conficiuntur. Tertium autem est, quo ipsa proprietates continentur: quorum vis & significatio à principio proponitur. Ac in quibusdam quidem scientiis non est vitiosum horum aliquid prætermittere: Veluti si apertum ac manifestum est genus ipsum subiectum esse, non erit opus ab initio eius facere mentionem, vt quod ipsum in rerum natura sit, subiiciamus.

Neque enim sunt omnia, ex æquo manifesta: vt quod numerus sit, non tam clarum est, quam quod calidum & frigidum. Item si significatio proprietatum ipsa per se intelligatur, illa à principio sine vitio prætermittetur. Nam ne communium quidem pronuntiatorum significatio explicatur, quando satis est per se manifesta: vt illud, verbi gratia, quid significet æqualia ex æqualibus detrahere. Sunt tamen tria illa natura in omni scientia necessaria: res de qua aliquid concluditur, illud ipsum quod inesse alteri ostenditur, & ipsa principia ex quibus elicitur conclusio. E Differunt autem plurimum suppositio, & postulatum; ab iis principiis quæ ipsa per se tantam habent fidem, vt sit necesse omnes iis assentire. Neque enim demonstratio, vt nec ipsa ratiocinatio, ad id pertinet quod verbo aut affirmatur aut negatur, sed ab interiore sensu vim habet, eumque semper respicit. Nam quid est quod verbo labefactari refelliue non queat? At si iuam quisque mentem consulat, multa sunt quib. obsistere non possit. Est igitur eorũ quæ demonstratione quidem concludi possunt, attamen citra demonstrationem quasi certa accipiuntur, duplex caussa. Nam aut sumuntur quæ à discipulo approbantur, quod illa vera existimet: tumque suppositio est: non ea quidem quæ simplici nomine suppositio appellari possit, sed quæ ex adiunctione ad docendum illum suppositio dicitur. Aut vero ea accipiuntur, de quibus nihil certum habet quod sentiat discipulus, vel etiam contra putat quam accipitur: tumque fit postulatum. Nam hoc inter postulatum & suppositionem interest. Nihil enim aliud est postulatum quam quod aut repugnat sententiæ eius qui docetur, aut, cum demonstratione confirmari possit, citra illam probationem accipitur. F Definitiones igitur non sunt suppositiones: esse enim aut non esse quippiam non significant, omnes autem suppositiones sunt. G Deinde definitiones tantũ vt simplices quædã notionis animi, concipiuntur: illud vero nemo appellauerit suppositionẽ: nisi idẽ velit ei singulas res singulo verbo auditu percipimus, tum semper esse suppositionem. Sed illæ sunt suppositiones, quibus positis elicitur conclusio, quia illæ sunt antepositæ. Neque vero credendum est, falsas esse geometrarum suppositiones, quemadmodum quibusdam videtur: dicunt enim vitiosum esse, in probando falsis vti: geometram autem falsum accipere, cum pedalẽ lineam ponit, quæ minime pedalis est, aut rectam quæ non est recta. At vero Geometra conclusio non ex eo vim habet, quod talis sit, aut secus, quam profert linea,

linea, sed vt tota ostenditur esse in iis posita, quæ in quasi signis, nobis intelligenda relinquantur. Iam vero omnis suppositio aut de toto genere, aut in parte enuntiat, neutrum autem in definitione cernitur. H Atque videat quidem esse, aut communem aliquem naturam à rebus singulis separatam, vt demonstratio sit, non est necesse: sed illud tantum verum est, necessitatem esse, vt communis aliqua ratio sit, quæ in rebus singulis cohæreat. Nam si id non sit, ne illum quidem genus vniuersum esse potest: quo sublato, nullum medium ad sciendum accommodatum constare poterit. Quare nec demonstratio vlla reperiri potest. Ex quo efficitur, vt sit necesse communem quandam, ac minime ambiguam esse naturam, quæ ita in multis cernatur, vt ab iis seiungi esse non possit. I Hoc vero pronuntiatum, Affirmatio & negatio non possunt in eadem re simul esse vera: in nulla vnquam adhibetur demonstratione, nisi talis sit conclusio, in qua illud ipsum nominatim ostendendum sit. Atque in hunc modum erit illa demonstratio considenda, vt de medio dici affirmationem maiori extremi, non etiam negationem, in propositione accipiatur. Nec multum interest, an medij affirmatio & negatio accipiatur, an non: quemadmodum nec minoris extremi. Nam si illa posita sit propositio, Omnem hominem esse animal, non autem non animal, etiamsi illud fortasse in non homine verum esse possit, atque adeo manens vera propositio accepta simul affirmatione & negatione hominis: semper tamen ex illa propositione illud, quod est concludendum, efficietur, Callian esse animal, non autem non animal: licet possit non minus fortasse vera esse conclusio, si negatio Callia simul cum affirmatione accesseretur. Huius autem rei hæc est caussa, quia minus extremum est illud solum, quod ita attribuitur: semel medio, iterum minori extremo: quoniam omnium patet latissime. Quocirca quod attinet ad conclusionem, nil refert, sumaturne medium affirmatum tantum, an vero simul affirmatum & negatum. K Est & aliud pronuntiatum: In quacunq; re vera est affirmatio aut negatio: quo nulla vtitur demonstratio, nisi qua aduersarium vrget incommodo. Neque vero illud semper sicut generale est, ita vniuerse accipiendum est: sed qua ratione aptum est ad aliquid demonstrandum: eptum autem est, cum ad certum quoddam genus id, inquam, in quo singula versantur demonstrationes (quod etiam paulo ante dictũ est) traducitur. L Habent autem omnes scientiæ communia quædam, quibus ipsæ inter se communicant: non quod aut subiectum, in quo versantur, aut proprietates quas demonstrant, nõ semper sint singularum propriæ: sed pronuntiata ipsa, quibus ad aliquid concludendum vtuntur, ea sunt, quæ cõmunia esse possunt. Dialectica etiam cum omnib. scientiis communicat, & si qua est alia scientia generalis, quæ cõmunia proloquia demonstrare contendat, quæ sunt hæc: De quacunque re vera est aut affirmatio aut negatio: si paria ex paribus auferas, quæ restabunt, paria erunt, & huius generis alia. M Dialectica porro non habet certas quasdam res, quas probet, nec in vno quodam genere subiecto versatur, alioqui non interrogaret. Nam qui demonstrare volunt, iis non est pendendum ab interrogatione, quandoquidem ex rebus contrariis nunquam potest vna eadem q; res demonstrari: quemadmodum in libris de ratiocinatione ostendimus.

Commentaria.

ANtequam Aristot. præclare incipiat, quod instituit, demonstrationes ex propriis principiis, hæc duo prius statuit. Primum:

A. *Difficile autem est, &c.* Nimium difficile esse rem aliquam perfecte ac per demonstrationes scire, cum enim scire sit rem per caussam intelligere, rerumq; caussæ ac principia non sine maxima difficultate cognoscantur, haud dubie rem aliquam perfecte scire erit difficillimum.

B. *Ego vero propria, &c.* Secundum: Propria principia alicuius artis nequaquam sunt per demonstrationes confirmanda, sed statui debet tanquam certum, illa esse in re rum natura, erit nihilominus vis, & significatio nominum ac vocum, quibus illamet explicantur, aperienda. Perspicuum est in Geometra, & Arithmetico, ex quibus hic numerum, ille vero punctum & lineam minime confirmat, sed tanquam certum illa esse supponit. Geometra tamen, quid sibi velit hoc nomen, vnitas, sicut & Arithmeticus, quid hoc nomen, punctus, vel linea, significent aperit ac declarat.

1. pars cap. Diuis. princi.

C. *Sunt porro, &c.* His iam constitutis, in prima parte diuidit Arist. principia in propria, & communia. Propria dicuntur illa, quæ vni tantum, vel alteri scientiæ deseruiunt, velut hoc est proprium Geometriæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

principium, dato quolibet puncto & interuallo circulum describere, quia hoc illi soli est vsui. Communia vero principia ea dicuntur, quæ per varias scientias sese diffundunt, id genus extat hoc principium, si ab æqualibus æqualia demas, quæ supersunt, sunt æqualia. Adnotat tamen Aristot hæc postrema principia posse sumi dupliciter, primo, vt aulla ab omni materia, secundo vero modo, vt alicui materiæ, magnitudini vtpote, vel numero applicata, vt si ita dicamus; Si ab æqualibus magnitudinibus auferas æquales magnitudines, quæ supererunt, æquales erunt. Ex iis igitur principiis certum est, ea, quæ propria sunt, ingredi demonstrationem, communia vero, si, vt communia & aulla sunt, accipiantur, nullam certe demonstrationem ingrediuntur. Demonstrationem enim ex communibus principiis, vt communia sunt, minime posse componi iam fuit a nobis capite superiori confirmatum ex iisdem tamen, quatenus alicui generi subiecto applicantur, dubium non est, quin aliquæ demonstrationes effici queant. Ex principio namque nunc a nobis assignato, vt magnitudini applicatur, geometricæ demonstrationes fiunt, ex eodemque numero adiuncto arithmeticæ demonstrationes constituuntur. At principium commune hoc modo acceptum proprium potius est, quam commune, cum id omne, quod alicui applicatur, proprium ei reddatur.

Obser.

Consectar.

Repetit nonnulla supra dicta.

D. *Ex his vero, quæ sunt propria, &c.* Diffuso sermone, quæ fuerunt supra cap. 1. enarrata, in hoc loco repetit, tria nimirum esse ante demonstrat. prænoscenda, subiectum, proprietates, ac principia: prænoscendumque esse de subiecto, an sit, & quid illud sit, de proprietate quid tantum illa sit, ac de principiis an sint, id est illa esse vera. Obseruat vero hic, quod loco superiori prætermiserat, has nimirum prænotiones non esse ante omnem demonstrationem necessarias, si enim nouum fuerit subiectum esse, & quid sit non est, cur in eo prænoscendo ne vel minimum temporis momentum immoremur. Idemq; est de principiis ac proprietatibus ferendum iudicium.

Obser.

2. pars cap. Quid interfit inter dignit. suppos. & postulat.

E. *Differunt autem plurimum, &c.* Assignat Aristot. in secunda parte discrimen inter dignitates, suppositiones & postulata. Dignitates (ait) sunt propositiones adeo per se notæ, vt nulla ratione negari possint, huiusmodi est hoc principium, omne totum est maius sua parte, nam si hoc quispiam ore diffiteatur, is idipsum affirmet oportet, cum primum mentem suam circa illud consuluerit. Suppositiones, sunt quædam propositiones, quæ a magistro discipulo, vel ab interrogante respondenti, tanquam ab eis veneræ admittendæ proponuntur, vt propositio hæc, est in Geometria suppositio: à quolibet puncto ad quodlibet punctum recta linea ducitur. Postulata itidem sunt propositiones, a magistro, vel interrogante, discipulo, vel respondenti assignatæ, de quibus, quid ipsi sentiant, nihil certum habent, num enim veræ, an falsæ sint, discernere nequeunt: vt si de colorum ac terræ magnitudine agens magister discipulum sciscitetur, estne sol terra maior? propositio hæc postulatum dicitur, rem enim a discipulo sub dubitatione interrogat, de qua forte nihil ei certum est ac exploratum.

Diffi. itidem ac suppo. differe con. primo.

F. *Diffinitiones igitur, &c.* Latum etiam discrimen inter diffinitiones ac suppositiones intercedere, tribus argumentis demonstrat. Inprimis diffinitio non ostendit rem esse vel non esse, nec veritatem vel falsitatem manifestat: atqui suppositio hæc eadem vtraque præstat, cum sit propositio rei esse, vel non esse, veritatem vel falsitatem declarans: diffinitio ergo non erit suppositio.

Secund.

G. *Deinde diffinitiones, &c.* Iterum: Diffinitio est simplex quidam mentis conceptus, dirigit enim illa primam intellectus functionem, quæ est simplicium apprehensio: at suppositio est actio quædam intellectus composita, nam cum sit illa enuntiatio, secundæ intellectus functioni dirigendæ deseruiet, quæ est compositio, vel diuisio: diffinitio ergo non erit suppositio. Interponit hic Aristoteles quandam obiectionem, eiusque solutionem. Obiectio huiusmodi est; Geometræ sumunt, vt ge ac supponunt magnitudinem quatuor pedum esse vnius pedis, ex qua postmodū suam conclusionem inferūt: potest igitur in demonstratione verum ex falso sequi. Respond. Arist. Geometras non statuere, hanc aliasque eiusmodi suppositiones, tanquam veras, neque in earum virtute conclusiones inferre; sed quia ad suum institutum parum aut nihil interest, magnitudinem esse quatuor vel plurium cubitorum, ideo illam vnius

Obiect.

Solut.

vel

Tertio.

vel plurium pedum esse constituunt. Iam vero omnis, &c. Ad institutum regrediens sic demum idem quod prius cõfirmat. Omnis suppositio vel est propositio vniuersa, vel particularis: at diffinitio nec vniuersa est, nec particularis, cum non constet subiecto, & attributo, a quibus huiusmodi denominationes sumuntur: diffinitio igitur non erit suppositio.

Ob quæ causs sint vel non sint ideæ constituendæ.

H. *Atqui ideas quidem esse, &c.* Cum dictum sit in superioribus, scientiam esse rerum sempiternarum, & omnia quæque sensibus obiiciuntur, oriantur ac intereant, nihilque in singularibus inueniatur, quod sit ortus ac interitus expers, videntur esse quædam ideæ a singularibus separatæ, ac sempiternæ præter vniuersa præfata constituendæ, circa quas scientia versetur. Ob hanc tamen causam (inquit Aristoteles) huiusmodi ideæ vllo modo constitui debent, naturæ enim vniuersæ, quæ habent in singularibus esse, de quibus scientiam habemus docuimus, quamuis per accidens ad ortum scilicet, & interitum indiuiduorum, oriantur, & intereant, ex se tamen suapteque natura perpetuæ sunt, nullique ortui ac interitui subiiciuntur, vt in superiori capite exposuimus.

3. pars cap. Quom princ. contradict. vsui sit, primumque negatio.

I. *Hoc vero, &c.* Quomodo principium contradictionis in disputationibus vsui esse possit in hac tertia parte declarat. Sed cum illud sit duplex, vnum negatiuum, vt hoc, de nulla re potest esse simul vera affirmatio & negatio, & alterum affirmatiuum, vt hoc, aliud de omni re est affirmatio, vel negatio, ostendit primum, qua ratione principium contradictionis negatiuum deseruire potest. Inquit ergo, esse illud hoc pacto in vsum reuocandum, quod in propositione sic affirmatio & negatio maioris extremi accipiantur, vt vna de eo affirmetur, & altera negetur, vel è conuerso: in conclusione autem maneat extremum de minori itidem extremo eo modo, quo in propositione affirmetur, vel negetur, vt est in hac argumentatione perspicuum; omnis homo est animal, & non est non animal. at Callias est homo: ergo Callias est animal, & non est non animal. Quod autem affirmatio & negatio minoris extremi, vel medii verbi accipiantur, parum refert ad huiusce modi conclusiõnes colligendas, dummodo affirmatio & negatio maioris extremi præfato modo vsurpentur.

K. *Est & aliud pronuntiatum, &c.* Idem præterea affirmatiuum contradictionis principium solum est vsui in demonstratione, quæ vrget aduersarium ad incommodum, & ea ratione, quæ alicui particulari materiæ applicatur, nequit tamen illud omnibus demonstrationibus absolute deseruire, vt 4. lib. Metaphys. cap. 3. & 4. apertius multo explicatur.

L. *Habent autem omnes, &c.* Repetit quod in superiori capite docuerat, ex tribus scilicet, quæ in qualibet scientia reperiuntur, quæ sunt principia, proprietates, ac subiectum, principia posse interdum multis scientiis esse communia, reliqua tamen duo ita cuilibet scientiæ propria esse, vt alteri scientiæ nullo modo possint conuenire, dum tamen huiusmodi scientiæ sic sese habeant inter se, vt altera sit subalternans, & altera subalterna, vt & in superiori capite obseruauimus, & vberius cap. 10. ostendemus.

4. pars cap.

M. *Dialectica etiam cum omnibus, &c.* Absoluit denique Aristoteles præsens caput, constituens duas esse scientias generales ac vniuersas, Dialecticam scilicet, ac primam philosophiam, quæ per omnes alias priuatas artes sese diffundunt, ac diuagantur, ita vt illarum omnium principia confirment, Metaphysic. argumentando ducente ad incommodum, per principium contradictionis. Dialectica vero probabilibus argumentis a communibus locis petitis. Colligit autem hinc Arist. Dialecticam non habere certam aliquam ac determinatam materiam, circa quam versetur. In qua re maxime (inquit) a parte analytica differt, quæ in sola materia necessaria versatur. Hoc vero ita esse, in hunc modum confirmat: Qui in terrogationibus inter disputandum vtitur, nõ versatur in certa aliqua ac determinata materia, possunt namque interrogationes quibuscunque rebus accommodari: at Dialecticus vtitur interrogationibus analyticus vero easdem nulli vsui habet: Dialecticus ergo destitutus erit certa aliqua materia, de qua disputet. Est autem hoc de Dialectico vtente, non de docente vllo modo intelligendum, vt in quæst. procœmial. sect. 1. q. 5. & 6. longa oratione disseruimus. Cõsulendus est Ferrar. in annotation. huius cap. qui nonnullas alias interpretationes proponit, nos enim solam eius explicationem in hac re sumus contenti.

Consect.

QVÆSTIO

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVÆSTIO VNICA.

An communia principia ingrediantur demonstrationem.

QVædam sunt principia cõmunia conflata ex vocibus contentis in aliqua categoria, cuiusmodi est hoc principium, si ab æqualibus æqualia demas, quæ supererunt, erunt æqualia, æquale enim, ac inæquale in eadem categoria quantitatis continentur. Alia vero principia ex communissimis vocibus constituuntur, quæ sese per omnes categorias diffundunt, quale est hoc principium, impossibile est idem simul esse ac non esse, quod conflatur ex, esse, voce communissima, & ex negatione ipsius. Si loquamur de primis principiis, in quantum sunt aulsa ab omni materia, non ingrediuntur demonstrationem: hoc enim pacto sunt communia: at si agamus de eisdem, vt sunt applicata alicui materiæ, magnitudini nempe, vel numero, demonstrat. i. ia ingrediuntur, cum iam sint effecta propria, vel Geometriæ, vel Arithmeticæ. Rem hanc abunde satis in cap. testatus fuerat Aristot. Si vero loquamur de altero principio omnium generalissimo, distinguendum erit, inprimis sumi posse illud vel actu & formaliter, vel secundum virtutem: iterumque posse illud vsurpari, aut in actu signato, aut in actu exercito. Sumitur in actu signato, quando sumitur sub eisdem vocibus esse & non esse: sumitur vero in actu exercito, quando sub contractioribus vocibus idem tamen significantibus, vt quando dicimus, impossibile est hominem esse animal, & non esse animal.

1. conclus. Sit igitur prima conclusio. Hoc principium communissimum includitur secundum virtutem in omnibus demonstrationibus. Confirmatur. Eodem modo se habet hoc principium ad conclusionis demonstr. quo se habẽt causæ generales ad producendos effectus particulares: atqui virtus primarum causarum est in omnibus particularibus effectibus inclusa: ergo & in omnibus demonstrationibus virtus huius primi principii includetur.

2. conclus. Secunda conclusio. Si loquamur de hoc principio formaliter, & in actu signato, interdum ingreditur illud demonstrationem. Confirmatur exemplo proposito in hac demonstratione: Impossibile est idem simul esse, & non esse: at materiam primam esse absque forma, est simul idem esse, & non esse: ergo materiam primam esse absque forma impossibile erit. In hac enim demonstratione continetur illud principium formaliter, & in actu signato.

3. conclus. Tertia conclusio. In actu exercito non est necesse cõtineri hoc principium in qualibet demonstratione. Confirmatur. Superfluum est contineri hoc principium in actu exercito in demonstratione: atqui ea, quæ superflua sunt, merito reiici debent à demonstratione: non igitur continebitur hoc principium in actu exercito in demonstratione. Confirmatur propositio. Quamuis non contineatur negatio in propositione ad inferendam conclusionem, adhuc potest inferri conclusio, vt ad concludendam hanc propositionem, ergo Petrus est risibilis, quamuis auferamus negationem, scilicet non risibilis, tantumque collocemus affirmationem ad hunc modum, homo est risibilis, & Petrus est homo, illico sequetur conclusio, ergo Petrus est risibilis.

Obiect. Sed dicet forte aliquis ad inferendam hanc conclusionem: Petrus est risibilis, vti debemus hoc principio in actu exercito ad hunc modum, homo est risibilis, & non est non risibilis, sed Petrus est homo, ergo Petrus erit risibilis, & non erit non risibilis: iam ergo hoc principium in actu exercito ingreditur demonstrationem. *Solut.* Respond. cum Caietan. hanc conclusionem posse sumi vel ratione illationis, vel ratione demonstrationis. Primo modo necesse est sumere hoc principium in actu exercito, nam lex est optimæ argumentationis, vt eo modo sumatur maius extremum in conclusione, quo in propositione vsurpatur, & quia sumitur hoc principium in cõclusione tanquam maius extremum in actu exercito, debet etiam assumi in propositione. Si autem altero modo accipiatur, non est illud assumendum: nam cum in demonstratione haberi debeat ratio veritatis consequentis, quod potest inferri, etiamsi tale principium non adhibeatur, dummodo collocetur sola propositio affirmans, quia si affirmatio competit subiecto, explerarum est, negationem eiusdem attributi debere ab eo removeri, & ita non continebitur hoc principium in actu exercito in demonstratione. Legendi sunt Caietan. Flandrens. q. 25. art. 1. Ægidius & Venetus.

Non-

Nonnulla alia in hoc loco proponere poteramus, quæ quia facilima sunt, & parui ponderis, in hoc loco prætermittimus, ne in aliis grauioribus breui & succincta oratione vti cogamur. Legendus est de illis acutissimus Caietan.

CAP. IX.

In qualibet scientia dari proprias interrogationes.

ARGVMENTVM CAP.

IN tres partes est totum caput distributum, in quarum prima in omnibus scientiis esse proprias interrogationes declarat, in secunda quasdam dubitationes dissoluit, & tandem in tertia discrimina inter demonstratorem & dialecticum interuenientia proponit.

A. *ATqui si interrogatio, apta ad ratiocinationem conficiendam, idem est cum propositione, quæ est pars altera contradictionis: propositiones autem in singulis scientiis appellentur, ex quibus constat vnicuique scientia accommodata ratiocinatio: erunt profecto suæ cuique scientiæ interrogationes, ad res, in quibus versantur, cõcludendas idoneæ. Vnde etiam perspicuum est, non temere omnem interrogationem geometra, aut medico, aut alteri cuiuis conuenire. Sed sunt illæ demum geometricæ interrogationes, ex quibus demonstrantur ea, quæ aut propriè ad Geometriam pertinent, aut vero à rebus geometricis fidem accipere possunt: cuiusmodi sunt ea, in quibus versatur optice: quod idem in aliis scientiis intelligendum.* B. *Ac de iis quidem rebus, in quibus ipsa versatur, ratio reddenda est ex geometricis principiis, & conclusionibus: de ipsis vero principiis nullam potest Geometra, hoc ipso quod Geometra est, rationem reddere. Atque in aliis scientiis eadem est ratio. Neque igitur petenda est cuiuslibet rei ratio, à quouis scientе, neque par est, vt adæquatæ interrogationes vnusquisque, qui aliquam artem profitetur, respondeat: sed de iis tantum ratio reddenda est, quæ propria ad eam, quam quisque tenet scientiam, pertinet. Atque si ad hunc modum, cum Geometra, qua Geometra est, quisquam differat, & ex huiusmodi interrogationibus aliquid concludat, recte concludere videbitur: sin minus, non recte. Quin neque alia ratione redargui neque conuinci potest Geometra, nisi forte per accidens. Itaque apud Geometricæ imperitos de Geometria non est disserendum, eo quod, rectene an perperam disputetur, intelligi non possit: quod idem in aliis scientiis obseruandum.* C. *Existit autem hoc loco quæstio, an non, sicuti sunt aliquæ geometricæ interrogationes, ita sint aliquæ non geometricæ, ita vt illæ potius geometricæ sint, quæ à certa quadam ignoratione nascuntur, ea, inquam, ignoratione, quæ oritur ex deprauata intelligentia eorum, quæ propriè ad aliquam scientiam pertinent? Alia etiam quæstio est, vtra ratiocinatio in scientiam potissimum efficiat, eane, cuius sumptiones contrariæ sunt iis, ex quibus rei comparatur scientia: an qua vitiosa est & fallax ratiocinatio, de re tamen geometrica? Est igitur ea interrogatio non geometrica, quæ ad aliam pertinet scientiam (cuius generis est Musica, verbi gratia, interrogatio) atque adeo omni ex parte est à Geometria aliena: illa autem, parallelas posse concurrere, est ex parte aliqua geometrica, ex altera autem parte non geometrica. Hoc enim verbum, non geometricum, dupliciter accipitur, sicuti & illud, non numerosum. Vna quidem significatione, non geometricum, quod nil plane à Geometria habet: vt non numerosum, quod omnino aliud est à numero. Altera autem significatione dicitur vtrumque, quod habet quidem à suo genere aliquid, sed vitiosum ac corruptum. Atque etiam illa vere inscientia existimanda est, quæ orta ex contrariis principiis, scientiæ aduersatur.* D. *Nam in doctrinis ac disciplinis non perinde atque in disputationibus locum habere solent vitiosæ illæ & fallaces ratiocinationes: causa autem est, quod verbum medium ita fere his accipi solet, vt de illo maius extremum vniuerse enuntietur, ipsum autem de minori, etiam vniuerse, nec vnquam attributo vniuersi generis nota præponitur. Hac autem verba, præter id, quod sic disponuntur, etiam minimo negotio quasi oculis mentis perspiciũtur, quemodo accipiantur: quod fere inter disputandũ inter-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum obscurumque esse solet. Veluti si quis roget, sitne omnis circulus forma quadam? id nullam ambiguitatem habebit, si iam ante depicto aliquo circulo id quaratur. Tum vero si illud subijciatur, an non versus sunt, qui circuli nomine appellantur? id iam apertissimum erit, omnino falsum esse. E. *Nam sic est huic assumptioni, aliisque huius generis mathematicis propositionibus occurrendum, vt vniuersa sit propositio quam pro exceptione opponimus, non autem singularis, & ad inductionem faciendam apta. Vt enim propositio non est habenda, qua non in multis dicitur, imo vero in toto genere (nam ex vniuersis propositionibus constat ratiocinatio) ita nec exceptio. Eadem enim sunt propositiones, & exceptiones, quandoquidem nihil pro exceptione opponi possit, quod propositio aut dialectica, aut demonstratiua statim non fiat.* F. *Accidit autem interdum vitiosa & fallaci ratiocinatione aliquid concludi, quando medium accipitur, quod est consequens vtriusque extremi: qualis est illa Canei captio, qua ostendebat, ignem gigni per proportionem multiplicatam: ignis enim (inquit) subito gignitur: quod autem per multiplicatam proportionem fit, subito gignitur. Atqui hoc modo nihil necessario efficitur: sed sunt ita accipienda sumptiones: vt omne id, quod citissima quadam ratione oritur, in multiplicata proportione gigni proponatur, tum deinde assumatur, ignem citissima quadam ratione nasci. Interdum enim nihil ex iis, quæ illo modo sumpta sunt, concludi potest: interdum vero potest, sed id non apparet.* G. *Quod si non posset ex falsis & rum concludi, facile esset, in suas causas conclusionem quamque dissoluere: quandoquidem retrocommeare, ac reciprocari illa inter se necesse esset. Esto enim a verum: & hoc vero posito, sint vera ea, qua ego certo scio esse vera, quæ sint b, cui quæso tum dubium erit, quin hæc talia sint, ex quibus illud a demonstrandum sit? Atque in disciplinis quidem vix ac ne vix quidem euenire potest, vt non ea reciprocentur, quæ assumuntur, propterea quod non accidentia (quæ etiam in re ab iis sermonibus, qui in disputatione ac dialogo continentur, ipsa disciplinæ differunt) sed definitiones ad docendum quicquid adhibentur.* H. *Solent autem disciplinæ singulæ progredientes incrementum hoc modo capere, & quasi in longius produci, vt non multa congerant ad vnam rem demonstrandam argumenta, sed aut indirectum excurrentes, alia ex aliis docent, veluti ex a ipsum b, tum ex b ipsum c, deinde ex c ipsum d, eodemque modo ex superioribus inferiora, vel in infinitum vsque demonstrando. Aut in obliquum procedentes, quæ ex eodem sunt ordine, demonstrant: veluti a de c, & de e. Ac si quidem a numerus tantus, aut infinitus, b autem numerus impar tantus, c vero numerus ipse impar: ex iis igitur constat a de c demonstrari. Item sit numerus par tantus, d par ipse numerus e: concludi igitur etiam a de c manifestum est.*

Commentaria.

Fverat in calce cap. superioris de interrogationibus effecta ab Arist. mentio. Inde igitur orta occasione, instituit ipse in hoc cap. in qualibet scientia suas proprias, ac peculiares interrogationes inuenire, accurate confirmare. Ad id autem præstandum hoc in primis vtitur argumento.

A. *A quisi interrogatio, &c.* Interrogatio non differt à propositione, nisi iuxta modum proferendi: at in omnibus scientiis dantur propriæ propositiones, ac principia: ergo etiam dabuntur in qualibet scientia propriæ interrogationes: non igitur ea ad Geometriam (v. g.) aut Medicinam, vel aliam priuatam scientiam spectabunt, ita vt aliis scientiis illæ denegentur, sed diuisæ potius erunt, ita vt quædam soli Geometriæ sint propriæ, alteri Medicinæ tantum sint vsui, ac denique aliæ priuatis artibus peculiariter deseruiant. Vnde quælibet scientia priuata peculiares interrogationes sibi vendicabit, quibus mediis ea omnia demonstret, quæ in ipsa concludenda occurrerint, vel quæ ab eis fidem sint acceptura. Etenim quamuis in scientiis subalternatis ex scientiæ subalternantis interrogationibus conclusiones non inferantur, ex vi tamen earundem fidem illæ assequuntur, vt videre est de conclusionibus in optica illatis, quæ licet ex geometricis interrogationibus, ac principiis non eliciantur, ab eisdem tamen fidem accipiunt.

B. *Ac de iis quidem, &c.* Colligit Aristoteles, earum tantum interrogationum esse in qualibet scientia reddendam rationem, quæ in tali scientia efficiuntur, & non quatumcunque aliarum, vt in Geometria de his solum interrogationibus debet ratio reddi, quæ circa magnitudinem fiunt, ac non de his, quæ circa numerum postulantur. Si quis igitur in aliqua scientia priuata ea, quæ alterius sunt scientiæ, percontetur, minime debebit ei à viro talis scientiæ perito satisfieri, quia ea tantum debet vnusquisque artifex probe nouisse, ac de iis rationem reddere, quæ sunt artis ac scientiæ suæ propria, de quibus merito conuinci ac redargui potest, si minus recte & accommodate respondeat. Vbi obiter obseruatione dignum est, nequaquam debere alicuius artis vt Geometriæ interrogationes, coram eius ignaris, ac imperitis proponi, neque enim eas illi intelligent, nec quid eis accommodate possint respondere, in promptu poterunt habere.

Consect.

Notanda.

2. pars cap.

C. *Exist it autem hoc loco, &c.* Tres in hac secunda parte miscet Arist. quæstiones ad interrogationes spectantes, prima est, denturne aliquæ interrogationes non propriæ seu potius impropriæ? Huic respondet Aristoteles, dari quidem illas esseque in duplici differentia, vel enim dicuntur impropriæ quia nullo modo spectent ad illam artem, vt interrogationes Geometriæ, num in dato circulo quadratum possimus describere, vel econtra num in dato quadrato circulum intra latera depingere valeamus, vocatur improprie respectu Arithmeticæ, nuncupanturque simplicis negationis. Vel appellantur impropriæ, eo quod progrediantur ex praua aliqua dispositione, vel ignorantia, quamuis sint de rebus ad illam scientiam spectantibus, vt si quis existimaret, lineas paralellas posse concurrere, & interrogaret in Geometria an concurrerent, esset huiusmodi interrogatio pravæ affectionis (vt dicunt.) Vnde quemadmodum dicitur aliquid informe, vel quia nullam habet formam: vel quia habet turpem formam, eodem modo dicitur aliquid interrogatio impropria, vel quia nullo modo spectet ad artem, vel quia ex praua affectione, ac errore circa illam progreditur. Secunda q. est quænam ex his duabus impropriis interrogationibus magis impropria censeri debeat. Respon. Arist. interrogationem simplicis negationis vocandam esse magis impropriam, eo quod illa nullo modo ad artem pertinet, cum tamen altera quomodocunque ad eandem spectet. Tertia quæst. est, an ignorantia pravæ affectionis oriatur ex forma, vel ex materia interrogationis. Respond. Arist. oriri illam ex materia, quia oritur ex principiis artis prave intellectis, at principia materiæ sunt in artibus ac disciplinis.

Prima ex 3. q. circa interrogat.

Secunda.

Tertia.

3. pars cap.

D. *Nam in doctrina & disciplina, &c.* In tertia & postrema huius cap. parte quinque profert discrimina, quæ inter demonstrationem & argum. dialecticam intercedunt. Primum: Dialecticus sæpissime progreditur ex medio aliquo homonymo, cum tamen demonstratoriæ artis peritus nunquam tali medio vtatur. Vnde fit, vt demonstrator nunquam ex nominis homonymia aliquem decipiat, at Dialecticus sæpe huiusmodi laboret vitio. Et ita in hac argumentatione: omnis circulus est figura: at quoddam genus carminis est circulus: ergo quoddam genus carminis est figura: decipitur Dialecticus falsamq; conclusionem infert, vtitur namque hac voce, circulus tanquam medio verbo, cum sit homonyma ad figuram mathematicam, & quandam carminum genus. At demonstrator hoc pacto nequaquam ruet a labetur, neq; enim hoc nomen vt ambiguum vsurpabit, sed vt synonymum, ea nimirum ratione, qua significat quandam figuram planã, vnica linea comprehensam. Negatet itaque ille assumptionem, apud eum enim carmen est circulus.

1. discrimen

E. *Nam si est huius, &c.* Secundum discrimen. Ad euertendam aliquam propositionem in Dialectica, sat est adhibere instantiã alicuius rei particularis, vt si dicat Dialecticus, omne corpus est per se in loco, ad hanc propositionem euertendam, adducemus, vltimam sphæram rem singularem, quę est corpus, ac non est per se in loco. Ad euertendam nihilominus propositionem aliquam in scientiis, proponenda est instantia de toto genere vel vniuerso. Vt si quis dicat, in Mathematicis triangulum non habere tres angulos pares duobus rectis, proponemus instantiam vniuersam, scil. omne triangulum habere tres angulos pares duobus rectis. Huius rei ratio est, quia instantia in scientiis sumitur interdum, vel tanquam principium, vel tanquam conclusio demonstrationis, & ita cum demonstratio constet propositionibus vniuersis, vel de omni, debet & instantia etiam de omni ac vniuersa assignari.

2. discrimen

F. *Accidit autem interdum, &c.* Tertium discrimen, Dialecticus decipitur aliquando falsa ratiocinatione, vt cum medium ad vtrumque extremum consequens assumit. Quomodo Cæneus philosophus hac ratiocina-

3. discrimen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cinatione deceptus est, qua per multiplicatam proportionem ignem generari confirmabat. Vocatur autem proportio multiplicata, quando ex vna particula inferioris elementi (vt aeris) generantur decem ignis. Argumentatio quidē ita se habebat: Quicquid per multiplicatā proportionem producitur, quam celerrime generatur. at ignis celerrime generatur: generabitur ergo ille per multiplicatam proportionem. Hæc inquam, ratio fallax est, nam continetur sub secunda figura, ex duabusque aientibus in terminis imparib. progreditur. At demonstrator non hoc modo hallucinabitur, etenim vel medium, quod vnum extremum antecedat, & alterum cōsequatur, accipiet, vt fit in primo modo primæ figuræ. quo ille maxime vtitur, vel medium, quod sit extremis æquale, proponet, diffinitionem vtpote, quæ est cum re diffinita, ac proprietate æqualis. Quamuis itaque ex duabus aientibus in secunda figura argumentetur, nullum committet vitium, quod tunc tantum committitur, cum medium non se habet reciproce cum extremis.

4. discrimen. G. *Quod si non, &c.* Quartum discrimen. Dialecticus nequit conclusionē in sua principia resoluere: at analyticus id ipsum accurate præstat. Nam cum Dialecticus verum ex falsis colligat, ac verum in falsum nullo pacto resolui queat, conclusiones illatas nunquam ipse in sua prima principia resoluet. At cum analyticus ex veris immediatisque principiis progrediatur, possitq; verum in verum resolui, sicut & effectus in sua principia, & causas, optime poterit ille hoc efficere, conclusioneſque in sua principia reuocare.

5. discrimen. H. *Solent autem disciplinæ, &c.* Quintum discrimen ab Aristotel. assignatum facilius multo intelligemus, si prius obseruauerimus tribus modis posse demonstrationem aliquam augeri. Primum si postquam conclusionē ex suis præmissis intulimus, ipsam deinde cum altera ex præmissis assumentes, alteram præmissam confirmemus, vt in lib. de prior. analyt. late docuimus. Iterum, si proprietatem superioris de eius inferioribus demonstremus, vt si capacitatem disciplinæ de Petro aliisque hominis indiuiduis concludamus, tot quippe modis multiplicari poterunt demonstrationes, quot extiterint inferiora, de quibus eiuscemodi proprietates concludi possint. Augentur demum, si per varia media eandem conclusionem inferamus. Hoc igitur interest (inquit Aristotel.) inter dialecticam ac analyticam conclusionem, quia hæc primo tantum, ac secundo modo augeri potest, non autem tertio, cum enim ea per prima & immediata principia progrediatur, quæ amplius multiplicari nequeunt quam sint, multiplicari illa per varia med a minime poterit: at dialectica argumentatio non primo tantum, ac secundo, sed & tertio etiam modo multiplicabilis est, ex variis namque communibus locis, multa ac diuersa ad eandem conclusionem inferendam erui possunt argumenta.

Scholia in caput nonum.

Difficultas. A Non videntur hæc bene cohærere cum fine capitis superioris, vbi docuerat, proprium esse Dialectici, vti interrogationibus, Scientificum autem, seu Demonstratorē easdem vsui non habere. Quæ si vera sunt, quomodo inquit in quallibet scientia dari propias interrogationes?

1. Solut. D. Thom. & Ægidius inquiunt, vtrumque artificem, & Dialecticum, & Demonstratorem interrogare, diuersa tamen ratione, quia Demonstrator tantum interrogat de conclusione, & non de præmissis: Dialecticus vero de his omnibus potest interrogare. Etenim cum illud, de quo interrogamus, possit ab interrogante confirmari, & in demonstratione sola conclusio possit confirmari à priori (nam præmissæ sunt immediatæ, ac indemonstrabiles) propterea de sola conclusione poterit ille interrogare. Verum quia in argumento dialectico, & probabili, non tantum conclusio, sed & præmissæ etiam per alia communia & probabilia argumenta confirmari queunt, ob hanc rationem ille tam de præmissis, quam de conclusione poterit interrogare. Itaque negans Arist. in cap. superiori demonstratorem interrogare, loquutus est de interrogatione, quæ fieri potest de præmissis: at quando in hoc loco inquit, omnes scientias habere proprias interrogationes, egit de interrogatione, quæ fieri potest de conclusione.

2. Solut. Possumus tamen nos hoc alio modo nodum hunc dissoluere, si dicamus, ex interrogationibus quasdam ferri in vtramque partem quæstionis, & alias in partem tantum determinatam, eam scilicet, quę necessaria

saria est. Cum igitur inquit Arist in cap. superiori, Dialecticum vti interrogationibus, non autem demonstratorem, intelligendus est de interrogatione in vtramque partem, quando autem omnes scientias proprias obtinere interrogationes in hoc cap. profitetur, sermonem facit de interrogationib. in alteram partem, ve am scilicet, ac necessariam.

D 1. Inquit illud interesse inter demonstratorem, & dialecticum, quod Dialecticus, interdum vocibus vtatur homonymis, Demonstrator vero nequaquam: vnde dialecticus alios poterit ex nominis varia significatione decipere, at Demonstrator nō poterit: ac proinde Dialect. eus hoc argumento contendet probare quoddam genus carminis esse figuram, ad hunc modum. Omnis circulus est figura, sed quoddam genus carminis est circulus, ergo quoddam genus carminis est figura, quæ sane argumentatio captiosa est, quia vtitur medio homonymo, nam circulis qui est medium, significat figuram mathematicam: vnica linea comprehensam, in cuius medio punctum est à quo omnes lineæ à centro ad circumferentiam ductæ sunt æquales: & significat genus quoddam carminis, quod duobus modis fieri potest: primo cum eadem vox est initium, & finis eiusdem carminis, vt est illud apud Virgilium quarto Æneidos:

Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.

Secundo, quando initium vnius carminis, est finis alterius, vel è conuerso quando vnius finis, est alterius initium: Quo genere carminum multa de rege Mida Homerus olim cecinerat, vt Herodot. libr. 9. testatur. Eodemque genere vsus fuit Sedulius Vetus. & Christianus Poeta, in elegia in qua nostrę sacrosanctæ religionis mysteria conscripta reliquit. Eiusdem (vt ferunt) leguntur duo carmina de primorum fratrum Caimi & Abelis sacrificio Venetiis, in D. Marci celeberrimo templo, ea sic se habent:

Sacrum pingue dabo, nec macrum sacrificabo.
Sacrificabo macrum, nec dabo pingue sacrum.

Multa alia huius rei exēpla proponere poteramus, quæ quia minime sunt necessaria hoc loco missa facimus, illud autem libuit hoc loco proponere, quo in beatissimæ virginis laudem, quidam in hunc modum eleganter cecinit, & deuote:

Sit benedicta dies, qua te regina Polorum,
Anna parit nobis, sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, qua tu virgunc la Christum
Concipis è cœlo, sit benedicta dies.
Sit benedicta dies veteri, quo numen adorat
Heliabet Vates, sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, hominem, qua virgo, Deumq;
Ad præsepe parit, sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, qua tres duce sydera reges
Dona ferunt domino, sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, stygio qua Christus ab antro
Surrexit victor, sit benedicta dies.
Sit benedicta dies tuus in qua filius arces
Scandit in athereas, sit benedicta dies.
Sit benedicta dies, qua te quoque regia cœli
Accepit, semper sit benedicta dies.

Quibus carminibus à Christianis, & religiosis mentibus, nihil suauius, nihilque iucūdius egi potest, in quibusq; hoc genus carminis cernimus exaratum, atq; ita nullus vt opinor nobis vitio verter, quod illa fuerint à nobis (quamuis Aristot. interpretemur) in hoc loco conscripta. Vt igitur eo vnde fluxerat regrediatur oratio, syllogismus ille propositus fallax est, & captiosus, quia vtitur voce homonyma, & ambigua, nimirū circulo, quæ vox (vt exposuimus) & figuram Mathematicam, & genus quoddam carminis propositi, significat.

2. Obserua. D 2. Vox homonyma aliquando sumitur pro ea, quæ est homonyma à casu, qua ratione hæc vox canis cœlestem, domesticū, & marinum significat: & aliquando pro homonyma à consilio vsurpatur, vt pes de pede montis, & animalis dicitur: & sanitas, de vrina, medicamentis, & animali sano: Quorum omnium naturam in antecatego. ca. de homonymis, late explicatam proposuimus. Non igitur debet putare aliquis, quando inquit Arist. demonstratorem non vti vocibus homonymis, in secunda significatione. sed in altera prima, hanc vocem vsurpasse: nam quæ homonyma secūdo modo dicuntur, sunt vere analoga, in quib. scientias, quæ demonstrationibus vtūtur versari, auctor est Arist. 4. *lib. Metaph. c.* & 11. *cap.* 6. Et certe Metaphysica est vera scientia, accuratisque vtitur demonstrationibus, quæ nomine homonymo vtitur in hac significatione, nimirum ente, cum illud sibi tanquam obiectum contemplandum proponat.

3. Obserua. E Inquit in scientiis & demonst. ad euertendam aliquam propositionem adhibendam esse instantiam de toto genere, vel vniuersam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersam. Quæ verba contraria esse videntur his quæ docuerat cap. 4. vbi inquit ad euertendam propositionem aliquam de omni, sufficere instantiam rei singularis adhibuisse, vt ad euertendam hanc, omnis homo est sapiens, sat esse proponere Socratem insipientem, vt illam funditus, ac omnino euertere possimus.

Dubitatio.

Vt hanc dubitationem explicet Philoponus, in omne se latus vertere videtur; eam tamen nos duobus modis possumus dissoluere.

1. Solutio.

Primo si dicamus cum Magistro Soto, verum esse quod Arist. docuerat ca. 4. ad euertendam aliquam vniuersam, sufficere aliquam instantiam particularem. Verũ, quia in his propositionibus, quæ ab aliqua scientia contemplantur, si vna singularis fuerit falsa, & omnes quoque alię erunt falsæ, propter vnam & eandem rationem omniũ singularium ad attributum vniuersum, eadem siquidem est habitudo omnium hominũ ad hominem, quæ est Socratis ad ipsum, ob hanc causam, si vna singularis fuerit falsa, & omnes etiam aliæ erunt falsæ, vt si hæc est falsa Socrates est capax disciplinæ, hæc etiam alia erit falsa, Iacobus est capax disciplinæ vel Thomas: ac proinde ad euertendam illam propositionem vniuersam, omnis homo est capax disciplinæ, proponẽda erit instantia vniuersa quæ omni ind uidua complecta ur, vt si dicamus nullus homo est capax discip inæ. Et hac ratione intelligi debet, quod in hoc loco docuit Aristoteles.

2. Solutio.

Eandem etiam cum Caiet hoc alio pacto exp licamus. Si dicamus aliud esse loqui de instantia absolute, & aliud de instantia propria analytica, vel demonstratoria: vnde quamuis ad euertendam absolute aliquam propositionem vniuersam, sufficiat aliqua singularis, cæterum ad euertendam aliquam propos vniuersam in demonstratione aut in scientiis, aliqua instantia vniuersa proponi debet, quia demonstratio primo, & per se, non est singularium, sed rerum vniuersarum. Vnde neque demonstrator cognoscit singularia nisi per accidens, quemadmodum neque scientia de eisdem singularibus esse potest. Legendus est Tolerus in comm. huius loci.

CAPVT X.

De vtraque demonstratione quia, & propter quid.

ARGVMENTVM CAPITIS.

EST totum hoc cap. in duas partes distributum, in quarum prima quæ discrimina in vna & eadem scientia, inter demonstrationem quia, & propter quid interueniant explicat: in altera alia discrimina in scientiis subalternantibus, & subalternatis interuenientia tradit.

Differunt multis modis inter se, scire quod res sit, & quamobrem sit. A Ac primum in eadem scientia, idq; bifariam. Vnus modus est, si ad concludendum non adhibeantur immediatæ propositiones: neq; enim tum prima causa accipitur. Scire autem cur res sit, est prima cuiusq; rei causam nosse. Alius modus est, cũ immediatæ quidem sumuntur propositiones, at non ex causa ostenditur effectus, sed contra hic, quia vt inter ea quæ retro conuant est notius, pro medio accipitur. Num inter ea quæ reciprocantur, fieri interdum potest vt id notius sit, quod non est causa, quare & ad demonstrandum non incommode illud assumetur. Vt si probetur, verbi caussa, planetas propius à terra moueri, quia non micant. Itaq; sint errantes stellæ c, nullu micare radiis, b, prope esse a nobis, a. Vera est quidem assumptio, omne c est b. Errantes enim stellæ nullu radiis micant: ed & propositio vera. Omne b est a. Nam quod nullu micat radiis, prope est à nobis; quemadmodum inductione, vel ipso sensu iã potuit esse manifestum. Illud igitur necessario efficietur, Omne c esse a: atq; ita demonstratũ erit propius à terra moueri stellas errantes, quæ demonstratio

non cur ita sit ostendit, sed tantum quod ita sit. Non enim quia non micant, prope sunt, sed contra, quia prope sunt à terra, propter ea non micant. Ob eamq; causam si cõtra ex altero alterum probetur, licet demonstratio cur res sit ostendens, hoc modo: Sint stellæ errantes c, prope esse b, non micare a. Et b igitur ipsi c inest, & a ipsi b, quod est non micare, conuenit, quare & a ipsi c conuenire necesse erit, atq; ita necesse, vt etiam cur ita sit, hac probatione sit ostensum: prima enim huius rei causa accepta est. Simile est huic etiam illa demonstratio, qua rotundam esse lunã ostenditur vel luminu accretionem. Nam quod in rotundam semper formam accrescit, rotundum est: luna autem in hunc semper modũ accrescit, rotunda igitur. Atq; hac quidem ratio inartio, quod sit res ostendit: at si è contrario medium statuatur, tum quamobrem res sit docebitur. Nõ sit enim huiusmodi luminis accretio, causa cur globosa sit luna, sed cõtra quia globosa est, huiusmodi semper lumina accessiones capere conspicitur. sit igitur luna c, rotundum b, luminu accretio a. Quando autem non reciprocantur cum extremis media, atque illud euenit, vt sit manifestior effectus, quam caussa, tum quod res sit demonstrari potest, cur sit non potest. B At ne tum quidẽ potest, quamobrem sit, demonstrari sed tantũ quod sit, cum medium est al quanto longius petitũ, id quod propterea fit, quia tale medium caussa esse non potest. Veluti si parietem non respirare ostendatur, quia non sit animal. Nam si hac sit nõ respirandi caussa, necesse est, vt vicissim animal sit respirationu caussa, nimirum quia necesse est, si est negationis causa negatio, vt etiam affirmationu causa sit affirmatio, exempli causa, si calida cum frigida non apte conuenire, id effi it vt non bene valeamus, illa certe erit vt bene valeamus caussa, calidorum cum frigida conuenientia, sed etiam è cõtrario, si est affirmationu caussa affirmatio, & negationu causa erit negatio. In illis autem verbis quæ accepta sunt, nõ ita res habet, propterea quod non omne animal respirat, consicitur autem illa ratiocinatio, in qua huiusmodi caussa sumitur, in secunda figura hoc modo. Sit a animal, b respirare, c paries: iã omne b est a, hoc est omne quod respirat, est animal: deinde nullũ c est a, nullum igitur c est b, id est, nullum paries respirat. Sunt autem propemodũ similes hæ caussæ iis quæ ita reddi solent, vt in illis quasi hyperbole quædam contineatur: quod quidem tum fit cum longissime remotum à re medium accipitur. Huius generis est illud Anacharsidis, apud Scitas tibicines non esse, quia illic vites non essent. Atq; illa quidem sufficiant de discrimine earum propositionum quibus quod res sit, & quamobrem sit ostenditur, cum ad eandem scientiam pertinet vtraq; probatio, item quomodo propter verbi me medii variam collocationem hæc inter se distinguũtur. C *Est autem & aliud inter ista discrimen, cum ad diuersas scientias pertinet, quod res sit, & quamobrem sit, ostendere id quod tum accidit, quando res vni scientiæ subiecta, sic affecta est ad alterius scientiæ subiectum, vt sub illo contineatur: quomodo ea in quibus versatur optice, ad geometriam affecta sunt: & quæ tractat fabrica, d stereometriam, & quæ docet musica, ad arithmeticam, & ipsa phanomena ad astrologiam. Sunt autem ex ius scientiis, qua sic sunt inter se affecta, plurima quæ eodem fere nomine appellantur. Vt astrologiæ nomine appellantur & ipsa de rebus cœlestibus disciplina, & naturarum de iis rebus peritia. Musica appellatur, tum ipsa quæ Mathematicarum vna est, tum illa quæ auribus demulcendis modos aptos nouit adhibere. Ac nosse quidem quod res sit, est eorum qui eas artes exercent quæ sensuum iudicio continentur, cur tamen ipsa res sit intelligere, eorum est qui scientia & doctrina sunt perpolliti. Hi enim sunt qui perfectas habent singularum rerum ex suis caussis demonstrationes: ac sæpenumero quod res sit ignorant, quemadmodum iis qui vniuersas res contemplantur, sæpe vsuuenit vt quasdam ex rebus singulis nesciant, propterea quod ad illas res animum forte esse non aduertũt. In iis autem rebus id potissimum euenire solet, quod dico, quæ vt formæ quadam separatæ ob id considerantur, quod aliam quandam rationem habere cernantur, atque adeo quippiam aliud esse, quam quod sensu percipitur. Nam qui artes mathematicas in formis quibusdam versari nõ videt? Neq; enim tractant illa quasi certa quadam in materia esse necesse sit, & quanquam in aliqua fortasse subiecta ineſſe conspiciantur res geometricæ, in ea tamen non hoc ipso cernuntur, quo ad Geometram pertinent. Est autem & alia quædam scientia, quæ eodem modo est ad opticẽ affecta, quo ipsa optice ad geometriam, ea scilicet pars physicæ, quæ de iride disputat. Nam quod sit, est physici scire, cur vero sit, optici, atque eius quidem est, aut omni ex parte, aut qua ex parte ratione ac doctrina continetur.* D *Sunt porro etiam ex iis quarum vna sub altera non continetur, aliquæ scientiæ quæ eandem nihilominus habent inter se quadam ex parte coniunctionem: Vt medicina & geometria. Nam quod vulnera orbicularia difficilius ac tardius curentur, nouit medicus, huius autem rei caussam reddit geometra.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENTARIA.

IN superiorib cap. egit Arist. de demonstr. partibusq; ac proprietatibus eius, in hoc vero cap eam diuidit in demonstra. quia, & propter quid: seu quia sit, & cur res sit, seu denique per effectum, & per causam: discrimina proponens, quæ inter eam demonstr. quæ rem ostendit esse, & quæ cur illa sit, inueniuntur, manifestat. Id autem in vna primum ac eadem scientia, deinde vero in diuersis scientiis explicat. Inprimisque in hac prima parte cap. in vna & eadem scientia.

1. pars cap.

A *Ac primum in eadem scientia.* In vna & eadem scientia differunt inprimis hæ demonstrationes, quia demonst. quia, non per rei causam, sed per effectum progrediũtur, qui est nobis notior: at demonstra. propter quid, per propriam, ac legitimam rei causam procedunt, quod duobus exemplis Arist. illustrat.

1. exemplum.

Primum est: Si quis ad confirmandum planetas esse propinquiores stellis, ita argumentaretur, quæ non scintillant sunt propinquiora; at planetæ non scintillant: ergo planetæ sunt propinquiores: Hic vteretur demonstratione quia, tãtum enim concludit planetas esse propinquiores, non autem reddit causam quare sint propinquiores, nam non scintillare non est causa propinquitatis, sed effectus. Si tamen quispiam alius sic argumentaretur. Quæ sunt propinquiora non scintillãt, sed planetæ sunt propinquiores, quam sidera: planetæ igitur nõ scintillant Demonstrationem propter quid in vsum reuocar, neque enim tantum planetas non scintillare confirmat, verum etiam reddit rationem ob quam non scintillent.

2. exemplum

Secundum exemplum: Si ad probandum lunam esse astrum rotundum simile conficiat aliquis argum. Illud astrum cuius lumen augetur in orbem est rotundum; atqui luna est astrum cuius lumen ita augetur ergo luna erit astrum rotundum, demonstrationem quia conficiet, eo quod nihil aliud ostendit quam lunam esse rotundam, causa ob quam illa sit rotunda, non reddita, augeti enim lumen in orbem, non est causa, sed effectus potius rotunditatis. Sed si ita è conuerso connecteremus argumentum Omne astrum rotundum habet lumen, quod augetur in orbem: at luna est astrum rotundum: ergo lumen lunæ augetur in orbem, esset huiusmodi arg. demonstratio propter quid, nam & lumen in orbem augeri cõfirmamus, & causam quare hoc modo augeatur reddimus.

2. discrimen.

B *At netum quidem potest, &c.* Secundum discrimen. Demonstratio propter quid, progreditur per proximam, ac immediatã causam, demonst. vero, quia per remotam, ac superiorem Illustrat hoc Arist. duobus aliis adhibitis exemplis. Primum: Si ad confirmandum parietem non respirare ita argumentaremur. Quidquid respirat est animal; at paries non est animal; paries ergo nõ respirat. Hoc argumẽtum esset demonstratio quia, eo quod per remotam causam progrediamur: nam non esse animal, causa est remota eius quod est non respirare. Id vero sic Arist manifestat. Eo modo est negatio causa negationis, quo affirmati o est causa legitima affirmationis; vt quemadmodum si calor & frigus, non bene inter se consenserint, sunt causa, vt non bene valemus (quod est negationem esse causam negationis) ita etiam si recte consenserint causa erunt vtnos recte valeamus, (idque erit affirmationem esse causam affirmationis.) Si ergo non esse animal, est causa non respirationis, ergo & esse animal respirationis causa erit: atqui hoc est omnino falsum, pisces namque sunt animalia, qui tamen non respirant: iam ergo non esse animal non erit proxima respirandi causa, sed hæc altera, pulmone carere. Verũ si ad hunc modum argumentaremur, quidquid respirat habet pulmonem, sed paries caret pulmone, paries ergo non respirat, haud dubie esset hæc argumentatio demonstratio propter quid, illud etenim per quod progredimur, est causa proxima immediata effectus; nam quemadmodum habere pulmonem est causa proxima respirationis, ita etiam non habere non respirandi causa existet. Secundum exemplum. Cum reddimus causam quandam remotam vtentes quadam hyperbole progredimur per demonstrationem quia. Huiusmodi erat demonstratio Anacharsis Philosophi contendentis probare non esse apud Scitas tibicines, eo quod non erant apud eosdem vites. Vbi non sunt vites (aiebat ille) non sunt tibicines atqui apud Scitas non sunt vites, ergo non erunt tibiciues. Fiebat hic progressus per causam remotam, nam non esse vites, non est causa proxima cur non sint tibicines, sed

potius

potius non potare laute cum enim hi homines maximam copiam spiritus emittant, ob quam causam exsiccantur venæ, palatum, aliæque oris partes, indigent lauta potatione vini, qua partes exsiccatæ humectẽtur, ac spiritum suscipiant, eundemq; emittere valeant.

2 pars cap.

C *Est autem & aliud inter ista, &c.* Quæ hactenus dicta sunt quomodo hæc duo demonstrationum genera, respectu vnius, ac eiusdem scientiæ differãt, ostenduntur: at quo modo in habitudine ad diuersas scientias, quarum vna alteri subest distinguantur, id nunc in hac 2. parte explicandum suscipit Arist. Diximus enim supra quasdam esse scientias subalternãtes, & alias subalternatas; vt sunt Arithmetica, ac Musica, Geometria, & Optica, inter quas sunt nonnullæ quæ idem obtinent nomen, velut Astrologia, & Nautica, hæc enim postrema, quæ Astrologiæ subest, Astrologia etiam vocati potest, cum sidera etiam contempletur: itemque Musica Theorica, & Practica, vtraq; enim Musicæ nomine donatur, cum tamen practica quæ auribus demulcendis aptos modos nouit adhibere, sub Theorica cõtinea tur. In his igitur scientiis hoc interest, inter vtrumque genus demonst. quia demonstra propter quid, solis superioribus scientiis deseruit; at demonst. quia scientiis inferioribus accommodatur, scientię siquidem superiores, & subalternantes, & rem esse, & quamobrem illa sit ostendunt, scientiæ tamen subalternatæ, solum confirmant rem esse, non tamen ob quod res sit explicant. Quamuis inquit Arist aliquando eueniant vt scientiæ superiores solam causam considerent, effectum autem minime contemplentur, eo quod causam ad effectum intelligendum non accommodent.

D *Sunt porro, &c.* Sunt etiam & aliquæ aliæ scientiæ, quæ quamuis non sint proprie subalternantes, & subalternatæ, quandam tamen affinitatem cum ipsis obtinere videtur, ita enim se habent, vt vna illarum superior, altera vero inferior esse videatur: huiusmodi sunt Geometria ac Medicina. In quibus quidem scientiis idem discrimen inter hæc demonstrationum genera interuenit, nam demonst. propter quid, tantum est vsui scientiæ superiori, demonstratio vero quia, soli scientiæ inferiori deseruit. Nam Medicus tantum scit vulnera (v g) rotunda difficilius curari, huius autem rei causam ignorat, quam Geometra tradit, quæ est: quia latera vulneris rotundi, magis distant, & ita difficilius vniri possunt, quam latera cuiuspiam alterius vulneris, vniantur. Vtetur itaq; Geometra demonst. propter quid, Medicus autem demonstra. quia tantum vsurpabit.

Scholia in caput decimum.

1. Obseru.

A 1. Ne nominum varietate, & multitudine, quæ ad eandem rem significandã assumũtur, quis possit perturbari, animaduertere oportebit, hæc duo genera demonstrationum quia, & propter quid, sub aliis nominibus legi apud alios auctores; nam demonstratio propter quid, vel à priori, vel per causam vel cur res sit, sæpe nominatur; altero vero quia, à posteriori, vel ab effectu, vel an sit, aut quod sit dicitur demõstratio, quam ergo nos propter quid diximus, alii, his nominibus quæ proposuimus expressere, & quam quia nominauimus, aliis nominibus propositis apud alios legimus explicatam.

2. Obseru.

A 2. Totam scintillationis causam & in hoc loco, & 2. de cœlo distantiæ maximæ, quæ inter stellas fixas ac visum nostrum intercedit, tribuere visus est Arist. Alii ad imbecillitatem oculorum hanc causam referunt, quia nequeunt illi in tantam distantiam aciem conuertere. Cardanus apud Iulium Scalig. exercit. 63. causam docuit esse, celerrimum illum motum, quo stellæ fixæ à primo mobili rapiuntur, hæc enim celeritas tremulos redd.t, & quodam modo cõfractos radios stellarum, vnde illarum scintillatio prodire videtur. Sunt qui ad radiorum inuolutionem illam referant. Neque desunt qui ipsam ad solarium radiorum reflexionem referre contendant. Verum non est, hic locus rem hanc accurate perpendẽdi, cum sit quæstio philosophica quam abunde satis Deo propitio 2. de cœlo agitabimus. Interim legi poterunt Iuntinus, Cruelo, & alij interpretes Sphæræ in c. 1. & quę à Ioanne Cantuariensi 2. p. suæ communis Perspectiuæ, propositione 56. conscripta fuerunt.

In libr. de subtilitate.

3. Obseru.

B 1. Sentit Arist. esse animal non esse adæquatam causam respirationis: quia multa sunt animalia quæ non respirant, vt sunt pisces, sed habere pulmonem, qui cum in piscibus non reperiatur, ob hanc causam respirare nullo modo poterunt. Quæ certe

Universidad de Deusto
Biblioteca

sententia non omnibus placet: nam Plato in Timeo ad finem, Galen. 6. lib. de vsu partium, & Plin. lib. 9. c. 7. illos respirare profitentur, primo ex obseruata in quibusdam piscibus tempore æstiuo anhelatione, quæ sine attractat one. & emissione spiritus, & ex consequenti respiratione fieri nequit.

Ha rationes sunt Plinii.

Secundo, ex quorundam etiam ob eruata oscitatione, quam sine respiratione fieri nõ posse est exploratum. Tertio, quia ex eisdem quamplu es dormiunt, & sine respiratione, quis somno poterit esse locu ? Præterea cum in multis maxima copia sanguis abunder, egebunt haud dubie illi aliquo spiritu attracto, cuius frigiditate feruorem nimiumque æstum à calore sanguinis prouenientem, temperare valeant. Nec obstat non habere illos Pulmonem, possunt enim vel branchiis attrahere aerem, & emittere, vt voluit Galenus, vel certa viscera habere, quæ officio pulmonis fungantur, vt Plinio placere videtur, aut angusta quædam foramina, per quæ subint et. & emittatur spiritus attractus, vt ex recentioribus quam plures profitentur. Quæ profecto si vera sunt, animal caussa erit, q æ cum respiratione vicissim comet, & reciprocetur: nam omne animal respirat, cum pisces etiam respitent, & omne quod respirat est anima'; vnde ex esse animal, sequetur respirare, & ex non esse, non respirare. Ex his tamen sententiis, quæ nam sit alteri præferenda, non est in Dia ectica, sed in Philosophia iudicandum sequatur quisque quam voluerit, hoc enim tantum ex Aristot. nouisse debemus, iuxta eum, neque ex non esse animal, sequi non respirare proxime & immediate neque ex eo quod est esse animal sequi respirare.

4. obseru.

B. 2. Vitiose visus est argumentari Arist. dum ita agit; si non esse animal est causa nõ respirationis: ergo & esse animal erit caussa respirationis, nam argumentatur ab opposito antecedentis, ad oppositum consequẽtis, quod est sane maximum vitium in disputando. Nam non esse animal, est antecedens, & non respirare, consequens, argumentaturque ex animali, quod est oppositũ non animalis, ad respirare, quod est oppositum i quod est non respirare. Huic tamen Philopo. Caiet. & alii, occurrunt aientes Aristo. hic non de argumentatione, aut forma ius se ' de causs i proxima & immediata alicuius effectus egisse: etenim si affirmatio est caussa proxima, & immediata affirmationis, & negatio erit etiam causa proxima & immediata negationis, & è conuerso; atque ita si non animal est caussa proxima nos respirationis, animal erit proxima eiusdem causa. Verissimum enim est in causis, quod si negatio caussæ, est causa negationis effectus. & affi. matio etiam caussa est affirmationis eiusdem, quemadmodum si non debita humorum, & quatuor quali atum mensura, caussa est non valetudinis, quod est negationem esse causam negationis. debita eatundem qual tatum & humorum proportio erit caussa valetudinis, hoc enim est affirmationem esse caussam affirmationis.

Obiectio.

Solutio.

5. Obseru.

B 3. Anacharsis Philosophus cuius mentionem hoc loco facit Aristot. fuit natione Scitha, inter quos rara quadam eruditione, & admiranda sapientia fu sit vt in Cicerone 5. Tu culana, & Laertio lib. 1 in Anacharsi legimus. Hic cum inter Græcos esset, semelque chorum quẽdam fœminarum psallentem vide e & tibicines modulantes, rogatus num apud Scythas essent tibicines, vt erant apud ipsos, re pondit non esse, quia apud eos non erant vites, vinum enim, lautaque potatio in his hominibus est prorsus necessaria, ad eam copiam spiritus restituendam, quæ ex modul. tione so et exauriri Apud Scitas vero non esse vites, produt viri grauissimi Ioannes Boemus de moribus gentium libr. 2. cap 9. & Olaus Magnus in historia gentium Septentrionalium: vel quia homines illi nullum agrum colunt, neque certas sedes, & domos, possident, quamuis Herodotus Anicarnaseus libr. 4 musarum eos aratores, & agricolas esse dicat, vel quia regio illa est grauissimis frigoribus, & glacicbus obnoxia. sicque vitibus progignendi. minus apta & accommodata existit.

6. obseru.

C 4. Agens de scientiis subalternatis, ac subalternantibus, quatuor ex eis facit subalternantes, Geometriam, Arithmeticam; Stereometriam, & Astrologiam, & quatuor subalternatas, Perspectiuam, Musicam, Machinatiuam, seu eam quæ tractat de fabrica, & quæ agit de phænominis, vel apparentiis astrorum. Perspectiua, su est Geometriæ, Musica Arithmet ex, Machinatiua Stereometriæ, & quæ agit de phænomenis Astrologiæ. Etenim Geometria magitudines, ac linea contemplatur, quas ad certam

Legendi sunt Louanienses.

materiam,

materiam, nimirum ad lineam visibilem, limitat perspectiua, Arithmetica in exp'icanda numeri natura versatur, quam adesse sonorum contrahit ipsa Musica Stereometria scientia est exactam nobis corporum solidorum mensuran 'orum cognitionem proponens: Machinatiua vero hanc eandẽ cognitionem ad ligna, vel ad eam materiã ex qua sunt machinæ construendæ accommodat Astrologia docet cognoscere ex astr s effectus, ventos videlicet, imbres, f. igora, aeris serenitates, & d genus complurima, quæ in hæc inferiora ex corporũ cœlestium, stellarum planetarumque motibus coniunctionibus, & aspectibus efficiuntur: at ea quæ agit de phænominis vel vt alii interpretantur Nautica, quæ est veluti quædam Nautarum Astrologia, eosdem effectus contemplatur, quantum conuenit gubernandis nauibus, ex sensil bus signis circa cœlum apparentibus. De his tamen scientiis subalternantibus, & subalternatis luculenter satis in a sectio huius cap. disputabimus.

DISPVTATIO IN EA, QVÆ DE DEmonstratione quia, & propter quid in cap. 10. proposita fuerunt ab Arist. duabus sectionibus comprehensa.

ARGVMENTVM.

IN prima huius cap. parte Arist. de speciebus demonstrationis, quia scilicet & propter quid longa disseruit oratione, in altera vero de scientiarum subalternatione egit satis luculenter, quę eadem erunt à nobis in hac disputatione repetenda, speramus enim omnibus Dialecticis rem hanc, vtilẽ & gratam futuram, in prima ergo sect. de speciebus demonstrationis, & in altera de scientiarum subalternatione disputabimus.

QVÆSTIO I.

An demonstratio quia, & propter quid specie differant.

EXordiamur hanc disputationem si placet ab vtriusque demonstrationis natura, inquiramusque assignari ne possit verũ aliquod genus vtriusque & num illæ specie differant inter se? Etenim non differre confirmatur.

1. Argum.

Primo: Vtriq; demonstrationi communis est vna & eadem demonst. rationis definitio, nam vtraq; est syllogismus generans scientiam: sed quorum est communis diffinitio, sunt eiusdem speciei, ergo hæ demõstrationes non differunt specie.

2. Argum.

Secundo: Vna species nulla ratione potest alteram constituere; at vna ex his demonstrationibus componitur ex altera, eædem siquidem propositiones ex quibus vna earum constituitur si fuerint transpositæ, alteram quoque componunt, vt hæ quorũcunque deest humor in radicibus foliorũ arbores defrondescunt, sed in autumno deest humor in radicibus foliorum, ergo in autumno arbores defrondescunt, quæ constituunt demonstrationem propter quid si transmutentur demonstrationem quia cõponent, vt si in hũc modum dicamus. In autumno arbores defrondescunt, sed quando arbores defrondescunt deest humor in radicibus foliorũ, ergo in autumno deest humor in radicibus foliorum, ergo hæ demõstrationes specie nequaquam differunt.

3. Argum.

Rursus, quæ specie differunt, aliqua essentiali differentia inter se disterunt; sed hæ demonstrationes nulla possunt essentiali differentia inter se differre, quia eædem voces ex quibus vna conflatur, & alteram cõstituunt, vt in demonstrationibus superioris argumenti facile poterit quilibet intelligere, in quibus vtriusque eædem voces

Universidad de Deusto
Biblioteca

(nimirum, deesse humorem in radicibus, defrondescere, & autūnus) vsurpantur quod certe non obscure indicat, nullam essentialem differēt am inter eas interuenire; ergo hæ demonstrationes nulla ratione inter se specie distinguentur.

Conclus. His tamen nihil impedientibus, in explicationem sit 1.conclus. Demonstratio non est verum & legitimum genus harum duarum demonstrationum, sed natura analoga H ne nullus (vt opinor) diffitebitur saltim inter superiores philosophos Hæc fuit constans, perpetuaque sententia, vt optime fuit à Iacobo Zabarell. ca.1. & de speciebus demonstrationis animaduersum.

1. Argum. Suaderurque primo. Omnes species quæ sub aliquo vero. & legitimo genere continentur, simpliciter, & absolute illius naturam nomenque participant; sed demōstratio quia neque nomen, neque naturam demonstrationis simpliciter & absolute participat non igitur erit demonstratio: ad ipsam, & alteram propter quid verum, & legitimū genus. Maior propo. perspicua est, minorem autem in hunc modum confirmo. Demonstratio est syllogismus generās scientiam: sed demonstratio, quia, non est huiusmodi, quia scire est rem per causlam intelligere vt Arist. 2. cap. docuerat, at hæc demonstratio non progreditur per causam sed per effectum; ergo demonstratio, quia non erit simpliciter & absolute demonstratio, neque naturam demonstrationis quæ communis est ad vtramq; participabit.

2. Argum. Iam: Genus vna, & eadem ratione dicitur de suis formis, & speciebus; demonstratio autem non dicitur de his duabus vna, & eadem ratione, est siquidem de ratione illius propter quid per causlam, at causla non eadem ratione dicitur de demonstratione quia, & propter quid, nam demonstratio propter quid per veram, & legitimam causlam in essendo progreditur, altera vero quia per solam causlam in cognoscendo, vt in eodem ca.1 luculenter satis disseruimus, non igitur demonst atio, quæ communis est ad vtramque veri, & legitimi generis rationem poterit obtinere. Quod si non obtinuerit, fateamur oportet esse naturam analogam, quæ simpliciter, & absolute demo strat propter quid effertur, & secundum quid minusque præcipue de demonst. quia; eo modo quo sanum simpliciter dicitur de animali, secundum quid vero, minusque præcipue de dieta, vrina, & medicamentis.

2.Conclus. Secunda conclusio: Hæ demonstrationes specie distinguuntur, non quidem vera & legitima subiicibili, quia vbi non est verum & legitimum genus, neq; hæc species, quæ ad illud refertur poterit reperiri, sed specie prædicabili Itaq; demonstratio propter quid, natura & essentia differt à demōstratione quia, & de aliis numero differentibus, quam de his, de quibus dicitur demonstratio quia prædicabitur. Profitentur hanc sententiam omnes fere Phi'osophi D. Tho. Philop. Themist. Auerro. Caietan Venetus, Suesanus in commenta M. Soto. & Veracruce quæst. vnica huius cap. Confirmatur que primo. Quæ differunt tanquam perfectum & imperfectum, neq; vnū transit in naturam alterius specie differunt; at demonstratio quia, & propter quid differunt tanquam perfectum & imperfectum, nam demonstratio propter quid est, perfecta, altera vero, quia, imperfecta, neq; vna transit in naturam alterius, non enim ex demonst. quia potest fieri propter quid, cum illæ & mediis, & conclusionibus distinguantur: ergo demonst quia, & propter quid specie distinguentur.

D.Thom.

Diximus in propositio. nisi vnum transeat in naturam alterius, quia si transierit, quæ differunt tanquam perfectum, & imperfectum non distinguentur specie: quēadmodum puer, & vir non differunt specie, quamuis hoc modo differant, quia puer labente tempore in viri naturam commutatur.

Præterea: Quorum obiecta specie differunt, & habitus quoque specie distinguuntur; sed subiecta vtriusque demonstratio nis specie differunt, sunt enim illa conclusiones illatæ, vna per veram, & legitimam causlam, & altera per effectū, quæ sane specie differunt: ergo & hæ demonstrationes specie distinguentur. Rursus habitus illi qui mediis differunt, specie distinguuntur, vt omnes Philosophi profitentur; sed hæ demōstrationes mediis differūt, vnius enim medium est causla, alterius vero effectus: iam igitur & illæ inter se specie distinguentur.

Dubium. Dubium tamen est, an assensus geniti, ab his duabus demonstration bus specie differant necne? M. Sotus, Veracruce & multi alii putant esse eiusdem speciei, tantumq; iuxta clarum, & minus clarum distingui, quia assensus

assensus ortus à demonstratione propter quid, clarior multo est assensu à demōstratione, quia, producto. Hanc sententiam confirmamus primo: Quia assensus eclipsis lunæ genitus per veram causam à demonstratione propter quid (quia terra est interposita inter solē & ipsam) & genitus ab experientia, quādo intuemur ipsam esse lumine priuatam, non differunt specie: ergo cum hic, qui ab experientia nascitur, sit per effectum, & à demonstratione propter quid, hi duo assensus erunt eiusdem speciei. Secundo; quia si hi duo assensus specie differrent, possent esse simul in eodē intellectu, quemadmodum & duo alia accidentia specie diuersa possunt esse in eodem subiecto: at hoc cum experientia pugnare videtur, neque enim experimur de eclipsi lunæ dari in Astrologo duos assensus, vnum apertum per demonstrationem à priori, & alterum minus clarum per alteram à posteriori: non igitur duo hi assensus specie distinguentur.

3. conclus. Sit tamen tertia conclusio. Hi duo assensus specie distinguuntur. Confirmatur aduersus M. Sot. Veracruc. & alios. In primis à causis specie diuersis necessario debent prodire effectus specie diuersi, vt abigne & aqua, quæ sunt causæ specie diuersæ, prodeunt caliditas, & frigiditas, quæ specie quoque distinguuntur: sed hæ duæ demonstrationes specie differunt, vt constat ex superiori conclusione, eisdem M. Soto & Veracruce suffragantibus: ergo & assensus ab eis prodeuntes specie distinguentur. Præterea quæst. an sit. & cur hoc illud sit, generant assensus specie diuersos, vt colligitur ex 2. libr. de demonstrat. cap. 1. ergo & demonstratio, quia, & propter quid, generabunt assensus specie diuersos. Consequentia est perspicua, quia demonstratio, quia, explicat quæstionem, an sit, propter quid vero, cur hoc illud sit. Confirmatur antecedens. Hæ quæstiones spectant ad diuersas scientias, vt quæstio, an vulnera rotunda difficilius curentur. spectat ad Chirurgiam, quæ est scientia inferior, altera vero, cur hęc vulnera difficilius curētur, ad Geometriam, quæ est superior ac subalternans, & quæ reddit causam huius rei: sed scientiæ specie diuersæ generant assensus specie diuersos: ergo quæstiones, an sit, & cur hoc illud sit, generabunt assensus specie diuersos.

Secundo. Iam: In scientiis vnitas specifica sumitur ex vnitate medii, & diuersitas ex diuersitate, vt sæpe repetit D. Thom. 12. q. 54. art. 2. ad 2. de virtutibus, q. 2. art. 13. & 1. sentent. dist. 35. art. 2. ad 2. & in hoc lib. lect. 41. ergo & in assensibus (qui à scientiis tanquam à veris, & legitimis causis dimanant) vnitas specifica, ex vnitate medii, & diuersitas ex diuersitate depromentur: at assensus genitus à demonstratione propter quid, à medio, quod est vera rei causa, ortum habet, alius vero, qui nascitur à demonstratione, quia, à medio, quod est effectus, postulatur, erunt igitur hi assensus specie diuersi. Rursus: assensus genitus à demōstratione, propter quid, est simpliciter & absolute scient ficus, alius vero nequaquam, quia demonstratio propter quid, generat simpliciter scientiam, non tamen altera. quia, vt ex Arist. 2. cap. & in hoc etiam aperte colligitur, quod idem M. Sotus in q. vnic. cap. 2. ad 2. argum. ingenue profitetur: sed assensus simpliciter scientificus specie differt ab eo, qui non est, vt & scientia simpliciter specie differt ab ea, quæ non fuerit: ergo huiusmodi assensus specie distinguentur.

Tertio.

Ad 1. arg. Iam ad argum. Ad primum dicimus, hanc rationem, nimirum generare scientiam, non esse specificam, sed communem & analogicam, vt in prima conclusione exposuimus; sub qua continentur aliæ species diuersæ, vnam demonstrationem ab alia separantes: nam generare scientiam, aut fit per veram & legitimam causam in essendo, aut per solam causam in cognoscendo Primo modo generare scientiam proprium est demonstrationi propter quid, secundo alteri, quia, & his differentiis essentialibus hæ duæ demonstrationes inter se specie distinguuntur.

Ad 2. Ad secundum dicimus, vnam speciem secundum formam non posse fieri ex alia, bene tamen secūdum materiam, vt ternarius secundum formam non componit quaternarium, bene tamen secundum materiam, sicque ex demonstratione, propter quid, non poterit fieri secūdum formam demonstratio, quia, bene tamen secundum materiam, quia eædem propositiones vnius demonstrationis si commutentur, fieri poterunt alterius propositiones, vt in argumento exposuimus.

Obser. Vocamus autem hoc loco formam demonstrationis, medium, per quod ipsa progreditur. est autem in demonstratione propter quid, ita proprium progredi per causam, vt nullo modo possit de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

monstrationi quia, conuenire, & in hac demonstratione ita est proprium progredi ab effectu, vt demonstrationi, propter quid, nulla ratione possit adaptari.

Ad 3.

Ad tertium iam diximus, has demonstrationes essentiali differentia differre, quæ est progredi per diuersa media, per causam nimirum, vel effectum: & quamuis eædem voces & termini possint esse vtrique communes, non hinc fit, non distingui specie, & essentiali differētia, quia voces non ad formam (à qua petitur differentia) sed ad materiam spectant demonstrationis.

Ad arg. pro M. Soto.

Ad alia duo, quæ in patrocinium opinionis M. Sori proposuimus, superest vt satisfaciamus. Ad primum dicimus, negandum esse antecedens, imo asserimus, duos illos assensus specie distingui, nam quamuis sint de vna & eadem re materiali, scilicet de eclipsi lunæ, non tamen sunt de eadem formali, quia eclipsis cognita per veram, & legitimam causam, forma differt a se ipsa cognita per experientiam, vel per effectum: vnde cognitio eclipsis, quia terra est interposita inter solem, & ipsam, specie distinguetur à cognitione eiusdem, qua cognoscitur ita esse per experientiam, quia est lumine orbata

Ad 1.

Ad 2.

Ad secundum possumus inprimis respondere, negando maiorem propositionem: licet enim verum sit, in his accidētibus, quæ non opponuntur ex parte subiecti, posse duo, quæ specie differunt, in eodem simul reperiri, vt candor, & dulcedo in lacte: at quando opponuntur ex parte illius, nequaquam poterunt simul in eodē reperiri, qua ratione lux meridiana, & tenebræ pugnant ex parte subiecti, atque ita aduenientе luce illico omnes tenebræ dissipantur. Hac igitur eadem ratione assensus genitus à demonstratione, quia, & ille alius, qui à demonstratione, propter quid generatur, pugnant ex parte subiecti, eo modo, quo clarum & obscurum: & profunde aduenientе assensu demonstrationis propter quid, illico euanescet alius à demōstratione, quia, productus, tanquam à clariori lumine omnino dissipatus. Eademque ratione in capite vltimo profitebimur, aduenientе lumine scientifico alicuius conclus. illico dissipari lumen obscurum conclusionis opinatæ. Quare quamuis specie differant assensus geniti ex his duabus demonstrationibus, non tamen poterunt simul in eodem subiecto cohærere. Possumus etiam respondere admittentes dari simul hos duos assensus in intellectu, neq; hoc vllum esse absurdum, aut contra experientiam arbitramur: possunt etenim in intellectu simul duo actꝰ repetiri, quibus clare prima principia dignoscere valeamus, scientiæ scilicet, & intelligentiæ, de actu intelligentiæ non est dubium, cum ille in primis principiis versetur, de altero vero scientiæ, qua ratione ad prima principia intelligenda sese quoque possit diffundere, iam supra docuimus cap. 1. q. 11. Respectu etiam eiusdem obiecti formalis potest quis habere duos assensus specie diuersos, vnum scientiæ infusæ, & alterum acquisitæ, vt in Christo Domino, respectu huius conclus. Sol perpetuo cursu agitatur in orbem, erant duo assensus, vnus à scientia infusa, & alius ab acquisita progenitus Quare poterunt simul duo assensus specie diuersi ab his demonstrationibus geniti in eodem subiecto reperiri.

2. Solut.

QVÆSTIO II.

Num demonstratio, quia, vel à posteriori, sit reuocanda simpliciter demonstratio?

QVa ratione sit affecta demonstratio ad has duas formas quia, & propter quid, in quæstione superiori exposuimus, num autem demonstratio, quia, simpliciter sit & absolute vocanda demonstratio, sequitur vt discutiamus.

1. Arg.

Et quidem ita esse simpliciter & absolute vocandam, confirmatur primo: Quia in philosophia naturæ dantur veræ, & legitimæ demonstrationes, cum sit ipsa vera & legitima scientia, quæ tamen sunt à posteriori & demonstrationes, quia, cum ab effectu progrediantur: cum enim nos lateant causæ, ex effectibus, tanquam ex notioribus nobis, ad earum naturam indagandam paulatim progredimur: erunt igitur demonstrationes, quia, simpliciter demonstrationes.

2. Arg.

Secundo, scientia, quia vel à posteriori, est simpliciter scientia, ergo & demonstratio, quia, erit simpliciter demōstratio. Consequentia perspicua est, quia sine demonstratione non possumus aliquid scire, vt sæpe repetit Arist. atque ita idem iudicium erit de demonstratione, quod de scientia pronuntiatur. Confirmatur antecedens: Scientia quia, est simpliciter quæsitum, ergo

erit

erit simpliciter scitum, confirmatur consequentia (nam antecedens est Arist. 2. de demonstrat. cap. 1. vbi inter quæstionem eam, quę est, quia vel an est, recenset) quia ex eodem Aristot. in hoc loco, numerus quæstionum debet esse æqualis numero eorum quę sciuntur.

3. Arg.

Tertio Demonstratio, quia, est simpliciter syllogismus, ergo sub aliqua specie syllogismi simpliciter cōtinebitur. Consequentia perspicua est, ex illa regula Topica Arist. nihil continetur sub aliquo genere, quod non sit sub aliqua eiusdem forma & specie comprehensum, sed non comprehenditur sub syllogismo Sophistico, neque sub probabili, vt est apertum: sub demonstratione igitur continebitur, atque ita erit simpliciter demonstratio.

Opin. Auerr.

Auerroes comment 95 lib 1 de demonstrat. & in quæstionib. Logicis, q 15. in aliisque locis, aduersus Auicennam tuetur, demonstrationem, quia, simpliciter & absolute vocandam esse demonstrationem, in eademq; sententia omnes Auerroistæ fere extitisse videntur, & Iac Zabar. de spec eb. syllogis. cap. 9 & 10. in operib. Log. Contra iam sententiam amplexus fuit Auicenna, vt testatur Auerro. D. Thom 1 p q 2. art 2. Suesan in hoc loco. M. Sot. supra cap. 2. q vnic. a 1 2. argum. Villalpand q 1. proœmial. in hoc lib. de demonstr. Tolet in comment. huius loci, & alii quamplures, qui omnes solam demonstrationem, propter quid, vocant simpliciter & absolute demonstrationem, & alteram, quia, secundum quid, & imperfectam. Et quamuis fortassis de solo nomine hæc quæstio esse videatur, in illius tamē explicationem animadue. timus cum Ferrarien. 3. contra Gent. cap. 20 duobus modis posse aliquid vocari simpliciter tale, primo, quia est tale secundum essentiam, qua ratione animal dicimus simpliciter sanum, quia ipsi essentia & natura sanitatis inhæret; secundo, vt idem significat, quod sine addito quomodo vrinam simpliciter sanam dicimus, quam primo modo sanam nulla ratione possumus appellare, quia debita quatuor humorum & qualitatum symmetria, nullo modo sibi, sed soli animali potest inhærere.

Opin. Auic.

Obser.

1. conclus.

Sit igitur 1. conclus. Demonstratio, quia, vel ab effectu est simpliciter & absolute vocanda demonstratio, sumpta hac voce, simpliciter, vt idem denotet quod, sine addito Hæc est aperta, quia pleno ore illam, nihil penitus addendo, demonstrationem nuncupamus: quemadmodum etiam pleno ore vrinam dicimus esse sanam.

2. conclus.

Secunda conclusio. Si eadem particula, simpliciter, in alia significatione (vt idem denotat quod secundum essentiam) sumpta fuerit, demonstratio, quia, non est simpliciter demonstratio. Confirmatur illa primo: Quia demonstratio quæ est simpliciter demōstratio, est syllogismus simpliciter generans scientiam, vt constat ex illius definitione proposita ab Arist. 2. c. huius libri: sed demonstratio, quia, non generat simpliciter scien iam: non igitur erit simpliciter demonstratio Minorem ita confirmamus: Scire est rem per causam intelligere, ex eodem 2. cap & 1. Phys. cap. 1. sed demonstratio, quia, non progeditur per causam, sed per effectum, ergo non generabit scientiam. Et confirmatur arg Scientia, quæ generatur à demonstratione, quia, nō est simpliciter scientia, sed secundum quid, & imperfecta saltim non est illa. quæ est ab Arist. diffinita: ergo & demonstratio, quia, non erit simpliciter, sed secundum quid demonstratio. Secundo, Demonstratio secundum essentiam diffinitur. Syllogismus constans ex veris, primis, immediatis, notioribus, & prioribus, & causis conclusionis, vt secundo cap. illam diffiniebat Arist. at hæc demonstrationi, quia, nequaquam possunt conuenire, quia illa neque ex prioribus simpliciter, neque ex immediatis, neque ex causis progreditur, vt est etiam tyonibus manifestum: nō igitur erit simpliciter demonstratio. Addo, Si esset simpliciter demonstratio, ergo & inductio posset quoque ita vocari, quia quemadmodum hæc demonstratio progreditur ab effectibus ad causam, & a notioribus nobis ad notiora natura, pari ratione inductio progreditur ab effectis ad causas, & à notioribus nobis ad notiora natura: quod sane cum sit absurdum, non est curtale nomen huic demonstrationi concedendum.

Confirm. 1.

Secundo.

Tertio.

Propria sententia duas concilians.

Hæc igitur sit nostra sententia, iuxta quam possumus Auerroem cum Auicenna conciliare, si dicamus, Auerroem hanc vocasse simpliciter demōstrationem, quia sine addito ita vocatur, Auicennam vero hoc ipsum negasse, quia sumpsit simpliciter, vt idem quod secundum essentiam designat, qua ratione exploratum est, hanc demon-

stra

Universidad de Deusto
Biblioteca

stiationem non esse simpliciter hoc nomine insigniendam cum nulla ex diffinitionibus illius ab Arist. in cap. 2. propositis, possit ipsi vlla ratione conuenire, vt efficacibus (ni fallimur) rationibus dedimus confirmatum.

Ad 1. argum. Superest, vt argumentis, quæ proposuimus, satisfaciamus. Ad primum dicimus, Philosophiam in inuentione, quando nimirum primo fuit à Philosophis adinuenta, non fuisse scientiam perfectam, & simpliciter talem, quia nondum innotuerant causæ earum rerum, quæ in ipsa explicantur, at nunc post adinuentas iam huiusmodi causas, rerumque naturalium principia, & vt à præceptoribus edocetur, est simpliciter & absolute scientia nuncupanda, quia in ea à causis ad effectus progredimur: notum enim est his, qui mediocriter philosophiam attigerunt, in ea pleraque per veram & legitimam rei causam cognosci. Vnde Arist. in exordio eiusdem philosophiæ præcipiebat, in rebus naturalibus à principiis, causis, & elementis rerum initium esse du cendum. Igitur diffitendum erit, philosophiam, quæ nunc traditur, vti semper demonstrationibus, quia: nam quamuis interdum illis vtatur, vt in plurimum tamen, & frequentius aliis, propter quid ipsam vti intuemur.

Ad 2. Ad secundum dicimus, verum esse, scientiam, quæ est à posteriori, esse simpliciter scientiam, id est, sine addito, non tamen simpliciter, ita vt sit talis secundum essentiam, quid diffinitio scientiæ, quæ explicat illius quidditatem (nimirum non per causam intelligere) nullo modo potest illi conuenire. Et ad confirm. Est simpliciter quæsitum: ergo erit simpliciter scitum, dicimus negandam esse consequentiam, si simpliciter, significet idem quod secundum essentiam, si tamen denotet idem quod sine addito, illam libenter admittimus, qua ratione intelligi debet Arist. quando inquit, numerum eorum, quæ sciuntur, debere esse æqualem numero quæstionem: intelligi siquidem debet de iis, quæ sciri possunt sine addito, non tamen de aliis, quibus essentia scientiæ nata est conuenire, hæc enim pauciora sunt numero quæstionum, cum solum illa possint ita sciri, quæ per veram rei causam progrediuntur.

Ad vlt. Ad vltimum respond demonstrationem quia, contineri sub demõstratione in communi, quæ est natura analoga ad ipsam, & ad alteram, propter quid, vt in superiori quæstione, conclusione 1. docebamus. Neque tamen hinc fit, esse simpliciter demonstrationem, quia non quælibet, quę sub demonstratione in communi & analoga continetur, est simpliciter demonstratio, sed tantum illa, quę per veram causam in essendo progreditur: quemadmodum non quodlibet sanum, quod sub sano in communi continetur, est sanum simpliciter, & absolute, sed illud, cui debita quatuor primarum qualitatum proportio, tanquam subiecto nata est conuenire. Admittimus igitur contineri sub demonstratione communi & analoga, negamus tamen esse simpliciter, & absolute vocandam demonstrationem.

QVÆSTIO III.

Num demonstratio, quia, optime diuidatur in demonstrationem à causa remota, & ab effectu.

Vnicum ac facile arg. INstituimus in hac quæstione species demonstrationis, quia, siue à posteriori explicare, num scilicet sint illæ duæ ab Arist. assignatæ, nimirum, quando progredimur per causam remotã, vel per effectum, nam illam demonstrationem, quæ progreditur per causam remotam, non esse quia, sed propter quid, ex eo sane colligi poterit, quia demonstratio, quia, progreditur à posterioribus, hæc vero à prioribus, progreditur enim per causam, quæ est prior effectu.

1. Obser. Vt hanc dubitationem explicemus, ex M. Soto, & Veracruce quæst. vnica huius cap. & ex aliis obseruamus, inprimis triplicem esse causam remotam, vnam, quæ adæquatur effectui, à se mediate edito, vel quæ retrocommeat cum illo & vicissim effectus cum causa reciprocatur, qua ratione dicimus hominem esse causam remotam admirationis, illam enim non immediate sed mediante vi & facultate intelligendi producit, cum ea tamen ita reciprocatur, vt omnis homo sit capax admirationis & quidquid est capax illius, sit etiam homo. Altera causa remota est, quæ neque conuertitur cum effectu, neq; effectus cum ea reciprocatur, sed potest causa non inferre talem effectum, & hic ab alio principio, quam ab huiusmodi causa, potest dimanare, qua ratione febris est causa pulsus concitati, quæ

neque

neque conuertitur cum illo, neque necessario ab huiusmodi causa prodit: non conuert perspicuum est in hominibus, iamiam morituris, qui febri maxima laborant, in quibus tamen nulla pulsus agitatio reperitur. Præterea non necessario ab huiusmodi causa prodire, constat ex eo, quod sæpe vel à maximo, & profundo somno oriatur, vel à vi alicuius motus nimium concitati, in his enim hominibus, qui concitato cursu sæpe mouentur, experimur celeré quandam pulsus agitationem. Tertia causa remota est, quæ est superior effectu, quem infert, neque conuertitur cum eo, remotaque dicitur secundum prædicationem, qua ratione animal est causa remota respirationis, non enim de quocunque animal prædicatur, dicitur respirare, pisces enim (vt multorum fert opinio) sunt animalia, qui tamen non respirant.

2. Obser. Sciendum est etiam, duplicem esse effectum remotum, quendam, qui ex sola causa infertur, non tamen ex omni, vt respirare est effectus animalis, ex eo namque potest tantum oriri, non tamen ex omni, quia non omne animal respirat: alium vero esse remotum, qui sequitur ex omni causa, non tamen ex sola, vt viuere est effectus animalis, quia ex omni animali sequitur, non tamen ex solo, cum plantę viuant, quæ non sunt animalia.

1. conclus. His statutis sit 1. conclus. Demonstratio, quia, optime est in demonstrationem à causa remota, & ab effectu distributa. Hanc & authoritate Arist. in hoc cap & ex omnium Dialecticorum consensu, esse veram, possumus confirmare.

2. conclus. Secunda conclus. Illæ argum. in quibus sumimus tanquam medium causam remotam secundi generis ad concludendum effectum, non sunt veræ ac legitimæ demonstrationes, neque quia, neque propter quid. Non esse propter quid, aperte satis in hoc cap. profitetur Arist. inquiens, hoc genus demonstr progredi per causam proximam & immediatam: at non esse, quia per facili, & aperto argumento confirmamus. In demonstratione non nisi veras propositiones possumus assumere: sed si illę argumentationes, in quibus sumimus tanquam medium huiusmodi causam, essent veræ & legitimæ demonstrationes, sumemus in demonstrat. falsas propositiones, ergo hæ argumentationes non erunt veræ & legiti

mæ demonstrationes. Maior propositio aperta est, quia demonstratio ex veris tantum constare potest, vt capite 2. docuerat Aristoteles. Minorem ita confirmamus. Sumamus hanc argumentat. Quotiescunque quis febri laborat, celerem agitatum continet pulsum: sed quando quis afficitur intemperie caloris, febre laborat: ergo quando quis afficitur intemperie caloris, celerem & agitatum pulsum habebit. In hac argumentatione sumimus tanquam medium causam remotam agitationis pulsus, nimirum laborare febri, in qua & premissam falsam assumimus & conclu. etiam falsam inferimus, nam falsum esse, omnẽ hominem febre laborantem habere pulsum agitatum, vt in propositione sumebamus & affectum intemperie caloris etiam habere pulsum agitatum, vt concludebamus in conclusione, in homine iam morituro experimur qui maxima febre laborat, cuius tamen pulsus nulla agitatione commouetur.

3. conclus. Tertia conclus. Illæ argumentationes, quæ progrediuntur ex causa remota tertii generis, si ex propositionib. aientibus componantur, non erunt legitimæ demonstrationes, si tamen ex aliqua negante conflentur, veræ & legitimæ demonstrationes poterũt appellari. Primam partem hoc exemplo possumus suadere. Si sumamus in aliqua arg. hos tres terminos, animal, leonem, & respirare, ex quibus esse animal est causa remota respirationis, sicq; illam connectamus: Omne animal respirat, omnis leo est animal, ergo omnis leo respirat. Quæ sane argumentatio non est demonstratio, assumit enim falsam propositionem, quę in demonstratione nequit locum aliquem obtinere falsum enim est, omne animal respirare, cum pisces sint animalia, qui tamen (iuxta multorum opinionem) non respirant. Alteram vero partem, nimirum, quando in argumento sumitur aliqua negans propositio, sumpto tanquam medio eadem causa remota, esse veram & legitimam demõstrationem, confirmamus, sumpta hac alia ratiocinatione in secundo modo secundæ figuræ, scilicet in Camestres: Quidquid respirat, est animal: sed nullus paries est animal: nullus igitur paries respirat, quæ sane argumentatio vera est & legitima demonst. quia, nam & assumit veras propositiones, & ex causa remota effectus progreditur.

4. conclus. Quarta conclus. illæ argumentationes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ progrediuntur ex causa remota primi generis, sunt veræ ac legitimæ demonstrationes, quia, seu à posteriori. Confirmatur: quia continent illæ omnia, quæ ad hoc genus demonstrandi sunt necessaria, scilicet veras propositiones, & causam remotam continentes. Id licet iotueri in his argumentationibus. Prima: Omne animal capax intellectus est capax admirationis: sed omnis homo est animal capax intellectus: ergo omnis homo erit animal capax admirationis Secunda: Quando vnum ex luminaribus erit in capite, & alterum in cauda draconis, luna patietur eclipsim: sed certo aliquo & definito tempore vnum ex luminaribus est in capite, & aliud in cauda draconis: ergo certo aliquo ac diffinito tempore luna eclipsim patietur. In harum prima progredimur per causam remotam, scilicet, per esse animal particeps intellectus, quod est causa remota admirationis, cum medio intellectu illam efficiat: in altera autem progredimur per esse in capite, vel cauda draconis quod est causa remota, ac mediata eclipsis, nam causa proxima est interpositio terræ inter solem & lunam, quas sane esse optimas demonstrationes, nullus diffiteretur.

5. conclus. Quinta conclusio. Illæ demonstrationes, quæ progrediuntur ab effectu inadæquato, quia nimirum sequitur ex sola causa, non tamen ex omni, si assumant aientes propositiones erunt veræ demonstrationes: si vero in altera earum medium ab aliquo ex extremis negetur, nequaquam demonstrationes erunt Aientis possumus hoc exemplum proponere: Quidquid respirat, est animal: sed omnis equus respirat: igitur omnis equus est animal In qua sumimus tanquam medium, respirare, quod à solo animali tanquam à causa, non tamen ab omnibus deriuatur. Alterius vero negatis exemplum esse, poterit hæc alia ratiocinatio: Omne animal respirat: sed pisces non respirat: ergo pisces non est animal. Quæ profecto argumentatio sumit minorem negatam, ac proinde non erit legitima demonstratio huius generis, cum assumat & propositionem falsam, & ex illa media assumptione negante, falsam etiam colligat conclusionem.

6. conclus. Sexta conclusio. Argumentationes, in quibus progredimur ab effectu ad causam, ex qua omni, non tamen sola ipse consequitur, si negando argumentemur erunt optimæ demonstrationes, si vero aiendo, non erunt. Sit exemplum in his tribus vocibus, animal, homo, & vita, ex quibus, si sumpta tanquam medio vita affirmatiue argumentemur, nihil demonstrabimus, falsam siquidem assumemus propositionem In hunc enim modum progrediemur: Omne, quod viuit est animal: sed omnis homo viuit: ergo omnis homo est animal. In quo progressu propositio falsa est, cum planta viuat, quæ non est animal. Si autem negando argumentemur, optimam conficiemus demonstrationem, sumptis his tribus terminis, animal, vita, & lapis. Quod non viuit, non est animal: sed lapis non viuit: ergo lapis non est animal. Quæ profecto ratiocinatio optima demonstratio censeri debet, cum nihil ei desit ad hoc genus demonstrationis necessarium. Legendus est Caietanus in commentariis.

7. conclus. Septima conclusio. Hæ demonstrationes, quæ ab effectu progrediuntur, cõstant tribus terminis non minus quam aliæ quæ à causa siue proxima siue remota petuntur.

Quorundam opinio. Quidam in ea extiterunt opinione (si credimus Zabarellæ capite 4. de speciebus demonstration.) vt arbitrarentur, hoc genus demonstrationis duobus tantum constare extremis, causa nimirum, ac effectu, vt si ita dicamus, est fumus, ergo est ignis: est generatio, ergo est materia prima. Cæterum hęc opinio aliena est ab Aristotele, ac rei veritate, nam demonstratio est syllogismus: at in syllogismo tres terminos reperiri, maius extremum, minus, ac medium verbum, communis est, concorsque omnium Dialecticorum sententia. Iam: In demonstratione debemus maius de minori concludere, quod certe nunquam fieret nisi duo hæc in aliquo tertio (medio nimirum verbo) vnirentur, vt esse sphęricæ figuræ, nunquam de luna concluderetur, nisi hæc duo medio aliquo augeri, scilicet lumen in orbem, coniungerentur: etenim ex eo, quod quidquid habet lumen, quod augetur in orbem, est sphæricæ figuræ, & luna recipit lumen, quod augetur in orbem, concludimus lunam esse sphæricæ figuræ Constabunt igitur hæ demonstrationes, quæ ab effectu progrediuntur, tribus terminis, non minus quam aliæ demonstrationes.

Refellitur. Secundo. Ad vnic. arg. in princ. prop. Ad a gumentum propositum in principio vnico verbo satisfacimus, causam remotam

motam non explicare, quid res sit, vt explicat proxima ac immediata, ac proinde quæ progredietur per causam remotam, non erit à priori: altera vero, quæ traditur per causam proximam, erit, sola enim illa est, quæ explicat quid res sit, effectumque clare ac distincte nobis contemplandum proponit, & ita est nomine demonstrationis, propter quid, insignienda.

QVÆSTIO IV.

An demonstratio per causam remotam in sola prima figura fieri possit?

De hac eclipsi lege Ephem. huius anni, Stadii à lunino correctus.

HÆc quæstio anceps est apud viros graues, quibusdam partem aientem, aliis vero negantem defendentibus Qui partem negantem tuentur, hac ratione contendũt probare, fieri etiam posse in 1. figura. Hæc est legitima demonstratio, progrediens per causam remotam Quotiescunque alterum luminarium erit in capite, & alterum in cauda draconis, luna patietur eclipsim: sed 24. Iunii, hora nona huius anni 1592. alterum luminarium erit in capite, & alterum in cauda draconis, ergo 24. Iun. hora 9. prædicti anni luna patietur eclipsim Hæc, inquam, demonstratio legitima est progrediens per causam remotam, nam proxima est interpositio terrę inter solem & lunam quę tamen fit in 1. figura. Iam igitur non in sola secunda figura, sed & in prima etiam poterit fieri huiusmodi demonstratio.

Opin. quorundã Græc. & Arab. Iacobus Zabarella capit. 3. de specie demonstrat. in operib. logic. refert Themist. Philop. inter Græcos, & Alphar. inter Arabes, opinatos fuisse, hoc genus demonstrationis, quod à causa remota progreditur, non minus posse in 1. quam in 2. figura exerceri. Contrariam tamen sententiam fere omnes tanquã veriorem & Arist. magis consonam amplectuntur Alex. Auerr. D. Tho. Caiet. Suesan. Zabarell. Ferrar. in annot huius cap. Tolet. & alii. Cæterum vt nostram sentẽtiam proponamus, reuocamus ad memoriam, quæ in superiori quæst. diffuse diximus, ex causis nimirum remotis, quasdam esse maiores effectu, vt est animal respectu respirationis, quod ad plures se diffundit, quam respiratio (iuxta Arist.) dicitur enim illud de piscibus, quibus respiratio nequit vllo modo conuenire: aliasq; it dẽ esse, quæ cum eisdẽ retrocommeant ac reciprocãtur, vt homo est causa admirationis, huius generis, nam non immediate, sed mediante facultate intelligendi, illam à se emittit, & vnum ex luminaribus esse in capite, aliud vero in cauda draconis, est causa remota eclipsis lunæ, proxima namque est interpositio terræ, quæ cum huiusmodi effectu retrocommeat, ac reciprocatur.

Contra. opin. verior.

1. conclus. Sit 1. conclusio. Demonstrationes, quæ progrediuntur à causis remotis secundi generis, quæ nimirũ cum effectibus reciprocantur, fieri possunt in 1. figura Hæc constat ex demonstratione, quam in argum. in principio opposito efficimus, quæ sane optima est & in 1. figura constructa Et ratio est, quia in his, quæ retrocommeant, ac reciprocantur, possumus ab vno ad aliud aiendo argumentari, ac proinde assume e potestimus vtramque propositionem aientem sumpto medio, quod vtique extremo tam scilicet maiori, quam minori conueniat, vt in præfata demonstrat. sumimus tanquam medium esse in capite, vel in cauda draconis, quod de luna, quæ est minus extremum, & de anno, & die prædictis, quod est minus extremum, prædicatur: at certum est, quando medium ita connectitur cum extremis, vt vtique possit vere conuenire, talem demonstrationem construi posse iuxta primam figuram.

2. conclus. Secunda conclusio. Demonstrationes, quæ progrediuntur per causam remotam alterius primi generis per eam scilicet quæ latius patet, quam effectus, in sola secunda figura construi possunt Hanc apertissimis verbis proponit Aristoteles in capit. ita dicens: Conficitur autem illa ratiocinatio, in qua huiusmodi causa sumitur in secunda figura. Et quidem fuisse ipsum loquutum de demonstrationibus, in quibus hoc genus causæ vsurpamus, constat ex demonstratione quam illico in exemplum subiungit, de animali, ac respirare: perspicuum namq; est animal causam esse remotam respirationis ad plura sese diffundens, quam ipsa respiratio se diffundat. Confirmaturq; hac ratione cum Zabar. Illa demonstratio, in cuius propositione medium prædicatur de maiori extremo, necessario est in secunda figura efficienda, quia tam in 1 quam in 3. medium subiicitur, & non prædicatur in maiori propos. sed in illa demonstrat. in qua progredimur per causam remotã, medium in maiori propositione prędicatur de maiori extremo: ergo illa demonstrat. quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

progreditur per causam remotam, necessario in 2. figura efficietur. Propositio perspicua est, minorē in hunc modum suademus. Sumamus hos tres terminos, causam, effectum, & subiectum, atq; in minori negetur causa, & in conclusione effectus de subiecto, sitq; causa medium, effectus maius extremum, & subiectum minus, vt sit animal causa. respirare effectus, & paries subiectū. & ita argumētemur: Omne quod respirat, &c. In hac certe demonstr. medium in maiori propositione prædicatur de maiori extremo neq; potest non prædicari, quia cum medium sit causa, & maius extremum effectus, impossibileque sit causam non dici de effectu (nam negari de eo nullo pacto potest) fieri nulla ratione poterit, quin medium in maiori propositione de maiori extremo dicatur. Rursus eandem conclus. hoc alio argum. demonstramus. In huiusmodi genere causæ ab ipsa ad effectum non possumus nisi negando argumentari, nam cum latius pateat, eo, aiendo, ex causa non poterimus effectum colligere, cum à superiori ad inferius inadæquatum non recte argumētemur aiendo, erit igitur in hac demonstratione colligenda conclusio negans: sed si conclusio fuerit negans, debet aliqua ex præmissis esse negans: ergo in huiusmodi demonstration aliqua ex præmissis erit negans: at illa non potest esse maior propositio, cum probatum sit, in superiori ratione illam necessario debere esse aiens m, nam in ea causam attribuimus effectui, quæ non potest de illo non affirmari, ergo erit necessario minor: sed minor negans solum habet locum in secunda figura: hæ igitur demonstrationes à primo ad vltimum in secunda tantum figura fieri poterunt.

Confir. iterū.

1. conclus.

Tertia conclus. Hæc eadem demonstrat. mediate possunt construi in prima figura, per mutationem scilicet & conuersionem propositionum, vt recte Suesanus animad uertit: nam præfatam demonstr. Omne respirans est animal, nullus lapis est animal, ergo nullus lapis respirat, possumus ad secundum modum primæ figuræ, nimirum, Celarent, hac ratione reuocare, conuersa minori propos. in hanc, nullum animal est paries: & mutatis propositionibus, ita vt propositio conuerratur in assumptionem, & assumptio iam conuersa in propositionem: nullum animal est paries: omne quod respirat est paries: ergo nihil, quod respirat est paries, & per conuersionem simplicem, ergo nullus paries respirat Ex his possumus conciliare (si libet) duas propositas opiniones, si dicamus, Græcos intelligendos esse de demonstrat. per causam remotam, quæ cum effectu conuertitur, ac reciprocatur, vel de demonstratione, quæ ex hoc genere causæ immediate coalescit, sed quæ fit mediate, vel per conuersionem propositionum ita enim huiusmodi demonstratio optime fieri poterit in prima figura, Alexandrum vero, D. Thom. Auerroem, & alios Latinos intelligi debere de demonstr progrediente per causam remotam, diffusiorem & latius patētem effectu, & de illa, quæ immediate per talem causam progreditur: hæ namq; demonstrationes iuxta solam secundam figuram effici possunt.

Concil. 2. opin.

Ad argu vero in principio ex 1. conclus. constat, quid respondere debeamus.

Ad arg.

QVÆSTIO V.

An demonstratio, quæ ab effectu progreditur, sit nobilior ea, quæ peritur à causa remota.

INter species demonstrat quia vel à posteriori diximus, iuxta sententiam Arist. esse vnam, quæ progreditur per causam remotam, & alteram ab effectu, de quarum perfectione & nobilitate aliquid oportet in medium proferre. Et quidem inter hoc genus demonstrandi, demonstrationem per causam remotam progredientem principem sibi nobilitatis locum vendicare, ita demonstramus. Causa est multo nobilior, quam effectus, ergo progressus ab ipsa ad effectum erit multo nobilior, quam is, qui fit ab effectu ad ipsam: sed quando progredimur per causam remotam, progredimur à causa: d effectum: ergo demonstrat. hæc multo nobilior erit. Rursus: Nobilius multo est scire aliquid per causam, quam ab effectu, nam scire est rem per causam intelligere: ergo demonstratio, quæ progreditur per causam etiam remotam, nobilior erit illa, quæ ab effectu procedit.

1. Arg.

2. Arg.

His tamen nihil impedientibus sit vnica conclus. Demonstratio, quę ab effectu progreditur, est nobilior altera, quę fit per causam remotam. Hanc possumus cum Zabarell. cap. 7 de speciebus demonstrationis ex forma, ex materia, & ex fine demonstrat. in hunc modum confirmare: Inprimis ex forma,

Vnic. concl.

Confirm. 1.

ma, quia demonstratio ab effectu est affirmans & in prima figura, at demonstr à causa remota si fuerit maior effectu in sola secunda figura effici potest, vt in superiori quæstione exposuimus, certum autem est primam figura esse longe nobiliorem secunda.

Secundo.

Iterum ex materia quia demonstratio ab effectu, constat ex propositione, aientibus tanquam ex materia, quæ autem per causam remotam progreditur, ex aliqua propositione negante coalescit. Prioris ab effectu exemplum esse potest hæc demonstratio. Quando arbores defrondescunt est humor in radicibus foliorum: sed in autumno arbores defrondescunt, ergo in autumno deest humor in radicibus foliorum. Cuius certe demonstra. propositiones sunt omnes aientes Alter us vero à causa nimirum remota hanc aliam libet in exemplum adducere. Omne respirans est animal, sed nullus paries est animal, ergo nullus paries respirat, quæ vt perspicuum est ex assumptione componitur negante. Sed propos. aiens est nobilior negante, ergo ex parte materiæ demonst ab effectu progrediens, erit ea nobilior quæ desumitur à causa remota.

Tertio.

Vltimo confirmatur id ipsum ex parte finis. Finis demonstrationis est scientia, quæ comparatur per demonstrationem ab effectu, quam ea quæ per demonstrationem à causa remota obtinetur, ergo demonstratio ab effectu nobilior erit. Minorem (de qua sola potest esse dubitatio) ita confirmamus. Causa ea ratione qua causa est, nulla meliori via quam per effectum inuestigari potest, ac cognosci, at effectus ignotus, meliori via quam per causam remotam potest cognosci, nimirum per causam proximam, ergo scientia à demonstratione per effectum genita, longe nobilior est, quam illa quæ ex causa remota dimanat. cum nobilius multo & clarius explicet id ad quod explicandum assumitur, quam illa quæ per causam remotam progreditur.

Ad 1. arg.

Ad argum. igitur respond. Ad primum dicimus parum referre esse causam nobiliorem effectu, vt ex illa colligamus demōstrationem à causa remota esse nobiliorē, siue enim nobilior siue ignobilior fuerit, de qua re 2. physic. cap. 3. disputabimus, ad finem ad quem vtraque assumitur, nobilior est, & longe præstantori demon. ab effectu, cum magis declaret id cuius explicāda gratia sumitur, quam explicet demonst. à causa remota effectum, ad quem explicandum vsurpatur.

Ad 2.

Ad secundum respond scire per causam proximam esse multo nobilius quam scire per effectum, at scire per causam remotam, ignobilius multo esse, vt ex his quæ proxime diximus, satis superest demonstratum.

QVÆSTIO VI.

An sint tantum duæ species demonstrationis quia, & propter quid.

Ad 1. arg.

QVærendum est in vlt. quæst. huius primi sect. num dentur tantum duæ formæ demonstra quia, & propter quid, vel an præter has sint etiam aliæ demonstrationis species. Nam esse multo plures confirmatur primo, ex eodem Aristot. in cap. sequentibus constituente, quandam esse demonst aientem, aliam negantem, quandam vniuersam, & aliam singularem, quandam directam, & aliam ad incommodum concludentem, erunt igitur multa plures species demonstrationis.

2. Argum.

Secundum: Datur demonst quia à causa remota, datur etiam alia ex effectu immediato, ergo dabitur etiam aliqua quæ ex effectu remoto, & mediato progrediatur, nā non occurrit maior ratio ob quam detur demonstratio per causam remotam, & mediatam, & non detur per effectum remotum, & mediatum.

3. Argum.

Præterea videtur Arist. omisisse aliud genus demonstrandi, quo ab effectu ad effectum eiusdem causa progredimur, nam quando ab eadem causa duo æquales effectus deriuantur, quorum neuter est alterius causa. possumus vnum per alterum demōstrare, vt si de laborante febri putrida inæqualitatem pulsus per immoderatum calorem concludamus, nam hi duo effectus inæqualitas pulsus, & immoderatus calor, à febri putrida oriuntur; iam ergo plures erunt species demonstration. quam hæ assignatæ.

4. Argum.

Iam: Ex diuersitate medii colligere possumus diuersitatem specierum demonstrationis, sed triplex est medium, ergo triplex erit genus demonstrationis. Confirmatur minor. Medium in demonstra. notius esse debet conclusione, sed tribus modis potest aliquid esse notius, vel secundum suam natu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

turam, vel quoad nos, vel secundum suam naturam simul, & quoad nos, ergo triplex erit medium demonstrationis, ac ex consequenti tres etiam erunt illius formæ.

1. opi. Auer.

Hæc quæstio semper fuit anceps & dubia apud philosophos, sunt enim in ea explicanda varia ipsorum iudicia, atque sententiæ. Prima est quam profitetur Auerroes comment. 95.1.lib poster. in epito in cap de demonst comment 35 lib.1.de cœlo, & 5.li colligere 24.exist mans, tres esse formas ac species demonstr. vnam quia, alteram propter quid, & tertiam simpliciter. Quia est quando ex effectu colligimus causſam aut quando ex causſa remota effectum concludimus propter quid, quando concludimus in esse proprietatem subiecto, vel effectum causæ, vt quando de luna concludimus pati eclipsin; simpliciter vero dicitur illa, in qua non tantum concludimus proprietatem in esse subiecto, verum etiam & causam propter quam insit, explicamus, vt quando de eadem luna concludimus pati eclipsin, per interpositionem terræ inter solem, & ipsam. Hanc permulti ex Auerroistis sequuti fuerunt, & quam Zabarella cap.11.de speciebus demonstra. inquit sua tempestate, apud Logicæ, & Philosophiæ professores, fuisse communem.

2. opi. Them. idem, c. 29.

Themistius aliam excogitauit speciem demonst ab Arist. prætermissam, quæ neq; est à causa siue proxima, siue remota ad effectum, neque ab effectu ad causſam, sed ab effectu ad effectum. Etenim quando ab vna & eadem causſa duo effectus æquales oriuntur quorum neuter alterius causſa existat possumus vnum ex altero demonstrare. Quæ sane demonstratio neque erit à priori, neque à posteriori, sed ab æquali ad æquale, erit enim argumentatio necessaria & ex propos. de omni, per se, ac necessariis const tuta. Cuius rei proponit exemplum, quod nos in 3. arg tradidimus, de febri putrida quæ causa est inæqualitatis pulsus, & certi cuiusdam, ac immoderati caloris in ægroto, quæ duo sunt effectus pares, & æquales inter se, nec vnum est alterius causa, quamuis ab vna ac eadem febri putrida dimanent, ac proinde si ex eo quod inest ægroto certus hic, & immoderatus calor, inferamus inesse eidem pulsum inæqualem, argumentabimur demonstr. huius generis, in qua ab effectu ad effectum parem, & æqualem, progrediemur.

Alia sententia est ab hac parum differens Raimundi Lullii in sua arte magna p. 7. cõstituentis præter demonstr. quia, & propter quid, alteram per æquiparantiam seu a qualitatẽ, quod genus demonstrandi est, quando per medium par. & æquale concludimus attrib. aliquod de subiecto vt si de homine concludamus esse animal per hoc medium quod est sentire, nã hæc duo attributa sunt inter se par a, & æqual a, ex vnoque alterũ de homine colligimus Et hoc genere demonstrandi opinatur posse euidenter confirmar sacrosanctæ nostræ rel gionis my steria, vt Deum (verbi gratia) esse trinum, & vnum. Quænam autem sit verior, d ctisque Aristo magis accommod ta sententia, his assertionibus explicamus sitque earum prima

3. opin. Raimun. Lullii,

1. conclus. De nonstratio tantum est immediate in demonstr quia, & propter quid diuidenda. Itaque tantum erunt hæ duæ formæ demõstrat. & non plures. Hæc certe sententia est expressa Arist. in hoc c 10 omniumque fere interpretum illius Græcorum, & Latinorũ Alex. Philop. B. Alb M D Th Caiet S esa. M. Soti, Villalp. in comm huius cap Zimaræ contrad 11. & theor. 53 Aquar 12. lib metaph. q vlt. & fere omnium (quos ego videri) recentiorum Confirmaturque quia omnis demonst. vel est à causa, vel ab effectu si a causa vel à proxima vel à remota, si fuerit à proxima, est demonstratio propter quid, si vero à remota vel ab effectu, est quia, ergo omnis demonstratio debet immediate diuidi in demonst quia, & propter quid

Comm. sent.

Obseruatio. Diximus immediate quia deinde demõstra propter quid, est rursus subdiuidenda, in demonstr propter quid tantum, quæ solum concludit proprietatem simpliciter, & absolute, in esse subiecto in eã quę non tantum inesse, verum etiam causſam, propter quam insit, declarat, quemadmodum Caieta. acute, & erudite, Suesa. & Aquar. in locis indicatis adnotarunt, qui dicun Auerro in non effeciſe tertium genus demonstra distinctum ab his quæ proposuerat Aristo sed ex duobus ab eo trad tis, vnum eorum in demonstr tantũ propter quid, & in alteram simpliciter diu fisse

2. Conclus. Secunda conclusio Non est constituenda alia species demonstra in qua ab effectu ad effectum æqualem progredimur, vt volebat Themistius. Hanc in hunc modum possumus

possumus suadere. In omni demonstra. sunt sumendæ propositi per se & necessariæ, sed quando ex vno effectu alterum colligimus, non sumimus omnes propos. per se & necessarias non igitur talis syllogismus poterit demonst appellari Propos. est ab Arist in c. 4. 6. & 7. sæpe repetita, assumptionem hac ratione demonstramus. Si hic syllogismus propositus à Themistio Qui habet pulsum inæqualem, afficitur calore immoderato: sed qui laborat febre putrida habet pulsum inæqualem, ergo qui laborat febre putrida afficitur calore immoderato. Hic sane non assumit propositionem per se, ac necessariam, nam in primis maior non est per se, quia neque calor immoderatus, est de diffinit one pulsis inæqualis. neque hic per immoderatum calorem diffinitur. Vnde neq; in 1. neque in 2. modo dicendi per se, erit huiusmodi propos contenta. Præterea neque in 4. quia subiectum non est causſa attributi, cũ neuter respectu alterius, locum causſæ, sed vtrumque locum effectus obtineat. Iam neque est eadem propositi necessaria, ea necessitate quam Arist necessariã ait esse demonstr. conficiendis: etenim quamuis si vterque effectus cum causſa à qua fluit conferatur necessitatem aliquam obtineat, quia non potest ab illa non dimanare, si tamen inter se conferantur, & ex propriis (vt ita loquamur) meritis terminorum considerentur, nullam denotant connexionem necessariam, at vt aliqua proposit. sit necessaria & per se, ex propria natura subiecti, & attributi, non autem aliunde, vel ex accidenti, erit iudicandum quare propositus syllogismus nullo modo inter veras & legitimas demonstr. poterit recenseri.

3. Concl.

Tertia conclus. Non est præter demonstrationem quia, & propter quid, alia demonstratio ab his distincta, quæ sit per æquiparantiam, seu æqualitatem, const tuenda Hanc aduersus Raimundum Lullium profitemur. Quam confirmamus primo. In omni demonstr. medium debet esse notius conclusione, nam cognoscendæ conclusionis gratia, illud assumitur, vel igitur est notius natura tantum, vel natura simul & notis, vel tantum nobis, neque enim pluribus modis potest aliquid esse notius, si fuerit notius natura tantum, vel natura, & nobis, illud est causſa conclusionis, si vero fuerit notius nobis, est effectus eiusdem: ergo omnis demonstra debet vel per causſam, vel per effectum procedere: At illa demonstra. quæ progreditur per causſam est demonstr. propter quid. quæ vero per effectũ est quia, ergo omnis demonst. erit, vel quia, vel propter quid.

1. Argum.

Iam; In exemplo quod de sentiente animali, & homine proposuimus, demonstratio ex his terminis effecta, est demonstrat. propter quid, nam concludimus de homine esse animal, per veram, legitimam, ac formalem causſam illius, esse enim participem sensus, forma est animalis, & hominis sub eo contenti. Deinde: quando vnum attributum diuinum, de Deo per alterũ concludimus, vt quando concludimus a ternitatem ex immutibilitate, medium (nimirũ immutabilitas) est causſa formalis conclusio. ac vera proinde, & legitima demonstra. propter quid vtemur: In quibus demonstrationibus, cum sint termini pares, & æquales, profecto demonst. per æqualitatem, vel æquiparantiam non differet à demonstratione propter quid.

2. Argum.

Illud tamen frendum non est, quod hic auctor inquit, posse hoc genere demonstrandi per æqualitatem, euidenter confirmari sacrosanctæ nostræ religionis mysteria, vt Deum esse trinum, & vnum, esse incarnatum, & sic de aliis. Hæc enim sententia est error in fide manifestus, sunt namque adeo hæc sacrosancta mysteria eleuata, vt nisi intellectus supernaturali lumine fulciatur, nulla ratione, non dico demonstratiue, sed neque probabiliter, illa attingere vlla ratione queat. Hæc siquidem est fidei nostræ dignitas, ac maiestas, vt non lumine imperfecto, quale est naturale, sed perfecto, vt est alterum diuinæ reuelationis, quod est certum & omnibus modis infallibile, innitatur: etenim non posse ratione naturali aut philosophica demonstrat. huiusmodi mysteria apprehendi, vbique clamant sanctæ litteræ, Isaiæ 53. generationem eius quis enarrabit? Matth. 11. Nemo nouit filium nisi pater, neq, Patrem quis nouit nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Et ad Hebr. 11 fides vocatur ab Apostolo argumentum non apparentium. Verum sat fuerit hæc dialectice indicasse, vt si forte fortuna in huius auctoru opus inciderint, ab hoc illius errore prudenter caueant, sciantque esse illius opera caute legẽda, ne in alios huic similes errores labatur. Quia tamen probe noui aliquos hac nostra ætate nimium esse huius Raimundi Lullii doctrinæ addictos, nitig; pro viribus, vt illius fere extincta, ac oblitione tradita doctrina, iterũ reflorescat. breuiter quid de illo, eiusque doctrinæ

Reiicit. opin. Lullii.

Quis fuerit Lullius.

sentiam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

L Prateo. li. 16. de sect. haret. cap. 2. & Lu. Zembur. lib. 3 sui cat. haret. Gersonem in l. de examine doctr. consid. 1. Ciruelum q. 6 Paradoxa. vide etiam catalog. lib. prohib. Pauli

sentiam, explicabo. Fuit is Raimundus Lullius, ciuis Maioricensis, qui solitudinis dulcedine ductus, in altam quandã, ac sublimem illius Insulæ rupem (ea à Maioricensib. dicitur Randa) secessit in qua per multos annos & tam egit eremiticam, ibiq; contemplationi, ac literarum studio incũbens, multa volumina edidit de omni parte tam diuina, quam humana Philosophiæ, & sibi non minimam rerum diuinarum, & humanarum cognitionem conquisiuit. Qui illius nomine gloriantur, illam à Deo Opt. M. hausisse per infusionem, profitentur. Ego vero si vera sunt, & vera esse putare debemus, quæ à Nicolao Eymerico regnorum Aragoniæ generali inquisitore, viro integerrimo, & nostri Prædicatorum ordinis alũno, ac B. Dalmatii discipulo in 2. part. directorii inquisitorum q. 10. & 26. traduntur, impium ac blasphemum esse iudico, asserere hanc scientiam fuisse illi à Deo infusam, refert enim ille innumeros errores ex variis operibus Raimundi Lullii collectos, à Greg. XI. condemnatos: At qua maior impietas, aut blasphemia in Deum referri potest, quam ipsum alicuius erroris auctorem esse profiteri? Sane quemadmodum fieri nulla ratione potest, vt à candore res atræ fiant, vel à calore frigidæ, ita multo minus haud dubie fieri poterit, vt à prima illa suprema que veritate, qua neque falli, neque fallere quenquam potest, vnus, nec vel minimus error queat deriuari. Non me latet quæ probra, atque conuicia aduersus Eymericum Lullistæ coniiciant, inter alia tanquam deferente falsum testimonium, ipsum accusantes. Dicunt enim has literas Greg XI. non vere ab eo dimanasse, sed ab Eymerico (in odium quod aduersus Raymundum conceperat) conflictas fuisse. Verum qua fronte hanc iniuriam viro laudatissimo, & per tot annos illo supremo inquisitoris munere fungenti inurant prorsus ignoro. Legant hi directorium eiusdem, Francisci Peguna commentariis illustratum, & auctoritate Gregor. XIII. Romæ excusum, in quo hanc eandem Bullam Gregorii XI. videre poterunt, quæ certe si conficta fuisset nequaquam à viro doctissimo Peguna, & sentiente summo pontifice edita prodiisset. Plura addere poteram aduersus istos, quæ, quia non sunt huius loci, missa feci. Moneo tamen ingenuos adolescentes, & omnes qui literarum studiæ sedulo incumbunt, ne huic, aliisque eiusmodi auctoribus, nimium fidant ac afficiantur hoc quæ lacus turbidos omittant & ad limpidissimos aquarum, & totius sapientiæ fontes, (Aristot. dico in Philosophia, & D. Thom. in Theologia) ex quibus puram, veram, & sinceram doctrinam possint haurire, se totos conferant, ita enim fiet vt & Philosophiæ & sacræ Theologiæ fastigium attingere summa cum facilitate, propriique nominis laude valeant & claritate. Hæc igitur sunt quæ de huius viri eruditione, breuiter vt scriberemus habuimus.

Ad 1. arg. Iam ad argu quæ in initio proposuimus. Ad primum iam docu mus omnes illas demonstr. quia, & propter quid esse comprehensas, nam ex aientibus, quædam est quia, & alia propter quid, idemque est de aliis omnibus iudicium.

2. Argum. Ad secundum resp. Arist. omisisse demõstrat ab effectu remoto, tum quod eam tãquam imperfectum sluerit, tum vel maxime, quod illius nullus sit in scientiis vsus, nam cum in ipsis solus effectus dumtaxat assumatur, qui nobis causas latentes manifestet, quod officium non præstat effectus remotus, ob hanc causam, nullus erit horũ effectuum vsus, nullaq; ex illis fiet demonstratio.

3 Argum. Ad tertium respond. illam argumentationem, in qua ex vno effectu alterum de subiecto concludimus, nõ posse vocari demonstrationem, neque enim in illa altera ex propositionibus per se est, neque necessaria, cuiusmodi esse debet quæ demonstrationem constituit, vt late in 2. conclus. aduersus Themist. docuimus.

Ad 4. Ad quartum dicimus ex illis tribus mediis duos deseruire demonstr. propter quid, scilic. medium quod est natura tantum, & quod est simul natura & nobis notum, nam in hoc genere demonstrandi, aliquando vno, & aliquando alio modo vtimur: & alterum à notioribus tantum nobis, soli demonstr. quia deseruire, ac proinde hæ duæ tantum erunt species demonstrationis, quia scilicet, & propter quid.

SECT.

SECTIO II.

In qua de scientiarum subalternatione disputatur.

ARGVMENTVM.

IN secunda parte huius cap. egit Arist. de scientiarum subalternatione, de qua in superioribus etiam cap. disseruerat. Quam eandem explicandam suscipientes, tanquam maxime necessariam omnibus Philosophis, nonnullas in eorum gratiam quæst. proponemus.

SECT. II. IN CAP. X. LIB. I.

De demonstratione quæst. 1. Quæ ad scientiarum subalternationem requirantur.

Qui egerint de subaltern. EGerunt de hac re metaph. 1. & 4. *lib. metaph.* Socin. *in hoc vlt. loco q. 9.* Fonseca *q. 2.* Iauell. 1. *lib. q. 2* Flandr. 1. *metaph q. 8. art. 4.* Theolog. 1 *p. q. 1. art. 2.* vbi Caiet. *acute, & eruditè rem hanc explicatam proponit, & in prologo sent.* Capr. *q* 1. Durand. *q. 7. & 8.* Argen. *q. 2 & Dialect* idem Caiet. B. Albert M. Louan. M. Soto, Veracruce, & alii in *comm. huius loci.* Vt igitur à nomine ducamus initium, scientia subalternata nihil aliud significare videtur, quam scientiam quæ est sub altera comprehensa, hoc enim subalternati nomẽ præ se ferre videtur. Tribus autem modis potest vna scientia sub altera contineri, ratione finis, ratione principiorum, & ratione subiecti. Vnde & tribus etiam modis dicentur scientiæ subalternatæ, ratione finis, ratione principiorum, & ratione subiecti.

Inprimis ratione finis, illa dicitur alteri subalternata, cuius finis sub alterius fine continetur, qua ratione ars Frænifactoria Equestri, Equestris militari, & hæc Politicæ subalternantur, quia finis frenifactoriæ, sub fine equestris, & finis equestris sub fine militaris, & militaris sub fine Politicæ continetur. Hoc autem duobus modis fieri contingit.

Primo quando scientia ad quam spectat finis superior per imperiũ dirigit eam quæ finem inferiorem contemplatur, vt in exemplo proposito. Equestris dirigit Frenifactoriam ad suum finem. Militaris Equestrem, & Politica militarem.

Secundo modo, quando ea quæ est superior agit solum superiorem finem contemplando, nullo modo per imperium dirigens ad illum, finem inferioris. Qua ratione Ethica subalternatur Physicæ, agit enim physica de recta hominis operatione illius naturam contemplando, quæ est perfecta operatio partis intellectiuæ, Ethica vero docet recte vitam instituere, ac mores componere, vt perfecte homo, bene nimirum, fœliciterque viuere valeat.

Ratione principiorum illa scientia est alteri subalternata, cuius principia in illa demonstrantur, siue demonstratione directa, siue ducente ad incommodum illud fiat. Primo modo Medicina subest Philosophiæ naturæ, quia ea principia quæ Medicus ad sua dogmata confirmanda assumit, de qualitatibus elementorum, de virtutib. & facultatibus plantarum, & lapidum, sunt in Philosophia naturæ demonstrata Altero modo demonstr. scilicet ad incommodum ducẽte, Geometria subalternatur quodam modo Arithmeticæ, vt quando Geometria demonstrat diametrum quadrati non esse commensurabilem lateri, ex eo, quod inde fieret vnitatem esse commensurabilem numero, id est, quia haberet cum eo communem mensuram, quod in sua scientia Arithmeticus accurate explicat, ac demõstrat.

Ratione denique subiecti illa scientia est alteri subalternata, cuius subiectum sub illius subiecto continetur, quo modo Mu-

Et hoc eod. modo met ap. confir. aliarum artium princ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sica subalternatur Arithmeticæ, quia subiectum illius est numerus sonorus, Arithmeticæ vero numerus: at certum est numerum sonorum, sub numero absolute comprehendi. Ex his tribus subalternationis generibus hoc vltimum est quod vere, proprie, ac simpliciter, scientiam subalternatam constituit nam primus & secundus in partibus vnius, atque eiusdem scientiæ possunt reperiri, et enim vna pars scientiæ practicæ, potest alteri imperare vt ad suum finem sese accommodet in agendo. Conspicimus etiam in eadem scientia contemplatiua, vnius partis conclusio. sumi vt principia in aliis partibus ad conclusionem inferendas, vt in Philosophia naturæ conclusio quæ de motu in lib. physico. explicantur, sumuntur tãquam principia in lib. de cœlo de ortu, & de anima. Cæterum quando obiectum superioris contrahitur per differẽtiam aliquam accidentariam, ad obiectum inferioris, vt fit in tertio genere, semper scientia quæ de obiecto ita contracto agit diuersa est ab his quæ agunt de obiecto superiori, quamuis diffitendum non sit, fere semper secundum genus esse cum tertio coniunctum, nam si obiectum inferioris sub obiecto superioris comprehenditur, profecto principia quæ ab inferiori ad suum obiectum explicandũ assumentur, erunt in superiori proposita ac explicata.

Quatuor cond. ad subalter. necess. 1. conditio.

Huius subalternationis quatuor ab omnibus fere metaphysicis, & dialecticis solẽt proprietates assignari Prima vt obiectum scientiæ subalternatæ sit magis positum, magisque cõtractum, obiecto scientiæ subalternantis nam obiectũ musicæ, quæ subalternatur Arithmeticæ, contractius multo est obiecto ipsius, agit enim Arithmetica de numero absolute, musica vero de numero non quolibet, sed sonoro, aut in sono contento.

2. conditio.

Secunda est: Illud quod contrahit, aecoercet obiectum scientiæ subalternantis ad subalternatam, neque debet esse differentia aliqua essentialis, neque maxime propria obiecti contracti, neque debet illud in huiusmodi contrahente secundum essentiã includi. Ob defectum primi, scientia de animali arti ipi rationis disputans, nõ subalternatur illi, quæ agit de animali in communi, quia particeps rationis, est differentia quædam essentialis animalis. Ob defectum autem secundi (vt statim dicemus) nulla scientia Metaphysica subalternatur.

Tertia est: Quod contrahit obiectum scientiæ subaltern. ad subalternatam, non debet esse aliqua proprietas alicuius inferioris, ob quam causam ea scientia quæ disputat de animali compoterifus, non subalternatur scientiæ de animali pertractandi, quia animal contrahitur per compotem risas, quod est proprietas quædam hominis, qui est inferior animali quare quod cõtrahit debet esse natura quędam accidentaria, & ab obiecto contracto omnino extranea

3. cond.

Quarta est: Scientia subalternans explicat rem esse, & propter quid sit, subalternata vero, tantum explicat rem esse, indiscussum autem relinquit propter quid illa sit. Id autem haud obscure visus est innuere Arist. in ca. dicens scientiam subalternantem vti demonstra propter quid, alteram vero subalternatam demonstratione quia, nam chirurgus (cuius scientia subest Geometriæ) cognoscit vulnera rotunda tardius curari, propter quid tamen hoc ita eueniat, hæc eius scientia nequaquam explicat: at Geometra qui Chirurgum sibi subalternat, non tantum tradit huius rei cognitionem, verum etiam eiusdem causam reddit, quia huius vulneris latera longius inter se distãt, ac proinde difficilius possunt inter se coniungi. Hæc tamen conditio intelligi debet eo modo quo erit in q. 3. à nobis illa explicanda. Hactenus communem exposuimus opin. & quæ ad subalternationem requirãtur ex omnium fere sententia tradidimus. Cæterum Caiet. acutissimus in p. q. 1. art. 2. alio modo progreditur, inquit enim ad scientiatum subalternat onem non esse hæc quatuor, quæ recensuimus, necessaria, sed vnum solum nimirum vt scientia subalternata, non habeat conclusiones in se, neque ex principiis, aut in principiis, intra proprios limites subalternate diuidentes. Illud siquidem debet constituere scientiam subalternatam, ratione cuius ipsa à subalternante separatur; at hoc. quod diximus, est ratione cuius à subalternãte separatur Hoc autem vt explicet, adnotat nullam scientiã habere conclus. in se ipsa euidentes, sed in principiis, & ex principiis à quibus illæ inferuntur, cum enim euidentia sit clara rei visio, quæ non aliunde ortum habet quam ex eo, quod principia nata sint inferre conclusionem certo, & infallibiliter, profecto ab huiusmodi habitudine principiorum ad

Explicatio Caiet. do subaltern.

conclusiõ

conclusio huiusmodi euidentia oritur. Inter stigitur inter scientiam subalternantẽ, & subalternatam, quod in subalternante, principia ex quibus oritur euidentia conclusionum, sunt propria illius, & infra eiusdem limites explicantur, at in subalternata principia ex quibus euidentia concl. depẽdet, non sunt ipsi propria, neque infra proprios limites declarantur, sed in scientia superiori subalternante. Vt in exẽplo de Geometria, & Chirurgia, hoc principium, quæ longius distant difficilius curantur. ex quo dependet eu dentia huius cõclusionis: vulnera rotunda difficilius curantur, non explicatur neque demonstratur in Chirur sed in Geometria. etenim Geometra hoc principium in hunc modum concludit. Quæ difficilius coniunguntur difficilius curantur: sed quæ longius distant difficilius coniunguntur, ergo quæ longius distant difficiliu curantur Est igitur proprium scieti e subalternatæ (in quo differt à subalternante) non habere conclusiones in se neque in principi, iis ab illa assumptis euidentes sed in illis quæ in superiori scientia conc uduntur. Ex quo fit vt Theologia nostra sit vere subalternata scientiæ Beatorum, quia nostra non habet conclus in se, neque in principiis, aut ex principiis, quæ ab il a proponuntur euidentes, sunt enim hæc principia articuli fidei, qui nullam habent euidentiam, Theologia vero beatorum habet euidentiam suarum conclusio ex, & in principiis quæ in ipsa propr prio lumine, nimirum gloriæ, manifestantur. Acuta sane huius rei explicatio, quam Soncin 4 metaph. q. 9. ante Caiet. innuere visus fuit. Altera tamen, quam nos primo loco exposuimus est multo cõmunior, atq e ita liberum erit vnicuique ex his duabus eligere, quam maluerit, opinionem.

Explicatur quædam appendix dubitatio.

EX his facile quisque poterit de illa quæstio. num omnes scientiæ sint metaphy. subalternatæ, iudicium ac sententiam ferre, asserei dum enim erit non esse subalternatas vera, ac propria subalternatione, quemadmodum etiam ante nos viri grauissimi Soncin 4. metaph 9 Iandell. 1. metaphys q 2. Hand q 8 art 4 Durand. q vlt Prolo & Fonseca vbi su radocerũt Et confirmare possumus exinde Quia implexis scientiis dãtur aliqua prima principia ita clara, euidentia, & immediata, à quibus tota vis & conclusio dependet vt ad suam claritatem & euidentiam, nul a egeant directa demonstra. aut meta. hy probatione, vt in Geometria datur hoc principium, si ab æqualibus æqualia demas, quæ supersunt sunt æqualia, & in Philosophia naturæ sunt etiam hæc principia. Quidquid fit ex suo contrario fieri debet. Et omnis motus effici debet inter duos terminos à quo, & ad quem, idemque est de aliis iudicium. Secundo ex 2. proprietate, quam diximus esse ad subalternationem omnino necessariam Obiectum scientiæ subalternantis minime debet in obiecto scientiæ subalternatæ aut in modo, vel differentia cõtrahen e illud ad obiectum subalternatæ esse inclusum, sed nihil est quod subterfugere queat naturam entis cũ sit illud intime in rerum omnium modis ac differentiis inclusum, vt 2. lib. trãscen c. 17. multis argumentis confirmatum ergo metaph. nullã dedimus confirmatum ergo metaph. nullã scientiam poterit sibi subalternare Quod si Plato 7. lib de repub. Arist. 1. Phys c 2 & 1. de demonstr c. 7. D Tho in opusc de natu gen. cap. 14 Proclus lib 1. comment. in 1. element Euclyd c 4. docere videantur reliquas scientias esse metaph subalternatas intelligendi sunt de impropria, non autem de propria subalternatione Ex eo namque asserunt esse subalternatas. quia metaphysica argum. ducente ad incommodum alia rum scientiarum principia nititur confirmare, vt nos supra cap. 7 exposuimus, quæ sane non est propria, sed improprie, ac imperfecta subalternatio. Et quamuis M Sotus vir sane de omni parte Philosophiæ bene meritus in fine sui Prolog. categor tradat metaphys. omnes alias scientias quæ in ente rei versantur sibi subalternate re melius inspecta 1. Phys q. 1. hanc nostram sent. amplectitur Liceti, sum interpretari possimus intelligendum esse ex in præfatione illa, eo modo, quo superiores Philosophos intelligẽdos esse docuimus, de subalternatione licet improprie dicta. Verum hæc ita breuiter sufficiat ingisse, quorum erit diffusior explicatio ex prima Philosophia haurienda.

2. Argum.

Obiectio.

Solutio.

Ar gum.

QVÆSTIO II.

An obiectum scientiæ subalternatæ sit unũ per se.

QVamuis hæc quæstio pluribus fuerit explicatu difficilis nitemur tamẽ eam facile,

Universidad de Deusto
Biblioteca

facile,ac perspicue explicare. Et quia tota hæc res illi principio inniti videtur,num de ente per accidens detur scientia (nam si obiectum scientiæ subalternatæ est ens,& vnũ per accidens,consequens fieri videtur de illo dari se entiam) hæc quæst. erit inprimis exagitanda,num scilicet de eiusce modi genere entis, possit aliqua scientia reperiri. Et quidem nullam posse de ipso scientiam esse perspicuis,primum. verbis testatus est Aristot. 6.metaph.ca.2. vbi multis argu. confirmat, nullam scientiam, neque practicam,neque speculatiuam in hoc genere entis versari vlla ratione posse.

1.Argum. Secundo : Quod nequit definiri,neque sciri etiam poterit,quia definitio est medium demonst & ex consequenti instrumentum sciendi,sed ens per accidens nequit definiri, quia partes diffinitionis efficiunt vnum per se ex Aristot. 8.metaph.c.6. at partes entis per accidens non efficiunt vnum per se,ergo ens per accidens non poterit sciri.

3.Argum. Tertio:Ens per accidẽs nullas potest habere proprietates fluunt namque illæ,ab vna aliqua natura quam certum est, ens per accidens non habere,ab eaq; proprietates ordine quodã proficiscuntur,qui sane inter partes entis per accidẽs reperiri nequit, sed in qualibet vera, ac legitima scientia,concludimus proprietates de subiecto , ergo ens per accidens nullo modo sub scientiam cadere poterit.

Opin. Caiet. Caiet q hanc in comment.huius cap.declaratus, existimat, obiectum scientiæ subalternatę esse vnum per se,non per accidẽs, putat enim de ente per accidens nullam scientiam,neque subalternantem, neque subalternatam posse dari. Modum autem quo obiectum subalternatæ sit vnum per se ita explicat. Id per quod quippiam diffinitur cum re diffinita efficit vnum per se, ac proinde cum differentia contrahens obiectum subalternantis ad subalternatam, diffiniatur per huiusmodi obiectum, si quis enim vult diffinire sonorum , quod contrahit numerum ad Musicam, diffiniet illud, quod proportionate , & numerate sonat, neque enim quemlibet sonum,vt illum qui ex ictu duorum corporum solidorum nascitur , sed eum qui est in numero, & proportione Musicus contemplatur; propter ea ex differẽtia contrahente obiectum subalternantis, ad subalternatam, & ex eodem obiecto fiet vnum per se , quod sibi subalternata tanquam obiectum suscipit explicandum.

Opin. Sonci. Sonci.4.metaphys.quæst.9 in eadem etiam extitit sententia , & opinione , scilicet obiectum scientiæ subalternatæ esse vnum per se, nulloque modo posse esse vnum per accidens, quamuis diuersa ratione hanc opinionem proponat: Etenim ex subiecto & proprietate sibi pari & æquali, in se entiis conflatur vnum per se,at in obiecto scientiæ subalternatæ,differentia contrahens subiectum subalternantis, est proprietas obiecti subalternati,illi par ae æqualis,nam quamuis, esse v. g sonorum, nõ sit proprietas numeri,sed illi accidat , veram numero sed est illius proprietas,esse sonorum ob hãc causam obiectum scientiæ subalternatæ , non vnum per accidens sed simpliciter & absolute vnum erit per se.

3.opin.recentiorum. Sunt tamen multi recentiores viri periti & nonnulli veteres , quos Soncin.in hac q. refert,qui existimant obiectũ scientiæ subalternatæ esse vnum per accidẽs de quo veram scientiam dari posse fatentur. Nam numerus sonorus , & linea visualis , sunt entia per accidens, ex rebus diuersarũ categ. conflata, ex quantitate sc. & qualitate,quæ tamen à scientiis subalternatis vt musica , & perspectiua considerantur.

1.Obseru. His opinionibus propositis, vt quæstionem diffiniamus, nonnulla erunt animaduertenda Primum duplex esse ens per accidens, vnum quod conflatur ex rebus diuersarum categ.vt homo risibilis,numerus sonorus,& linea visualis ; alterum vero quod casu,& forte fortuna,ab aliqua causa solet prouenire, vt inuenire thesaurum hominẽ terram fodientem,est ens per accidẽs huius generis,quia casu,ac fortuna ita euenit: nõ enim quilibet terram fodiens thesaurum inuenit.

2.Obseru. Secundo : Ex entibus per accidens primi generis,quædam habent certam , & diffinitam causam , vt homo risibilis & homo canescens , nam risibile causam habet scilicet rationale,& canicies in eodẽ homine causam obtinet , quæ est humor putrescens in radicibus pilorum , qui vi caloris naturalis consumi nequit;alia vero nullam causam in subiecto sortiuntur, vt homo læsus, vel vulneratus, etenim vulnus , non ab aliquo principio interno, sed ab externa causa deriuatur.Addimus præterea ex entib.quædã esse quæ nullam habẽt peculiarem difficultatem

tatem , aut proprietatem ab eis dimanantem, vt vulnus illum die dominica, vel festiua aut sutori alicui : nõ enim ex eo quod fuit his diebus illatum , aut huic personæ peculiarem continet difficultatem,& curationem : aliaque esse quæ peculiarem aliquam continent difficultatem, vt quod vulnus fuerit inflictum sacerdoti: vel proprietatem, vt si illud fuerit rotũdum, proprium quippe horum est, difficilius curari

3.Obser. Ad extremum obseruandum erit, obiectum scientiæ subalternatæ sumi posse, vel in genere rei, vel in genere sensibilis Sit exemplum in obiecto alicuius scientiæ subalternatæ, vt in linea visuali. Linea , & color (quo illa subiicitur visui) sumi possunt , aut in genere rei , vt scilicet sunt naturæ quædam sub variis generibus comprehensæ , linea sub quantitate coniuncta, color vero sub patibili qualitate: aut in genere scibilis,ea nimirum ratione,qua hæc duo à perspectiuo in sua scientia contemplantur. Sumuntur autem hac ratione,quando per veram ac legitimam causam cognoscuntur, quia scientia est cognitio rei per causam, quemadmodum si idem perspectiuus contempletur lineam visualem, ita vt dicat illa apparere maiora , quæ per breuiorem lineam apparent, illaque minora , quæ per longiorem , contemplabitur sane illas sub ratione scibilis, quia contemplatur illas in habitudine ad causam , quæ est ea , quæ per breuiorem linea apparent, videri per angulum maiorem,& quæ per longiorem,per minorem angulum cerni.

1.conclus. Sit iam prima conclusio. De ente per accidens , quod ex rebus diuersarum categoriarum conflatur, si illud certam ac peculiarem causam habuerit potest dari vera ac legitima scientia , vt de homine capaci risus, & de animali canescente. Confirmatur primo , quia scire est rem per causam intelligere, neque enim aliud ad scientiam requiritur , quam rem per causam nouisse : sed hi effectus habent certam ac diffinitam causam, à qua oriuntur: ergo non poterunt ab aliqua scientia vere sciri. Secundo, de hoc genere entis variis possumus proprietates concludere : sed illud potest sciri , de quo possunt concludi proprietates, ergo de ente per accidens huius generis poterit dari vera scientia. Maiorem confirmamus, quia de homine canescente vel sene possumus concludere has proprietates ordine quodam inter se connexas,esse paruæ spei,auarum,tenacem,suspiciosum,& morosum.

2.conclus. Secunda conclus. De ente per accidens, quod peculiarem in se continet difficultatem , vel à quo aliquæ proprietates dimanant, datur vera ac legitima scientia. Inprimis dari de illo, quod habet priuatam difficultatem, confirmatur quia vulnus inflictum sacerdoti, aut sacris ordinibus initiato, philosophia moralis & Christiana theologia per se contemplantur , philosophus quidem moralis explicans illum, qui sacerdoti tale vulnus inflixit,contra religionem peccasse. Theologus vero docens , hunc eundem in excommunicationis sententiam incidisse: iam ergo de ente per accidens huius generis vera scientia dari poterit. Præterea de alio, à quo fluunt proprietates dari quoque veram scientiam, confirmamus, quia vulnus rotundum est ens per accidẽs, cuius difficilis curatio à chirurgo suscipitur explicanda, docet siquidem ille , hanc proprietatem , scilicet, inter vulnera , nullum esse , quod tardius aut difficilius curetur, quam rotundum. Diximus de ente per accidens , quod obtinet priuatam aliquam difficultatem , vel à quo aliqua proprietas dimanat, quia si nullam obtinuerit difficultatem, vel ab eo non fluxerit aliqua proprietas , nulla ratione potetit sciri. Vnde vulnus inflictum sacerdoti in medicina nequaquam sciri potest, quia in illa nullam obtinet peculiarem difficultatem, parum enim curat Medicus ad medendum, sitne vulneratus sacerdos, vel quiuis alius: neque de inuentione thesauri à fodiente terram potest aliqua scientia esse, quia ab hoc ente per accidens, quod casu euenit , nullæ fluunt proprietates.

3.conclus. Tertia conclusio. Obiectum scientiæ subalternatæ est ens, & vnum per accidens, si partes illius componentes in genere naturæ ac rei considerentur. Confirmatur aduersus Soncinatem & Caietanum , primo: 1.Arg. Ex omnium philosophorũ sententia quam in superiori quæstione exposuimus, differentia , quam addit scientia subalternata obiecto scientiæ subalternantis, est ipsi obiecto accidentaria : sed ex subiecto & accidente fit ens, & vnum per accidens, vt 5. lib. Metaph.cap.7.Arist. profitetur: ergo obiectum scientiæ subalternatæ erit vnum per accidens. 2.Arg. Præterea: Linea visualis est obiectum scientiæ subalternatæ , scilicet per

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpectiuæ, & numerus ſonorus eſt obiectum Muſicæ, quæ eſt etiam ſcientia ſubalternata. Sed hæc obiecta ſunt entia per accidens, primo, quia eſſe ſonorum accidit numero, ſicut & eſſe viſuale lineæ, nam poteſt dari numerus ſine ſono, & linea ſine colore, ſecundo, quia ex rebus diuerſarum categoriarum nequit fieri vnum per ſe, ſed per accidens: at linea viſibilis conflatur ex linea quæ eſt quantitas coniuncta, ac ex colore qui eſt patibilis qualitas, itidemque numerus ſonorus coaleſcit ex numero, qui eſt quantitas deiuncta & ex ſono, qui ſub eadem patibili qualitate comprehenditur: ergo ſubiectum ſcientiæ ſubalternatæ erit vnum per accidens. Rurſus: Si quid obſtaret, quo minus ſit obiectum ſcientiæ ſubalternatæ eſſe vnum per accidens, id eſſet, quia de hoc genere entis nulla ſcientia eſſe poteſt: at, vt in ſuperiori aſſertione ſ pereſt confirmatum, vera de illo ſcientia dari poteſt: ergo poterit eſſe obiectum ſcientia ſubalternatæ vnum & ens per accidens.

3. Arg.

4. conclu.

Quarta concluſio. Obiectum ſcientiæ ſubalternatæ in ratione ſcibilis eſt vnum per ſe. Confirmatur inprimis ex Ariſt qui 4. lib. Metaph c 2. & 11 cap. 6. profitetur, obiectum cuius libet ſciẽtiæ debere eſſe vnum per ſe, vel vnitate ſynonymiæ vel analogiæ: ſed quæ ſunt vnum aliqua ex his duabus vnitatibus, ſunt vnum per ſe, n m 5. lib. Metaphyſicor cap. 6. vnum per ſe diuidit in illud, quod eſt vnum genere, ſpecie, & numero, quæ eſt vnitas ſynonymiæ, & ſecundum analogiam: ergo obiectum ſcientiæ ſubalternatæ in ratione ſcibilis, erit vnum per ſe. Præterea: Obiectum ſcientiæ ſubalternatæ poteſt diffiniri, ergo erit vnum per ſe. Antecedens certiſſimum eſt, confirmatur conſequentia, quia quod diffinitur, debet eſſe vnum, ex Ariſt. 8. Metaph. cap 6 Et tandem ex vnitate medii. In demonſtratione debet vnitas obiecti in genere ſcibilis ex vnitate medii depromi: ſed in demonſtrat. med um eſt cauſa: ergo vnitas in genere ſcibilis ex cauſa deprometur. At ſcientia ſubalterna a fertur in ſuum obiectum ratione alicuius cauſæ, vt Chirurgia in curationem difficilem vulneris rotundi, quia latera eius magis inter ſe diſtant, & perſpectiua in illud, quod eſt, ea, quæ per breuiorem lineam videntur maiora apparere, & quæ per longiorem minora, quia illa per maiorem, hæc vero per minorem angulum videntur: ergo obiectum ſcientiæ ſubalternatæ in genere ſcibilis erit vnum per ſe.

1. Arg.

2. Arg.

3. Arg.

Ad 1. argum.

Iam ad argumenta: Ad primum reſpond. Ariſtotelem loquutum eſſe eo loco de ente per accidens, quod non habet certam aliquam & diffinitam cauſam, nam hoc nulli ſcientiæ, neque practicæ, neque ſpeculatiuæ poteſt ſubiacere: at nos tantum loquuti ſumus de ente per accidẽs, quod habet certam & diffiniram cauſam. Vel reſpond. ens per accidens poſſe ſumi duobus modis: Primo, tanquam concluſio demonſtrata, vt, v. gr. vulnus rotundum ſumi poteſt vel tanquam ſubiectum concluſionis, quando nimirum de illo concludimus hanc proprietatem, quæ eſt tardius, & difficilius curari, vel tanquam concluſio demonſtrata. vt ſi de vulnere concluderemus illud eſſe rotundum. Itaque de ente per accidens, tanquam de vero ſubiecto poteſt dari ſcientia, nam de illo ita ſumpto poſſumus nonnullas proprietates demonſtrare, vt de vulnere rotundo, hanc, quam proxime diximus, & de homine ſeneſcente, eſſe auarum paruæ ſpei, moroſum, ac alias. Verum de illo tanquam de concluſione nulla ſcientia dari poteſt, quia partes entis per accidens non neceſſario vniuntur, vt figura rotunda non neceſſario vnitur cum vulnere, neque ſenectus aut canicies cum homine Ariſt. igitur inquiens, de ente per accidens non dari ſcientiam, intelligendus eſt de illo tanquam de concluſione nos vero contrarium aſſerentes de eodem loquuti ſumus.

Ad 2.

Ad 2. reſpond inprimis negando propoſition. de diffinitione eſſentiali conflatur agamus, nam non per ſolam diffinitionem, ſed per quodlibet genus cauſæ poſſumus aliquid demonſtrare, perfecteque alicuius rei ſcientiam comparare, ac proinde quamuis hoc genus entis, de quo egimus, non poſſit diffiniri, cum tamen habeat veram, & legitimam cauſam, a qua fluat, poterit illud vere ſciri. Iterũ dicimus, quod quamuis exactiſſima diffinitione, quæ ex ſolis attributis eſſentialibus conſtet, hoc genus entis non poſſit diffiniri, poteſt tamen per illam diffiniri, quæ ſatis eſt ad ſcientiam aſſequendam, quemadmodum homo canescens, aut ſeneſcens, diffiniri poteſt an mali cuius humor radicibus capillorum adhærens, nequit à calore naturali abſumi: quæ

ſane

ſane diffinitio optima eſt ad cõcludendum de illo aliquas proprietates. Vel tandem reſpond. quod quamuis ens per accidens in genere rei non poſſit diffiniri, poteſt nihilominus in genere ſcibilis, quia illud hac ratione eſt vnũ per ſe, vt in vltima concluſione expoſuimus.

Ad 3.

Ad vltim. reſpond. iam oſtendiſſe nos in quæſt. nonnullas proprietates, quæ de ente per accidens oriuntur, iam enim diximus, à vulnere rotundo oriri hanc, quæ eſt tardius ac difficilius curari, & ab homine ſeneſcente, eſſe auarum moroſum, & tenacem.

QVÆSTIO III.

Qua ratione ſcientiæ ſubalternatæ in ſua obiecta feruntur.

NOn paruam in hac diſputat. de ſcientiarum ſubalternat. continet difficultatem, qua ratione ſcientia ſubalternata in ſuum obiectum feratur, explicare. Etenim cum obiectum illius ſit ens conflatum ex rebus diuerſarum categor (vt in ſuperior. q. expoſuimus) vt linea viſualis, v. g. componitur ex linea, quæ eſt quantitas coniuncta, & ex colore, qui eſt patibilis qualitas, & numerus ſonorus componitur ex numero, qui eſt quantitas deiuncta, & ex ſono, qui ſub eadem patibili quantitate continentur: dubitatio eſt, quid ſcientia ſubalternata, vt Muſica, verbi gratia, contempletur in numero ſonoro, num vtramque partem, numerum & ſonum, vel alteram tantum, vel aggregatum ex vtroque, vel tandem aliquid tertium ex vnione vtriuſque conſurgens. Sunt, qui opinentur, aggregatum ex vtroque à ſubalternata contemplari. Nec deſunt qui non aggregatum, ſed tertium quoddam ex vtroque prominans, ſcientiæ ſubalternatæ ſubiici arbitrentur. Alii vero verò putant, per ſe tantum conſidera id differentiam contrahentem, per accidens vero obiectum ab ea contractum, vt Muſica per ſe tantum contemplatur ſonum, per accidens vero numerum ab eo contractum. Vnde quemadmodum viſus per ſe tantum fertur in colorem, & per accidens in pietem ab ea affectum: ita etiam Muſica per ſe ſolum conſiderat ſonum, per accidens vero numerum quem ſonus ipſe afficit. Quænam autem ſit noſtra de hac re ſententia, his aſſertionibus explicamus.

1. Opin.

2. Opin.

3 Opin.

2. concluſ.

Prim. concluſio. Scientia ſubalternata non contemplatur aggregatum ex obiecto & differentia cõtrahente. Confirmatur aduerſus primam opinionem primo; Quia in qualibet ſcientia aſſignari debet vna aliqua ratio formalis obiecti, quam ſibi ipſa contemplandam proponat: at in huiuſmodi aggregato non poteſt vna aliqua formalis ratio aſſignari. Secundo, quia tale aggregatum eſt ens per accidens, nam eſt cõflatum ex rebus diuerſarum categor. at huiuſmodi ens per accidens non poteſt ab aliqua ſcientia contemplari, vt Ariſt. 6. Met ph. cap. 2. profi etur. Tertio, quia huiuſmodi aggregatum neque habet cauſam aliquam per ſe, neque diffinitionem: at illa tantum poſſunt ſub aliqua ſcientia comprehendi, quæ vel cauſam per ſe, vel diffinitionem obtinuerunt.

2. concluſ.

Secunda concluſio. Scientiæ ſubalternatæ non conſiderant tertium aliquod compoſitum, ex ſubiecto, & differentia contrahente, vt alii, quos in ſecunda opinione recenſuimus, conſtituebant. Confirmatur primo, quia hoc tertium ex vtraque parte ita conſtitutum, eſſet totum quoddam accidentarium, neque certam aliquam cauſam per ſe, neque diffinitionem obtineret: certum autem eſt, totum accidentarium à nulla ſcientia conſiderari. Secundo, quia nullus hactenus docuit obiectum Muſicæ non eſſe numerum ſonorum, ſed aliquid ex numero & ſono reſultans, aut obiectum perſpectiuæ nõ eſſe lineam viſualem, ſed quidpiam ex linea & colore conſurgens iam igitur non erit tertium aliquid ex differentia & ſubiecto conſtitutum, quod à ſcientia ſubalternata conſideratur.

3. concluſ.

Tertia concluſio. Scientiæ ſubalternatæ differentiam contrahentem conſiderant, tanquam rationem formalem, ſubiectum vero contractum tanquam materiam, vel rationem materialem. Itaque perſpectiua formaliter contemplatur rationem viſibilis in linea, & materialiter lineam ipſam vel magnitudinem colore affectam. Hanc profitetur Ferrar in annotat. huius cap. quam eandem innuere viſus eſt Soncin. 4 lib. Metaphyſ q. 13. ad 2. Confirma io: illa poteſt, quia in omnibus aliis ſciẽtiis datur aliquid tanquam materiale, & aliquid tanquam formale contemplandum, vt in philoſophia naturali mobilitas eſt ratio formalis, quæ conſideratur, eos vero mobilitate affectum eſt illud quod materialiter apprehen-

ditur

Universidad de Deusto
Biblioteca

ditur, ergo & in se entiis subalternarit differentia rit formaliter contemplatum, &c. Interest igitur inter Geometriam, v. gr. & Perspectiuam, quia Geometria agit de linea ab omni materia sensili, & colore separata: Perspectiua vero eandem contemplatur, vt contractam, & limitatam per colorem, ad esse visibile, ita tamen, vt esse visibile formaliter, magnitudinem vero materialiter contempletur.

4. conclus. Quarta conclusio. Scientiæ subalternatæ, per se vtrumque & differentiam contrahentem, & subiectum contractum considerant, non tamen primo, sed differentiam primo, & subiectum secundario. Hanc profitetur & explicat acutissimus Caieta in digressione quadã de subalternatione scientiarum huic capiti annexa Et quidem scientiam subalternatam vtrumque per se contemplari: confirmatur et Musica, quæ per se in numero sonoro versatur, non enim agit illa de numero absolute, hoc enim munus est Arithmeticę, neque de sono absolute, quia de illo ita agere spectat ad philosophiam naturæ, sed agit de numero in sonis, vel de sono, vt cum numero quandam proportionem continere videtur: at nihil est aliud, considerare numerum in sono, vel sonum vt numero proportionatũ, quam per se vtrumque & sonum, & numerum contemplari. Cæterum non primo vtrumque ab hac scientia considerari, sed ordine quodam, ita vt vnum primo loco, & alterum secundo consideretur: confirmatur primo, quia inter partes obiecti alicuius scientiæ debet aliquis ordo iuxta rationem prioris & posterioris interuenire. Confirmatur secundo, quia Musica contemplatur proportionem, & deinde sonum, cui huiusmodi numerorum proportio applicatur, agit enim de modulatione, quæ nihil est aliud, quam proportionata quædam soni, vel vocis emissio & perspectiua primo contemplatur rationem visibilis, deinde vero magnitudinem ab ea affectam. Itaque quemadmodum in facultatibus sentiendi visus per se fertur in lumen & colorem, non tamen primo, sed primo in lumen, & secundario in colorem: ita etiam scientiæ subalternatæ primo & per se ferunturin differentiam contrahentem, secundario tamen & per se in obiectum contractum. In hac ergo quæstione sequatur qui voluerit vel hanc Caietani, vel alteram Ferrar opinionem, mihi enim, cum neutra alteri aduersetur, vtramque libuit amplecti.

QVÆSTIO IV.

An scientia subalternans progrediatur per causam remotam?

QVænam sit demonstratio quæ progreditur per causam remotam, in super. sect. luculenter satis exposuimus, sequitur, vt discutiamus, num scientiæ subalternantes progrediantur per causam remotam, vtanturq; ea demonstratione, quæ per huiusmodi genus causæ progreditur, nec ne? Etenim non posse progredi per causam remotam, his arg. demonstramus. Primum: 1. Arg. Demõstratio, quæ progreditur per causam remotã, est demonstratio, quia, & non propter quid, vt in super. sect. abunde etiam explicuimus: sed scientia subalternans vtitur demõstratione propter quid: ergo scientia subalternans non progredietur per causam remotam. Secundum: Demonstratio per causam remotam tantum fit in 2. figura, vt Arist. in hoc cap. docet sed demonstr quibus vtitur subalternans, ad concl. subalternatæ ostendendas fieri possunt in 1 figura: ergo scientia subalternans non progredietur per causam remotam. Minorẽ ita confirmamus. Hanc conclusionem chirurgicam, partes vulneris rotundi tardius curantur, Geometra in 1. figura sic demonstrat: Quæ longius distant, difficilius curantur, sed partes vulneris rotundi longius distant, ergo vulnus rotundum difficilius curatur, iam igitur scientia subalternans vtitur demonstratione in prima figura. 2. Arg.

Hanc q. difficilem reddunt verba quædam D. Thom. in commentar. huius capit. lect. 25. in cuius fine hæc verba habet: *Sciendum est autem, quod illa differẽtia, quia, & propter quid, secundum diuersas scientias cõsequitur sub altero distorum modorum, scilicet quando sit demonstratio per causam remotam.* In quibus verbis innuit, aliquam ex scientiis subalternatis, vel subalternantibus vti demonstrat. per causam remotam progrediente. Ex his tamen, quænam sit illa, non explicat D. Th. vt igitur illam explicemus, sequuti Caietan. qui illam (quamuis obscure) explicat tamen acutissime, quibusdam distinctionibus vtemur. D. Thom.

1. Distinctio. Prima. Duplex est causa remota, vna, ad quam non sequitur immediate effectus, nisi fuerit illa per aliquam differentiam inferiorem essentialiter diu dentem contracta, qua ratione anima est causa risibilitatis, quia ex ipso solo, & immediate, nisi fuerit per rationale contractum, nequaquam sequetur risibilitas: alia vero est causa remota, ex qua non sequitur effectus, nisi alicui materiæ sibi accidentariæ applicetur, qua ratione figura rotunda causa est difficilis curationis: etenim illa nisi vulneri (quod est materia extrinseca, & accidentia) fuerit applicata, hunc effectum nequaquam potetit procreare Interuenit autem inter hæc duo genera causarum latum discrimẽ, quia causa remota primi generis non est præcipua causa effectus, imo vero neque absolute est illius causa, sicuti anima non est præcipua causa risibilitatis, imo neque absolute potest illam efficere, sed rationale est causa, à qua huiusmodi proprietas dimanat: at causa remota secundi generis est præcipua causa effectus, nam figura rotunda causa est præcipua difficilis curationis Vndefit, vt in causam remotam primi generis non efficiatur vltima effectus resolutio, bene tamen in causam secundi generis: atque ita si quis roget, ob quam causam sit aliquid capax risus, non recte respondetur, ex eo esse, quia est animal, sed quia est particeps rationis: si tamen quis roget, ob quam causam vulnus rotundum difficilius curetur, respondetur (& recte quidem) quia est rotundum, nam in hac figura partes longius distant ac ex consequenti, inter se difficilius coniungi queunt, quod causa est difficilis curationis.

2. distinctio. Secunda distinctio est: Causam remotam secundi generis duobus modis possumus contemplari, primo absolute & vt est ab omni materia auulsa, vt si sumamus circulũ ab omni materia separatum: secundo, vt sumitur ea ratione, qua alicui materiæ applicatur quemadmodum si eundem circulum vt applicatum vulneri consideremus.

3. distinctio. Tertia est. Duobus modis potest aliqua causa cognosci, primo, vt res quædam est, vt si quis motum lunæ, eiusque virtutem & influxum, absolute contempletur: secundo sub ratione, & conceptu causæ, ea nimirum ratione, qua ad aliquem effectum producendum cognoscitur applicata, vt si quis eundem motum, & lunæ facultatem, ea ratione, qua ex ipsa fluxus, & refluxus maris oriuntur, consideraret.

His distinctionibus propositis, sit 1. concl. 1. concluſ.
Qui progreditur per causam remotam primi generis, non cognoscit propter quid rei, & effectus à se deriuati. Hæc est perspicua, & confirm. quia qui cognoscit animal, non cognoscit propter quid risibilitatis: nam in aliud non potest (vt diximus) huius effectus fieri vltima resolutio.

Secunda conclus. Qui cognoscit causam remotam secundi generis, vt res quædam est, non cognoscit propter quid rei. & effectus, qui ab ea promanat, vt qui cognosceret motum & facultatẽ lunæ, in hac cognitione sistendo, & non conuertendo illam ad fluxum, & refluxum maris cognoscendum, hic certe non cognosceret propter quid, fluxus, & refluxus, & Geometra, qui tantum contemplatur naturam circuli ab omni materia auulsam non cognoscit propter quid vulnera totũda difficilius curentur. Confirmatur primo. Ad cognoscendum propter quid effectus ex aliqua causa, deberet causa sub conceptu causæ cognosci: sed causa cognita sub ratione cuiusdam rei, & non vt applicata effectui, non cognoscitur sub conceptu: ergo qui hoc modo cognoscet causam, non cognoscet propter quid effectus. Secun. Ad causam sub ratione cuiusdã rei, & non vt applicatã effectui, non potest fieri vltima effectus resolutio, ergo, neq; qui illam hoc modo acceptam cognoscet, cognoscet propter quid effectus, nam tantũ potest propter quid cognosci, quando illum vsque ad prima principia, & elementa resoluimus 2. concluſ.

Tertia conclusio. Qui cognoscit easdem causas remotas secundi generis, vt applicatas alicui materiæ, vel vt applicatas ad aliquem effectum producendum cognoscit vere & proprie propter quid illius effectus. Primo, quia hic cognoscit causam sub conceptu causæ: ad cognoscendum autem propter quid effectus, sufficit causam sub conceptu causæ nouisse. Deinde quia hac ratione potest in eam fieri vltima effectus resolutio: nam si quis cognoscat rotunditatem vt applicatam vulneri, optime idem ille difficilem curationem in huiusmodi causam resoluit. Et si quis cognouerit simi & facultatem lunæ, vt Oceano applicatam, is certe optime etiam resoluet fluxum & refluxũ maris in huiusmodi causam, fluxus enim nihil aliud est, quã aquam Oceani non posse se ipsam intra propriosliui- 3. concluſ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

simites continere, ac proinde necesse est, vt illa ad loca fluat decliuiora, alienosq; fines percurrat, quod certe à facultate lunæ, quæ præest aquis (aquam Oceani rarefaciente) ortum habet, nam quæ sunt rariora, maiorem locum occupant, neque possunt intra limites proprios cohiberi: at ad cognoscendū propter alicuius effectus sufficit nouisse illum, vt in suam causam potest resolui.

4. concluſ. Quarta conclusio. Scientia subalternans progreditur per causam remotam secundi generis, ea ratione, qua est applicata effectui. Confirmatur, quia ad eam fit vltima effectus resolutio: at proprium est scientiæ subalternantis, vt conclusiones subalternatæ in illam tandem, & vltimo resoluantur. Iam Geometria, quæ est subalternans, per causam remotam, quæ est, partes circuli inter se longius distare confirmat vulnera rotunda tardius & difficilius curari, & idem in aliis scientiis subalternantibus demonstrare poteramus: ergo scientia subalternans per causam remotam progredietur. Et certe cum progredi per huiusmodi genus causæ, nullā denoter imperfectionem, in scientia non erit scientiæ subalternanti, quæ est perfectissima, denegandum.

Explicatur D. Thom. Ad D. Thom. igitur vt regrediamur, dicimus illum intelligendū esse de scientia subalternāte, tum propter rationes assignatas, tum etiā, quia subalternans semper progreditur p causam: at subalternata per effectū solum ac experientiam nonnunquam progreditur, vt D. Tho. in eo 'em loco testatur.

Ad 1. arg. Ad argum. quæ in initio proposuimus, respond. Ad primum dicimus, demonstrationem, quę progreditur per causam remotam primi generis esse demonstrationem, quia: alteram vero, quæ progreditur per causam remotam secundi generis, dicimus esse propter quid, & nullo modo quia

Ad 2. Ad secundum dicimus, demonstrat. quæ progreditur per causam remotam primi generis, fieri in secunda figura, quia sæpe in ea construitur, interdum tamen in prima figura confici posse, iam fuit à nobis in superiori sectione confirmatum. At hoc de demonstratione, quæ per causam remotam secūdi generis progreditur, diffitemur, nam illa optime potest fieri in prima figura.

CAP. XI.

Primam figuram esse demonstrationibus conficiendis accommodatam.

ARGVMENTVM.

DVo præstat in hoc cap. Arist. primum, primam figuram esse demonstrationibus conficiendis maxime accommodatam: secundum, dari in propositionibus negantibus quasdam immediatas, non minus quam in affirmantibus, quod diffusa explicat oratione.

A. EX tribus figuris prima est ad scientiam accommodatissima. Primum enim mathematica scientia suas in hac figura demonstrationes concludunt: vt Arithmetica, Geometria, Optica, &, vt in summa dicam, omnes, quæcunq; res sit, inquirunt. Omnes enim demōstrationes, quæcunq; res sit, ostendunt, aut certe pars earū maxima, ac multo sapius in hac figura conficiuntur: quod etiam nobis argumēto esse potest, quam sit ad sciendum accommodata hac figura: quando quidem illud certissimum accuratissimumque genus sciendi est, quo res cuiusque causa inuestigatur. B. Deinde hac vna figura definitionem, qua, quid res sit, intelligamus, inuestigare possumus. Nam in secunda figura nulla est aliens conclusio: definitionis autem cognitio affirmatione quadam continetur. In tertia vero aliens quidem potest esse conclusio, at nulla potest de toto genere esse: definitio autem ex eorum est numero, quæ vniuerse enuntiantur. Nam quis quadam tantum ex parte hominem esse animal bipes dixerit? C. Iam vero hac se ipsa contenta, nil illarum eget auxilio: in illa autem facta conclusione, si sint quasi retexendo ad immediatas propositiones reuocanda sumptiones, ex quibus illa facta est complexio huiusmodi, qua in dissoluendo

fit,

fit coagmentatio, & in multitudinem quandam propositionum accessio, sine prima figura omnino fieri non potest, perspicuum igitur est, primam figuram ad sciendum esse accommodatissimam. D. Vt autem sunt quædam affirmationes, in quibus ipsi b continuo inest a, sic sunt & aliquæ negationes, quibus confirmandis nullū medium adhiberi potest. Hoc enim est, quod alterum alteri continuo ineſſe, aut non inesse dicebā, quia cum nullum est medii, fit vt non per aliud quippiam affirmetur, aut negetur alterum de altero. Ac si quidem in aliquo toto genere aut a aut b, aut vtrumque contineatur, fieri nunquam poterit, vt sit immediata propositio, Nullum b est a: nam si omne a est c, & nullum b sit c (cur enim ita non posſit & sæuenire, vt e omni a conueniat, nulli autem b insit, non video) ex his illud relinquetur hac ratiocinatione confirmatum nullum b esse a hoc modo: Omne a est c, nullum b est c, nullū igitur b est a. E. Patet ratio erit, si quippiam sit, quod de omni b dicatur, vt d, verbi gratia: sit enim hoc modo demonstratio: Nullū a est d, omne b est d, nullū igitur b est a. F. Eodem porro modo illud demōstrabitur, si & a & b sua quædam genera habeant, quæ de illo vniuerse affirmentur. G. Quod autē vsuenire possit, vt quod de omni a dicitur, de nullo b dicatur, aut cōtra, quod inest omni b, nulli a insit, vel ex ipsis ordinib & quasi classibus rerum omniū constare potest, quæ omnes suis finibus contenta, in alienos nō transeunt, nec aliquid vnquam communicant. Nam si nihil eorum, quæ sunt ex coniugatione a e d, in iis dicitur, quæ pertinent ad ordinem b e f, nisi autem g in omni a, necesse est, vt illud g, quod ex alterā classe sumptum est, nulli b insit, alioquin iam permisceri ac confundi illos ordines fatendum erit. Eademque ratio erit, si aliquod genus est, in quo contineatur ipsum b. H. Sin nihil reperiatur, quod de a aut de b affirmari possit, tum certum est, negationem hanc nullum b est a, esse immediatam. I. Nam si quod medium habeat, necesse erit illud de horum altero affirmari, quoniam aut in prima aut in secunda figura illa negatio concludetur. At si quidem in prima in omni b medium dici oportebit: nam vt illa conclusio efficiatur, assumptionem oportet in toto genere affirmare. At si in secunda, poteris medium de vtrouis affirmari: quia siue propositio, siue assumptio vniuersa negans accipiatur, in hac figura recte vniuersa negatio concluditur, nec licet vtrasque negationes accipere. Perspicuum igitur est alterum de altero utra vllum medium negari posse: quando autem & quomodo id fiat, à nobis est explicatum.

COMMENTARIA.

IN prima igitur parte explicat Arist. primam figurā esse demonstrationibus conficiendis maxime accommodatam. Id autem tribus argumentis confirmat, ex quibus primum sic se habet.

1. Arg. A. *Ex tribus figuris, &c.* Primum, mathematicæ demonstrationes, quæ sunt perfectissimæ, ac omnes deniq; aliæ, quæ ostendunt, cur res sit, fere in prima figura efficiuntur, cum colligat affirmationem vniuersam: est ergo illa aptissima. Quod ex eo etiam confirmat, quia id est certissimum, & potissimum genus sciendi, quo scimus rem per causam, vt in mathematicis demōstrationibus, reliquisque omnibus vniuersam affirmationem iuxta primam figuram concludentibus contingit.

2. Arg. B *Deinde hac vna figura, &c.* Secundum, Diffinitio est medium in demonstratione: atqui illa nequit inuestigari nisi ratione in prima figura, quia cum ea, vel eius partes de diffinito concluduntur, affirmatiue & vniuerse in sola prima figura fiet, nam 1. colligit conclusionem negantem, tertia vero conclusionem infert particularem, ergo prima figura erit aptissima.

3. Arg. C. *Iam vero hac se ipsa, &c.* Tertium, Sola prima figura se ipsa est contenta, cum in ea absq; vllius alterius ope colligatur pronuntiatum vniuersum, at si sumptiones sint mediatæ in eadem figura reuocantur ad prima principia: duæ vero aliæ figuræ indigent prima, nam sumptiones mediatæ ad colligendam vniuersam affirmationem ad primam, cuius ope inde gent, redigūntur: igitur prima figura erit apta demonstrat. quæ vniuersam affirmantem concludunt.

1. genus propoſit. negans D. *Vt autem sunt quadam, &c.* Docet iam Aristot. vt in affirmationibus, ita & in negationibus syllogismus medio carere. Ipsos vero illud ipsum habere, id enim est alterum, *Inesse vel non inesse alteri continuo*, id est, affirmari, aut negari de alio, sine medio. Constituit vero quadruplex genus propositionū negātium. Primum est, cum attributum illius est sub aliquo toto genere, non vero subiectum, potestq; hęc negatio demonstrari per genus attributi. Huius generis cēseri debet

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæc negatio, nulla quantitas est homo, quæ in Camestres ita suadetur: Omnis homo est animal: nulla quantitas est animal: nulla ergo quantitas est homo.

2. genus. E. *Par ratio erit, &c.* Secundum est, cum in negatione subiectum est sub aliquo toto genere, non autem attributum, huiusmodi est hęc: nullus homo est quantitas, quę per genus hominis, nimirum animal, sic potest in Cæsare demonstrari Nulla quantitas est animal: omnis homo est animal, ergo nullus homo est quantitas.

3. genus. F. *Eodem porro modo, &c.* Tertium est, quando tam subiectum quam attributum negationis sub aliquo toto genere comprehenditur, vt in hac cuenit nullus homo est scientia, quæ bifariam potest demonstrari, primo per genus attributi in Camestres, hoc modo: Omnis scientia est habitus: nullus homo est habitus ergo nullus homo est scientia Ac rursus per genus subiecti in Cæsare, hac alia ratione: Nulla scientia est animal: omnis homo est animal: igitur nullus homo est scientia. Quod si vtrumque extremum subsit eidem generi proximo, tuc per ipsorum diffinitiones poterunt demonstrari, velut hæc: nullus homo est leo, ita in Camestres demonstrabitur: Omnis homo est animal rationis compos: nullus leo est eiuscemodi animal, ergo nullus homo est leo.

G. *Quod autem vsu euenire posse, &c.* Interserit hic Arist posse dari propositiones negantes, in quibus vnum extremum non spectet ad genus alterius, id quod iam supra insinuauerat. Hoc autem ex eo demonstrat, quia rerum ordines siue categorię suis limitibus contentæ non transeunt in alienos, cum sint impermixtæ, hoc est, ita inter se affectæ, vt res vnius ordinis ac seriei, de re alterius ordinis, & categor. minime dicatur. Id vero intelligi oportet in formis, nã nulla quan ita (v.g.) est substantia, in paronymis namque falsum id ipsum comprobatur, cum omnes categoriæ paronyme de substantia dicantur, vt videre est in his propositionibus, substantia est quantitas, est qualis, & in alii id genus.

4. genus. H. *Sin nihil reperiatur, &c.* Ad institutum regrediens vltimum negationis genus ait esse, quando neutrum ex illius extremis, sub aliquo genere continetur, quales censeri debent illæ, in quibus vnum genus summum de alio negatur, vt in hac contingit, nulla quantitas est qualitas. Hæc namque & aliæ huius generis sunt haud dubie propositiones negantes immediatæ, cum nihil habeant supra se, nec veras, & proprias diffinitiones, per quas demonstrari queant. Quod de medio superiori synonymo, & essentiali dictum putare debemus, quale non est esse ad categorias collatum, vt supra docuimus. *Sect. 1 in cap. 6. categor.*

I. *Nam si quod medium habeat, &c.* Confirmat, huius postremi generis propos. nullum medium obtinere, quod de ipsis vniuerse. & affirmanter dicatur Vel fieret, inquit demonstr. in 1. figura, vel in secunda si hoc ita esset (tertiã prætermittens, eo quod sit illa demonstrationibus inepta, præsertim eis, in quibus aliquod primum de alero primo vniuerse negatur) atqui non in prima, in qua cum assumptio debeat esse affirmans, medium de subiecto negationis affirmari opus erit, sicque subiectum esset sub aliquo genere, quod falsum est in generibus summis.

K. *At si in secunda, &c.* Quod autem neque in 1 figura medium de vtraque affirmari possit, ex eo Arist ostendit quia in hac figura altera ex sumptionibus debet esse vniuersa negans, sicque alterum ex extremis debet sub vniuerso genere contineri, quod falsum est in generibus supremis. Illa ergo propositio negans, cuius neutrum extremum est sub aliquo genere comprehensum erit haud dubie immediata, alterum quippe immediate de altero in ea negatur, cum sint illa primo diuersa. Vbi obiter animaduertimus, præter has præfatas propositiones esse etiam alias negantes, vt cum duæ aliquæ differentiæ, quæ alicui generi proxime subiiciuntur, de se inuicem negantur, vt nullum par est impar, vel econtra, ac præterea cum vna diffinitio negatur de alia, vt si diceremus, nullum animal rationis compos est animal rationis expers, ac econtra. Agunt nonnulli in hoc loco de propositionibus immediatis, verum quia huiuscemodi disputatio abunde satis fuit à nobis cap. 2. q. 7. explicata, consulto est à nobis prætermissa.

CAPVT

CAPVT XII.

De ignorantia contraria scientiæ.

ARGVMENTVM CAPITIS.

Diuidit ignorantiam in ignorantiam simplicis negationis, & prauæ affectionis, hocque in prima parte præstat, & deinde in secunda parte agit de postrema circa propositiones immediatas.

IGnoratio A *autem atque inscientia, non illa quidem quæ ex negatione appellatur, sed quæ ex certa quadam affectione dicitur, est error ex aliqua ratiocinatione ortus.* B *Hæc autem duplicitèr fit in affirmationibus aut negationibus immediatis. Aut enim ex simplici animi perceptione nascitur opinio, quod ita res sit aut secus, aut vero ex ratiocinatione.* C *Ex simplici animi comprehensione, simpliciter, & noque modo gignitur falsa opinio. Quæ per ratiocinationem inducitur inscitia, dupla est & multiplex.* D *Sit enim hæc immediata negatio, nullum b est a, si qua igitur ratiocinatione confirmare voluerit omne b esse, adhibito, verbi gratia, medio c, in per ratiocinationem in falsam hanc inducetur opinionem Ac huius quidem ratiocinationis vtraque sumptiones falsæ esse possunt: sed & altera tantum falsa, idem hoc concludi potest. Nam si negando veræ sint hæ propositiones, nullum c est a, & nullum b est c, sumantur autem è contrario vniuersæ affirmationes, erunt profecto vtraque sumptiones falsæ.* E *Illud vero euenire potest, vt c medium, sic affectum sit ad extrema a b, vt a de nullo c dicatur, de b autem aliquo non enuncietur, de b autem aliquo non enuncietur ipsum c, neque enim fieri potest, vt de omni b dicatur c, quia hanc negationem nullum b est a, immediatam esse posuimus: Neque ipsum a, tale est quale in omnibus quæ sunt dici possit. Quare hoc modo accepta vniuersis affirmationibus, falsæ erunt vtraque sumptiones.* F *At vera etiam potest altera esse, non ea quidem vtrauis, sed propositio tantum, quæ est a c. Nam quoniam nil est quod de ipso b vniuerse affirmari potest, eo efficitur vt assumptio, qua est b c, non possit esse vera. Quod vero a c. propositio vera esse possit, hinc intelligetur, si ponatur a citra vllum medium d a c, & de b dici. Quando enim verbum aliquod de duobus primum ac citra vllum medium dicitur, ne esse est vt ex illo duobus alterum alteri non conueniat. Veruntamen parum refert vt vera accipiatur propositio a c, an sit interiectum aliquod medium inter a c an secus. Atque illa quidem sola sunt rationes, quibus inducitur opinio, qua sibi quis veram esse de toto genere affirmationem falso persuadeat: quandoquidem non potest in alia figura talis vlla affirmatio concludi.* G *Vt vero in eum quis errorem se inducat, & putat veras esse in toto genere negationes quæ mentiantur, id tum in prima figura, tum in secunda potest euenire. Itaque dicamus primum quot modis illud in prima figura possit accidere, & quam varie sumptiones affectas esse oportet. Ac primum ex vtriusque falsis propositionibus id confici posse, hoc potest exemplo intelligi. Concludat a omne c, & omni b, citra nullum medium: tum si propositio accipiatur, nullum c est a, & assumptio omne b est c. Vtraque sumptiones certum erit mentiri.* H *Deinde ex altera atque adeo vtralibet falsa, illud idem concludi potest. Id enim euenit cum est vera propositio a c, assumptionem b c necessario esse falsam. Ac vera quidem esse potest a c propositio, quia non tam late patet vocabulum a, vt in omnes res cadere possit; falsa autem b c assumptio, quia fieri non potest vt omni b conueniat c, cum de hoc vniuerse negatur ipsum a, siquidem id futurum est vt nõ sit vera a c propositio. Adde, quod si vtraque vera ponerentur, etiam conclusio vera esset. At quia illud etiam è contrario potest accidere, vt vera sit b c assumptio, & falsa propositio, vt si de omni b dici possint, & c, & a, necesse est vt ex iis duobus alterum alteri conuenire possit. Idcirco si sumatur nullum c esse a, falsa erit propositio. Perspicuũ igitur est in prima figura mentientem fieri posse ratiocinationem, tum ex falsis vtriusque sumptionibus; tum ex altera tantum falsa.* K *Nunc de secunda figura dicemus. Primum si amba sint ex omni parte falsa, nunquam fiet huius medi fallax conclusio. Quando enim in omni b nihil a, nil reperiri potest quod vni ex omni parte conueniat, ab altero sit omni ex parte alienum: Vt autem huiusmodi conficiatur conclusio, ita medii in sumptionibus collocari debet, vt de vno vni-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerse affirmetur, de altero vniuerse negetur. Itaque si certo quodam modo accepte sumptiones mentiantur, necesse est vt contrario modo sumpte contrariam affectionem habeant, quod fieri omnino non posse ostendimus. L *At vero vt sit vtraque ex parte falsa, non est incommodum:* veluti si c in quodam a atque etiam in quodam b tantum dicatur: sumatur autem propositio, omne a est c, assumptio autem nullum b est c: mentietur profecto vtraque sumptiones, non illa quidem ex toto, sed ex aliqua parte. Sed & si negationis collocatio commutetur, eadem ratio erit. M *Quod si alterutra tantum falsa sit, hac* etiam complexio recte efficietur, nam quod omni a conuenit, potest etiam omni b conuenire. Si igitur, omne a est c, propositio fiat, & nullum b est c assumptio, verum dicet c a propositio, mentietur c b assumptio. Rursum quod nulli b inest, id etiam potest non omni a conuenire, quia si omni a conuenret, etiam omni b ineesse oporteret: Cui tamen nulli ineesse fumebatur. Si igitur omne a esse proponatur, & nullum b esse c assumatur, erit vera c b assumptio, falsa altera. N *Similu porro* ratio erit si commutato ordine, prima ponatur negatio. Nam quod de nullo a dicitur, de nullo etiam b dicetur: ideoque si sumatur propositio, nullum a est c, assumptio autem omne b est c, vera erit c a propositio, mentietur altera. Ac rursum quod in omni b vere enunciatur, in nullum a posse cadere, mendacium est, ne esse enim sit vt si in omni b dicatur, in quodam etiam a dicatur. Sumpta itaque propositione, nullum a est c, & assumptione b est c, erit hæc vera, illa falsa. Perspicuum igitur est etiam tum medio carere propositiones, in errorem tamen nos induci per ratiocinationem sumptionis habentem partim vtrasque falsas, partim alteram tantum.

COMMENTARIA.

Quotuplex ignorant.

A *Ignoratio autem aut quæ, &c.* Cum sit eiusdem artificis agere de contrariis, vt medici de venenis simul, & antidotis disputare, egeritq; hactenus Arist. de scientia demonstratiua, iam de eius contrario, ignorantia nempe, quæ illi opponitur disputationem hoc loco instituit. Alia autem est ignorãtia puræ negationis, quæ illi proprie tribuitur qui est omni fere cognitione destitutus, quæ quidem opponitur scientiæ, vt priuatio: alia vero prauæ affectionis, quę est error ex aliqua falsa vel pseudographa ratione ortus, opponiturque ista scientiæ, vt contrarium. Et hoc modo agit de illa Arist. in hoc loco.

1. pars cap.

Quot modi euoniat igno. prau. affect.

B *Hæc autem dupliciter, &c.* Ignoratio (ait) prauę affectionis circa affirmationes, & negationes immediatas (de mediatis enim sermo erit in cap. sequenti) dupliciter contingit, aut enim illa ignorantia est simplex, quæ scilicet absque syllogismo vllo vel ex sola authoritate oritur, vt si quis Democriti tantum auctoritate ductus, omnia ex atomis fieri crederet, vel ad alicuius tantum exemplum menti imbibitum, vt si quis ad instar stulti Cleombroti præcipitem se daret, eo quod Philosophia sit meditatio mortis, cum tamen qui mortuus est, mortem meditari nequeat, vel ab experientia nascitur, vt si quis Solem paruæ magnitudinis esse existimet, quia talis sui visui apparet: aut est quodammodo compositæ, vtpote medio syllogismo aliquo parta, quod decepti, cõcipimus aliquid veritati necessariæ omnino oppositum. Quod si obiiciat quipiam diuisionem hanc non bene cohærere cum definitione assignata, in qua ignorantiam prauæ affectionis ex syllogismo ortum trahere docuimus Respon. Arist. Solum deniisse ignorationem oppositam scientiæ, quæ quidem media ratione pseudographa, demonstratione è diametro opposita in mente gignitur. Subiunxit autem diuisionem latius patentem, vt ignorantia prauæ affectiones simpliciter reiecta, eam etiam arriperet, quæ per rationem aliquam inducitur, de qua est ipsi in præsenti sermo.

Obiectio.

Solutio.

Diuer. huius duplicis ign

C *Ex simplici animi, &c.* Assignat discrimen inter has duas ignorantias prauæ affectionis. In prima (inquit) ignorantia vno tantummodo decipimur, in re nimirum ignorata: at iuxta secundam multipliciter hallucinamur (id quod aperte nobis insuant verba illa, inscitia per rationem varia est & multiplex) non solum enim in conclusione, sed in assumptionibus etiam fallimur, cum ambæ illæ vel altera saltim earum nequeat non esse falsa in ratione pseudographa, quæ ignorationem prauæ affectionis in nobis generat.

2. pars cap.

D *Sit enim hæc, &c.* Aggressus Aristot. de hac secunda ignorantia prauæ affectionis, quæ tam circa propositiones mediatas, quã circa immediatas contingit, hanc postremã, quæ circa

circa immediatas propositiones versatur, suscipit prius explicandam, docetque eum in principiis negantibus, scientia sit affirmans, vt nulla substantia est quãtitas, ignorantia erit omnis substãtia est quantitas Et hæc bifariam tantum in 1 figura concludi tur, inprimis ex duabus sumptionibus falsis, quod bifariam etiam fit, semel cum accipitur medium à natura vtriusque extremi alienum, vt qualibet v g quæ, & à substantia, & à quantitate est aliena, fietq; hic ly logismus Omnis qualitas est quãtitas omnis substantia est qualitas, omnis igitur substantia est quantitas.

E *Illud vero euitare potest, &c.* Addit posse rursus concludi etiam eandem vniuersam affirmationem falsam, ex sumptionibus nõ penitus, sed aliquatenus tum ex parte falsis, vt si iterum agamus. Omne imperfectũ est quãtitas, sed omnis substantia est imperfecta, omnis igitur substantia est quantitas.

F *At vera etiam potest, &c.* Probat iã quomodo ex propositione vera, & assumptione falsa immediatis inferatur falsa concludi immediata, vt si simile connectamus argument. Omne continuum est quantitas, omnis qualitas est continuum, igitur omnis qualitas est quantitas. At cum sumitur medium transcendens, propositio erit falsa, vt in hoc argumentatione est perspicuum. Omne ens est substantia, omnis quantitas est ens, igitur omnis quantitas est substantia.

G *Vt vero in eum qui, &c.* Docet quomodo ignorantia negans, ve ut, nullum volucre est animal, concludatur tam in prima, quam in secunda figura Ac primum in prima trifariam. Inprimis sumpto medio, quod sub maiori extremo contineatur, gradiens scilicet, quo accepto huiusmodi syllogism ex vtrisq; falsis consurget. Nullum gradiens est animal, omne volucre est gradiens, ergo nullum volucre est animal.

H *Deinde vero ex altera, &c.* Deinde ex propositio vera, ac assumptio falsa id ipsum inferri poterit, si accipiatur medium ab vtroque extremo diuersum, lignum videlicet, ad hunc modum. Nullum lignum est animal, omne volucre est lignum, ergo nullum volucre est animal Additque Aristot. hanc ignorationem negantem, colligi non posse ex vtrisque præmissis veris, ex his namque necessum est, veram semper inferri conclu. Adde quod nequit reperiri medium de quo animal vere negetur, in propositi ac de eodem in assumpt vere etiam affirmetur.

I *Atq; illud etiam, &c.* Denique potest præfata concl. ex propos. falsa, & assumptio. vera colligi dummodo accipiatur medium latius patens, quam vtrumq; extremum vt, corpus v g hoc pacto. Nullum corpus est animal, omne volucre est corpus, nullum ergo volucre est animal.

Quomodo eadem ignorantia in secunda figura continet.

K *Nunc de secunda figura, &c* &c Ostendit iam quomodo eadem ignorãtia concludatur iuxta secundam figuram, atque id minime posse ex sumptionibus omnino falsis consequi. Dicitur vero propos omnino falsa ab Arist. in hoc loco, illa cuius contraria est vera Si ergo ex sumptionibus omnino falsi, concluderetur ignorantia negans, in secunda figura, id hoc modo efficeretur. Omne animal est lignum: nullum volucre est lignum, igitur nullum volucre est animal huius sumptiones sunt omnino falsæ, & ita eis oppositæ propositiones, nullum scil est animal est lignum, & omne volucre est lignum sunt omnino veræ: atqui hæ nequeunt esse omnino veræ, cum nullum mediũ excogitari possit, quod vere de animali negetur, & de volucri affirmetur, ergo, &c.

L *At vero vt sit vtroque, &c.* Addit Aristot. quod licet hæc ignorantia, quam præmanibus habemus, ex omnino falsis non concludatur, ex iis tamen optime potest eadem colligi. quæ ex altera solum parte sint falsæ, vt si accipiatur coruus verbi gratia velut medium sicque connectatur arg. Omne animal est coruus, nullũ volucre est coruus, nullum ergo volucre est animal.

M *Quod si alterutra tantum, &c.* Subiungit demum Arist. posse concludi ex propositione vera, & assumptio. falsa dum tamen accipiatur animatum tanquam mediũ hoc modo. Omne animal est animatum: nullũ volucre est animatum, ergo nullum volucre est animal.

N *Simili porro non erit, &c.* Ait tandem eandem ignorantiam posse optime concludi ordine sumptionum mutato, ex propositione scilicet falsa, & assumptione vera, lignum velut medium sumendo, hoc modo. Omne animal est lignum, nullum volucre est lignum. nullum ergo volucre est animal.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT XIII.

De ignorantia prauæ affectionis propositio immediatæ.

ARGVMENTVM CAPITIS.

EXposuit qua ratione sit effecta ignorantia prauæ affectionis circa propositiones immediatas, idipsum nunc explicat circa alias mediatas propositiones, idque tam in aientibus, quam in negantibus.

QVando A vero interiecto aliquo medio affirmatur quippiam aut negatur: si proprium medium accipiatur, atque ex eo tamen efficiatur falsa conclusio, fieri non potest, vt vtraque sumptiones mentiantur, sed ea tantum in qua maius extremum continetur falsa erit. Ego vero proprium medium appello, idem illud medium, quod accommodatum est ad concludendum contrariam, vtramque pronuntiationem. Itaque si a conuniat omni b, per medium c, quia necesse est, vt fiat ratiocinatio, assumptionem c b affirmantem esse, illud profecto clarum est, hanc assumptionem, quæ nec commutari, nec aliter accipi potest, veram semper futuram. Propositio autem a c, falsa erit: hæc enim contrarie sumpta, efficitur contraria ratiocinatio. B Nec dissimilis ratio erit, si non proprium, sed ex alio quodam ordine sumptum medium adhibeatur, vt d, quod tamen ita sit ad extrema affectum, vt de omni illo enuntietur a, ipsum autem de omni b. Nam & hic manera eandem assumptionem d b oportebit, altera autem contra quam verum est accipietur, ob idque illa semper verum dicet, hæc semper mentietur. Atque hic error non multum differt ab eo qui ex proprio medio oritur. C At vero si non adhibeatur in efficienda falsa conclusione proprium medium, affirmetur autem de medio ipsum a: de b autem negetur medium: necesse erit mentiri vtrasque. Contrario enim modo sumendæ sunt sumptiones, quam quomodo vera erant, alioqui non fiet ratiocinatio. Atqui hoc modo sumpta, falsæ sunt vtraq; Veluti si verum sit, omne d esse a, & nullum b esse d, ité verum, acceptis contra vtrasq; propositionibus, ratiocinatio fiet ex duabus falsis sumptionibus. D Sin de medio detiam negetur a, erit vera propositio ad d, assumptio autem falsa b d: ac illa quidem vera erit, quia non poterat de d affirmari a. Hæc autem falsa, quia si etiam hæc verũ diceret, non mentiretur complexio. E Quod si per secundam figuram inducitur quispiam, falsa semplicat opinione, id nunquam eueniet ex sumptionibus omni ex parte falsis. Quando enim omni b inest a, nil vnquam inueniri potest (quæ admodum etiam paulo ante dictum est) quod de vno vniuerse affirmetur, de altero vniuerse negetur. Sed vt altera, atque adeo vtralibet ex toto mentiatur, fieri potest. Nam si de omni a, & de omni b dicatur, sumatur autem in propositione omni a inesse, in assumptione autem nulli b, erit vera ac propositio, mendax altera. Rursum si omni b in esse c, assumptum sit, propositum autem nulla a conuenire, verum dicet assumptio c b. falsum altera. Hactenus explicatum est quando & ex quibus falsa inducitur opinio, per ratiocinationem, qua falsa negatio concluditur. F Nunc dicendum est de ea ratiocinatione, per quam falsa efficitur affirmatio. Ac primum si proprium medium accipiatur, nunquam erunt vtraq; sumptiones falsæ: quia necesse est eandem manere assumptionem c b, vt ratiocinatione aliquid cõcludatur, quemadmodum supra dictum est: quare quando propositio sola est quæ contra accipitur quam oportet, hac sola semper mentietur. Eadem ratio erit si non proprium, sed ex alia quadam classe atque ordine sumatur medium, sicut dictũ est supra, cum errorem explicabamus, qui negatione continetur. Etenim assumptionem d b, eandem manere oportet, propositionem autem a d, cõtra ac verum est accipi: atq; ita eundẽ errorem gigni cũ superiore. G Sin mediũ non sit proprium, in omni autẽ d dicatur a, hanc propositionẽ veram esse oportebit, mẽdacem alterã: quid enim est cur non possit a multis conuenire, quorũ alia non cõtineatur sub alia? H At si non possit a enunciari de omni d, planũ est hanc semper falsam futuram, vt quæ affirmãs accipiatur. Assumptio vero d b potest tum vera, tum falsa esse. Nam quid vetat a in nullo d dici, cum interim omni b conueniat ipsum d, veluti animal in nullam scientiam cadit, ipsa autẽ scientia de musica vniuerse affirmatur. Deinde vero, cur id euenire facile nõ possit

possit vt & a de nullo d dicatur, & d de nullo b? Ex iis igitur planum est, quando sub a medium non continetur, posse tum vtrasq; sumptiones, tũ alterutram mentiri. Atque illa quidem satis de omnibus modis, quibus falsa opinio per ratiocinationem inducitur, tum in carentibus medio proloquium, tum in iis quæ demonstratione probari possunt.

COMMENTARIA.

A *QVando vero interiecto.* Docet nunc Aristo. quo pacto oriatur ignorantia ex propos mediatis, tam in 1. quam in 2. figura, ac quot modis id eueniat. Est autem hæc ignoratio nihil aliud, quam propos. cõtraria propos. mediatæ veræ. Duplex vero est illa, nam si proposit. mediata fuerit vera affirmans, vt omnis homo sentit, eius ignorantia erit negans, nullus (scil.) homo sentit, quod si proposit mediata vera negans extiterit, velut nullus homo est planta, eius ignorantia erit affirmans, scilicet, omnis homo est planta. Primum vero agit de ignorantia negante, quam dicit posse in 1. & 2. figura concludi. In prima vero tribus modis. Primo cum ambæ propositiones falsæ esse nequeunt, propositione tamen falsa, assumptione autem vera existente, idque bifariam, inprimis per medium proprium, quod ab Arist. dicituri illud quod est ad contrariam propositio. veram concludendum accommodatum, vt est illud medium quod est eiusdem categ. cum extremis, vt animal. Id autem hoc modo fiet Nullum animal sentit, omnis homo est animal, ergo nullus homo sentit. Assumpt. vero huius syllogismi veram esse debere probat Arist. quia eadem debet esse assumptio in veris ac falsis syllogismis.

B *Nec dissimilis ratio erit, &c.* Potest iterum eadem concl. ex propos. falsa, & assump vera, per medium alienum id est alterius categor ab extremis, quod sit probabile, maiorique extremo subiiciatur, minori autem attribuatur, concludi, vt moueri à se ipso, idque ad hunc modum nihil quod à se mouetur sentit: omnis homo à se mouetur nullus igitur homo sentit.

C *At vero si non adhibeatur, &c.* Concluditur secundo ignorantia negans ex vtraq; falsa, cum sumitur diuersum, vt equus (exempli causa.) Nullus equus sentit, omnis homo est equus, ergo nullus homo sentit.

D *Sin de medio, &c.* Vltimo concludi potest, ex propositione vera, & assumpt falsa, ligno v. g. tanquam medio accepto, ad hunc modum. Nullum lignũ sentit, omnis homo est lignũ, nullus igitur homo sentit.

E *Quod si per secunda figura, &c.* Iam quomodo ignorantia negans in 2. figura concludi possit accurate in hac parte explicat Arist. inquit igitur iuxta illam non posse eiuscemodi conclu. ex vtrisque præmissis in totum falsis vllo modo inferri, nullũ enim medium esse potest (vt iam sup cap. docuit) quod de vno vniuerse affirmetur, de altero vero vniuerse negetur. bene tamen posse eandẽ sequi ex vna in parte vera, & altera in totum falsa, vel ex vtrisque in parte falsis, aut demũ ex vna vera, & altera hoc eodem modo falsa siue propos. illa, siue assumpt. extiterit, vt ex superius adductis exemplis satis aperte constat.

F *Nunc dicendum est, &c.* Agit demum de ignorantia vniuersa affirmante mediatæ propositio. qualis est hæc, omnis homo est planta, quæ trifariam tantum in Barbara concludi potest. Inprimis ex propositio. vera, & assumpt falsa, idque vel per medium proprium, eiusdem scilicet categ. cum extremis sicut animal, hoc modo, omne animal est planta, omnis homo est animal, ergo omnis homo est planta, vel per medium extraneum, alterius nempe categ. ab extremis. de quo maius extremum vere negetur, & quod rursus de minori extremo affirmetur, velut moueri à se. hac ratione. Omne quod à se mouetur est planta; atqui omnis homo à se mouetur est planta, atqui omnis homo à se mouetur, omnis igitur homo est planta. Debere autem assump. esse veram ex eo Arist probat, quia tam in veris, quam in falsis syllogismis, assumtio semper est vera.

G *Sin medium, &c.* Potest secundo eadem conclusio inferri ex propos. vera, & assump. falsa, si medium non sit proprium, maiori; extremo subiiciatur, minori autem attribuatur sitq; illud quercus, v.g. Omnis quercus est planta omnis homo est quercus, igitur omnis homo est planta.

H *At si non possit enunciari, &c.* Vltimo cõcludi potest ex propos falsa & assum. quæ vera & falsa esse possit, vt si accipiatur scientia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanquam medium. sicque fiat arg. Omnis scientia est animal, atqui omnis musica est scientia, ergo omnis musica est animal Cõcludit eandem Aristot. ex his omnibus satis notum esse, quot, & quibus modis falsa opinio, siue ignorantia praue affectionis per ratiocinationem, siue in proposi. habentib. medium, siue illo destitutis inducatur.

CAPVT XIV.

De ignorantia simplicis negationis.

ARGVMENTVM CAPITIS.

VNica tantum parte cap. absoluit, in qua ita necessarios esse ad scientiam sensus esse docet, vt illis à motis, debeat & scientiæ illico amoueri.

ILlud vero iam propemodum est perspicuum, cui sensus aliquis desit, necessario scientiam aliquam defuturam, quod eam discere iam, ac percipere non possit. Quicquid enim discitur, aut inductione, aut demonstratione cognoscitur, ac demonstratio quidem rebus vniuersis continetur, inductio ex rebus singulis conficitur. Atque rerum vniuersarum citra inductionem haberi cognitio non potest, id quod vel apertissime ostendunt ea res qua cogitatione abducta, & ab iis rebus qua sub sensum cadunt separata, non possunt tamen plane ac perfecte intelligi sine inductione. Et quinquam hæc res hoc ipso quod ad sensum traducuntur, non tam quasi abiunctæ separatæq; intelliguntur, semper tamen in iis aliqua insunt, quæ non nisi hac ratione manifesta fieri possunt. Qua porro est qui sensibus carent, possit aliquid inductione perdiscere? Etenim in singularibus versatur sensus. Nam istorum assequi nõ poterit scientiam, ex vniuersis enim ipsis, citra inductionem nil percipi potest, inductio autem non nisi opera sensuum absoluitur.

COMMENTARIA.

COntrouersum est apud interpretes quodnam sit institutum Aristin hoc c. Quidam existimant ipsum instituere docere sensum esse accommodatum instrumen. scien di, imo ad scientiam consequendam omnino necessarium. Alii vero censent institutum Arist. esse de ignorantia simplicis negationis agere, nam cum in superioribus cap. egerit de ignorantia prauę affectionis, æquum fuit in hoc ca proxime subsequenti de ignorantia simplicis negationis disputaret Verum cum illa possit ex variis causis oriri, vtpote vel quia aliquis non dedit operam litteris, siue id fuerit ob paupertatem, siue ob ingenii imbecillitatem, vel ob aliã eiusmodi causam, illam ipsam, ex defectu sensuum potissime oriri profitetur Vnde ita sensus ad scientiæ consequutionem desiderari docet, vt eis deficientibus, necesse esse fatetur nullam scientiam cõparari nec aliquid sciri vllo modo posse, cæcum namque à natiuitate nullam scientiam consequi, nullumq; de coloribus iudiciũ ferre potest.

Huiusmodi scientia ex effect. sensuum potiss. oriri.

Quidquid intm Demonst. itaq; vnico arg. sensus esse ad sciendum, & intelligendũ simpliciter necessarios. Quidquid, inquit, scitur aut saltut per inductionem, aut per demonst. at quouis modo aliquid sciatur, sunt sensus omnino necessarii: erunt ergo sensus ad sciendum necessarii Confirmatur assum. In primis demonstrat. constat ex vniuersis, sed nequeunt vniuersa à nobis cognosci, nisi prius sensuum beneficio innotuerint nobis singularia igitur etiam si aliquid per demonst sciatur, erunt sensus necessarii. Deinde de inductione sic item illa confirmatur. Inductio est progressus quidam à singular ad vniuersa, sed ad hunc progressum sunt sensus necessarii, cum eorum tantum sit percipere singularia, ad sciendum ergo siue per demonst. siue per inductionem sensus necessario requiratur.

Vnico arg. sensus ad sciend. necess. requiri demonstratur.

QVÆST. VNICA.

An deficiente sensu deficiat etiam scientia.

ET quidem deficiente sensu non esse opus scientiam interire, in hunc modum possumus

1. Argum. possumus demonstrare. Primo: Causa perfecta cognita, etiam po est effectus ab ea dimanans perfecte cognosci, at cæcus à natiuitate potest perfecte colorum causam agnoscere, illa namque est mutua quatuor primarum qualitatum inter se mixtio, caliditatis nimirum, frigiditatis, humiditatis, & siccitatis, quæ beneficio tactus possũt ab homine cæco agnosci, quamuis igitur sensus pereat, non propterea scientia peribit.

2. Argum. Secundo. Nos habemus scientiã de Deo, ac substantiis separatis, at illæ nequeunt nobis per sensus innotescere, cum sint res spiritales, deficiente igitur sensu non deficiet etiam scientia

3. Argum. Rursus: In Deo, & in angelis est vera scientia, at illi sensibus sunt destituti, ad defectum igitur sensuum nequaquam scientiæ defectus consequetur.

1. Obseru. In huius quæst. explicationem est, quod primo obseruemus, scientiam tribus modis posse acquiri, primo per inuentionem, secundo per doctrinam, ac tertio per infusionem diuinam.

2. Obseru. Iterum animaduertere oportet, obiectũ sensus iuxta Aristot. 2. lib. de anima esse duplex, proprium vnum, alterum vero commune. Primum illud est quod ab vno tantum sensu percipitur, velut color respectu visus, ac sonus in habitudine ad auditũ. Alterum vero est illud, quod pluribus sensibus subiicitur, sicut magnitudo, numerus, ac motus, magnitudo enim potest à pluribus sensibus percipi, & numerus ab omnibus.

3. Obseru. Opus denique est aduertere, esse duplicẽ cognitionem, distinctam vnam, alterã vero confusam. Distincta est illa qua rem quo ad omnia sua essentia attributa cognoscimus, confusa autem dicitur qua nouimus rem iuxta aliqua tantum communia attributa, vsque ad vltimam tei differẽtiam minime adhuc peruenientes.

1. conclus. His præmissis sit 1. conclus Quamuis desit sensus siue à natiuitate, siue post ipsam, non deerit scientia per infusionem. Confirmatur Deus Opt. Max. qui scientiam hominibus interdum infundere consueuit, nullo modo à sensibus dependet, ita vt eorum ope ad illam infundendam indigeat, quamuis ergo illi fuerint, non deerit nihilominus scientia per infusionem.

2. Conclus. Secunda conclus. Deficiente sensu, deest etiam scientia ad cuius assecutionem ille deseruiebat, estq; illa, quæ per inuentionem potest comparari. Vnde si quis cæcus nascatur, nullo modo poterit is scientiam de coloribus per inuentionem obtinere. Confirmatur primo. Omnis nostra cognitio habetur ab sensibus. si ergo illi defuerint, nequaquam poterimus scientiam aliquam per inuentionem adipisci Iterũ: intellectus humanus (quam diu fuerit anima vnita corpori) vtitur ad intelligendum phantasmatibus ac phantasmata sensuũ ope, ac auxilio à rebus singularibus colliguntur, si igitur sensus desint, & scientiam eti m, quæ illorũ beneficio acquiri poterat, desinere oportebit.

1. Obseru. circa hanc conclus.

Est vero inprimis animaduertendũ ad conclusionem hanc esse intelligendam de scientia, quæ nata est per talem sensum in mẽte generari, quo quis est orbatus, non autẽ de illa, quæ per alium sensum adquiri potest. Esto enim quod cæcus scientiam de coloribus minime possit obtinere, potest nihilominus idem ipse odorum ac saporum scientiam comparare.

Secundo. Iterum obseruari oportebit debere eandem intelligi de scientia respectu propri obiecti huius, vel illius sensus, vt de scientia, verbi gratia, de coloribus beneficio visus acquisita, nequaquam vero de scientia in ordine ad obiectum commune omniũ. vel aliquorum saltim sensuum. Quamuis enim cæco desit scientia colorum, non tamen deest eidem scientia magnitudinis, vel numeri, beneficio quippe aliorum sensuum potest hæc communia obiecta percipere.

Tertio. Est denique intelligenda de defectu sensus à natiuitate, non autem post illam, si quis enim à natiuitate visum habuerit, quo deinde orbatus fuerit, hic certe optime poterit scientia de coloribus obtinere.

3. Conel. Tertia conclus Quamuis deficiat sensus, potest adhuc haberi scientia de obiecto tali sensui proprio per doctrinam, ac disciplinam. Confirmatur. Potest aliquis cæcum à natiuitate edocere, explicans illi quæ nam sit natura coloris quod genus, quæ species, & quæ proprietates: poterit igitur aliquis per doctrinam, sensu etiam deficiente, scientiam nanciscI Erit nihilominus obseruãdum scientiam nõ fore distinctam atq; perfectam, sed obscuram potius, ac confusam. Quod ex eo constare poterit, quia cæcus à natiuitate, tali scientia media, nec modum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo color disgregatvisum nec modum quo idem ab odore, vel sapore separatur, poterit nouisse, cum hi modi solo dumtaxat sensu percipiantur Erit itaque eiuscemodi cognitio confusa, & indistincta.

Consc. Ex his conclusionibus colligendum erit, nos in hac vita non posse vllo modo perfectam Dei Opt. Max. cognitionem ac scientiam consequi, quin etiam neque substantiarum separatarum, omnis quippe nostra cognitio habet ortum à sensibus: at Deus, & substantiæ separatæ cum habeant esse spirituale sensibus minime subiiciuntur.

Ad 1. arg. 1. Solutio. Iam ad argumenta; Ad primum resp. inprimis distinguendo propositionem, quia vel loquimur de caussa, vt res quædam est, vel sub ratione causæ Ad cognoscendum igitur effectum non sat est nouisse causam primo modo, sed opus est eam secundo modo agnosci. At cæcus à natiuitate quantumuis cognoscere possit primas qualitates, vt res quædam sunt, non tamẽ eas nouisse potest vt caussæ colorum existunt: quare nec colores ipsos cognoscere poterit.

2. Solutio. Respond. iterum propos. esse veram si causa & effectus eiusdem facultatis ope, & auxilio cognoscantur, sin minus autem esse falsam: primæ vero qualitates, ac colores, non eiusdem facultatis adminiculo nobis innotescunt, colores namque per visum, primas autem qualitates per tactum apprehendimus, ac percipimus. Quamuis igitur cognoscat cæcus primas qualitates mediante sensu tactus, non tamen colores proinde cognoscere valebit.

Ad 2. 1. Solut. 2. Ad secundum resp. primum huiusmodi scientiam fore imperfectam, de qua non est nobis sermo, cum de perfecta solum in hoc loco agamus.

2. Solutio. Respond. iterum posse etiam nos per sensus in cognitionem Dei ac substantiarum separatarũ venire, imperfecte tamẽ, nimisq; obscure nam per hos effectus inferiores, qui sensibus nostris obiiciuntur aliquam Dei cognitionem possumus à posteriori assequi, sicut & substantiarum separatarum. At sensu deficiente quis dubitat fore etiam eiuscemodi scientiam defuturam.

Ad 3. Ad tertium aimus nobis tantum esse hac quæstio. sermonem de scientia humana, nequaquam vero de angelica nedum de diuina. Animaduertendum tamen erit quod quando Aristot in hoc eodem cap docet inductionem & demonstrationem esse instrumenta sciendi, intelligendum illud est de instrumentis deseruientibus tertiæ operationi intellectus.

Obseruatio. Diffinitio enim etiam est instrumentum sciendi, quamuis simplex, fuitque ob id ab Aristot. in hoc loco prætermissa, vbi sola instrumenta coniuncta proponere instituebat.

CAPVT XV.
De quibusdam theorematibus.

ARGVMENTVM.

QVia ea quæ in sequentibus capitibus traduntur ab Aristot. facillima sunt, sub breui paraphrasi fuimus illa complexi, nihil tamen prætermittentes eorum, quæ ab eo conscripta fuerunt, ac proinde & argumenta, diuisionemque capitum omisimus, quia parum necessaria illa esse iudicauimus.

Omnis ratiocinatio tribus terminis constat: atque est vna quidem, qua affirmari a de eo ostenditur, quod ipsum a de omni b dicitur, & b de omni c. Alia autẽ qua negationẽ concludit. sumpta vna propositione aiente, altera negante. Ex quo plane ac perspicue intelligitur, ipsas demonstrationu sumptiones (qua hypotheses appellari solent) esse illa ipsa quæ demonstrationum principia dicuntur. Neq; enim, nisi acceptis quibusdam sumptionibus quicquam demonstratur. Veluti cum omne c esse a per medium b probatur. Ac rursus omne b esse a, alio quodam medio: itemque omne c esse b, alio. Atque ita quidem qui suas conclusiones ad opinionem dirigunt, & Dialectice tantum disputant, illud modo videndum est, vt sint quam maxime probabilia, qua ad probandum aliquid accipiuntur: adeo vt si re vera est interiectum aliquod medium inter a & b: nec vllum tamen esse videatur, qui eam

propositionem in probando quasi indubitatam accipit, a dialectice modo rem probasse censetur. Ita vero, qui ad veritatem suas conferunt probationes, quid in ipsa re sit, perpetuo spectandum. Hoc autem vt fieri possit, inde euenit, quod in vnoquoque genere sunt quædam, quæ per se, non ex accidente insunt, ac dicuntur. Ex accidente autem interpretor, veluti si quis illud, quod candidum est, dicat esse hominem: est enim hoc genus attribuendi illi valde dissimile, quo contra hominem esse candidum pronuntiamus. Homini enim per se, non quia aliud quippiam esse intelligatur, candidum esse attribuitur. At candido nõ alia ratione attribuitur homo, quam quia ita forte euenit, vt, qui homo esset, candidus esset. Sunt igitur in vnoquoque genere aliqua huiusmodi, quæ propter se attribuuntur. Ergo ponatur c tale esse, vt nihil infra se habeat, de quo enuntietur. Sit autem huic proximum b, quod de illo affirmari potest citra vllum medium: tum deinde sequatur d, quod de ipso b eodem modo dicatur: post hac constituatur e, proxime antecedens ipsum d. Nunc quæro, vtrum sit necesse, vt aliquis tandem reperiatur exitus, an vero ita supertora repetentem, regredi in infinitum licet? Rursus ponatur a summum quoddam caput, de quo nil enuntiari possit, dicatur autem primum omnium, ac citra vllum medium de ipso f, tum ipsum f eadem ratione conueniat, g deinde, & g ipsi b. Illud igitur hic rogo, futurumne sit, vt tandem reperiamus infimum aliquid, in quo necesse sit consistere, an vero hic etiam in infinitum progredi liceat? Hoc vero interest inter hanc quæstionem, & superiorem: quod illa sumpto initio ab infimo, quod ipsum quidem de nullo dicitur, de alio autem alia enuntiantur, illud quærit, an superiora deinceps repetendo, in infinitum regredi liceat? in posteriore vero id quæritur, si exordiamur à supremo aliquo, cui nihil omnino possit attribui, ipsum autẽ de aliis affirmari queat, an inferiora deinceps persequẽdo in infinitum progredi liceat? Existit porro & tertia quæstio, possintne media esse infinita, constitutis iam antea ac definitis extremis, nec ne? Exempli causa, si dicatur a de omni c, sitq; horum medium b: deinde inter a & b alia interposita sint, ac rursus inter hac alia: Estne necesse, vt certo quedam numero sint ista media, an vero in infinito numero esse possint? Atq; hæ quæstiones tractare, nihil est aliud, quam quærere, an demonstrationum progressus in infinitum possit produci: & an possint omnia euidenti probatione confirmari, an potius sint aliqui tandem fines, vbi probationis exitus reperiatur. Eadem quæstiõ est tas, tum ratiocinationes, tum propositiones, qua aliquid negãt, accommodari potest. Veluti si de nullo b dicatur a, aut de hoc primum ac citra medium negabitur, aut vero aliquid interiacebit, de quo prius negabitur, vt d, e, v.g. quod in ipso b omni dicitur: rursus & aliud erit, in quo prius negatio vera erit, vt d, quod de omni c enuntiatur. Hic igitur num quari recte potest, sitne eorum infinitus numerus, quibus prius hoc inesse ipsum a reperiatur, an vero certus ac definitus? In iis autem, quæ reciprocantur, non possunt hæ quæstiones eodem modo locum habere. Qua enim vicissim retrocommeant, in iis nil tale reperitur, de quo primo, & de quo vltimo alterum enuntiatur, quia paria sunt inter se omnia. Veruntamen eatenus hæ quæstiones iis accommodari possunt, quatenus id quæritur, possintne infinita esse ea, qua per se alteri attribuuntur? aut etiam, possintne tum subiecta, tum attributa infinita esse? Sed cum ista reciprocantur, inter attribuendi genera hoc interest, quod vna est ex accidente, altera propria ac per se attributio.

COMMENTARIA.

IN superioribus capitibus de scientia & ignorantia accurate satis disputauit Aristoteles, iam in sequentibus capitib. ostendit, non esse in infinitum in demonstrando progrediendum. Verum in hoc capite tria theoremata cum tribus quæstionibus proponit.

1. theorem. Primum, Omnis ratiocinatio debet tribus terminis constare, maiori scilicet extremo, minori, ac medio verbo.

Atque est vna, &c. Secundum, Omnis ratiocinatio vel est aiens, vel negans. Aiens dicitur, quæ ex vtraque præmissa aiente infert etiam conclusionem aientem, cuiusmodi est omnis illa, quæ in Barbara efficitur. Negans econtra appellatur, in qua ex vna saltim præmissa negãte, ac altera aiente, vt in Celarent contingit, conclusionem negantem colligimus. Horum exempla tanquam apertissima prætermittimus.

Secundum.

Atque ita quidem, &c. Tertium, Dialectic. & demonstrator differunt, quia cum Dialecticus dirigat suas conclusiones ad faciendam fidem, solum sumit media probabilia, quamuis sint propositiones mediatæ: demonstrator, cum dirigat cõclusiones

Tertium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suas ad scientiam sumit media necessaria ac propositiones immediatas.

1. quæstio.

Ergo ponatur, &c. Transit iam ad quæstiones proponendas. Earum prima ita se habet: Si ponamus, v.g. Socratem in categor. substantiæ, seu aliquod infimum quod non detur inferius, sitque nobis deinde proxime ad hominem ascendendum, iterumque ad animal, demumque ad alia superiora, quæstio occurrit, sitne nobis in huiusmodi ascensu in infinitum vsque progrediendum, vel deuenriendum potius ad aliquod supremum, quo nullum superius detur.

Secunda.

Rursus ponatur, &c. Secunda quæstio est, num si contra a genere supremo incipientes, ad inferiora descendamus, in infinitum progredi debeamus, vel in aliquo potius infimo sistendum nobis sit, quo nihil inferius esse queat? Sub elementis etiam his vtraque tradit Arist quæstiones, quarum vnam ad ascensum, aliam vero ad descensum per rectam categoriam cuiuslibet lineam spectare adnotat.

Tertia.

Existit porro, &c. Tertia quæstio. Si statuamus duo extrema finita suprem ũ vnum, & alterum infimum, velut in categor substantiæ Petrus est extremum infimum, substantia supremum, media, quæ inter hæc extrema, supremum & infimum, intercesserunt, eruntne finita, & aliquo certo numero comprehensa vel infinita potius, & quæ vix enumerari possint. Docet ergo Aristot. idem certe esse has quæstiones pertractare, quod inquirere, num in demonstrationibus detur progressus in infinitum, vel possintne omnia euidenti probatione confirmari. Obseruat deinde has quæstiones non de solis propositionibus aientibus, sed & de negantibus etiam rogare. Tandemque illas in iis, quæ reciprocantur, ac conuertuntur, nullum obtinere locum ostendit, cum enim sint illa paria, nequaquam in eis ascendere ac descendere poterimus. Has vero quæstiones figillatim & seorsum in capitibus sequentibus explicat Aristoteles.

Obser.

CAPVT XVI.

Inter duo extrema finita non dari media infinita.

AC primum, minimo negotio illud ostendi potest, fieri non posse, vt media sint infinita, si sursum ac deorsum extrema reperiantur attributa, in quibus necessario sit resistendum. Ego autem summa attributa interpretor, quæ sunt maxime generalia, infima autem, quæ minime generalia sunt, ob idq; in parte maxime intelliguntur. Si igitur extrema sint a & f, quorũ a in omni f dicitur, infinita autẽ media b: quid quæso apertius est, quam illud, si quis ab a ad infimum peruenire velit, futurum vt infinita attributa pertransgrediatur? priusquam enim ad f deueniat, interiecta sunt infinita. Et contra si ab f velit ad summum ascendere, necesse est, vt prius infinita media percurrat, quam ad ea peruenerit? Quare si omnino istafieri non possint, & illud quoque absurdissimum est, inter a & f media esse infinita. Neque vero id quicquam nostræ rationi officit, quod dicere forte aliquis, ex medio quadam esse, quæ continenter nulleque interposito sequantur ipsum a b c. Alia autem esse, quæ omnino ne accipi quidem, ac inuentri possint. Quocunque enim ex ipsis b medio accepto, num semper aut versus a, aut versus f media restabunt infinita, an non? Nam vnde primum incipiat infinitas, continuone à principio, an paulo post, nil refert, modo aliquam tandem infinitatem paulo post sequi ostendam.

COMMENTARIA.

EXplicat in hoc cap. quæst. 3. scilicet inter duo extrema finita, quorum vnum sit supremum, & alterum infimum, non dari media infinita. Id autem sic confirmat. Si hæc media essent infinita, cum sint attributa, per quæ scimus, non possemus scire, nisi omnia illa percurreremus: atqui infinita nequeunt mente percurri: ergo hæc intermedia non erunt infinita.

Neque vero, &c. Verum quia poterat aliquis existimare, rationem propositam solum habere vim, quando media ita sumuntur, vt vnum alteri proxime attribuatur, non autem in aliis, quæ non ita attribuuntur. Hac de causa Aristoteles docet, in iis quoque esse firmissimam rationem, aliter enim in probando sequeretur idem incommodum, scilicet infinita posse percurri. Oportet igitur, vt fateamur, omnia inter media quauis ratione vsurpentur, esse finita, certoque numero comprehensa.

CAPVT XVII.

De aliis duabus quæstionibus.

SEquitur deinde, vt planum faciamus, si in affirmantibus demonstrationibus termini tandem aliqui vtrinque reperiantur, quos excedere non liceat, necesse esse, vt suos etiam quosdam fines habeat negans demonstratio. Ponatur igitur nunc, neque ascensum ab imo ad summum infinitum esse, neque descensum à supremo ad infimum. Imum autem ego hic interpretor, quod de nullo dicitur, de ipso autem superiora multa enuntiantur. Supremum autem ac primum intelligo, quod ipsum quidem in alia dicitur, in illo autem nihil. Hoc itaque posito, facile erit intelligere, in negationibus exitum tandem aliquem futurum. Tribus enim tantum modu negatio concluditur. Primus est, cum ita disponuntur sumptiones, vt propositio sit, nullum b est a, assumptio, omne c est b. Ac perspicuum quidem iam est, hanc assumptionem b c, atque adeo semper alteram ex sumptionibus, quam necesse est esse affirmationem, ad primam tandem medioque carentem propositionem reuocatum iri. Alterius autem propositionis attributum, si non primo negetur de b, sed de altero prius, vt d, necessarium erit, vt ipsum d in omni b insit: ac rursus si aliud quippiam est, de quo prius negetur a, quam de ipso d, illud similiter oportebit in omni d affirmari. Quoniam igitur in hac probandi ratione, deorsum versus finis reperitur, vbi consistendum sit, erit etiam superiora reperenti, in summo aliquid vbi consistat. Atque erit tandem aliquid, de quo vniuerse, ac citra vllum medium negabitur a. Rursum si facta sit hac dispositione ratiocinatio, Omne a est b, nullum c est b, nullum igitur c est a: velit autem quispiam etiam hanc assumptionem probare, necesse erit, vt aut primam illam formam, ac dispositionem sequatur, aut hanc ipsam, qua hac ratiocinatione continetur, aut tertiam. Ac de illa quidem prima figura iam satis dictum est, nunc secunda explicabitur, in qua ad hunc modum res demonstrabitur, vt (si modo sit aliquid, quod de ipso b dicatur, verbi gratia, d) hac forma collocentur sumptiones: omne b est d, nullum c est d. Ac rursus, vt de nullo c dicitur d, ita aliud quippiam accipietur, quod in omni quidem d affirmabitur, sed in nullo c enuntiari poterit. Quia ergo sursum versus est aliquis in affirmationibus exitus, necesse etiam est, vt in negationib. aliquid tandem inuentatur, vbi sit resistendum. Tertia forma est, cum ita concluditur, nullum b est c, omne b est a, quoddam igitur a non est c, vbi si rursus est demonstranda propositio, necesse est, vt aut altero modo ex iis duobus, quos proxime exposuimus, id fiat, aut hac ipsa forma. Atque in superioribus quidem iis probandi rationibus fines tandem aliqui reperiuntur. Hac vero forma si quis id monstrare instituerit, ita necesse est medium accipiat, e, verbi gratia, vt de nullo e dicatur c in propositione: in assumptione autem, in omni e dicatur b: eodemque modo in aliis rursus faciat, si qua alia reperiantur media. Posiquam igitur id positum est, affirmationes deorsum versus sua habere quadam extrema, illud etiam necessario efficietur, ad extremum quoddam tandem peruenturas negationes, in quibus c de aliquo negatur. Est porro illud etiam ex iis perspicuum, quod si non vna tantum via ac ratione huiusmodi probentur negationes, sed simul omnibus: ita & partim in prima figura, partim in secunda, & partim in tertia concludatur, planum inquam, est hoc etiam modo necesse esse vt aliqua tandem veluti stationes reperiantur, in quibus commorandum & acquiescendum sit. Et enim hæ viæ sunt finitæ: quæ vero certa sunt ac definita, si non nisi certo quodam numero accipiantur, quomodo non facient totum quod ex iis coniunctum erit certum ac finitum? Est igitur perspicuum in negationibus certos quosdam ac definitos esse termines, si modo in affirmationibus quosdam esse admittatur.

COM-

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENTARIA.

DVas alias quæstiones capite 13. propositas in ho capite declarat. Inprimis vero in demonstrationibus negantibus non posse dari progressum in infinitum in demonstrando, hac ratione. Demonstratio negans constat ex altera aiente, & altera negante: sed in aientibus nequit dari progressus in infinitum, vt ex superiori capite constat: ergo cum ad accretionem propositionum aientium accrescat numerus negantium, & ad dim nutionem diminuatur necesse est, tandem in negan ibus deueniamus ad vltimum, in quo sistamus.

Primum est. &c. Illustrat hoc Arist. quibusdam exemplis adhibitis in elementis, nos satius duximus eadem in vocibus significantibus exprimere. Primum est in Celarent. Nullum animal est numerus: sed omnis homo est animal: ergo nullus homo est numerus. Hæc etiam p obari potest per animatum, corpus, & substantiam. & ita quando deuentum fuerit ad substantiam, ibi est sistendum, idemque iudicium est, si sumantur loco medii verbi attributa numeri, quia cum primum deuentum fuerit ad primum attributum categor. erit ibi sistendum.

Ac de illa quidem, &c. Proponit exemplum in secunda figura in secundo modo in elementis, nos vero in vocibus significantibus illud ita ptoponimus: Omnis numerus est quantitas: sed nullus homo est quantitas, ergo nullus homo est numerus.

Tertia forma, &c. Proponit tertium exemplum in secundo modo tertiæ figuræ, scilicet in Felapton in elementis, nos vero ita illud proponimus in vocibus significantibus. Nullum animal rationis particeps est numerus: sed omne animal rationis particeps est homo: ergo aliquis homo non est numerus. Quia tamen aliquis poterat dubitare, sitne hoc verum, & probetur per omnes figuras simul sumptas, an etiam per singulas figuras seorsum sumptas, id in singulis figuris esse certissimum, posteq; probati in demonstrando non esse progrediendum in infinitum, tam ascendendo, quam descendendo, in vltimis verbis cap. explicat Arist.

CAPVT XVIII.

Non posse dari attributa infinita.

QVod vero in his ipsis exitus tandem aliquis reperiatur. nunc demonstrabimus. Ac primum λογικῶς, id est, ex communibus quibusdam ac probabiliter ista considerauti, non est difficile quam id verum sit cernere. Inprimu certa esse ea qua in definitione accipiũtur, vel hinc planum esse potest, quod si declarari aliquid definitione posse, aut vero quid sit res posse oratione cognosci statuatur, necesse est numero quodam certo esse ponantur, qua in oratione quid res sit explicante adhibentur: siquidem infinita nemo possit animo ac cogitatione percurrere. In vniuerso autem genere eorum, qua de altero dicuntur, idem illud verum esse, hoc modo planum ac manifestum faciam. Verum quidem dicimus, cum hoc modo pronuntiamus, quod candidum est, ambulare, aut illud, quod magnum est, lignum esse: & rursus cum lignum esse album aut hominem ambulare enuntiamus: inter hoc tamen enuntiandi genus atque illud plurimum interest. Quando enim quod album est lignum esse dico, hoc, tui forte accidit, vt album esset, lignum esse: nec ita attribuo lignum albo, quasi subiectum quoddam lignum sit album: siquidem id vsuenire hoc loco non videmus, vt fuerit prius id, quod album est, aut omnino aut pars eius, res quadam ipsa per se constans tum deinde illi conueniret lignum esse: quare quod album est, lignum esse, id fortuitum atque ex euentu tantum est: quando vero lignum esse album dico, id ego non volo rem quandam albe subiectam esse, cui id acciderit, vt praeter id quod alba est, lignum esset: qualiter fit cum ita enuntiatur, Musicum esse album: id enim ex eo verum est, quod eidem homini, qui mulicus erat, contigit vt album etiam esset: sed illius enuntiationis ea vis est, vt albo subiectum sit lignum, cui illud non alia ratione conuenire cœpit, nisi qua lignum est, aut species quadam illius. Ac si hic mihi legem ponere, tantumque aliquid statuere liceat, tum dici quid attribuiq; statuatur, quando posteriore hoc genere enuntiabitur: cum vero illo priore modo fiet pronuntiatio,

tio, tum aut nullo modo dici, aut non simpliciter, sed ex adiunctione, per accidens attribui censeatur. Atque esto attributum, vt album: subiectum autem, vt lignum. Ponatur igitur omne attributum de subiecto simpliciter, ac non ex accidente dici: quandoquidem talia semper sunt, qua in demonstrationibus adhibentur. Vnde illud sequitur, quandocunque vnum vni attribuetur, necesse est, vt attributum aut in essentia rei contineatur, aut significet qualitatem, aut quantitatem, aut ad aliquid, aut facere, aut pati, aut in loco, aut in tempore. Iam vero qua ad explicationem essentia pertinent, ita semper subiecto attribuuntur, vt subiectũ significet esse id ipsum, quod attribuitur, aut huius partẽ aliquam. Qua autem rei naturam non declarant, sed in subiecto quodam dicuntur, quod nec illud ipsum est, quod ei attribuitur, nec illius generis quippiam ea accidentia dicuntur: quo modo album de homine dicitur. Nunquam enim homo est illud ipsum, quod significat album, neque quod ab aliqua albi differentia signi ficetur: sed homo animal est fortasse, atque adeo quod animal significat, illud ipsum homo est. Qua porro non declarant rei naturam, ea semper in subiecto aliquo insunt, nec est quippiam, quod ita album dicitur, vt nil aliud sit, quam id ipsum, quod hoc verbo, album, declaratur. Nam id, as hoc loco valere iubeamus: nil enim aliud quam nuga. & quasi inanes cautiones sunt: & si sint, nil tamen ad hanc nostrã disputationem pertinẽt: quandoquidem in iis rebus demõstrationes versantur, qua in subiecto insunt. Iam si non potest vt hoc est illius qualitas, ita vicissim illud huius esse, nec omnino fieri possit, vt sit qualitatis alia qualitas: illud profecto fieri nõ poterit, vt ab accidentibus vlla sit rei ocomme ans attributio: non quod verum hoc modo dicere non liceat: sed cum retroueritur ab accidentibus enuntiatio, fieri non potest, vt prater id, quod vera sit, etiam proprium ac legitimum genus attributionis contineat. Quidenim? itane attribuetur illa, vt essentiam declarent, ac perinde dicantur quasi genera, aut differentia eorum, qua attribuuntur, generum? Atqui paulo ante demonstratum est, ista nec ascensu nec descensu infinito contineri. Veluti si hominem, deinde bipes, tum animal, tum superius animali aliquid accipias, in infinitum non progrediere, vt nec sinferiora persequaris, attribuendo animal homini: tum hominem Callie, deinde Calliam alicui alteri, cuius in essentia contineatur. Omnis enim, qua aliquid est superius & inferius substantia, definitione explicari potest, infinita autem nemo potest cognitione comprehendere. Quare si non possit ea substantia definiri, de qua infinita dicuntur, necesse est, vt tum sursum tum deorsum sit aliquis tandem exitus. At certe non possunt ita vicissim retro attribui, vt genera esse intelligantur, alioqui efficietur, vt idem sit id ipsum, quod est. Sed nec de qualitate, nec de vllo alio accidente potest vllum accidens dici nisi per accidens: quandoquidem ista omnia aduentitia sunt, & in substantia semper cernuntur. Quod vero superiora per sequentem non liceat in infinitum regredi, hinc intelligi potest, quod omne, quod de quoque re dicitur, aut quale sit, aut quantum sit, aut simile aliquid indicat, aut vero essentia rei declarat: atqui certo numero sunt, qua in natura rei continentur: & reliqua etiam attributionum genera finita sunt. Hæc enim fere sunt, quale sit, quantum sit, ad aliquid factum, patiens, vbi sit, quando sit. Illud porro iam ante à nobis positum est, vnum de vno dici, & nunquã euenire, vt subiectum id ipsum sit quod attribuitur, nisi quid sit, ac substantiam significet ipsum attributum. Qua enim non significat quid est, omnia sunt accidentia: sed ex iis alia sunt, qua per se insunt, alia qua alio modo conueniunt. Cuiuscunque tamen generis sint, semper in aliqua re subiecta ineſſe, ac non ipsa quadam subiecta esse censemus. Nil enim horum est, quod si esse dicatur statim aliud quippiam esse non intelligatur, quam quod ipso verbo continetur: sed ipsum de alio quodam dicitur, alia quadam de altero. Neque igitur sursum versus, neque deorsum fieri potest, vt vnum de vno sine vllo fine dicatur. Nam de quibus accidentia dicuntur, ea sunt, qua substantiam declarant: qua non possunt esse infinita. Superiora vero cum inferioribus conferendo, neque in iis, neq; in accidentibus potest esse in infinitum progressio. Quare necesse est, vt aliquid tandem reperiatur, quod mox ab infimo positum, de illo primum omnium dicatur, tum deinde aliud de hoc ipso, atque ita superiora deinceps repetendo, tandem in summo aliquo consistatur: quod ipsum quidem de aliquo sibi proximo enuntiabitur, supra se autem nil habebit, quod de se dici possit. Atque vna quidem huius rei probatio hactenus explicata est, nunc aliam subijciamus. Ea tantum demonstratione concluduntur, de quibus alia priora dici possunt: qua vero euidenti probatione possunt ostendi, ea nunquam certius meliusq; animo percipiuntur, quam cum plane ac perfecte sciuntur, nec vero citra demonstrationẽ certo sciri possunt. Porro illud certum est, si, ex quibus aliquid manifestum sit, ea nec sciamus, nec alia quadam ratione melius ac certius intelligamus, quã qua scimus: fieri nõ posse, vt ex iis aliquid plane ac perspicue cognoscatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur. Si igitur est aliquid, quod per demonstrationem simpliciter absoluteq; scire possit, ac nō quasi ex quibusdam concessis, aut ex fictione quadam omnia sciantur: necesse est, vt certo quodam numero contineantur attributiones, quæ inter primas atque vltimas interiectæ sunt. Nam si nullus tandem reperiatur exitus, sed in infinitū aliqua semper superiora sint, nil erit, quod demonstratione confirmari non possit. Quare quæ euidenti probatione ostendi possunt, ea per demonstrationem scire non poterimus, siquidem infinita animo possit ratione & intelligentia complecti. Si igitur ea animus non potest melius comprehendere, quam cum eorum scientiam est assequutus, illud profecto necessario efficitur, nil esse, quod per demonstrationem simpliciter sciatur, sed ex fictione, & quasi ex conditione omnia cognoscentur. At λογικῶς quidem ista consideranti, hæc argumenta persuadere possunt, id ita esse, quod dico. Analytice autem si hæc eadem spectentur, breuius confirmari poterit, non posse nec sursum nec deorsum versus, infinita esse attributa, quæ in demonstratiuis scientiis (de quibus hæc vniuersa tractatio suscepta est) locum habent: continetur enim omnis demonstratio iis, quæ per se attribuuntur. Hæc autem dupliciter dicuntur: Vno modo, quæ in definitione eorum accipiuntur, de quibus dicuntur. Altero, quæ subiecto attribuuntur, quæ in eorum definitione explicanda adhibentur. Vnius generis exemplum est, impar, quod numero conuenit, & numerus in definitione ipsius ponitur: prioris exemplū est multitudo, aut quod diuiduum est, quæ ad numerum definitione explicandum adhibentur. At vero neutrum horum potest immensæ numero contineri: primum enim, quæ eo modo insunt, quomodo impar numero non possunt esse innumerabilia. Nam vt aliud quippiam sit, quod rursus de impari dicatur, ita vt in eius definitione accipiatur impar, fieri potest, sed etiam cum illud vsuenit, necesse est, vt in omnium illorum definitione numerus accipiatur: quēdo numerus est, in quo prime ista omnia continuntur. Itaq; si non possint vni infinita huius generis attributa conuenire, ni id quidem fieri potest, vt ea sum ver, ut in infinitū regredi liceat. Atqui ista omnia necesse est numero attribui, vicissimque in eorum definitionibus numerum adhiberi: illa igitur omnia cum numero reciprocabuntur, nec poterunt latius patere, quam numerus. Iam vero ne illa quidem infinita esse possunt, quæ in ea tiene docente quid sit res quæque continentur, aliequi ne vnam quidem definitionem licebit absoluere. Quare si dicantur per se omnia attributa, hæc autem non sint infinita, erit tandem primum quoddam caput, in quo consistamus: ideoq; vltimum etiam aliquid obrepsisse. Vnde necessario efficitur, ne illa quidem infinita esse posse, quæ intra illos terminos continentur. Hæc porro se vera sint, consequens est, vt sint quædam initia demonstrationum, nec possint omnia in infinitū probatione ostendi quemadmodum dicunt quidā de quibus initio huius disputationis mentionem fecimus. Etenim si aliqua sint initia, ne demonstratione probari res omnes possunt, nec progredi in infinitum licet: siquidem alterutrum horum ponere, idem valet, ac si dicatur, nullū plane esse interuallum ita continuatum, quin aliquo medio interceptum sit, & quasi interductu aliquo distinctum, sed omnia esse deiuncta, & interrupta. Ita enim demonstratur vnum quodque, vt verbū medium inter extrema immittatur, non autem extra ipsa extrema collocetur. Quare si ita alia ex aliis probando in infinitum progredi licerat, necesse erit, vt inter duo extrema media infinita contineantur. Quod fieri omnino nō potest, si modo propria singulorum attributa persequanti, necesse sit tum sursum tum deorsum acquiescere. Quam vero illud necesse sit, & λογικως supra & analytice modo ostendimus.

COMMENTARIA.

CONfirmat Aristotel. in hoc cap. tribus rationibus, duabus probabil. bus, & altera analytica, non posse dari attributa infinita. Adnotat tamen diffinitionem, cum sit adhibita gratia innotescendi rei naturam nullo modo posse constare ex infinitis. Obseruat deinde, attributa esse in duplici differentia, quia quædam sunt accidentaria, vt candidum, & doctum, respectu hominis, & alia per se, vt animal particeps rationis.

Obserr.

Vnde illud sequitur, &c. His adnotatis est primum arg. si attributa essent infinita, aut essent essentialia, aut accidentaria, non essentialia, quia hæc pertinent ad diffinitionem rei, quæ non potest constare ex infinitis: non accidentaria, quia hæc, cum collocentur in aliquo genere, necessario debent esse finita, ergo nullo modo poterunt esse attributa infinita.

Confirm. 1. non posse dari attributa infinita.

Atqui vna quidem, &c. Secundum. Si attributa essent infinita, cum illa per demonstrationem agnoscamus, ad scientiam obtinendam essent infinita percurrenda: at hoc est aperte falsum, nequeunt enim infinita mente comprehendi: igitur non erunt attributa infinita.

Secundum.

Analytice autem, &c. Tertium. In demonstrat. attribut. quæ sequuntur, pertinent ad 1. & 2. modum dicendi per se: atqui nullum ex his potest esse infinitum, inprimis non illa, quæ ad primum modum spectant: hæc namque ad definitionem pertinent, in qua non dantur attributa infinita: deinde neque illa quæ ad secundum modum attinēt, si enim infinitæ darentur eiusdem rei proprietates: nulla igitur ratione poterunt dari attributa infinita.

Tertium & analyt.

CAPVT XIX.

De quibusdam consectariis.

DEmonstratiu autem hiu illud facile fiet manifestum, quod si vnum attributū de duobus dicatur, vt a de c, & de d: quorum vnum de altero aut nullo modo, aut non in omni enuntiatur, non semper commune aliquod verbum reperiri per quod illud attributum vtrique conuenire ostendatur: veluti isoscheli & scaleno conuenit habere tres angulos æquales duobus rectis, per communem aliquam vtriq; naturam: quia scilicet figura quædam sunt, nec iam aliud est, cuius interuentu illud conueniat. Sed in omnibus non est eadem quæ in hac ratio. Est enim b, cuius interuentu a conuenit c & d. Constat igitur & aliud rursus esse medium, per quod ipsis c & d attribuitur b, atque illud rursus per aliud quippiam. Ex quo efficitur, intra duo extrema posse media infinita contineri: quod fieri omnino non potest. Non igitur necesse est, vt quod attributū de multis dicitur, semper alicuius alterius interiectu dicatur: quandoquidem aliquando tandem interualla media carentia reperiuntur. Sed vt ipsa, quæ interueniunt, verba ex eodem genere sint, itidemq; indiuiduæ, illud sane necesse est: si modo illud cōmune verbum, cuius interuentu aliud ostenditur, in numero eorum sit quæ per se conueniunt. Nam traducere quæ vnius generis sunt in aliud demōstrando non licet. Perspicuum porro etiam illud est, quando a de b affirmatur, si est quoddā inter illa medium, illam affirmationē, omne b est a, demonstratione posse concludi: atq; etiam tot & eadem esse elementa huius affirmationis, quot & quæ sunt ipsius media quæ enim medio carēt propositionis, aut omnes, aut certe quæ in toto genere enuntiant, sunt elementa. Sin nullum est mediū, ne demonstratio quidem erit, sed iam tum ad ipsa initia peruentum erit. Eadē ratio erit, si de b negatur a, nam si interueniat aliquid, siue mediū, siue in quo prius negetur a, demonstratio de eave conficietur: sin minus, non conficietur. Verū quot erunt verba media, tot erūt principia, & elementa: quandoquidē ex demōstrationis principiis sine propositiones ex iis verbis constituuntur. Atq; etiam sicuti sunt alia quæ initia, qua probari demonstratione non possunt, quibus aut hoc esse illud, aut huic illud inesse affirmatur: ita sunt quibus negando, aut hoc non esse illud, aut non inesse hoc illi pronuntiatur: quo fit, vt præsto nobis esse possint principia, tum affirmationib. tum negationibus concludēdis. Et quidem quando demonstratur affirmatio ita semper accipiendum erit medium (quod fit, & gr. e,) vt sit necesse ipsum c omni b inesse, ac deinde omni c inesse a, atq; eadē hac ratione persequi media oportebit, ita vt nulla vnquam extrailles termino propositio sumatur, nec vnquam aliquid, quod ipsi a omni attribuatur, in probando adhibeatur: sed semper ea, quæ in medio sunt spatio, coarceruantur, donec ad continens aliquod, nulleq; medio distinctū interuallum, atq; adeo ad vnum quippiam perueniatur. Ad illud vero vnum tum peruentum est, cum ad immediatū aliquod proloquium deuentum erit. Atq; est illa quidem certe propositio simpliciter ac proprie vna existimanda, quæ omnino medio caret: & quemadmodum in aliis omnibus rebus semper ipsum initiū simplex est, non idem tamen in omnibus, sed in ponderibus, v.g. mina, in modulatione diesis, in aliisq; alia, sic in ratiocinatione ipsa id quod est minimū ac maxime vnum, est propositio immediata: in demonstratione vero ac scientia, ipsa mens atq; intelligentia. In iis igitur ratiocinationibus, quibus affirmatio ostenditur, nunquam medium extra extrema accipi potest. In iis vero, qua negationem concluunt, in hac quidem figura prima nil etiam extra conclusionis attributum accipietur. Veluti si probatum fuerit nullum b esse a, per medium c, hoc modo collocatis sumtionibus, nullum c est a, omne b est c, ac rursus probandum sit nullum c esse a, hic accipietur

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipietur medium aliquid inter a & c, eiusdemq; modi fiet semper progressio. Sin hac forma ostendatur, nullum conuenire d, quia omne d est c, & nullum e est c, aut non omne extra e, quod est minus extremum, de quo aliud concluditur, nunquam cadet medium. In tertia vero figura nec extra subiectum, nec extra attributum negantia conclusionu medium vnquam accipietur.

COMMENTARIA.

Consectar. 3. Primum.

COlligit Arist. tria consectaria ex superioribus. Primum est: Quando aliquod attributum conuenit duob. subiectis, quorum vnum sub altero minime continetur, necesse est illud ipsis per aliquam vtrisque communem conuenire, vt sentire competit homini, & leoni, & quia homo sub leone nō continetur, aut è conuerso, ideo sentire eis per quandam naturam vtrisq; communem, animalis scilicet, competit: secus est, si vnum sub altero sit contentum, non enim eis per aliam naturam ab ei, diuersam competit, sed vni propter aliud vt sentire competit animali, & homini, & quia homo continetur sub animali, competit homini propter animal.

Secundum.

Perspicuum porro, &c. Secundum: Si sit aliqua propositio mediata, vt est hæc, homo est substantia, quot sunt media inter extrema, tot etiam demonstrationibus poterit illa concludi, vt quia inter hominem & substantiam sunt media, animal, animatum, & corpus, confirmare possumus, hominem esse substantiam, quia est animal, quia est animatus, & quia est corpus Idemque iudicium est de propositione negante mediata.

Tertium.

Insuper igitur, &c. Tertium: In ratiocinationibus aientibus primæ figuræ sumēdum erit medium, quod vnum extremum consequatur, alterum vero antecedat: at in negantibus cuiuscunque figuræ tale illud sumi oportebit, quod vni conueniat, alteri vero repugnet: demumq; in aientibus tertiæ figuræ medium, quod vtrique subiiciatur, est vsurpandum.

CAPVT XX.

An demonstratio vniuersa sit præstantior particulari, nec ne?

DEinceps sequitur, quoniam sunt aliæ demonstrationes de toto genere, aliæ de parte: & partim affirmantes, partim negantes; vt quæramus vtra sit potior earum, qua singulis diuisionibus continentur. Idem illud quærendum est de demonstratione rem directo probante, & de ea qua ad incommodum ducit. Sed nos prius quidem de vniuersi generis & partis demonstratione agemus: tum deinde ad directam, & eam, quæ incommodo vrget, demonstrationem veniemus. At primum hu fort. sse rationibus quisquam inducatur vt credat eam probationem, qua in parte sit, accuratiorem esse, quam quæ genus vniuersum confirmat. Vt quoque probatio certiorem pariat rei cognitionem, ita potior accuratiorque sit, siquidem in eo posita sit omnis demonstrationis virtus, vt scientiam gignat. Atqui vnaquæque res, tum per se cognoscitur, tum melius ac certius intelligitur, quam si per aliud quippiam sciatur: veluti Coriscum esse musicum tum magis scio, cum scio hunc ipsum Coriscum esse musicum, quam cum hominem, & sic alia. Vniuersa vero demonstratio, quod aliquid insit in alio semper, & non in eo ipso, in quo inest, demonstrat: vt isoscelis conuenire quippiam ostendit, non quia sit isosceles, sed quia triangulum. Quæ autem in parte demonstrat, in eo ipso, cui conuenit, rem inesse ostendit. Itaque si est melior, quæ per seipsam ostendit, illudque magis illi conueniat probationi, quæ ad partem aliquam pertinet, quam quæ ad totum genus, relinquitur profecto accuratiorem esse partis, quam vniuersi generis demonstrationem. Præterea sine vera nihil sunt res vniuersæ præter singulas, eam autem opinionem inducat vniuersa demonstratio, vt rem quandam esse eam, in qua aliquid ostendit, existimemus, atque adeo in rerum natura extare talem aliquam naturam: veluti singuli præter singulos triangulos quandam esse naturam, figuram præter singulas figuras, numeri præter singulos numeros. Est porro ea semper accuratior probatio, quæ, quod re ipsa est, quam quæ, quod

nusquam est ostendit. & quæ errorem nullum inducit, quam quæ in falsas nos inducit opiniones. Atqui est huius posterioris generis demonstratio vniuersa. Postquam enim demonstratores aliquantum iam in probando processerunt, tum fere illud idem faciunt, quod in propertione demonstranda vsuenit, nempe quicquid erit tale quippiam, omne illud erit proportionis particeps, quod quidem nec est necessarium, nec numerus, nec planum, sed præter illa nescio quid: Si igitur illud potissimum in demonstrando genere vniuerso eueniat; ideoque in eo quod reliquum sit, minus versetur vniuersi generis, quam partis demonstratio, adeo vt illa falsam etiam gignat opinionem, iam certe dubium esse non potest, quin longe superetur de toto genere probatio, à demonstratione de parte. At enim (vt hinc potissimum ordiar) prior illa ratio, nonne iam est ad vniuersi generis demonstratione, quam ab aliquius partis probatione? Nam si non conueniret isosceli habere tres angulos pares duobus rectis, quia sit isosceles, sed quia sit triangulum: profecto necesse est eum non tam perfecte rem vt est nosse qui hoc isoscelis inesse cognouerit, quam qui triangulo. Atque vt semel dicam, si non ita res habet vt triangulo conueniat, quia triangulum est id, vellit quispiam ostendere, non erit illa demonstratio: sin ita res habet, vt quisque rem aliquam, quia ea ipsa est, nouerit, ita rem certius multo accuratiusque perspectam habuerit. Itaque si latius patet triangulum, sitque is suus vna quadā ratio, nec illa insit in hoc ipso triangulo ambiguitas, in omni autem triangulo vere dicatur, par esse duobus rectis anguli: illud certe planum est non triangulo, quia sit isosceles sed contra isoscelis quia triangulum sit, conuenire vt habeat tres angulos duobus rectis pares. Quare qui totū genus nouit, rem vt est magis nouit, quam qui partem tantum intellexit, ob eamque causam accuratior vniuersi generis demonstratio, quam alicuius partis. Iam vero si vniuersum ipsum genus vna quadam ratione, non autem sola nominis communione continetur: non minus in rerum natura erit, quam rerum singularum nonnulla quin etiam multo magis: quandoquidem quæ immutabilia sunt, nec interitum agnoscunt, in rebus vniuersis cernuntur: Res vero singulæ maxima ex parte caducæ sunt, & mortales. Insuper quæ tandem necessitas est, quia res vniuersa vnum quippiam est in eam statim venire opinionem, vt vniuersale esse aliquid à rebus singulis separatum credamus? Nam cur id magis hic necesse sit quam in aliis quæ non substantiam, sed aut qualitatem, aut aliquid, aut facere significant? Illius igitur falsa rationis non causa est demonstratio, sed qui eam male accipit. Præterea demonstratio est ratiocinatio quæ adhibetur ad docendam causam cur res sit, in vniuerso autem genere, causa maxime continetur. Cui enim propter se aliquid conuenit, ipsum sibi est causa cur ita sit: est autem vniuersum genus illud in quo primum ac per se res insunt, in ipso igitur vniuersali causa continetur. Quapropter erit potior accuratorque de toto genere demonstratio, quandoquidem illa magis causam cur res sit explicat. Præterea cum quæritur quamobrem sit aliquid, non cognoscimus, donec ad genus aliquod vniuersum perueniamus, actum demū existimamus, nos esse assecutos rei scientiam, quando nil iam aut esse, aut fieri videmus, vltra illud totum genus. Exitus enim finisque vltimus in caussa inuestigatione, hæc demum ratione inuenitur. Verbi gratia, cur venerit quispiam, causa est, vt pecuniam accipiat, tum huius ratio est, vt se are alieno liberet, rursus huius caussa est, ne quam alteri iniuriam faciat. Et quidem cum hoc modo causas ex causis persequimur, si quando eo peruenimus, vt iam non ob aliā caussam, nec alterius rei gratia fieri aliquid videamus, illud ipsum finem esse cur venerit dicimus, aut cur aliud quippiam vel sit vel fiat, tumque maxime quam obrem venerit, nos scire putamus. Si igitur similiu est ratio in caussis omnibus, & par sit earumdemque affectio in omnibus quæstionibus, qua quamobrem quæ quæres sit inquirunt, est autem illa quam diximus certissima ratio sciendi, in iis rebus in quibus caussa quæ inuestigatur finis est, & in aliis profecto causis, tum maxime cognita ac perspicua res erit, cum iam nulla erit vlterior caussa quam reddamus. Veluti cum scimus exteriores isoscelu angulos quatuor rectis pares esse, quia isosceles est, id adhuc desideratur, quamobrem id isosceles conueniat quia scilicet triangulū, ac rursus cur triangulo, nimirum quia est figura rectis lineis constans. Hic vero si iam nulla sit vlterior caussa, necesse est vt hæc demum caussa intellecta, illa res plane ac perspicue cognita sit. Atqui hoc genus quoddam vniuersum est latissime patens, est igitur accuratior vniuersi generis, quā partis demonstratio. Ad hæc quo magis ad singulas partes declinamus, eo ad infinita magis accedimus: contra autem, quo magis ad res vniuersas ascendimus, hoc ad simplicem definitamque naturam magis appropinquamus. Atqui quæ sunt res infinitæ, hæc sub scientiam minime cadunt, quæ vero finitæ sunt, ea scientia sub iiciuntur. Res igitur ipsa magis hoc ipso quod vniuersa sunt, sub scientiam cadent, quam cum in

Universidad de Deusto
Biblioteca

parte spectantur. Quare ad demonstrandam magis accommodate erit res vniuersæ, quam singulæ partes: Par autem est, vt earum rerum, quæ ad demonstrationem magis accommodatæ sunt, sit etiam magis demonstratio, simul enim quæ cum aliquo conferuntur, vtraque elationem suscipiunt. Quando igitur demonstratio est, quæ in toto, quam quæ in parte versatur, id necessario relinquitur, præstantiorem esse vniuersi generis demonstrationem. Iam vero illa semper optabilior est demonstratio, per quam simul multa cognoscimus, quam quæ vnius tantum rei affert cognitionem. Atqui percepto toto genere simul quod in parte est intelligitur, qui vero hoc nouit, non etiam vniuersum genus habet perspectum, hac igitur ratione necessario conficitur, optabiliorem esse illam demonstrationem. Sed etiam illud hoc pacto confirmari potest, nihil aliud enim est res magis generales, quæque latius patent scire, quam per illud medium non nosse, quod ad initia propius accedit, illud autem quod proximum est à primo, nullo medio est ab illo distinctum, quod quidem est ipsum principium. Si igitur est ea accuratior demonstratio, quæ ex principiis cõstat, quam quæ non constat, aut vero quæ ex iis componitur, quæ magis principia sunt, ea est potior quæ continentur illa quæ à principiorum appellatione magis sunt remota. Est autem prioris illius generis demonstratio de toto genere, profecto necesse est vt sit multo excellentior vniuersi generis probatio. Veluti si demonstrandum esse in d inesse, medium sunt b & c, ac superius quidem est b. Quapropter necesse est vt latius pateat demonstratio qua illud medium accipiat quam quæ alterum. Sed sunt quidem ex iis rationibus quæ adducta sunt nonnulla logica, id est, ex communibus probabiliter & quantum ratio postulat vere esse dicentur. Nunc vero paucis quæ sit præstantior de toto genere quam de parte demonstratio planum faciam. Nos enim scientes priorem aliquam propositionem, simul & posteriorem quodammodo scimus, vtque ac potestate, hanc in illa animo complectimur, vt qui scit omne triangulum habere tres angulos pares duobus rectis, scit etiam quodammodo isosceli idem illud conuenire etiam si nesciat fortasse isosceles esse triangulum. At qui hanc posteriorem nouit propositionem illam vniuersam nec reipsa, nec vi & potestate percepit. Et vniuersi generis probatione & intelligentia continetur, quæ autem de parte concluditur, ad sensum pertinet, eoque terminatur. Quod igitur longe præstat demonstratio vniuersa demonstrationi, quæ in parte versatur, illa sufficiant.

COMMENTARIA.

TRes quæstiones in cap. seqq. explicat Aristot. Prima est an demonstra. vniuersa sit particulari demonstra præstantior. Secunda præterea affirmans negauit Tertia an directa demonst. demonstr. ducẽti ad incommodum antecellat. Nec vero demõstra nomine accuratam solum demonstrationem, sed quamlibet demonstratio. in communi intelligit. In hoc autem cap tribus eius in principio diuisionibus propositis in vniuersam & particularem, aientem & negantem, directam ac ducentem ad incommodum, primamque in vtramq; partẽ exagitat, tribus in primis argu. demonstra. particularem nobiliorem esse vniuersa confirmans.

1. Argum. *Vt quæque.* Primum: Illa demonstra. per quam certius rem cognoscimus præstatior censeri debet, at qui per demonst particularem certius rem cognoscimus, quam per vniuersam, certius namq; cognoscimus Coriscum esse musicum, quia est Chotiscus, quam quia est homo, fecit ergo particularis demonstratio præstant ior.

2. Argum. *Præterea si.* Secundum: Demonstratio de re, quæ primo & per se existit, est nobilior quia ea quę primo existunt nobiliora, atqui demonst. particularis est de re quæ primo existit, cum existere sit singularium, ergo, &c.

3 Argum. *Est porro.* Tertium: Illa demonstratio quæ est de re, quæ reuera est, ac nullũ inducit errorem, præstantior est illa, quæ habetur de re, quæ nusquam est falsaq; inducit opiniones, at demonstratio particularis, est de re quæ reuera est, nullumque inducit errorem, de singularibus enim rebus summa est ac maxima apud Philosophos consensio, cum tamen multi occurrant errores, multa que falsæ opiniones circa res vniuersa, ergo demonst. particularis erit vniuersa demonst præstantior. *Atenim.* Antequam veram opinionem explicet dissoluit argu. proposita

Ad 1. arg. Ad 1. resp. nos certius & accuratius scire per demonst vniuersam, quã per particularem, per vniuersam namque rei causam cognoscimus, per particularem vero eandem non asse-

non assequimur, at vero scire perfecte est rei causam cognoscere.

Ad 2. Respond. secundo vniuersa etiam existere quamuis non primo ac per se, sed secundario in singularibus existant, quibus longe præstantiora sunt ac excellentiora, cum per se neque oriantur, neque intereant, neque a iis mutationibus, quibus singularia subiiciuntur, sint obnoxia. Respondet tertio vniuersa esse in rerum natura non à singularibus separata, sed cum eis coniuncta, quod si aliquando inducant in aliquem errorem non illud ex parte rerum, sed ex intellectus imbecillitate promanat.

1. Argum. in contr. p. *Præterea demonstratio.* Has argu. solutis septem iam arg demonst. vniuersam esse nobiliorem particulari confirmat. Est primũ: Illa demon est nobilior qua media cognoscimus rem per proximam & immediatam causam, sed per demonstra. vniuersam scimus rem per proximam causam, igitur huiusmodi demonstratio erit nobilior.

2. Argum. *Præterea cum quæritur.* Secundum: Illa demonstr. est nobilior quæ ita ex immediatis coalescit, vt fiat in ea vltima resolutio: atqui hoc est proprium demonstrationi vniuersæ, nam nullo pacto particularis demõstrat ex illis constituitur, ergo, &c.

3. Argum. *Ad hæc quo magis.* Tertium: Illa demonstratio est minus perfecta, quæ magis accedit ad indiuidua, sunt enim indiuidua rum imperfectiora, tum etiam numero fere innita, quare nec sub scientiam vllo modo cadũt, at particularis demonstratio est huiusmodi, ergo, &c.

4. Argum. *Iam vero.* Quartum: Illa demonst. est perfectior per quam plura cognoscimus, sed per demon. vniuersam plura cognoscimus, vniuersis enim cognitis omnia etiam singularia habemus quodammodo perfecta, erit ergo illa præstantior.

5. Argum. *Sed etiam illud.* Quintum: Illa demonst est nobilior, quæ ex propinquiorib principiis coalescit, sed vniuersa est huiusmodi, attributa namque propinquiora cuiuslibet rei, sunt vniuersa; ergo &c.

6. Argum. *Nos enim scientes.* Sextum: Illa demonst. est nobilior quæ ex prioribus constat, tales nãque esse debent causæ per quas scimus, atqui demõstratio vniuersa coalescit ex prioribus: ergo demonstra. vniuersa erit nobilior.

7. Argum. *Et vniuersi.* Septimum: Illa demonstratio debet nobilior censeri, quæ ad intellectum spectat, at vniuersa demonst ad intellectum attinet, particularis autem ad sensum, cum beneficio sensuum singularia percipiamus, intellectus vero ope vniuersa: demonstratio igitur vniuersa nobilior erit singularia.

CAPVT XXI.

Demonstrationem aientem nobiliorem esse negante.

NVnc sequitur vt aientem negante præstantiorem esse ostendamus. Ac primum, ponatur illam demonstrationem alteri præstare, quæ cum reliqua paria habeat paucioribus absoluitur postulatis, aut hypothesibus, aut propositionibus, vt enim sint æque manifesta vtriusque propositiones, illa tamen quæ paucioribus constat, celerius rei cognitionem adferet, quod profecto optabilius est. Porro cur præstare dicatur, quæ paucioribus absoluitur, ei quæ pluribus, hac communis ac generalis ratio reddi potest. Quoniam, licet similia sint in perspicuitate media, eo tamen sunt notiora, quæ priora sunt. Vt probatione vna, de e dicta, per media b c d ostendatur, altera autem quod d contineat ipsum a per media f g demonstretur, nec obscurius sit ac difficilius intellegere de d dicta, quam de eidem ipsum a dicta, illud tamen prius, ac notius est, quod a conueniat ipsi d, quam quod ipsi sinsit a, quandoquidem illud ad hoc demonstrãdum adhibetur. Est vero illud semper credibilius, quod ad faciendam de altero fidem accipitur. Est igitur præstantior ea demonstratio, qua tum cæteris in rebus cum altera conuenias, paucioribus absoluitur, quam illa. Ac ista quidem amba de quibus quæritur, tribus constant verbis simplicibus, ac duabus sumptionibus. Verum vna affirmationes tantum accipit. Altera affirmationẽ & negationem, quo fit vt hac ex pluribus cõficiatur quam illa, ideoq; sit deterior. Iã vero vt hinc perspicere possis, hanc illa esse deteriorem, quod alibi in libris ostendimus non posse ex duabus sumptionibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

prionibus negantibus, quippiam necessario confici, sed semper vnam affirmare, alteram negare oportere. His accedit quod demonstrandis negationibus semper adhibenda sunt affirmationes semper enim maior est aimtium quam inficiantium propositionum numerus in omni demonstratione, qua retro acta ad principia, in aliquam magnitudinem augetur. Vt autem pluſquam vna negatio in omni ratiocinatione sumatur, fieri negamus. Sint enim hæ sumptiones, nullum b est a, omne c est b, nunc si oporteat has rursus propositiones confirmando, in maius augere demonstrationem, interponendum erit medium inter a & b, quod sit d, & aliud quippiam inter b & c quod sit e. Ac perspicuum quidem est medium e in affirmationibus tantum accipi, d autem, cum b quidem coniunctum in assumptione, affirmationem facit, propositio autem in qua, cum a ipsum d connectitur, est negans, vt fiat hoc modo ratiocinatio: Nullum d est a, omne b est d. Est igitur in eo toto propositionum numero, vna sola negatio, nec secus in aliis omnibus ratiocinationibus fiet, siquidem in affirmatione concludenda semper necesse est vtramque sumptionem esse affirmantem, in negatione vero, tantum altera inficiatur. Quo fit vt hac sola negatio sit, cum aliæ omnes sint affirmantes. Si igitur id semper notius, & credibilius est, quod ad fidem faciendam adhibetur, demonstratio autem negans, pir affirmantem, nec vicissim affirmans per negantem confirmatur: erit profecto aiens demonstratio prior, notior, credibilior altera, ob eamque causſam præstantior. Postremo si principium demonstrationis est vniuersa propositio medio carens, accipitur autem in aiente probatione affirmans talu propositio, in inficiante autem negans, & affirmans negante prior est & notior: Ac notior quidem, eo quod confirmanda negationibus affirmationis adhibentur: Prior vero, quoniam esse prius est quam non esse. Ex iis profecto efficitur necessario, certiora præstantioraque esse affirmantis, quam negantis demonst-ationis principia. At enim qua melioribus vtitur initiis, eam non modo meliorem esse necess- esse, sed etiam ads ipsorum principiorum naturam magis accedere, hoc ipso quod non potest negans sine affirmante constare.

COMMENTARIA.

1. Argum. COnfert iam demonstra. aientem cum negante, confirmatque tribus argumentis aientem neganti antecellere.

Primum est: Illa demonstratio est cuilibet alteri anteponenda, quæ paucioribus eget, sed demonstratio aiens est huiusmodi, nam hæc conclusio aiens, omnis homo est substantia, his tantum tribus mediis eget quæ sunt animal, corpus animatum, & corpus per quæ confirmetur, cum tamen hæc alia conclusio negans nullus homo est linea, exigat præter media prælata ea etiam quæ à quantitate peti possunt, demonstratio igitur aiens multo nobilior erit negante.

2. Argum. *Iam vero* Secundum: Illa demonstratio est nobilior, quæ non indiget alia, sed aiens non indiget negante, bene tamen negans aiente nam in omni demonstratione negante debemus sumere aliquam aientem propos demonstratio igitur aiens nobilior erit demonst. negante.

3. Argum. *Postremo* Tertium: Demonstratio ex perfectioribus & prioribus constans multo nobilior est, atqui demonstratio aiens est huiusmodi, ergo illa erit nobilior. Confirmatur assumptio Esse nobilius est & prius quã non esse, at demonstratio aiens significat esse, negans autem non esse, ergo igitur nobilior.

CAPVT XXII.

Demonstrationem directam nobiliorem esse ducente ad incommodum.

QVoniam autem longe præstat demonstratio affirmans neganti, perspicuum etiam est ab illa eadem longe superari probationem quæ aduersarium vrget incommodo. Inprimis autem quid hæc probatio differat, ab ea quæ ad fidē directo pertinet, intelligendum est. Nam cum ita conficitur

conficitur ratiocinatio, nullum b est a, omne c est b, nullum igitur c est a: tum est directa huius negationis, nullum c est a probatio. Quæ vero ad incommodum ducit, hunc in modum conficitur. Esto hoc propositum ad ostendendum nullum b est a. Vt id ostendam, ego contra accipiam, omne b esse a, tum assumam, omne c est b, ex quo efficietur omne c esse a. Quæ conclusio quoniam perspicue falsa est, fieriqueid non posse quod ait, omnium opinione confirmatum est, propterea ego ad extremum concludo, non fuisse veram illam propositionem, omne b est a. Nam si illam assumptionem omne c est b, veram esse certum est, ac concessum, fieri omnino non potest, vt vera sit propositio, omne b est a. Ac verborum quidem simplicium ex quibus vtraque constant, collocatione non distinguuntur, sed in eo tantum cernitur discrimen, vtra ex duabus negantibus propositionibus notior esse putatur, illane qua dicit nullum b esse a, an qua nullum c esse a, nam si id apertius est non esse, quod hac conclusione pronuntiatur, et it demonstratio per absurdam consecutionem docens, sin illa clarior est qua in ratiocinatione propositionu loco accipitur, erit directa et probatio. Atqui natura ordine prius est, nullum b esse a, quã nullum c esse a, quandoquidem ea semper priora sunt complexione, ex quibus ipsa complexio efficitur. Est autem hæc, nullum c est a complexio, illa autem, nullum b est a propositio, ex qua hæc conficitur conclusio. Neque enim quoquomodo ex alia comprehendatur, ac refellatur quippiam, id statim ita accipi debet, vt hæc semper conclusio censeatur, illæ sumptiones, ex quibus efficiatur illa complexio, appellentur. Sed ea demum sunt ex quibus aliquid concludi proprie dicitur, qua in aliqua ratiocinatione ita accipiuntur, vt aut quasi pars possit totum, aut contra posit partem totum, ante complexionem sumptum sit. Duæ autem illæ propositiones a b & a c, non si sunt inter se affecta. Quocirca sit præstantior est quæ apertioribus, ac prioribus constat, valeant autem illa quidem vtraque negantes demonstrationes ad fidem faciendam, sed vno ex prioribus, altera expostrioribus confi.iatur, illud profecto necesse erit, vt demonstratio negans, qua simpliciter ac directo rem probat, ea sit accuratior, qua ad incommodum ducit. Vnde perspicuum est, quia omni negenta, præstantior est affirmans demonst ratio, longe præstare ipsam affirmantem, omni, qua per incommoda res docetur, demonstratione.

COMMENTARIA.

QVoniam autem, &c. Vltimam tandem tractans hoc c q. probat Arist demõstia directam esse multo potiorem ea, quæ ducit ad incommodum, idque præstat primo de demonst. directa negante cuius hoc adducit exemplum. Nullum animal est lignum omnis homo est animal, ergo nullus homo est lignum. Exemplum demonstra. ducentis ad incommodum hoc sit, qua probetur illa propositio nullum animal est lignum ad hunc modum. Si hæc est falsa, nullum animal est lignum ergo opposita erit vera, omne animal est lignum Si hæc est vera ita argumentator Omne animal est lignum omnis homo est animal ergo omnis homo est lignum. Hæc conclusio est perspicue falsa, nam repugnat omniũ opinioni, ergo aliqua ex sumptionibus est falsa, falsum enim ex falso infertur, non est autem assumptio quæ in alia demonstra. tanquam vera est admissa, ergo propositio, erit falsa nimirum omne animal est lignum, quæ si est falsa eius oppolita erit vera, nullum animal est lignum.

Ac verborum quidem, &c Scribit in hac parte Arist. illas duas negantes, nullum animal est lignum, & nullus homo est lignum, conuenire collocatione verborum simplicium, differre autem quia altera, id est, nullum animal est lignum, est prior, & notior, quam hæc alia, nullus homo est lignum, quoniam ea sunt priora complexione, ex quibus complex o fit, at ex illa nullum animal est lignum, conficitur, hæc conclusio, nullus homo est lignum.

Obiectio. *Neque enim quoquo modo, &c.* Quia poterat quisquam dicere illam propositionem nullum animal est lignum, non esse priorẽ, quia i la in demonstratione ducente ad incommodum probatur per concluſi negantem quæ posterior est quod videtur absurdum. Resp. Arist non quia ex illa conclus o. destruimus oppositam propositionis, proinde illam maiorem propos. habere rationem conclus illatæ, tanquam ex veris sumptionibus & principiis, quod reuera fieret si illa maior propos. esset sub illa negante assumpta, sicut pars sub toto, id est, vt inferius sub superiori: at non ita est, nam hæc, nullum animal est lignum, non est sub illa,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nullus homo est lignum, sed potius contra.

Confirm. *Quocirca* Probat denique hoc argu. quod instituerat. Ea demonstra. est nobilior, quæ fit ex notioribus & prioribus, atqui demõstra directa negans est huiusmodi, non autem ducens ad incommodum, illa igitur debebit nobilior censeri quam hæc altera, at demonstra. affirmans est etiam nobilior negante directa, vt in superiori cap. diximus: à fortiori ergo demonstrat. affirmans multo potior erit ea, quæ ducit ad incommodum.

DISPVTATIO IN EA, QVÆ AB ARIstot. in cap. superioribus fuerunt enarrata, vnica sectione comprehensa.

ARGVMENTVM.

QVamuis ea quæ ab Aristot. in superioribus cap. proposita fuerunt, ex se sint satis facilia, nihilominus ne candidi lectores in nostris commentariis aliquid desiderent, nonnullas quæstiones proposuimus, quibus illa illustriora multo reddantur.

QVÆSTIO I.

Possitne dari in attributis progressus in infinitum.

Ad 1. arg. ET quidem dari posse confirmatur primo. Species rerum possunt augeri in infinitum, vt in cap. de specie sect. 1. q vlt. docuimus, at si ita augerentur darentur attributa infinita, & ex consequenti progressus in infinitum, iam ergo in attributis poterimus progredi in infinitum.

Ad 2. Secundo: Inter quælibet duo puncta dãtur in qualibet linea infinita puncta, nam dantur infinitæ partes continui, quas necesse est esse inter se punctis connexas, & copulatas sed duo puncta claudẽtia lineam, sunt extrema finita ergo dari poterũt media infinita.

Ad 3. Iam in actionibus voluntatis, & intellectus possumus progredi in infinitum, vt D. Tho 12. q. 1 art. 4 ad 2 & 3. profitetur, ergo etiam & in attributis saltim accidentariis poterimus progredi in infinitum, quia hæ actiones sunt quædam attributa accidentaria.

vn. conclus. His tamen nihil impedientibus, sit conclusio In attributis, quæ de aliquo subiecto prædicantur, non possumus progredi in infinitum, imo neque inter duo extrema finita, dari possunt media infinita. Legẽdi sunt Ægidius, & Venetus, Louanien. Caietan. alique interpretes in commentar. à cap 15. vsque ad 18 Flandren 1. lib. quæst. 37. Versorius quæst. 23. & Apollinaris quæst. 38 quæ certe apertissime suaderi poterit à nobis, si prius illud tanquam firmissimum iecerimus fundamentium, attributa (præsertim ea quæ de rebus secundum essentiam prædicantur) ad genus causæ formalis spectare. Primo, quia ita omnes Dialectici profitentur, aiẽtes attributa habere locum formæ, & subiecta materiæ. Secundo, quia Aristot. ita docet 2 Physic. cap. 3 & 5 metaphy. cap. 1. inquit enim partes diffinitionis (quæ sunt attributa essentialia) reuocandas esse ad genus causæ formalis.

Confir. conc. Hoc igitur tanquam certo iacto fundamento, propositam assertionem in hunc modum demonstramus. Qualis est habitudo causarum efficientium essentialiter subordinatarum, inter se, talis est quoque formarum, sed in causis efficientibus non possumus progredi in infinitum, vt Aristot. 2. Metaphys. cap. 2. demonstrat: quia si possemus progredi nullus effectus posset abeis dimanare, infinita enim non possunt percurri, vel pertransiri, ergo neque in causis formalibus poterimus progredi in infinitum, at attributa spectant ad genus causæ formalis, (vt dedimus obseruatum) ergo in attributis nequaquam poterimus progredi in infinitum, ac proinde, neq. inter duo extrema finita, dari poterunt media infinita.

Igitur ad

Igitur ad arg. Ad primum dicimus Arist. intelligendum esse de progressu in infinitũ attributorum quæ secundum actum rei conueniunt. vnde quod docet est, non posse dari attributa alicuius speciei, quæ sint actu infinita, ac proinde neque in his posse dari progressum in infinitum, non tamen est intelligendus de attributis quæ eidem conueniunt secundum potestatem, hac enim ratione nihil prohibet (neq; enim nullam includit repugnantiam) quominus possint illa in infinitum multiplicari, vt in numeris, quolibet dato, & addita vnitate, possunt illi augeri in infinitum, verum quia in demonstrationibus, & scientiis, non sunt ea quæ potestate, sed quæ sunt actu contemplanda, ob hanc causam docuit Arist. non esse in attributis progrediendum in infinitum

Ad 2. Sol. Veneti. Ad secundum Ventus respondet omnia puncta eiusdem lineæ, esse eiusdem rationis ac proinde constituere vnum quasi cõtinuum, secundum numerum, & finitum, vnam minimam lineam finitam, at attributa essentialia non sunt omnia eiusdem rationis, sed diuersæ, suntque illa essentialiter subordinata. Quare non poterunt multipl cari in infinitum, quia essentialiter subordinata non possunt ita multiplicari, poterunt tamen puncta, quia sunt accidentaliter ordinata, & eiusdem rationis.

Solu. nostra. Melius tamen dicimus, inter quælibet duo puncta claudentia lineã, non dari puncta intrinseca, vel connectentia actu, sed potestate, quia neque partes proportionales (quæ his punctis connectuntur) sunt in constituto actu, sed sola potestate, vt Arist. & cum eo omnes Philosoph. 6. Phys. profitentur, quam solutionem Flandren. etiam attigerat.

Ad 3. 2. Solutio. Ad tertium respond. In actionibus harum potentiarum, dari posse progressum in infinitum, non in actionibus secundum actum, ita vt possimus numerare actu infinitas intellectiones, aut volitiones, sed secundum potestatem, quia qualibet data, potest dari alia, & illa data alia, & sic in infinitum. Verum, quia scientia non contemplatur ea quæ sunt potestate, sed quæ actu rebus conueniunt, ob hanc rationem docuit Aristot. non dari attributa infinita, neque in his esse in infinitum progrediendum.

2. Solu. Flan. Vel cum Flandren. dicimus actiones intellectus esse accidentaliter ordinatas, in quibus sic ordinatis non negat Aristot progressum in infinitum, at attributa quæ de re secundum essentiam dicuntur, sunt essentialiter subordinata, ac proinde nõ poterimus progredi in infinitum: tantum enim in his quæ accidentaliter ordinantur progressum in infinitum diffitetur Arist.

QVÆSTIO II.

An demonstratio vniuersa sit nobilior particulari.

PRoposuerat etiam Aristo hanc alteram quæst. in c. 20. num demonst. at. vniuersa sit potior particulari, quæ quamuis fuerit ab eo luculenter satis agitata, erit tamen de ea nobis iterum disputatio repetenda. Et certe demonstr. particularem esse præstantiorem, vniuersa, primo ita possumus suade. c.

1. Argum. Finis in quem fertur demonstrat. est scientia, vt cap. 2. huius 1. lib. docuerat Arist. sed demonst. particularis assequitur magis huiusmodi finem, ergo erit multo præstantior. Assumpt confirmamus. Demonst. particularis generat scientiam in particulari, quemadmodum vniuersa eandem generat in communi, sed scientia in particulari est magis scientia, quam in communi, ergo demonst particularis assequetur magis finem demonstr. quam vniuersa

2. Argum. Secundo: Scire rem confusa indistincta, & indeterminata cognitione ignobilius multo est, quam scire perspicua, aperta, ac determinata cognitione, sed per demonstr. vniuersam scimus aliquid confusa, indistincta & indeterminata cognitione: est enim illud totum quoddam confusa cognitione multa complectens, per particulatem vero cognoscimus rem aliquam perspicuã aperta, ac omnino determinata cognitione, ergo demonstratio particularis erit nobilior vniuersa.

3. Argum. Præterea: Illa est nobilior demonst. quæ per ea progreditur, quæ sunt sensibus viciniora, sed demonstra particularis est huiusmodi, nam progreditur illa ex singularibus quæ sensibus nostris sunt viciniora, ergo demonstratio particularis erit multo nobilior Maiorem proposit. Ita confirmamus: Illa demonst. quæ vtitur certioribus principiis, est multo nobilior, sed quæ progreditur per ea, quæ sunt sensibus viciniora progreditur per principia certissima, nã progreditur per experientiã à qua certitudo principiorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipiorum est haurienda, vt testatur Arist.2. *lib.de demonst.cap.* 18. ergo illa demonstratio est nobilior quæ progreditur per ea, quæ sunt sensibus viciniora.

Observatio.

Vt tamẽ quæst.hanc explicare possimus, sciendum erit duobus modis posse dici aliquam demonstr.vniuersam, ex parte formæ & ex parte materiæ. Illa dicitur vniuersa ex parte formæ, quæ fit in aliquo modo alicuius figuræ ex propositio vniuersis constituto, vt sunt illæ demonst.quæ fiunt in Barbara, vel Celarent, nam dispositio in forma & figura, forma est demonstratio. illa vero dicitur vniuersa ex parte materiæ, quæ constat ex propositione de omni, per se, & attribut.vniuersi, vel secundum quod ipsum, proposit. etenim ex quibus conflatur demonstrat.ad materiam illius spectant. Legendi sunt Flandren.quæst.43.art.1 Versor. quæst.24.Apollinaris q 41.Albert à Saxo.q 30.Venet Æg d.Caieta. & alii in comment cap.22.

1.conclusio.

Sit 1.conclus.Demonstr.vniuersa ex parte formæ, nobilior est particulari. Confirm. Illa demonstratio est vniuersa ex parte formæ, quæ constat proposit. & conclus.vniuersa, particularis vero quæ constat vel altera ex præmissis, vel conclus.particulari, sed illa demonst.quæ constat ex præmissis, & conclus.vniuersis, est multo nobilior, quam ea quæ ex altera ex præmissis, vel ex conclusio. particulari coalescit, etenim concludit eadem quæ concludit particularis, & multo plura, quando enim concludimus de homine vniuerso, esse capacem disciplinæ id ipsum etiam concludimus de Socrate, homine particulari, & de pluribus aliis, vt Platone & Arist ergo demonst.vniuersa ex parte formæ erit nobilior particulari. Rursus: illa est nobilior demonstr. quæ fit in prima figura & inter modos illius, illa quæ fit in 1. nimirum in Barbara, vt Arist.cap.11.docuerat, sed demonst quæ fit in Barbara, est vniuersa ex parte formæ, constat enim hic modus ex omnibus proposit.vniuersis, ergo demonst.vniuersa ex parte formæ, nobilior erit particulari.

2.Conclus.

Secunda conclu. Etiam ex parte materiæ illa quæ fuerit vniuersa, est nobilior particulari. Confirmatur, quia illa quæ constat ex propos.attributi vniuersi, vel secundum quod ipsum, est nobilior altera quæ non constat ex propositionibus huiusmodi attributi: sed demonstr. vniuersa constat ex propositione attributi vniuersi, non autem particularis, quia proprietas quam in conclus. de subiecto demonstramus, non primo competit particulari, sed vniuerso, & ex consequenti (cum idem sit attributũ dici vniuerse, quod primo conuenit:) non erit attrib particulari, sed vniuersi, vt habere tres angulos æquales duobus rectis non primo competit Isosceli, vel schalenon, sed triangulo, & habere naturam participem sensus, nõ primo conuenit homini, vel equo, sed animali, ergo demonst. vniuersa ex parte materiæ, erit longe nobilior particulari.

Ad argum. Soluitio Veneti & alio.

Ad primum argu. Venetus & alii dicunt, duplicem esse cognitionem confusam, vnã ex parte obiecti, quia est de obiecto confusa ratione suo ambitu multa continente, & alteram ex parte modi progrediendi, qualis est ea, quæ neque ex præmissis vniuersis, neque ex attribut secundum quod ipsum, vel vniuerso progreditur, & quæ neque concludit proprietatem de subiecto adæquato. Itaque si agamus de cognitione confusa ex parte obiecti, demonstra. vniuersa est confusior particulari, quia est de obiecto vniuerso, quod sub subse multa singularia confusa ratione complectitur. Sit vero agamus de cognitione confusa ex parte modi progrediendi, demonstr. particularis ex consequentibus multo progredietur, nam non progreditur ex præmissis vniuersis, neque ex attribut. vniuerso, vel secundum quod ipsum, neque concludit proprietatem de proprio & adæquato subiecto. Cognitio autem cõfusa ex parte obiecti non aufert nobilitatem, sed altera quæ est ex parte modi progredendi, sicque nobilior erit demonstrat. vniuersa, ac scientia per eam acquisita, quã demonstr.particularis, & scientia quæ ab ipsa deriuatur.

Aptior Caie. Solutio.

Apertius tamen meliusque cum Caieta. respon scientiam vniuersam, & particularem (& idem iudicium est de demonstr. vniuersa, & particulari) sumi posse vel respectu vnius, & eiusdem rei, respectu scilicet particularis, vel respectu diuersarum rerum, ita vt scientia vniuersa sit de rebus vniuersis, particularis vero de particularibus. Si sumantur in re vera, & eadem particulari certum est scientiam particularem esse nobiliorem, magisq; rem ipsam manifestare, quam explicet altera vniuersa, magis enim, & apertius scimus Isoscelem habere tres angulos æquales duobus rectis, per propria & priuata

& priuata principia illius, quam per communia, quia est triangulum, vel hominem esse corpus animatum, quia est particeps rationis, quam quia est animal. Si tamen respectu diuersorum conferantur, ita vt scientia vniuersa ad naturas vniuersas, & parti. ad particulares referantur, nobilior multo eii scientia vniuersa, quam particularis, nam explicat rem per propria, & adæquata principia, & secundum quod ipsum, quod non explicat particularis, vt scientia qua scimus de homine vniuerso esse capacem disciplinæ, est per propria & adæquata principia, nimirum per esse animal particeps rationis, quod sane principium est proprium hominis, & adæquatum, prædicaturque capacitas disciplinæ primo, vel secundum quod ipsum de homine. Scientia vero qua scimus, Socratem particularem esse capacem disciplinæ, nõ est per propria & adæquata principia sed per communia & inadæquata, nam est per esse animal particeps rationis quod commune est sibi cum aliis hominibus, neque primo de ipso prædicatur huiusmodi proprietas. Et quia Arist non confert respectu vnius & eiusdem rei demonstrationem vniuersam & particularem, ac scientias ab eis genitas, sed respectu diuersorum, ob hanc causam docuit demonstrationem vniuersam esse nobiliorem particulari.

Ad 2.

Ad secundum eodem modo respondet. scientiam vniuersam respectu eiusdem rei particularis esse confusam, & indeterminatam, particularem vero claram & distinctam, si tamen ad diuersa referantur, ita vt vniuersa ad naturam vniuersam, & insingularis ad singularem applicetur, non inus, imo magis distincta erit, & determinata, (cum ex propriis & adæquatis progrediatur) quam particularis.

Ad 3.

Ad tertium dicimus, aliud esse loqui de collectione, & aliud de certitudine principiorum: collectio quidem ex sensu fit, & experientia, nam quia experimur hoc totum esse maius sua parte, & illud, colligimus omne totum esse maius sua parte. Certitudo vero vel ex rei principiis, vel ex connexione necessaria terminorum est depromenda, vt certitudo huius propositionis, homo est capax d.scientiæ, deriuatur ex illo principio, omnis homo est animal particeps rationis, & certitudo huius alterius, omne totum est maius sua parte, pendet ex necessaria totius, cum parte habitudine, quare cum certitudo non à sensu, sed ab intellectu nata sit apprehendi, cum sensus in res incertas & fragiles sæpe ferantur, non erit illa demonstratio nobilior, quæ progreditur ex his, quæ sunt sensibus remotiora, intellectui vero viciniora, ac proinde non erit particularis, nobilior vniuersa.

QVÆSTIO III.

An demonstratio aiens sit nobilior negante?

COnferamus etiam cum Arist. demonstrationem aientem cum negãte, quænam scilicet ex illis sit altera nobilior, atq; præstantior. Inter quas negantem esse præstantiorem his argumentis ostendimus.

1. Arg.

Primum: Illa demonstratio est nobilior, quæ fit in pluribus figuris: sed negans fit in pluribus, quam affirmans, ergo erit potior affirmanti. Minor est aperta, quia negans fit in omnibus figuris, affirmãs vero in prima tantum, & tertia figura fieri potest, nam in secunda omnes modi sunt negantes maiorem vero propositionem ita confirmamus. In causis illa est nobilior, quæ ad plures effectus producendos sese potest extendere, vt orbes cœlestes sunt causæ nobiliores his corporib⁹ inferioribus, quia possunt se ad plures effectus producendos dilatare, ergo & in demonstratione illa, quæ ad plures modos & figuras se extendet, erit multo nobilior, vtriusque enim videtur esse vna & eadem ratio, & analogia.

2. Arg.

Secundum. Demonstratio negans progreditur per causam remotam, nam quæ per hoc genus causæ progreditur, fit in secunda figura, vt diximus sect. 1. in capit 10. quæst. 4 sed causa remota est multo nobilior proxima, vt orbes cœlestes, qui sunt causæ remotæ, & intelligentiæ eos mouentes sunt multo nobiliores causæ, quam equus, vel leo, qui sunt causæ proximæ, ergo demonstratio negans erit multo nobilior affirmante.

3. Arg.

Præterea: Si affirmans esset nobilior negante, esset ob rationes propositas ab Arist. maxime vero propter tertiam, quia affirmans significat esse, negans nõ esse, esse autem prius est ac nobilius, quam non esse, ita enim argumentabatur Arist atqui hæc ratio assumit falsum, quia esse non est prius, sed posterius, omne siquidem quod fit, effi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

citur ex non ente, tenditque postea ad esse, ergo demonstratio aiens non erit saltim prior negante.

Opinio Arist. cum. Cæterum sententia Arist. tam optimis & efficacibus argum. fuit ab eo cap. 21. confirmata, vt ad illam ostendendam nulla sit ope nostra aut auxilio necessarium. Illico itaque erit a gumentis propositis satisfaciendum, de quorum solutione legendi sunt Caietan. & Venetus in hoc loco, Flandrens. lib. 1. quæst 44. art. 1. Apollinaris quæst. 42. Veractuc. q. vnic. cap. 17. Versotius q. 25 & alii, quorum vestigia imitati, ita seorsum satisfacimus a gumentis.

Ad 1. arg. Ad primum respond. duobus modis posse aliquid se ad plura extendere vno modo intensiue, & altero extensiue, vt in igne flamma, maior est extensiue calore, qui est in ferro candenti, calor vero, qui in ferro repetitur, est maior intensiue, quia in eo maior portio caloris repetitur, quam in flamma, & ad maiorem copiam caloris generandam sese potest extendere. Est igitur demonstratio negans extensiue maior ac potior aiente, quia in pluribus figuris fieri potest, nō tamē intensiue, hac enim ratione econtra, aiens est multo nobilior, ac longe perfectior negante: primo, quia aiens non eget ope negantis, cum possit dari demonstratio ex solis propositionibus aientibus sine vlla negante: negans vero ita eget ope aientis, vt nisi in illa aliquam aientem propositionem vsurpemus, in nulla figura construi vllo modo possit. Secundo, quia maiore claritatem & certitudinem cōfert intellectui, quam negans, quod exeo inter alia colligi potest, quia demonstrationes, quæ fiunt in Barbara, maiorem conferunt certitudinem ac claritatem, quam aliæ, quæ in aliis modis fieri possunt. Quare cum perfectio, ac nobilitas alicuius rei non ab extensione, sed ex intensione peti debeat, demonstratio aiens nobilior erit negante.

Ad 2. Ad secundum respond. inprimis causas remotas esse quidem magis causas, & nobiliores causis proximis, vno modo, quia mirum habent maiorem vim & facultatem, & ad plures effectus sese possunt extendere, sunt tamen eædem alio modo ignobiliores. Primo, quia ad ipsas non sequitur immediate effectus. Et secundo, quia effectus non est similis eisdem: at à causis proximis immediate sequitur effectus, tum etiam eisdem effectus assimilatur. Et quia in demonstrat. magis est huius secundi modi attendenda nobilitas, quam primi, eo quod ad cognoscendum effectum magis conducunt causæ, ad quas ipse immediate sequitur, quibusque assimilatur, propterea demonstratio, quæ progreditur per causam proximā, potior erit altera, quę per causam remotam proceder: ac proinde aiens nobilior erit negante.

Ad 3. Ad tertium respond. esse & non esse posse sumi duob⁹ modis, primo respectu vnius & eiusdem rei, secundo respectu diuersarum rerum. Si primo modo sumantur, non esse, prius est, quam esse, quia omne, quod fit, ex eo fit, quod non erat, si vero altero modo vsurpentur (qua ratione sumuntur simpliciter & absolute) esse prius est, quam nō esse, quia omne, quod reuocatur de non esse, ad esse ab aliquo reuocatur, quod habet esse, vt omne, quod non est calidum, reuocatur ad calorem ab igne habente calorem. Eodem modo dicerat Aristot. 9. lib. Metaphys. esse actum priorem potestate in diuersis rebus quia omne quod reuocatur de potestate ad actum debet ab aliquo, quod sit in actu, reuocari: in vna tamen ac eadem re, ecce nota potestatem esse priorem actu quia prius est aliquid posse esse, quam actu esse. Ita locum hunc interpretatur D. Thom. Legendus est Flandrens. q. 44. art. 2. Hoc quidem, si de prioritate loquamur, profitemur, quia si de nobilitate agimus, certissimum esse debet, esse nobilius esse, & ex consequenti demonstrationem aientem quæ explicat esse, nobiliorem esse negante, quæ rem non esse declarat.

QVÆSTIO IV.

An demonstratio directa nobilior sit ducente ad impossibile?

VLtimo loco perpendendum supereſt, num demonstratio directa, vel, vt dicunt, ostensiua, sit nobilior altera, quæ ducit ad impossibile. Verum quia quæstio hęc pendet ex illa, num detur demonstratio ducens ad impossibile, vel incommodum, hoc prius inuestigandum erit, nam nullam esse huius generis demonstrationem, confirmare possumus:

1. Arg. Primo: Quia in demonstrat. tantum possumus verum ex vero colligere: sed in demonstration ad impossibile colligimus falsum, nam saltim supponimus aliquid esse falsum, ergo nulla erit demonstratio ad impossibile.

2. Arg. Secundo, Omnis demonstratio vel est quia vel propter quid: sed demonstratio ducens ad impossibile neque est quia, neque propter quid, quia neque procedit per causam, neque per effectum (cum omnis demonstratio debeat per aliquid ex his duobus procedere) illud enim, quod est impossibile, neque est causa, neque potest esse effectus, ergo nulla erit demonstratio ducens ad impossibile.

3. Arg. Præterea: Omnis demonstratio est syllogismus: sed ducens ad impossibile non est syllogismus, cū in ea multi syllogismi contineantur, vt cōstare potest ex his, quæ cum Arist. dicemus cap. 22. ergo nulla erit demonstratio ducens ad impossibile.

4. Arg. Vltimo ostendimus, ducentem ad impossibile esse nobiliorem. Illa, quæ maiorem claritatem, ac euidentiam generat in intellectu, est multo nobilior: sed quæ ducit ad impossibile, est huiusmodi, nam innititur illi principio notissimo, de qualibet reuera est affirmatio, vel negatio, de nulla vero ambæ simul. ergo erit illa nobilior demonstratio.

In concluſ. His tamen nihil impedientibus, sit prima conclusio. Praeter demonstrationem directam vel ostensiuam assignari debet alia, quæ ducat ad incommodum, vel ad impossibile. Hanc certe ita abunde expositam nobis reliquit Arist. c. 22. vt non sit opus in ea explicanda vel per minimum temporis momentum immorari.

2. concluſ. Secunda concluſ. Demonstratio directa est nobilior, longeque præstantior ea, quæ ducit ad impossibile. Hanc in eodem capite docuerat Arist. de qua legendi sunt Flandr. q. 45. art. 1. Apollinar. q. 43. Versor q. 25 Venet. Caiet. & Ægid. in commentar. confirmarique potest primo: Quia quæ ducit ad impossibile, confiatur ex aliqua ex propositionibus falsis, at directa semper ex veris progreditur, verum autem nobilius est falso. Secundo, Quia demonstratio directa est veluti finis eius, quæ ducit ad impossibile, vt confirmemus conclusionem aliquam alicuius directæ, quam esse veram diffitetur aduersarius. Quare cum finis præstantior sit his, quæ ad ipsum diriguntur, demonstratio directa longe nobilior erit ea, quæ ducit ad impossibile.

Satisfaciamus iam argumentis in principio propositis. Ad primum respondetur, falsum esse, in omni demonstratione tantum esse conclusionem veram inferendam, hoc siquidem tantum est verum in demonstratione simplici, vel directa, non autem in demonstratione composita, qualis est ea, quæ duc t ad impossibile: Vnde quando Aristoteles inquit 1. libro de demonstration cap. 2 demonstrationem ex solis ver s posse constare, loquutus est de demonstratione simplici, & directa. Addimus tamen, demonstrationem ducentem ad incommodum, quamuis nō constet ex omnibus propositionibus veris immediate, differre tamen in eum finem, vt ipsius beneficio veritatem negatam ab aduersario ostendere, ac manifestare possimus, quod sufficit, vt nomen demonstrationis sibi possit promereri. *Ad 1. arg.*

Ad secundum respond. hanc diuisionem demonstration. non esse demonstration. in communi, sed solius simplicis & directæ ac proinde cum ea, quæ ducit ad impossibile, non sit huius generis, neque erit demonstr. quia, neque propter quid, sed proptio & accommodato vocabulo, ducens ad incommodum nuncupabit r. Vt interim illud addamus, etiam in aliquo ex syllogismis, qui sumuntur in demonstratione ad impossibile, aliquando nos progredi per causam, & aliquando per effectum, vt iuxta subiectam materiam, de qua est institura disputatio poterit quilibet facillime intelligere. *Ad 2.*

Ad tertium respond. verum esse, demonstrat simplicem & directā esse vnicum syllogis. hoc tamen est falsum de demonstr. in communi: quia illa abstrahit ab vnico vel pluribus syllogismis, sed si fuerit directa, erit vnicus, si vero ducens ad impossibile, plures in ea syllogismi reperientur. *Ad 3.*

1. Arg. Ad vlt. respond. negantes, maiorem euidentiam conferre demonstrat. ducentem ad impossibile quam directam, nam quamuis illud principium contradictionis metaphysicum ex se, suapteq; natura sit in omnibus notissimum; verum vt applicatur certæ alicui ac determinatæ materiæ, ad inferendam aliquam conclusionem, non obtinet primum locum claritatis, & euidētiæ, semper etenim sumitur veluti causa remota, nam componitur ex vocibus communissimis: at conclusio clarior multo & euidētior remanet, ex causa immediata, & proxima, *Ad vlt.*

quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam ex remotaꝛ per quam cum progrediatur demonstratio directa, profecto illa maiorem claritatem, & euidentiam generabit in intellectu, qui in genere altera, quæ ducit ad impossibile, & ex consequenti nobilior erit atque præstantior.

CAPVT XXIII.

De quibusdam theorematibus.

PRoximum est, vt scientiam cum scientia comparemus. Ac primum, illa est accuratior ac prior, qua simul & quod res sit, & cur sit, non autem quod sit tantum percipitur, quam si qua sit, qua rei tantum causa cognoscatur. Deinde illa semper est certior, qua in eo subiecto versatur, quod est omnino à sensuum iudicio disiunctum, quam quæ in re ſenſata versatur, ad sensum maxime accommodata, vt Arithmetica quam Musica subtilior est ac certior. Postremo accuratior est, quæ simplicioribus elementis constat, ea cuius elementa nō nisi ex aliqua adiectione intelliguntur: qua ratione Geometria præstat Arithmeticæ. Quid autem ex adiectione appellauerim, hoc exemplo intelligi potest. Vnitas enim natura quadam est, qua nulla positā, per se spectatur: punctum autem substātia quædam est, qua situ quodam suo intelligitur, quod nos supra appellauimus ex adiunctione. Vna scientia est, quæ in vno quodam genere versatur, earum rerum, quæ ex iisdem primis initiis constare cernuntur, quorum initiorum aut partes, aut affectiones sunt illa, quæ per se conuenire illi generi conspiciuntur. Diuersæ autem sunt, quarum principia nec eadem sunt, vel alia sub aliis continentur. Has vero diuersas esse scientias, quas diximus, ea constare poterit, quid ad prima vsque principia regrediendo perueneriut: illa enim ad idem genus pertinere debent, ad quod ea, quæ demonstratione concluduntur. Vt vel hoc argumento perspicuum esse potest, quod ea ipsa, qua ex iis principiis probantur, necesse est omnia eiusdem esse generis, summaque naturæ societate inter se coniuncta. Iam fieri potest, vt ad eandem reprobandam adhibeantur pluris demonstrationes, non solum si ex eodem quidem ordine, sed non deinceps ac continenter, sumantur media (cuius generis sunt media inter a, & b c d & e) sed etiam si ex alia quadam serie rerum accipiatur medium. Exempli gratia, sit a agitari, d vero moueri, b voluptate affici: ac rursus sit e tranquillari. Verum igitur est & omne d esse a, & omne b esse d. Quicquid enim mouetur, agitatur: qui autem voluptate fruitur, mouetur. Et rursus verum est, omne e esse a, & omne b esse e, omnis enim, qui tranquillatur etiamnum in agitatione est: qui autem voluptatibus fruitur, tranquillatur. Itaque per diuersa media, quorum non ponitur vnum sub altero, sed ad diuersas rerum series pertinent, ratiocinatione effecta est hæc vna conclusio. Verum, intelligendum est, ea media non tam posse esse diuersa, vt alterum alteri nullo modo conuenire possit: quandoquidem eidem alicui ambo conuenire conspiciuntur. Videndum porro est etiam in aliis figuris, quam multa de eadem re ratiocinationes fieri possunt.

COMMENTARIA.

POstquam in superioribus capitibus egit Aristot. de scientia, iam in sequentibus scientias conferre inter se. Cui disputationi aditum præparat faciliorem, aliquot theorematibus præmissis.

1. *theorem.* Eorum primum huiusmodi est: Vna scientia potest dici altera certior atque perfectior, primum, si vna non tantum ostendat rem esse, verum etiam cur sit, altera nihil aliud præterquam rem esse explicante. Deinde si vna scientia disputet de rebus à materia separatis, sensibusque minime subiectis perfectior erit, quam altera, quæ de rebus cum materia coniunctis ac sensibilibus pertractet. Hoc modo Arithmetica de numero separato disputans, est Musica nobilior, ac excellentior, quæ de numero cum sono coniuncto differt. Denique si principia & materia subiecta alicuius scientiæ principiis ac materiæ subiectæ alterius scientiæ lōge præstat. Et hac ratione Arithmetica Geometriæ antepanitur, principium namque illius est vnitas, Geometriæ autem punctum: at vnitas non parum puncto præcellit.

2. *theorem.* *Vna scientia, &c.* Secundum. Scientia illa

debet

debet vna censeri, quæ vnum habet obiectum formale, eademque principia ac proprietates obtinet. Huiusmodi est philosophia naturæ, vel Dialectica. At multæ scientiæ existimandæ sunt, quarum varia extant obiecta, diuersaq; principia, quemadmodum Arithmetica & philosophia naturę non sunt vna sed multę ac diuersæ scientiæ. Vnde colligendum est, quod cum scientiæ subalternantes & subalternatę non obtineant materiam subiectā, ac principia omnino diuersa, quin potius idem quodammodo obiectum pertractent, per eadem q; principia progrediantur, (vt de Arithmetica & Musica est perspicuum) non multæ illæ, sed vna quodammodo ac eadem scientia iudicari poterunt.

3. *theorem.* *Iam fieri, &c.* Tertium. Vna & eadem conclusio potest per diuersas demonstrationes confirmari, variæ namque sunt media, quibus potest eadem res confirmari, hominem enim esse (verbi grat a) substantiam, confitmare possumus, vel quia est animal, vel quia est corpus, vel denique quia est corpus animatum. Obseruat tamen Aristoteles, media hæc vel ex eadem, vel ex diuersis categoriis posse depromi ex eadem, vt in exemplo proposito, ex diuersa vero, vt si quis probet, illum, qui afficitur voluptate, mutari, quia tranquillatur. quod certe medium est diuersæ naturæ a motu, nam quies multum differt ab illo.

DISPVTATIO DE SCIENTIARVM vnitate, vnica sectione comprehensa.

ARGVMENTVM.

QVæ ad vnitatem scientiæ spectant, in c. 23. explicata nobis tradidit Arist. hanc eandem disputationem repetere nobis libuit in hoc loco, à quo nimirum vnitas, & diuersitas specifica, tum etiam & generica, & num sit omnium vna, & eadem scientia, explicantes.

QVÆSTIO I.

A quo petant scientiæ suam vnitatem?

QVamuis de hac re fuerit à nobis supra de vnitate Dialecticæ disputantibus habita oratio, libuit tamen eandem in hoc loco, altius repetito principio, in Dialectici gratiam agitare. Vnde quærimus, an desumant scientiæ vnitatem ex obiecto in quod contemplandum feruntur, nam non desumere, confirmamus primo. Ab eodem res habet esse & vnitatem: sed scientia non habet esse ab obiecto, ergo neque ab eodem vnitatem habebit. Assumptionem sic ostendo: Illud, à quo res habet esse, est ipsi rei intrinsecum: sed obiectum est extrinsecum scientiæ, & ita extrinsecum, vt nequeat in subiecto, in quo ipsa reperitur esse, est enim scientia in intellectu, subiectum vero est extra ipsum, ergo scientię non desument vnitatem ex obiecto.

1. *Arg.*

2. *Arg.* Secundo: Diuersi habitus intellectus feruntur in idem omnino obiectum, ergo & diuersæ scientiæ ferri quoque poterunt in idem obiectum, quod si hoc ita fuerit, non igitur vnitatem consequentur ex obiecto. Confirmatur antecedens, quia scientia fides, & opinio sunt habitus inter se multum diuersi, qui tamen in eodē obiecto versantur, nam de rebus diuinis habemus scientiam in metaphys. & multa de eisdem opinamur, quas easdem etiam fide cognoscimus.

3. *Arg.* Tertiū. Diuersæ rationes probabiles circa idem obiectum diuersas generant opiniones, ergo diuersæ demonstr. circa idem obiectum diuersas quoq; scientias generabunt. Consequentia est perspicua, quia eadem est habitudo rationum probabilium ad opiniones, quæ demonstr. ad scientiam. Confirmatur antecedens, quia diuersa est opinio, qua quis opinatur, in philosophia materiā primā esse puram potentiam, ab ea qua quis opinatur non esse puram potentiam, sed habere aliquem actum entis: & diuersa est opinio, qua in eadem philosophia quis

Universidad de Deusto
Biblioteca

existimat qualitates esse formas elementorum, per diuersas rationes probabiles parta, ab ea, qua quis arbitratur non esse huiusmodi formas, per alia argumenta ad hoc suadendum probabilia.

4. Arg. Quartum. Eadem ratione haurienda est vnitas in scientiis, & potentiis: sed potentiæ non hauriunt vnitatem ex obiecto, ergo neq; scientiæ poterunt illam haurire. Propositio perspicua est, cum vtriusque par & æqua ratio esse videatur. Confirmatur assumptio, inprimis, quia facultas videndi in homine, & equo, specie differunt quia fluunt à diuersis naturis specie differentibus, quæ tamen in idem obiectum, colorem nimirum, feruntur. Deinde: Eadem facultas videndi in homine specie differt à vi, & facultate imaginandi, & ab intellectu, cum tamē omnes hæ potentiæ in idem obiectum ferantur: nam visus intuetur colorem, vis imaginandi etiam suum munus exerceret circa illum, & tandem intellectus, eiusdem naturam & essentiam intelligit.

5. Arg. Vltimo. Metaphysica est vna scientia secundum speciem: at illius obiectum non est vnū vnitate specifica, nam est ens, quod est vnum secundum analogiam, ergo vnitas specifica scientiæ nō erit ex obiecti vnitate dependenda, quare aliunde erit necessario illa hauriendа.

Quæstionem hanc explicaturi, nonnulla præfabimur ad faciliorem illius dilucidationem omnino necessaria. Legendi tamen prius erunt Metaphysici 6 lib Metaph Soncin. q 8. Iauell q 7 & alii Dialectici, Caietan. M Sot. Veraetruc. Venetus, Ægidius, Toletus, & alii, cap. 25. in suis commentar. aut disputat Apollinat. quæst 46. Flandr. quæst. 46. & Theologi, p. q. 1 art 3 vbi Caietan elegantissime. & M Banner, & alii in Prolog. sentent.

1. obseru. Adnotandum igitur inprimis est, triplicem esse vnitatem (vt ad nostrum attinet institutum) genericam, specificam, ac numericam parique ratione triplicem esse distinctionem, genericam, specificam, & numericam, de quibus sect 1. procem q 15. late egimus. In hoc igitur loco non est quæstio de vnitate numerica, hanc enim certum est scientias (vt & alia accidentia) à subiecto recipere & distinctionem. Vnde illa scientia quæ est in vno subiecto, est vna numero, & quæ in diuersis, erit multiplex, quemadmodum de Dialectica in eodē loco docuimus. Tantum igitur est disceptatio de vnitate generica, & specifica, à quo nimirum hæ vnitates depromantur.

2. obserū. Vt igitur ad has vnitates explicandas accedamus, sciendum est, duplicem esse abstractionem, vnam formalem, & aliam totalem, vt D. Thom. 1 p. q. 40. art 3. profitetur. Quam distincte acute explicat Caietan. cap. 1. quæst. 1. de ente & essent. Iauellus quæst. 1. Transcen. Abstractio formalis est, qua forma separatur à materia, vel est conceptio formæ sine materia, cum qua est à parte rei concreta: vt quando concipimus naturam trianguli, aut quadrati sine auro, argento, lapide, vel alia materia, cum qua est à parte rei, huiusmodi conceptio dicitur abstractio formalis trianguli, quia separamus triangulum, qui est forma quędam accidentaria à materia sibi omnino extrinseca. Abstractio totalis est separatio alicuius superioris à suis inferioribus, de quibus dicitur secundum essentiam: vel est conceptio intellectus, qua concipit naturam vniuersam, non concipiens singularibus: vt quando concipimus hominem sine Socrate & Platone, hæc conceptio abstractio totalis nuncupatur, quia separamus per eam hominem, qui est totum vniuersum, à Socrate, & Platone suis inferioribus, & vt dicunt, partibus subiectiuis.

1. discrim. inter has abstr. Inter eduntur autem inter hæc duo genera abstractionum nonnulla discrimina à Caietano elegantissime explicata.

Primum in abstractione formali, tam forma, quæ abstrahitur, quam materia, à qua abstrahitur, manent integra, potestq; alterum sine altero optime concipi & intelligi, vt quando abstrahimus triangulum ab auro, nam tunc remanet vtrumq; integrum, potestque & aurum sine triangulo, & triangulum sine auro à nobis intelligi, quia neutrum est de essentia alterius. Cæterum in abstractione totali, quāuis totum, quod abstrahitur, possit intelligi sine his inferioribus, à quibus abstrahitur: at inferiora sine superiori, quod abstrahitur, concipi nequaquam possunt, vt est omnibus apertissimum: animal enim vere potest concipi sine homine, & bruto: hæc tamen quo sine illo intelligi nullo modo possunt. Cuius rei ratio est, quia totum, quod abstrahitur, est de essentia eorum, à quibus abstrahitur, inferiora vero non sunt de essentia totius, & quia non potest aliquid intelligi sine his quæ sunt de essentia bene tamen absque aliis quæ non fuerint, propterea non poterunt inferiora concipi sine superioribus: at hæc sine inferioribus intelligi optime poterunt.

2. discrimen. Secundum discrimen est. Per abstractionem formalem res abstracta fit multo illustrior, magisq; apta, vt ab intellectu concipi queat, per alteram vero totalem minus apta redditur, vt intelligatur, quantum est ex sua natura, licet respectu nostri sit prius intelligibilis. Huius rei est aperta ratio, quia in abstractione formali res, quæ abstrahitur à legibus, & potentialitate materiæ separatur, vnde redditur magis in actu, & ex consequenti magis apta, vt possit intelligi, nam intelligibilitas actum cōsequitur: verum per alterum totalem res, quæ abstrahitur, redditur communior, & magis vniuersa, vnde remanet maior potentia in ipsa, maior ambitus, & confusio, ac proinde est minus apta, vt intelligi queat ex sua natura. Verum quia vniuersalia prius à nobis cognoscuntur confusa cognitione, vt Aristot. docet 1 Physicor. cap. 1 ob hanc rationem, quæ hoc genere actionis separantur, respectu nostri, prius nata erunt, vt possint apprehendi.

3. discrimen. Tertium & vltimum discrimen est, & ad nostrum attinens institutum, scientiæ non differunt inter se per abstractionē totalem, sed per alteram formalem, etenim abstractio totalis communis est omnibus scientiis, omnes siquidem agunt de rebus vniuersis, quod fieri nequaquam posset, nisi abstractio totalis interueniret: at distingui easdem per abstractionem formalem, docet Arist. 6. Metaph. cap. 1. in quo loco separat philosophiam naturæ à metaphysicis ac mathematicis artibus, per diuersas abstractiones formarum à materia, nam Metaphysica abstrahit suum obiectum, in quo versatur, ab omni materia tam sensili quam intellectili, agit enim de Deo, ac substantiis separatis, in quibus nulla ratio materiæ potest reperiri. Mathematicæ artes abstrahunt suum obiectum (videlicet quantitatem) ab omni materia sensili, non tamen intellectili, nam contemplantur quantitatem sine colore, frigore, vel calore, non tamen sine substantia, quia accidentia sine illa intelligi nullo modo possunt: philosophia vero abstrahit obiectum suum à materia sensili singulari, non tamen vniuersa, agit enim philosophus naturalis de planta, quæ est affecta qualitatibus sensilibus, calore, frigore & sic de aliis, non tamen agit de hac vel illa planta singulari. Verum de vtraque materia sensili & intellectili legendus est D. Thom. 1. p. q 85 artic. 1 ad 2 & 3. de anima, text. 8. & quæ à philosophis disputari solent 2. Physicorum capit. 2 vbi de huiusmodi re latissime disputabimus. Colligitur autem à D. Thom. q. 5. super Boetium de Trinitat. artic. 1. hic modus abstrahendi ex discrimine inter sensum, & intellectum interueniente, sensus enim tantum fertur in singularia, quæ sunt à parte rei, ea ratione, qua sunt in rerum natura, & quia ita sumpta sunt materialia, vtpote qualitatibus sensilibus, & materialibus affecta, tantū potest ferri ille in materialia: at quia intellectus non fertur in res, vt sunt à parte rei, sed vt sunt in ipso qua ratione fiunt immateriales vt & ipse intellectus est facultas immaterialis, propterea ex diuersa abstractione à materia scientię, quæ sunt in intellectu, inter se distinguentur. Et ita quæ abstrahent ab omni materia, & agunt de rebus omnino immaterialibus, qualis est prima philosophia, distinguentur ab illis, quæ non abstrahunt ab omni materia, sed à sola sensili, quales sunt Mathematicæ artes. & hæ quoque different ab aliis quæ neque à materia sensili, neque ab intellectili abstrahunt, sed à sola sensili singulari, vt est philosophia naturæ.

3. Obser. Illud etiam sciendum est, duplex esse scientiarum obiectum vnum formale, & alterum materiale. Formale est illud, sub cuius ratione omnia considerantur in scientia. vt est entitas in Metaphys. & mobilitas in philosophia naturæ, nam sub his rationibus omnia in huiusmodi scientiis pertractantur. Materiale vero appellatur, cui inest ratio formalis, vel quod per huiusmodi rationem manifestatur, vt in philosophia naturæ arbor, vel elementum: quia mobilitas ad augmentum, & decrementum, vel ad locum in his corporibus reperitur.

4. Obser. Iam ratio obiecti formalis duplex est, vna illi conueniens, vt res quædam est, & altera vt obiectum est: quæ conuenit illi, vt res quædam est ea est, quæ scientiis obiicitur contemplanda, & à qua proprietates, quæ de obiecto concluduntur, dimanant, vt in philosophia prima, entitas est huiusmodi ratio, quia ea à Metaphysico consi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

deratur, & ab eadem, vnum, verum bonum, quæ sunt proprietates entis, oriuntur: altera vero, quæ conuenit ipsi, vt obiectum est, nihil aliud denotat, quam peculiarē quandam, à materia illiusque legibus, & potentia abstractionem, vt in Metaphysica, esse abstractum ab omni materia, in Mathematicis, à materia sensili, & in Philosophia naturæ à materia singulari. Hoc erat, quod docebat D. Thom. 22. quæst. 1. artic. 6. ad 1. duplicem esse rationem formalem obiecti, vnam se habentem ex parte obiecti, & aliam ex parte potentiæ, quemadmodum in visu, ratio, quæ se tenet ex parte obiecti, est ratio coloris; quæ vero se habet ex parte potentiæ, est immutatio quædam spiritalis, qua visus ab speciebus notionalibus, quas in se recipit ad intuendos colores immutatur, nisi enim ita immutaretur, nunquam posset illos intueri. Quæ se tenet ex parte obiecti, vt res quædam est, dicitur ratio formalis, quæ altera veroque se habet ex parte obiecti, vt obiectum est, ratio formalis sub qua nuncupatur. & à nonnullis conditio sine qua non, quia sine illa nō potest obiectum à scientia, vel facultate contemplari. Colligi autem potest hæc duplex ratio ex eo, quia obiectum & est res quædā, & quæ tali modo potest ab aliqua scientia apprehendi, vnde in duplici rerum ordine continebitur, & rerum, & scibilium vt est in ordine rerum, suam rationem formalem obtinebit, & vt est in ordine scibiliū, aliam quoque rationem scibilis nancisceetur. Hæ autem duæ rationes ita sunt inter se affectæ, vt ratio obiecti, vt res quædam est, sit vna, ratio vero eius vt scibile est, multiplex sit & diuersa, aliquando vero econtra res sese habet, ratio enim obiecti, vt res quædam est, multiplex est, ratio vero eius, vt obiectum est, tantum est vna: vt ratio Deitatis vna est, & simplicissima, quæ tamen vt potest ab intellectu apprehendi, & vt est scibilis, multiplex est. & diuersa: potest enim illa attingi vel à lumine claro, & aperto, qua ratione subest scientiæ beatorum, vel à lumine obscuro, & ab hoc, vel cū discursu, qua ratione consideratur à Theologia, vel sine discursu, sicq; à fide contemplatur. Econtra vero ratio obiecti visus, vt est aspectabile, vel ex parte potentiæ, vna est, quia vno modo intentionali omnes colores immutant visum, at ex parte obiecti, vt res quædam est, multiplex est, nam alia est ratio albedinis, alia nigredinis, & alia colorum mediorum.

His igitur sic præfatis, in explicationem sit 1. concluſ. Vnitas, aut diuersitas specifica scientiarum, non est ex vnitate, aut diuersitate specifica obiecti materialis depromenda. Primo, quia scientię non desumunt vnitatem specificam, ab eo, quod est illis accidentarium, aut vnitas obiecti materialis est ipsis scientiis accidentaria, quare ab huiusmodi vnitate non erit vnitas specifica scientiæ depromenda

Secundo, quia si ad vnitatē scientię concurreret vnitas obiecti materialis, & ad diuersitatē quoq; diuersitas obiecti esset necessaria, fieret, vt tot essent scientiæ, quod sunt obiecta materialia, quare in philosophia alia scient a esset de homine, alia de plantis & alia de elementis, quod sane cum sit falsum, ab vnitate obiecti materialis non erit vnitas scientiarum depromenda.

Secunda concluſ. Vnitas generica scientiarum sumitur ex vnitate generica abstractionum, & distinctio ex distinctione generica earundem: vnde omnes illæ scientiæ quę in abstractione conueniūt, erunt eiusdem generis, & quæ abstractionibus differunt, in diuersis generibus comprehendentur. Hæc profecto est aperta sententia Arist. 6. Metaphysicor cap. 1. qui Metaphysicam, (quæ genere differt à Mathematicis, & à philosophia naturæ) propter diuersam abstractionem, genere differre arbitratur, ab his scientiis, quas nunc proxime recensuimus. Intelligi tamen debet conclusio de illis scientiis, quæ eodem lumine progrediūtur, nam si lumina sint diuersa, quamuis conueniant scientię in eadem abstractione, non erunt eadā secundum genus, vt quamuis Metaphysica & Theologia conueniant in abstractione ab omni materia tam sensili, quā intellectili non sunt tamen eiusdem generis, quia Metaphysica fertur in res diuinas medio lumine naturali, in quas eadem Theologia fertur sub lumine reuelato, quæ certe lumina genere differunt.

Tertia conclusio. Vnitas aut diuersitas specifica scientiæ non est ex vnitate, aut diuersitate obiecti, vt res quædam est, depromenda. Hæc est contra Soncinatem vbi supra. & Toletum conclusione 2. huius cap. qui inquit, illas esse diuersas scientias, quæ agunt de diuersis rebus, & illas easdem quæ de eadem re disputant. Vnde putat Toletus scientia de plantis & de animalibus esse specie diuersas, quia agunt de rebus specie diuersis.

1. concluſ.

1. Arg.

2. Arg.

2. concluſ.

3. concluſ.

Ad 1. arg.

Verum nostram conclusionem profitetur Caiet. in hoc loco, quam confirmamus primo: Quia si ex vnitate obiectorum vt res quædam sunt, vnitas aut diuersitas specifica peteretur, fieret vt quod essent vnitates specificæ obiectorum, vt res quædam sunt, tot essent vnitates specificæ scientiarum, ac proinde quemadmodum ignis specie differt ab aere, & aer ab aqua, & aqua à terra; ita scientia quæ agit de igne specie differret ab ea quæ agit de aere, quæ de aere, ab ea quæ disputat de aqua, & quæ de hac ab ea, quæ de terra pertractat, quod sane cum sit absurdū non erit vnitas, vel diuersitas specifica ex diuersitate obiectorum, vt res quædam sunt depromenda.

Ad 2. arg.

Rursus sequeretur dialecticam non esse vnā specie, quia agit de syllogismo demonstratorio, probabili, & apparenti, qui specie differunt, vt res quædam sunt, imo liber quinque vocum Porph. esse multiplex secūdum speciem, quia agit de notionibus generis, speciei, differentiæ, &c quæ in genere rei, specie differunt, quod certe admittere, nihil aliud esset, quam incidere in opinionem Nominalium ab omnibus condemnatam, tot esse habitus, vel scientias multiplicandas, quot sunt res, quæ illis habitibus subiiciuntur & quam nos quæst. 15. procœmia sect. 1. exposuimus, luculenter, non igitur ab vnitate obiecti, vt res quædam est, erit vnitas, vel diuersitas specifica scientiarum depromenda.

Ad 3.

Vltimo: Eadem ratione peti debet vnitas, aut diuersitas specifica scientia ab obiectis, quo hæc eadem in potentiis, & facultatibus naturalibus à suis obiectis postulantur, sed in facultatibus non sumuntur vnitas ab vnitate obiecti, vt res quædam est, ergo neque in scientiis ab illa erit depromenda. Propositio perspicua est, confirmatur assumptio, quia facultas videndi in omnibus hominibus est vna secundum speciem, cuius tamen obiectum, quod est color, est vnum secundum genus, at si ab obiecto vt res quædam est, esset vnitas visus depromēda, profecto quemadmodum color est vnus secundum genus, ita etiam & facultas vidēdi esset vna genere, & eadem ratione intellectus non esset vnus secundum speciem in omnibus hominibus, quia obiectum illius, quod est ens, non est vnum secundum speciem, sed secundum analogiam, quare ab vnitate obiecti vt res quædam est, vnitas scientiarum non erit depromenda.

4 Concluſ.

Quarta concluſio. Vnitas aut diuersitas specifica scientiarum est ex vnitate, aut diuersitate specifica vel obiecti vt scibile est, depromenda, vnitas vero, aut diuersitas specifica obiecti formalis, ex vnitate, aut diuersitate specifica principiorum postulabitur. Vnde illæ scientiæ specie differunt, quarum principia formalia erunt specie diuersa, & illæ erunt eiusdem speciei, quarum principia formalia erunt eiusdem speciei. Hæc conclusio confirmatur ex Arist. qui expresse profitetur in hoc cap. vnitatem, & diuersitatem scien. esse ex vnitate aut diuersitate principiorum hauriendam. Vnde illa erit vna scientia secundum speciem, quæ contemplatur vnum obiectum secundum eadem principia formalia, & illa multiplex, quæ considerat multa obiecta secundum diuersa principia formalia, ad idem obiectum progredi tur Ceterum cum in obiecto ea ratione, qua est scibile, duæ rationes formales reperiantur, quæ & sub qua, non sufficit altera earum ad vnitatem specificam scientiæ constituendam, sed est vtraque omnino necessaria. Nam inprimis Metaphysi. & Theologia specie differunt, quarum tamen ratio formalis quæ, bonitatis, aut sapientiæ. Diuinæ, est vna & eadem; & deinde Arithmetica, & Geometria specie differunt, quarum ratio formalis sub qua est eadem, ac vtrique communis, cum vtraque abstrahat à materia sensibili, quamuis non tam abinte lectibili. Verum, quia Metaphysi. & Theologia non habent communem rationem formalem sub qua, cū Theologia agat de illis attribu sub lumine reuelato, Metaphysica vero sub lumine naturali, & Arithmetica ac Geometria non habēt communem rationem formalem quę, nam ratio quæ attingitur in Arithmetica est ratio numeri, hanc enim ille contemplatur, quæ vero attingitur in Geometria est ratio magnitudinis, propterea hæ non erunt eædem sed diuersæ scientiæ secundum speciem.

Argum.

Contra tamen est argu ex cuius solutione res hæc multo illustrior apparebit. Scientia quæ agit de homine, & bruto est vna, & eadem secundum speciem; at illa non progreditur per eadem principia formalia, nā

Universidad de Deusto
Biblioteca

alia sunt principia formalia hominis, & alia ab uti, non agitur ab vn tate, & diuersi a te so mali incipio um, er t vni as, vel diuersitas specifica scien depromenda.

Solutio. Hu carg. respon. duobus modis posse aliqua principia vocari diuersa. Primo in genere scibilis, & secundo in genere rei, vnde quamus principia hominis, & bruti sint diuersa in genere rei (quia peruntura diuersis essenti s, & naturis) non sunt tamen diuersa in genere scibilis, quia vtraque sub aliquo tertio, & communi principio continentur scilicet sub principiis animali, at ; ita scientia quæ agit de animali per eadem que principia de homine disputat, & bruto, erit eadem secundum spec em, nam illa principia sunt diuersa in genere scibilis quę ita sunt inter se affecta, vt neque vnum sub altero, neq; vtrumq; sub communibus alicui us principiis continentur.

Ex hac doctrina colligere licebit solutionem cuiusdam difficultatis ob quam nimiram cauſ m cum scientia de demonst & syllogis probabili se habeant eo modo quo Arithmetica, & Geometria, nam quemad modum intra eandem abstractionem ab omni materia sensibili, Geometria, & Arithmetica disputant de rebus diuersis. Geometria de magnitudine, & Arithmetica de numero, ita scien. de demonst. & syllogis probabili, intra eandem abstractionem, ab omni materia tam sensibili, quam intellectibili, qua vtitur dialecticus, vt supra sectio 1. proœmialium q. 13. docuimus agunt de diuersis rebus, Arithmetica & Geometr. specie differant, at scien. de demonstr. & syllogismo probabili non ita specie distinguantur.

Solutio. Respond. enim est rationem esse, quia principia formali: obiecti Geometri e non continentur sub principiis formalibus obiecti Arithmeticæ, nec vtraq; sub communibus principiis alicuius obiecti intra eandem abstractionem continentur, nam licet quantitas, quæ est genus supremum, sit communis ad numerum, & magnitudinem, hoc tamen non consideratur, neque à Geometra neque ab Arithmetico, sed vel a Metaphys. vel a dialectico, atque ita principia numeri & magnitudinis, vt ab his scientiis pe tractantur, nequaquam sub eisdē principiis continebuntur. Verum non ita res sese habet in scien. quæ agit de demonst. & argu. probabili, quia licet principia, formalia demonst. non contineantur sub principiis argumentationis probabilis, neque principia huius sub principi s demonstrat. tamen vtraque horum obiectorum principia sub principiis syllogismi intra eandem abstractionem ab omni materia, tam sensibili quam intellectibili continētur, ac proinde eadem scien. secundum speciem quæ agit de syllogismo, in generali, & communi agit etiam de argumentatione probabili, & demonst. Legenda sunt quæ de huius argumēti solutione diximus sect. 1. proœmialium q. 15. ad 5 in qua q & in alia 16 multa huic instituto accōmodata conscripsimus, quæ ne iterum eadem repetatur, in hoc loco omisimus. Legat ea, qui vo uer t huius rei diffusiorem explicationem nouisse.

Ad 1. arg. ¶ Satisfaciamus iam argum. quæ in initio proposuimus. Ad primum dicimus duplicem esse vn tatem, vel distinct onem, vnam intrinsecam, & aliam extrinsecam, est intrinseca petitur ab eo quod est extra rem, intrinseca ve o ab eo quod sibi inest. Itaque hæc duo vnitas scilicet, & distinctio extrinseca, petun ur ab obiecto, quod est extra ipsas scienti s intrinseca vero ab ordine, vel habitudine ab obiecta postulari debet, qui certe ordo intimus est, & intrinsecus ipsis habi ibus.

Ad 2. arg. Ad secundum respond illos habitus recensitos non versari in eodem obiecto sub ratione scibi is, quia non feruntur in illud sub eodem abstractione & sub vno, & eodem lumine, nam fides fertur sub lumine reuelato, metaph. sub lumine natura i opinio vero sub formidine q adam, & obscuritate, vnde quamuis versentur in eisdem attribut. vel obiecto materiali, vt res quædam est, quia tamen non ab obiecto materiali, sed formali, aut sub ratione scibilis est vnitas, aut distinctio scientia. depromenda propterea hi habitus specie differ ent

Ad 3. Ad tertium iam respond. sect. 1. proœm. quæst 15 in fine Consulenda erit solutio ibi adducta.

Ad 4. Ad quartum r esp admittentes propos & negantes assump. Ad huius confirmationē dicimus, facultat em videndi, in homine, & bruto sumi posse, vel in genere f cultatum, & potentiarum, vt sunt quædam naturalia instrumenta, vel in genere proprietatum naturalium, vnde quamuis secundo modo specie differant, cum oriatur à naturis specie diuersis

cie diuersis, primo tamen vt sunt potentiæ naturales, sunt eiusdem speciei, quia feruntur in idem obiectum, sub eadem r atione formali sub qua, scilicet in colorem sub ratione luminis, & sub eadem ratione immutandi visum.

Ad 2. arg. Ad secundam eiusdem arg confirmationem respond falsum esse il as res potentias versari in eodem obiecto formali, vel secūdum eandem rat onem, quamuis versentur in eodem materiali, nam intellectus non fertur in rem singularem vt mat rialis est, sed vt habet attributa quæ possunt immaterialiter apprehendi, visus vero fertur in eadem singularia, vt materia ia sunt, & vt sunt ad hoc tempus, & locum determinata, at vis imaginandi quamuis feratur in singularia, vt sunt materialia, non tamen in illa fertur, vt sunt ad hic, & nunc determinata, sed vt ab iis differentiis temporis & loci possunt esse abstracta, hoc enim commune est imaginationi, cum intellectu, indifferenter rem præsentem & absentem nouisse vt D. Thom 1. cont gent. ca. 55. profitetur.

Ad vlt. arg. Ad vlt resp obiectum metaph. in genere rei esse vnum secundum vnitatem analogiæ, at in genere scibilis esse vnum secundū speciem, quia metaphys & p r ea dem abstractionem & per eadem formalia principia progreditur in naturam entis contemplandam.

QVÆSTIO II.

An sit omnium entium vna scientia secundum speciem.

1. Argum. NOn erit alienum à nostro instituto, si in hoc cap. de quo agit Arist de vnitate, & scientiarum distinctione disputemus num sit tantum vnica scient a secundum speciem, quæ disputet de rebus omnibus, neq; enim hac nostra ætate aliqui viri docti d. fuerunt, contendentes nonnullis argumentis demonstrare, tantum esse vnicam rerum omnium scientiam, quæ de ente illiusque partibus, & proprietatibus agat.

Et quibus primum est petitum ex Arist. 4. metaph cap. 1. vbi inquit, quod quemadmodum vnicus est visus, qui percipit omnes colores sibi subiectos, vnaq; est Grammatica, quæ omnia elementa, & dictiones considerat, ita etiam vna erit scientia, quæ ens vt est ens, & omnes species entis, ac specierum species speculetur. Secundum: Ens, vt ens est, & ea ratione, qua continet omnia entia, potest per vnam aliquā scientiam comprehendi, hoc en m ne fiat quid obsecro potest prohibere. Nam obiectum illius est vnum secundum analogiam, quæ vnitas sufficit, vt obiectum aliquod possit ab vna aliqua scientia secundum speciem considerari, ergo non erunt mu tæ sci ntiæ, sed vnica tantum colloc anda, nam si vna potest hęc omnia præstare, profecto reliquæ superfluæ fuerunt, & supervacaneæ.

2. Argum.

3. Argum. Præ ea, si quid obstaret ne omn um posset esse vna scientia, esset diuersitas abstractionum, etenim scientiæ penes diuersas abstractiones inter se d stinguuntur, vt in quæstione superiori exposuimus, at hoc nil impedit quo minus possit esse omnium rerum vna scientia, ergo &c. Assumpt. ita confirmo. Metaphyſic. est vna scientia secundum speciem in qua tria genera abstractionum reperiuntur, agit enim illa lib. 12. de intelligentiis, & substant is separatis, de substantia materiali 7. & 8. libr. 1. & in 4 de transcendentibus, in ea parte, in qua agit de subitant is separatis, vtitur abstractione ab omni materia sensibili, & intellectibili, tam secundum rem, quam secundum rationem, quia hæ substantiæ, & re, & rat one sunt separatæ à materia, & hæc abstractio est propr e Metaphysi in ea vero in qua disputat de transcendentibus, vtitur abstractione Mathemat. nam agit de vno, vero, & bono, quæ secundum rem, in omnibus substantiis mater alibus includuntur, ratione tamen, & cogitatione à materia separantur, quo genere abstractionis vtuntur Mathematici, denique in ea parte, in qua de substantiis materialibus pertractat, vtitur abstractione Physica, nam agit de substantiis coniunctis cum mater a sensibili, quas tamen abstrahit ab hac, vel illa materia singulari, cum igitur in vna, & eadem scientia hæc tria abstractionum genera reperiantur, profecto hæc abstractionum diuersitas, non impedi et quo minus possint omnia entia sub vna, & eadem scientia comprehendi.

4. Argum. Rursus, quia collocat discrimē inter duo aliqua extrema, debet prius illa nouisse, ergo scientia, quæ collocabit discrimen inter res Mathematicas, Philoso & Metaph. debet prius has res omnes nouisse, sed metaph.

collo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

collocari discrimen inter hæc omnia, nam o t me cognoscit metaphysicus ens, vt ens est, neque esse quantita em, neque mobilitatem, ergo cum metaph. hæc omnia obiecta cognoscit, superfluæ erunt aliæ scient æ ad hæc obiecta cognoscenda.

5 Argum. Vltimo, & eadem scientia agit de corpore, & de partibus illius, vt Arist. 1. de cœlo cap. 1. profitetur, ergo vna, & eadem scientia, poterit ens, & illius partes contemplari, nam quę est habitudo corporis ad suas partes, eadem est quoque entis ad suas, quare omnes aliæ scientiæ erunt supervacaneæ.

Opi. Miran. De hac quæstione extit t opinio Antonii Mirandulani, lib. 13. de euersione singularis certaminis, sect 6. & 7. tantum esse vnicam scientiam, quæ de ente partibus, & illius proprietatibus agat, Philosoph. vero naturæ, & mathem. artes, aliasue scientias, non tam esse scientias inter se diuersas, quã huius vnius scientiæ partes, vt doctrina de animalibus, plant s, & metallis, non tam est diuersa, & multiplex scientia, quam pars vnius Philosoph naturæ, quæ in harum rerum explicatione versatur, quod si a veteribus scientiæ penes diuersas abstractiones in varias formas fuerunt distributæ, non ex eo fuit hoc effectum, propter diuersitatem rerum, quæ possunt sciri, sed vt hæc vna scientia quæ est in has partes distributa, possit facilius multo comparari. Hæc tamẽ sentent a singularis est, & aduersus communem sententiam, & opinionem omnium veterum excogitata, atque ita vt nostram sententiam, eamque communem explicemus.

Conclusio. Sit hæc vnica assertio. Non est rerum o mnium vnica scientia, sed sunt permultæ (iuxta diuersitatem rerum, quæ possunt sciri) constituendæ.

1. Argum. Hæc certe sententia expressa est Ar stot. 6 metaph cap. 1. vbi agens de diuisione scientiarum, diu dit primo illas in practicas, & speculatiuas. & deinde speculatiuas in tres formas distribuit nimirum in primam Philos Mathem & Philos naturæ. Est etiam in fere omnium seculorum consensu ab omnibus Philos. vno (excepto Mirandulano) approbata.

2. Argum. Confirmatur iterum ex Aristote in hoc primo libr. cap 23. in quo loco illam scientiam vnam esse inquit, quæ est vnius generis obiecti, & illam multiplicem, quæ in variis obiectis explicandis versatur.

3. Argum. Rursus illæ scientiæ sunt diuersæ, quarum princi ia sunt d uersa. ita vt neque vnum sub altero, neque vtrumque sub vno tertio comprehendatur, s d Philosoph. naturæ, Mathemat & Metaphysi. ita sunt inter se affectæ, vt habeant diuersa prine pia, n que enim habent communia principia, neque p arum principia sub aliquo communi, & tertio principio continentur, ergo hæ scientiæ erunt inter se diuersæ, & non vna & eadem.

4. Argum. Præterea luce clarius intuemur in modo procedendi esse maximam in scientiis di ue sitatem, nam a io modo progrediuntur Mathemat. & inter easdem alio Arithmet & alio Geometr. alio Philosoph. naturæ, & a io prima Philosoph. Videmus etiam alio genere abstractionis vti Meta hysicam, quæ abstrahit ab omni materia, alio Mathem, quæ abstrahunt à materia sensibili, & al o Philosoph. naturæ, quæ abstrahit à materia sensibili singulari, nõ tamen communi quare cum ex varia multipliciq; abstractionum diuersitate, d uersæ quoque scientiæ oriantur, vt ex diuerso modo tendendi in diuersa obiecta variaque sensuum immutatione ab eisdem obiectis effecta, varii sensus or untur, profecto non erit vna, sed multiplex rerum omnium scientia.

5. Argum. Addimus in scientiis esse varia, multumque diuersa obiecta, quæ ipsis contemplanda obiiciuntur, nam Philoso naturæ obiectum, quod sibi contemplandum proponit est ens naturale, vel mobile, in metaph ens, vt ens est, in Mathe. quantitas, in Arith. numerus, in Geomet magn tudo, ai cum hæc tanta, & multiplici obiectorum varietate, qu fieri potest, vt vnitas scientiæ cum omnibus illis queat cohærere.

6. Argum. Vltimo, si rerum omnium esset vna scientia, profecto re iquæ omnes essent supervacaneæ cũ hæc vnica præstaret quidquid aliæ possunt exhibere, neq; satisfacit quod Mirandulanus respondet, claritatis, & facilitat s gratia, vt commodius res ipsæ addiscerentur, fuisse diuersas scientias excogitatas, non quia sunt diuersæ, sed quia sunt partes vnius, atque eiusdem scientiæ. Quia si vnica tantum esse posset, per illam haud dubie facilius multo, & breuiori tempore paucioribusque labor bus, possemus nobis rerum omnium scientiam comparare, ac proinde reliquæ quæ longo temporũ interuallo

uallo variis exanthlaris l boribus indigent vt comparentur, tanquam superfluæ, minime que necessariæ essent reiiciendæ, quod certe, cum admitti non debeat, hæc vnica scientia fictitia erit. Vt i lud etiam subiiciam, hanc vnicam sciẽtiam rerum omn um, nec ab ipso, nec ab vllo hactenus Philosopho traditam fuisse, quod certe non leue præbet indic um, rem hanc esse figmentum aliquod animi, & inanem quandam huius Philoso hi cogitationem.

Ad 1. arg. Sed iam illius argumentis, æquum est, vt satisficimus Ad primum resp. Metaphysicã (quæ est illa scientia de qua ibi agit Arist.) cõsiderare ens in quantum ens est, & species eius sub communibus attributis, in quantũ res sunt entia, vnæ, veræ, bonæ perfectæ, aut imperfectæ, non tamen sub propriis, & priuatis non enim agit il a de corporibus cœlestibus, vt his inferioribus influxus quosdam largiuntur, neque de sideribus, vt inter se distant tr no, quadrato, vel sextili aspectu atque ita cum hæc attributa peculiaria possint ab aliqua scientia cõprehendi. præter hanc scientiam generalem (vtpote metaph.) necessariæ erunt a ia priuatæ, quæ in his priuat s attributis explicandis versentur.

Ad 2. Ad secundum eodem modo resp. dari vnam scientiam quæ ens vt ens est, & vt continet omnia entia contempletur. hæc tamẽ tantum communia attributa considerabit, ceterum cum præter illam sint alię necessariæ quę p opria cuiusque rei attributa contemplentur. ob hanc causam præter vnam generalem, aliæ particulares erunt necessariæ.

Ad 3. Ad tertium re pond. abstractionem metaph quæ secundum rem & rationem fit à materia, duplicem esse, vnam per essentiam. qualis in Deo & intell gentiis reperitur, & alteram per non rep gnantiam, quia scilic. non repugnat rei esse ab omni materia separatam & hanc in transcendentibus, & categoriis reperiri profitemur nõ enim repugnat transcendentibus, aut categoriæ (verbi gratia) substantiæ, reperiri in entib. omnino secundum rem, & rationem à materia tam sensibili quam intellectibili separa is, nã reperiuntur in substantiis separatis quæ sunt omnino immateriales, vnde quod inquit ille in transcendentib. dari abstractionem mathematicam, & in 7 & 8. libr. metaphy. alteram Physicam, falsum omnino est, quia mathematicæ repugnat esse abstractũ ab omni materia, tam sensibili quam intellectibili, & Physicæ ab omni materia sensibili, at transcendentibus, aut substantiæ nõ repugnat abstrahi ab omni materia, tã sensibili, quam in e lectibili.

Ad 4. Ad quartum respon distinguendo minorem propos. quia metaphy posse collocare discrimen inter obiecta diuersa potest intelligi, aut ex propri o. & solo habitu metaphysic aut præsidio aliarum scientiarum: primo modo falsum est, ipsum posse tale discrimen constituere, altero tamen modo illud verum esse conced mus, ex hoc tamen tantũ abest vt recte colligere possimus non esse alias scientias necessarias, quin potius ex eodem necessarias esse præter metaphy. ad hæc discrimina collocanda, fateri necessario debeamus.

Ad 5. Ad vlt. re pond. negando conseq. Quia de corpore, & eius proprietatibus possumus agere per eadem principia, & per eandem abstractionem, de omnibus tamen entibus non possumus ita agere, quia alia principia, & abstractionem obtinent res mathematicæ, aliam res metaphysicæ, & aliam res Philosophicæ: ac proinde eadem scientia erit quæ corpus & eius partes contẽpletur, non tamen erit eadem quæ de ente, & eius partibus pertractet.

CAPVT XXIV.

Quarum rerum detur scientia.

EOrum autem quæ casu, aut forte fortuna fiunt, nulli potest esse qua ex euidenti probatione oriatur scientia. Neq; enim necessarium est, neq; plerunq; ita fit, quod fortuito euenit, sed in alio rerum genere, quod si præter hæc duo, euentu fortuna collocantur. Omnu autem demonstratio, ex altero illorum constat. Nã omnis qua quippiam demonstratur probatio, constat propositionibus aut omnino necessariis, aut quæ plerũque ita fiunt. Ac siquidem necessaria sumptiones sint, necessarin est complexio, sin ex iis sunt quæ plerunq; eueniunt, talis uti ã futura est conclusio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare si quod casu & fortuito fit, nec semper, nec plerumque ita fit, non poterit illius, vlla esse euidens probatio. Ac ne per sensum quidem vlla oritur scientia, quanquam enim sit etiam sensus alu cuiusdam rei ac non huius, quæ tamen res actu sentitur, eam necesse est, non modo singularem esse, sed & certo quodam loco & tempore definitam, ipsum autem genus vniuersum, quod in omnibus rebus singulis continetur, sensu percipi nullo modo potest, quādoquidem non sit certo quodam loco ac tempore definitum, aut certe vniuersa res non esset. Nam quod semper est & vbique, hoc est quod vniuersum genus appellamus. Quando igitur vniuersarum rerum sunt demonstrationes, quas non possumus sensu percipere, perspicuum est, nos sola sensuum perceptione non posse cuiusquam rei scientiam assequi. Quinetiam illud planum est, tametsi sinu percipi posset, triangulum habere tres angulos pares duobus rectis, nihilominus huius rei nos demonstrationem requisituros: nec eam (quod aliqui affirmant) adhuc sciremus. Quod enim sensu accipitur, singulare est, omnis autem scientia in rei vniuersa cognitione posita est. Quo fit, vt si supra lunam posita, obiectam terram videremus, nondum tamen causam defectionis intelligeremus. Quanquam enim tum lunam deficere sentiremus, tamen nō omnino quārobrem deficiat, intelligeremus: quandoquidē sensu non percipitur genus vniuersum. Illud tamen fieri potest, & quia idē illud sapius euenire conspeximus, inuento idem vniuerso genere, rei demonstrationē assequamur. Sic enim ex multis rebus singulis, totu genus manifestum fieri solet. Est porro genus vniuersum, vel hoc nomine plurimi faciendū, quod causam rei complectitur ac declarat. Quare tanti rerum quæ sub scientiam cadunt, vniuersa cognitio est præstantior omni sensuum perceptione: imo vero & omni alia cognitione animi, si modo tanti rerum sit, quæ causam aliquam habent. Nā de principiorum cognitione alia ratio est. Planum igitur exijs est, in sentiendo non esse positā rei quæ demonstrari potest scientiam, nisi id qui quā fateri velit, hoc esse sensibus percipere, scientiam cuiusq; rei per demonstrationem cōsequi. Verunta men quadam quæstiones sunt, quarum obscuritas ac dubitatio confertur ad sensuum defectionē & infirmitatem. Quadam enim sunt quæ si oculu cernere possumus, nunquam dubitaremus: nō quod rem oculo perspicere, sit scire, sed quoniam ex oculorum sensu oritur vniuersi generis confirmatio. Veluti si tantū oculi valerēt, vt minimos vitæ meatus, transmissumque per illos lumen cernere possint, id nobis apertissimum esset quam obrem luceat vitrum, propterea quod videntes in alio atque alio vitro, ita rem habere, communem notionem statim efficeremus, esse omnium eandem rationem.

COMMENTARIA.

De reb. fortu. non esse scien.

EXplicat Arist. in hoc cap. de quibus rebus possit esse scientia. Primum vero constituit de rebus fortuitis, & quæ à casu eueniunt nullam esse scientiam, quod ita confirmat. Scientia est rerum necessariarū, vel earum quæ vt in plurimum solent euenire, vt in superioribus diximus, at fortuita, & quæ à casu proueniunt, velut fodientem terram thesaurum inuenire, neque sunt necessaria neque eueniunt vt in plurimū: non igitur erit de illis aliqua scientia.

Neq; de sing.

Ac ne per sensum: Præterea neque de alijs rebus sensibilibus potest esse scientia, cuius ratio est, quia sensibilia sunt singularia, at de singularibus non est scientia, cum illa tātum sit rerum sempiternarum, ac vniuersarum quæ solæ sunt perpetuæ. Verum, quia poterat aliquis respondere sensum etiam versari circa vniuersa, vt visum circa colores in communi, & ita cum sensus versetur circa sensibilia, erunt sensibilia vniuersa & ita de sensibilibus posse esse scient. Respon. Arist. sensum non versari circa vniuersum, sed circa rem particularem, quia quod sentit sensus tantum est res singularis, vt quod intuetur visus tantum est hic color. Verum, quia singularia quæ possunt percipi a sensu sunt propemodum infinita, aliquo modo possumus admittere sensum ferri in rem vniuersam, hoc est, non ferri in rem singularem determinatæ, cum possit hoc vel illud, vel aliud singulare percipere.

Illud tamen, &c. Obseruat Arist huiusmodi particularium perceptionem non parum conducere ad inquirendam causam vniuersam, nam ex huiusmodi particularibus iterum atque iterum sensu perceptis, colligimus vniuersum sub quo causa continetur. Vnde colligit scientiam rerum vniuersarum præstantiorem esse non solum cognitione sensus, sed etiam quacunque alii animi cognitione vnica primorum principiorum excepta cognitione. 1. *Obseru.*

Verum tamen, &c. In fine cap. obseruat Arist. 2. *Obseru.*

Arist. sensus esse maxime necessarios, & ad explicandas varias quæst. & ad colligendū etiam vniuersum ex particularibus, nam sæpe ex defectu ac imbecillitate sensuum ignoramus aliquam quæst. qualis est illa cur vitrum sit lucidum, si quis enim maxima oculorum acie præditus esset, facile intueretur, in vitro esse quosdam meatus immotos, per quos lumen transmittitur, ac inde redditur illud lucidum.

CAPVT XXV.

Non esse eadem principia omnium ratiocinationum.

SEquitur vt ostendamus, nō posse esse omnium ratiocinationum eadem initia. Ac primum λογικῶς ista considerenti, sic probari potest. Omnis ratiocinatio, aut vera aut falsa est, quamuis enim ex falsis verum efficiatur, id tamen non plus quam semel, & nq; conclusione euenire potest. Veluti si vera sit hæc conclusio, omne c est a, medium autem b, falsum, cum nec verum sit omne b esse a, nec omne c esse b, velis autem rursus quispiam has propositiones alio quodam medio concludere, fieri non poterit quin falsæ sint quæ hic accipiuntur sumptiones, eo quod falsa conclusio non nisi ex falsis efficitur: ex veris autem semper vera. At enim vera à falsis maxime distinguuntur. Deinde vero ne ipsa quidem falsa, carent aliqua inter se discrimine, falso enim de se inuicem enunciantur, tum quæ aduersa sunt, tum quæ ita sunt repugnantia, vt omnino conuenire inter se non possint, vt iustitiam esse iniustitiam falsum est, aut ignauiam, & hominum esse equum, aut bouem. & quod æquale est, aut maius esse aut minus. At si ea tantum quæ ad hoc nostrum institutum pertinent, spectare velimus, hunc in modum ostenditur, ne eorum quidem quæ vera sunt, omnium eadem esse principia. Multa enim sunt quorum principia, cum genere diuersa sint, nullo modo inter se conuenire possunt. Cuiusmodi sunt vnitates & puncta, quæ quomodo conuenire possint, cum illa nullam situm habeant, hæc nisi alicubi sit a intelligi non possunt? Nam si conuenire possint, & demonstrandis aliis, alia accommodari, necesse est ita applicentur, vt aut in medio sita sint eorum quæ demonstrantur, aut supra, aut infra aut certe partim intra extrema, partim extra ipsa. Sed nec ex communibus principijs aliqua esse possunt, ex quibus omnia demonstrentur. Communia autem initia appello, quale est illud, in quacunque re aut affirmatio aut negatio vera. Genera enim eorum quæ sunt diuersa sunt, & in quantitate & qualitate semper sunt aliqua quæ eorum generum propria sunt, quibus accepis, ac deinde simul adiectis communibus, omnes constant demonstrationes. Iam vero non multo pauciora sunt principia quam conclusiones, nihil enim aliud sunt principia quam propositiones illæ, quæ connectuntur ex verbi mediuaria collocatione, quod interdum extra extrema accipitur, interdum inter extrema initiitur. Adde quod conclusiones in immensum accrescere possunt, cū interim extrema finito, certoq; sint numero. Denique principiorum alia sunt necessaria, alia in rebus contingentibus cernuntur. Qui igitur his rationibus ista examinauerit, facile videbit fieri omnino non posse. Vt sint omnium eadem principia, certo quodam numero comprehensa, si sint innumerabiles conclusiones. At vero si quis hoc, de qua agitur, effatum aliter interpretetur, vt dicat esse quædam vniuersa Geometriæ communia principia, alia quæ eadem omnibus numeris conueniunt, tum deinde alia quæ medicinæ sunt accommodata. Quid quæso hoc aliud est, quam dicere singulis scientijs sua quædam esse, ac propria principia? Quid vero magis ridiculum est, quam ob id dicere omnium scientiarum eadem esse principia, quod vnaquæque scientia sua quædam habet principia quæ secum ipsa conueniunt, idemque sunt? Possunt enim hac ratione omnia eadem appellari. Sed ne id quidem dici potest, nil aliud esse, eadem omnium principia quærere, quam velle omnia principia ad quamuis rem demonstrandam valere. Nam quid hoc absurdius? neq; enim id in iis scientijs, quæ adhuc inuenta & cognita nobis sunt fieri videmus neque omnino id fieri potest in analysi. Principia enim nil sunt aliud, quam propositiones immediatæ. Semper autem alia atque alia efficitur conclusio, quando diuersæ propositiones immediatæ accipiuntur. Quod si hic dicas quippiam, primas propositiones immediatas, esse ipsa quæ eadem esse dicuntur principia, ne id quidem verum esse poterit, quandoquidē vniuscuiusque generis

Universidad de Deusto
Biblioteca

que generis vna est, huiusmodi propositio. Si igitur non possit effectum hoc, de quo agitur, ita accipi, vt ad demonstrandum quoduis, omnia principia ex æquo accommodari possint & debeant, nec rursus illo modo intelligi vt nil dicatur, nisi prout sunt diuersa singula scientiæ, ita diuersa esse principia, relinquitur vt videamus, possitne in eam scientiam conferri, vt omnium scientiarum principia dicantur esse cognata, & natura quadam coniunctione consociata, sed tamen hæc illa probandu esse aptiora, item q; alia aliis. Atqui perspicuum iam est, neid quidem fieri posse. Supra enim demonstratum est rerum genere diuersarum, esse diuersa genere principia. Sunt enim duo principiorum genera. Alia sunt ex quib. conclusiones efficiuntur. Alia quæ sunt ipsæ res, in quibus versatur scientia, & sunt illa quidem ex quibus communia hæc vero in quib. semper sunt propria, quomodo videmus numerum, rem esse omnino à magnitudine distinctam.

COMMENTARIA.

Non esse eadem princ. omnium ratioc. confirm. Primo.

COnfirmat in hoc cap. Atist nouem argum. non esse omnium ratiocinationũ ac demonstra. (quidquid alii dicant) eadem principia.

Primum: Principia ratiocinationũ quædam sunt vera, & quædam falsa, atqui verũ ac falsum non sunt idem, ergo non erũt eadem principia omnium ratiocinationum.

Secundo. *Deinde.* Secundum: Principia etiam falsa nequeunt eadem esse, quædam namq; pugnant tanquam aduersa velut album, & nigrum, & alia sunt omnino diuersa, sicut homo, ac equus.

Tertio. *Ac sic.* Tertium: Principia demonstr. spectant ad diuersa genera, quemadmodum vnitas ad numerum, & punctum ad lineam, sed quæ spectant ad diuersa genera sunt diuersa, ego ratiocin principia diuersa erunt.

Quarto. *Sed hoc.* Quartum: Si eadem essent ratiocin. omnium principia, max me essent ea, quæ communia vocantur, atqui hæc non sunt eadem in omnibus artibus, cum enim vni arti deseruiunt, ita ei propria efficiuntur, vt omnino à semetipsis distinguantur, cum alteri artiderseruiunt, ergo.

Quinto. *Iam vero.* Quintum: Si eadem essent principia alicuius rei, cum rerum omniũ ac scientiarũ principia sint infinita, possent media fere innumera ad aliquid confirmandũ adhiberi, hoc autem est omnino absurdum, ergo.

Sexto. *Denique.* Sextum: Principiorum quædam necessaria sunt, alia vero contingentia, at necessarium ac contingens distinguntur.

Septimo. *At vero.* Septimum: Si dantur eadem principia omnium conclusionum, quia sunt eadem in Medicina, in Geometria & in aliis scientiis, hoc videtur esse ridiculum, nam ex eo quod sunt eadem in singulis artibus, non possunt in communi vocari omnium ratiocinationum.

Octauo. *Sed ne.* Octauum: neque possunt vocari eadem quia omnia sunt apta ad demonstrandum: quia quamuis in hoc conueniãt distinguentur tamen secundum priuatas rationes cuiusque artis.

Nono. *Quod si.* Vltimum: Neque possunt esse eadem principia quia omnia sunt immediata, quamuis enim in hoc conueniant, aliũde tamen maxime differunt (vt superius diximus) non enim ex eo, quia aliquo pacto sunt cognata dici debent eadem simpliciter, possunt namque in aliquo conuenire, & in aliquo differre, ergo non erunt eadem principia omnium ratiocinationum.

CAPVT XXVI.

Quo pacto differant scientia & opinio.

SCientia & res quæ sub scientiam cadit, differt ab opinione, & re opinabili: quod in rebus vniuersis, itaq; necessariis cernitur scientia, necessaria autem hic dicuntur, quæ se aliter habere non possunt. Sunt porro aliqua quæ & sunt in rerum natura, & vera sunt, quia tamen aliter atque sunt, esse possunt. Planum autem fit in iis non versari scientiam, alioqui quæ omnino aliter esse non possent atque sunt, secus esse possent atque sunt. Sed nec intelligentia in iis cerni potest. Intelligentiam enim appello, primam omnis scientiæ originem. Neque vero certissima illa, quæ citra vllam demonstrationem acquiritur scientia, in illis versatur. Ego vero scientiam hanc

hanc appello, perceptionem illarum propositionum, quæ nullo medio confirmari possunt. Atqui omnes habitus, quibus vera noscuntur, sunt intelligentia, scientia, opinio, & quæ ab iis cognominata sunt, res ipsa sunt, quæ vere ab iis percipiuntur. Restat igitur, vt opinio in veris quidem aut falsis cernatur, sed quæ aliter, atque sint, esse possunt: ita vt opinio nihil sit aliud, quam propositionis nullo certo argumento confirmatæ comprehensio non necessaria: quod autem de opinione dixi, id consentaneum est iis, quæ in opinando vsuenire conspiciuntur. Est enim infirma semper atque incerta opinio, vtique ac natura ipsius, in hac infirma assensione continetur. Huc accedit, quod nemo se dicit opinari, sed plane scire, cum existimat non posse rem aliter habere: sin ita sentiat esse quippiam, vt nihilominus posse aliter esse existimet, tum si opinari dicit, quasi in huiusmodi rebus incertis cerni opinionem indicans, in certa autem ac necessaria scientiam. Existit autem hoc loco quæstio, quomodo non eadem res sit, quam opinamur, & quam scimus, & cur non idem sint opinio, & scientia, si nil est, quod quis scire possit, de quo opinari etiam esse non queat. Num enim quemadmodum scientia, ita opinator media singula eorum, quæ persequitur, dum ad prima medioque carentia proloquia deueniat? Hic vero qui est, cur ob eam causam ille sciat, hic opinator nesciat? neque enim opinio tantum versatur in putando, quod res sit, sed etiam quamobrem res sit opinabile est, quod quidem est medium. An si quis ita conceperit animo ea, quæ per se necessaria sunt, nec aliter habere possunt, vt etiam teneat ipsas definitiones, ex quibus demonstrationes conficiuntur, an, inquam, non illa tum opinato, sed scientia erit? Sin vera illa quidem esse existimet, sed non ita hæc illa conuenire, vt in essentia ac natura rei contineantur, atque adeo per ipsam rei formam tum opinabitur, non vere sciet? Et quidem quod res sit, & quamobrem sit, opinabitur, si nata sit opinio ex quibusdam propositionibus immediatis, at si non ex immediatis, tantum quod res sit, opinio erit. Neq; vero eiusdem omnino rei sunt opinio & scientia, sed vt vera & falsa opinio, dicuntur quodammodo eiusdem rei esse, ita in eadem re versari opinionem & scientiam intelligendum est. Dicere enim, veram & falsam opinionem in eadem omnino re versari, quemadmodum volũt quidam, id tum multis aliis incommodis, quæ ex eo sequuntur, refelli potest, tum quia illud, quod valde absurdum est, sequitur, non opinari nos, quæ falso opinamur. Sed quoniã ambiguum est & multiplex hoc verbum, idem propterea fit, vt vna significatione, eiusdem esse recte dicantur, altera vero recte negentur. Nam diametrum conuenire, comparabilemque esse cum latere, vere esse opinabile, id absurdum est, hoc tamen ipso, quod eadem est diametrus, de qua sunt vtraque opiniones, de eadem re vtramque opinionem esse dicimus: cum ratio, quid vtrumque sit, ostendens, sit diuersa. Similemodo eiusdem rei dicuntur opinio, & scientia: Hæc enim ita animal cognoscit, vt non possit non esse animal: illa vero, vt fieri possit: perinde ac si vna esset in homine, qua homo est, altera autem in homine etiam, sed non hoc ipso, quod homo est. Hæc enim idem sunt, hoc ipso quod homo vnum aliquid est, in quo vtraque cernuntur, ratio autem est diuersa. Perspicuum autẽ exiis est, nihil esse, quod simul sub opinionem ac scientiam cadere possit, alioqui simul animo concipiemus posse aliquid aliter esse atque est & non posse: quod omnino fieri non potest. Nam vt alio atque alio tempore in rem eandem cadat vtraque, fieri potest, quemadmodum etiam paulo ante dictum est. At vt eodem tempore id fiat, omnino est ab ratione alienum. Sic enim existimare quispiam, hominem, verbi gratia, esse idipsum quod animal (nam hoc idem est quod non posse esse non animal) & simul non esse idipsum, quod animal: accipiatur enim hoc pro eo, quod est, accidere homini, vt sit animal. Reliqua autem, quæ præter opinabilia supersunt, quomodo sint distribuenda, vt partim ad excogitandi vim pertineant, partim ad intelligentiam, partim ad scientiam, partim ad artem, partim ad prudentiam, partim ad sapientiam, hæc, inquam, distributio ex parte vna ad physicen pertinet, ex altera, ad eam philosophiæ partem, quæ est de moribus.

COMMENTARIA.

1. discrim. QVa ratione scientia, & opinio distinguantur, inter se contulit hactenus Aristotel in hoc cap confert iam scientiam cum opinione: atque ita in 1. p. proponit quædam discrimina inter scientiam & opinionem, & in secũda dissoluit quasdam dubitationes. Primum discrimen est, scientia est eorum, quæ non possunt vllo modo aliter se habere: opinio vero eorum, quæ aliter & aliter euenire possunt. Et enim eum horũ possit esse aliquis habitus intellectus speculatiuus, & hic non possit esse intelli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gentia neq; scientia, hi namque habitus in rebus necessariis versantur, opus erit constitui habitum opinionis qui sit harum rerum quæ aliter & aliter eueniunt.

2. discrim. *Restant distinguuntur* Secũdo quia opinio est in rebus veris, & falsis rerum quæ possunt aliter euenire, vnde propositiones opinabiles, nullo certo, ac firmo fundamento innitentur, atq; ita opinio erit cognitio quædam infirma, incerta, & cum formidine: at vero scientia cum sit rerum quæ aliter euenire nequeunt, est cognitio certa firma, & absque vlla formidine.

His accedit. Tertio distinguuntur ex communi modo loquendi, quia is qui existimat scientiam habere arbitratur id quod scit, aliter euenire non posse: is vero qui habet opinionem censet illud de quo habet opinionem aliter euenire posse.

2. pars cap. Explicatur primæ quæst. *Existet autem hoc loco.* In secunda parte cap. dissoluit Arist. duas q. quæ habent ortum ex superioribus. Prima est cum scientia, & opinio possint esse de vna, & eadem re, & ratione opinionis possimus eti m per causſam resoluere, vsque ad prima principia, cur scientia & opinio, non sint vnum, & idem, & id quod scitur non est i lud de quo opinio habetur. Respon. Arist. posse quidem scientiam, & opinionem esse de eadem re, quia vnus potest scire lunam pati eclipsim, idemque alius opinari. Nihilominus tamen non sunt idem: scientia etenim est eorum quæ tam ex sua natura, quã ex parte scientis aliter euenire non possunt: at vero opinio est eorum, quæ aliter se habere possunt, vel ex sua natura, vt si sint contingentia, vel ex parte opinantes, vt si ille, quod est necessarium existimet esse contingens: atque ita non erunt vnum, & idem. Ex quibus constat quædam esse contingentia ex sua natura, & alia ex parte opinantis.

2. quæst. *Neque vero eiusdem omnino rei.* Secunda quæst. est, qui fieri possit, vt scientia, & opinio sint de vna, & eadem conclu Respõ. Arist. non omnino illud fieri, sed eadem prorsus ratione qua opinio vera, & opinio falsa possunt esse de eadem re, vt aliquis potest pinari, diametrum esse commensurabilem ostæ, & alius opinari non esse commensurabilem, ex quibus opinionibus, prima est falsa, & secunda vera, vnus tamen ac idem homo licet diuersis temporibus potest habere has diuersas opiniones, itemque possunt hæ eædem opiniones eodem tempore in diuersis hominibus reperiri. Ita pariter scientia, & opinio de eadem re possunt esse in eodem homine diuersis temporibus, possum namque ego opinari nunc lunam pati eclipsim, postmodumq. cum iam aliquos in Astrologia progressus feci id ipsum per veram causam nouisse, terræ vtpote interpositionem inter solum, & lunam. In eodem itaque tempore, ac eodem homine non possunt scientia & opinio simul inueniri, quamuis in diuersis hominibus vno ac eodem tempore optime reperiri possint.

CAPVT XXVII.

De Solertia.

Solertia vero est perspicacitas quædam, per quam cuiuscunq; rei medium, & causa nobis statim occurrit. Veluti si quis videt semper lucidam partem lunæ ad solem esse conuersam, continuo excogitaret, cur ita sit: nempe quod luna solo lumine illustratur. Aut si quis cum diuite aliquo colloquentem videat alium, confestim iudicet, peti mutuam pecuniam. Aut ob id contractam esse inter aliquos nouam amicitiam, quoniam communem inimicum habere cœperunt. Nam qui mediæ causæ perspicit, statim extrema cognoscit. Esto a lucidam lunæ partem conuersam esse ad solem b. Vero accendi à sole, c luna. Conuenit igitur c luna, ipsum b, quod est accendi à sole: & omne b est a: hoc est, à quo lucem accipit quicquam, ad id conuersum esse oportet: quare ipsi c conuenit a per medium b.

COMMENTARIA.

Quid sit solertia. QVia multum confert solertia ad inueniendam media, quibus cõcludi possint quælibet propositiones, propterea disputat de illa Arist. in præsenti cap. *Solertia vero.* Definitur

finitur autem solertia perspicuitas intellectus, per quam cuiuscunque rei medium, & causa statim nobis occurrit. Quam diffinitionem tribus exemplis explicat Aristot. Primum. Si quis lunam admodum lucentem intueatur, dum est conue sa ad solem, hic per solertiam statim intelliget causam illius luminis esse, quia recipit illa lumen à sole. Secundum. Si quis videat pauperem cum diuite colloquentem, media solertia agnoscet ilico, id ex eo esse, vt eleemosynã aliquam ab ipso obtineat. Tertium. Si inter eos, qui capitali odio diffidebant, aut saltim amici non erant, amicitiam iniri conspiciamus, hinc per solertiam coniiciemus, causſam esse, quia hi duo habent vnum aliquem communem inimicum, cui facilius multo resistent, si in vnum coeant, amicique ac socii fiant, quam si amici non fuerint. Ex his tribus exemplis primum redigit Aristot. ad perfectam ratiocinationem ad hunc modum. A quo vnumquodque habet esse, ad illud idem reuocari, ac reduci debet: at lumen obtinet lumen à sole, debet ergo lumen lunæ ad solem perduci.

DISPVTATIO DE OPINIONE, fide, & scientia, vnica sectione comprehensa.

ARGVMENTVM.

IN postrema huius primi libri disputatione, cum Aristotel. de opinione, fide, & scientia, ipsorumque inter se mutua habitudine, & comparatione agere instituimus. Complexi autem sumus illam vnica sectione, in qua inprimis de opinione, deinde de fide, tertio de scientia, & vltimo de illorum comparatione, num scilicet in eodem subiecto simul esse queant, disputabimus.

SECT. VNIC. QVÆST. I.

An opinio sit habitus?

EXplicaturi hanc de opinione disputationem, libuit à genere illius exordiri. Vnde quærimus, num opinio sit habitus, nec ne? Etenim esse, his argumentis possumus confirmare.

1. Arg. Primum est petitum ex testimoniis Arist. qui in c. 26. huius 1. lib. inter habitus intellectus (scientiam scilicet, & intelligentiam) numerat opinionem.

2. Arg. Secundum: Habitus est, qui reddit potentiam habilem & promtam ad aliquid agendum, sed opinio reddit intellectũ habilem, & promtum ad aliquod verum contingens intelligendum, ergo erit verus & legitimus habitus: confirmatur hoc argumentum. Ex eo scientia est habitus, quia reddit intellectum habilem & promptum ad verum aliquod necessariũ, & cuidens intelligendum, ergo cum opinio reddat intellectum promptum & facilẽ ad verũ contingens & obscurum intelligendum, erit illa verus habitus.

3. Arg. Tertium. Ex variis actionibus repetitis generatur habitus, vt omnes philosophi profitentur, ergo ex variis actionibus opinionis generabitur quoq; habitus aliquis. Confirmatur argumentũ. Demus aliquem hominem ad confirmandum, in Philos in elementis qualitates non esse formas ipsorum, vti quibusdam argumentis probabilibus, quæ sæpe mente agitet, & ore verset, hic profecto ex assidua horum argumentorum probabilium cogitatione, aliquem habitũ in se ipso generabit, nam redditur promptior multo, & habilior ad veritatem contingentem, & obscuram illius conclusionis intelligendam, iam ergo opinio erit verus & legitimus habitus.

In hac quæstione, in qua genus opinionis inuestigamus, certum est, genus categ vel remotum, sub quo illa continetur, esse qualitatem, vnde tantum est de genere proximo disceptatio, sub qua nimirum ex

specie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. Opin. Platon.

speciebus qualitatis cõtineatur. Sunt enim de hac re dissidentes philosophorum ententiæ. Plato in Thæet. & in Sophista, putat, opinionem sub secunda specie qualitatis comprehendi, nimirum sub naturali vi, & facultate, inquit enim (vt Arist. refert 3. de anima, cap. 3. & 11.) opinionem nihil aliud esse, quam vim imaginandi, quæ profecto inter potentias naturales comprehenditur. Inter recentiores philosophos multi existimant genus illius esse habitum, putant enim, ob hanc causam sub hoc genere comprehendi, quia est sæpe difficile mobilis à subiecto, ita enim multi tenaciter adhærent suis opinionibus, vt ab illis diuelli non nisi cum maxima difficultate queant, inter alios hanc opinionem amplectitur M. Medina 1. 2. q. 49. art. 2 in solut. 2. Tertio opinio est M. Soti in quæst. cap. de Qualit. intiepide negantis opinionem esse habitum, sed esse quandam mentis affectionem, & dispositionem, quæ opinio maxime mihi semper arrisit, eandemque nunc amplector libentissime.

2. Opin. M. Medina. 3. Opin. M. Soti.

His igitur opinionib. recensitis nostram de hac quæstione sententiam de his assertionibus explicamus. Sit prima adue sus Platonem: Opinio non est vis illa, & facultas imaginandi, hanc cum Arist in locis superioribus in hunc mod m suademus. Primo, quia omnis opinio est cum quadam persuasione alterius partis coniuncta, ac rationis discursu procedens, at hic in bruta animalia cadere nullo modo potest, in quibus vis & facultas imaginandi (maxime in perfectioribus) reperitur. ergo opinio non erit facultas imaginandi. Secundo, quia sæpe opinamur contraria his quę imaginamur, nam imaginamur solem tantum esse vnius, vel duorum cubitorum, & opinamur (ac vere quidem) illum esse tota terra maiorem, ergo opinio non erit facultas imaginandi. Tertio: Omnis opinio est cum aliquo consensu, vel in flexione mentis ad aliquam veritatem intelligendam coniuncta, at sæpe exercemus vim imaginandi sine huiusmodi assensu, & mentis inflexione, non ergo facultas imaginandi poterit esse opinio.

1. concluf. 1. Arg. 2. Arg. 3. Arg.

Secunda conclusio. Opinio non continetur sub habitu, neque potest illa vere, & proprie habitus nunc pari. Hanc cum M. Soto aduersus M. Med nam profitemur, confirmamusque illum primo. Habitus est qualitas ex sua natura difficile mobilis à subiecto, sed opinio ex sua natura est facile mobilis à subiecto. quia principia, quibus illa innititur, infirma sunt & quæ nequeunt diuturnitatem aliquam opinioni tribuere, sunt enim contingentia, & quæ aliter possunt euenire, ergo opinio non erit habitus.

2. concluf. 1. Arg.

2. Arg. Secundo. Ratione habitus est ex sua natura tenaciter, & firmiter subiecto inhærere, sed opinio non est huiusmodi, quia est illa cum formidine, vnde aduenientе fortiori ratione, quæ intellectum flectat in contrariam partem, statim euanescit, non igitur erit illa habitus.

3. Arg. Verum quid opus est in hac re confirmanda pluribus vti rationibus, cum Aristot. de habitibus disputans intellectus, 6. Ethic. cap 3. à numero habituum illam, & existimationem excludat: non igitur poterit esse habitus.

3. concluf. 1. Arg. 2. Arg. 3. Arg. 4. Arg.

Tertia conclusio. Opinio non est virtus intellectus. Probatur hanc Aristot. in loco proxime citato, in quo tantum facit quinque virtutes intellectus Sapientiam, Scientiam, Intelligentiam, Prudentiam, & Artem, excludique ab horum numero opinionem & existimationem. Præterea vtor illius argumen. virtutes intellectus sunt habitus, quibus semper ille verum apprehendit, at opinio sæpe inclinat ad falsum, plerunque enim falsa sunt credibiliora veris ergo, &c. Rursus, eadem est fidei humanæ, & opinionis ratio cum fides nihil aliud sit, quam vehemens quædam, firma & constans opinio, sed fides humana non est virtus, vt auctor est D. Thom. 2. 2. q. 4. art 5. ad 2. ergo neque opinio poterit esse virtus. Item, virtus est habitus disponens potentiam ad perfectam illius operationem, sed opinio non disponit intellectum ad perfectam operationem, est enim perfecta operatio intellectus, cognitio certa & euidens, at opinio est in certa, obscura & cum formidine quare non poterit esse virtus.

4. concluf. Confirm.

Quarta conclusio: Opinio est affectio quædam, vel dispositio intellectus, vnde proximum illius genus erit affectio. Confirmatur quia dispones subiectum, vel ad naturam, vel ad actionẽ aliquam edendam, ex propria vi, & facultate facile mobilis à subiecto est dispositio, sed opinio est huiusmodi, dicunt siquidem intellectum ad actionem intelligendi, & est ab illo facile mobilis, nam aduenientе alicuius demonstrationis efficacia, statim illa labitur,

ergo opinio erit affectio. Itaque quemadmodum morbus & peccatum, non sunt habitus, sed affectiones quædam, quia ex propria vi, & natura, non diu inhæret subiecto, quamuis aliquando ex vitio, vel dispositione subiecti possint esse qualitates diuturnæ, ita etiam opinio, quamuis aliquando ex vitio, & voluntatis pertinacia, possit diu inhærere, & esse diuturna, quia tamen ex propria vi, & facultate facile labitur à subiecto, simpliciter & absolute, erit affectio nuncupanda.

Ad 1. arg. Iam ad argumenta, quæ initio proposuimus. Ad primum respondemus, triplicem esse habitum, vnum secundum rem tantum, alium secundum rem & modum, & tertium tantum secundum modum, vt in categoria qualitatis, quæst. 4 exposuimus, est igitur opinio habitus secundum modum, quia aliquando ex pertinacia voluntatis firmitet subiecto adhæret, non est tamen secundum rem, vel secundum rem, & modum: quia hoc non habet ex propriis suæ naturæ principiis, at nos, quando dicimus, non esse habitum de vero & proprio loquimur, de eo nimirum, qui secundum rem, vel secundum rem, & modum sibi nomen habitus promeretur.

Ad 2. Ad secundum respondemus, addendum esse illi propositioni, & est difficile mobilis ex sua natura à subiecto, vnde qualitas, quæ reddit facilem, & habilem potẽtiam ad aliquid agendum, si fuerit ex sua natura difficile mobilis à subiecto erit habitus, at hoc non habet opinio, vt sæpe diximus, quare non erit habitus. Ad confirm. respond. non ex eo tantum scientiam esse habitum, quia reddit intellectum habilem, & promptum, sed quia cum his ex natura sua est difficile mobilis à subiecto, quod opinioni nequaquam potest conuenire.

Ad 3. Ad tertium respondemus, ex variis actionibus repetitis semper generari habitum, aut secundum rem, & modum, aut tantum secundum modum, nam si qualitas illa, quæ ex his actionibus generatur, fuerit ex se & suapte natura difficile mobilis à subiecto generabitur habitus secundum rem, & modum, si tamen fuerit facile mobilis, erit tantum habitus secundum modum, haeque ratione opinio est habitus, habitus, inquam, secundum modum, verum hic non differt ab affectione, vt iam admonuimus. Ad confirmationem vero respondemus, eodem modo illum sibi comparare habitum quendam non secundum rem, sed secundum modum, quod nos de opinione nequaquam diffitemur.

QVÆSTIO II.

An esse cum formidine sit de natura opinionis?

EXposuimus in quæstione superiori genus proximum opinionis, sequitur, vt in hac secunda illius differentia inuestigemus, num scilicet sit illa formido tanquam differentia, qua a scientia illa distingui valeat. Etenim non esse, his argumentis possumus confirmare.

1. Arg. Primum: Vbi est certitudo, nulla potest esse formido, sed opinioni aliquando est annexa maxima certitudo, ergo de ratione illius non erit esse cum formidine, maior perspicua est, minorem sic ostendimus ex Arist 7 Ethicor cap. 3 aiente, sæpe euenire, vt homines tenacius, & firmius adhærent falsis rumoribus, & opinionibus, quam viri sapientes scientiis, & certissimis veritatibus, & ita experimur hæreticos firmius falsis suis erroribus adhærere, quam philosophus quiuis rebus philosophicis adhæreat, erit igitur opinioni annexa maxima certitudo.

2. Arg. Secundum: Si formido esset de ratione opinionis sequeretur, vt quo magis accresceret opinio, magis etiam formido augeretur, sed hoc esse falsum experimur, imo econtra res sese habet, quia quanto magis illa augetur, tanto magis minuitur formido, ergo formido non erit de ratione opinionis. Maiorem non est cur confirmemus, cum sit illa explorata, & nemini dubia, certum enim est in his, quæ possunt suscipere augmentum & decrementum, aucta re augeri illius essentiam & illa diminura, essentiam quoque minui: minorem autem hac ratione confirmamus: Demus aliquem hominem opinari per medium aliquod probabile, solem esse maiorem terra certe huic conclusioni cum maxima formidine adhærebit, constituamus deinde huic eidem varia sese offerre media ad eandem conclusionem ostendendam, hic profecto cum minori formidine eidem adhærebit quam antea adhæserat, tenacius enim & firmius multo in eadem opinione persisteret, in quo certe sit multo maior, quam an-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tea erat opinio, ergo accrescente opinione, minuitur formido.

3. Arg. Tertium. Certitudo, quæ oritur ex vna aliqua demonstratione, non est infinita, sed finita, cum subiectum illius (quod est mens humana) finitam habeat in intelligendo facultatem, constituamus igitur aliquem hominem, cui sese offerat ad hanc conclusionem suadendam: omne triangulum habet tres angulos pares duob. rectis, demonstratio, sit igitur certitudo ab illo promanans, graduum vt viginti. sum mus etiam alium hominem, cui ad eandem conclusionem suadendam aliqua sese offerat ratio probabilis, hic certe adhærebit illi conclusioni, in aliquo gradu sit exempli causa, hic vnicus gradus, addantur deinde alia argumenta probabilia, quæ de eadem conclusione illum certiorem multo reddant, totque addi poterunt, vt æquent, imo vincant certitudinem à demonstratione priori prouenientem: nam cum illa sit finita, & quo liber finito possit dari aliquod maius, poterit etiam dari maior aliqua certitudo, si tot media multiplicentur: at certitudo illa, ex demonstratione ortum habens, dissipat omnem formidinem intellectus, igitur aliquãdo certitudo opinionis sine vlla formidine esse poterit.

1. Opin. Hæc profecto argumenta difficilia quibusdam visa fuerunt ad dissoluendum, atque ita propter illa existimarunt, formidinem non esse de ratione intrinseca opinionis, ita M. Sot. & Veracruc. in hoc loco profitentur. At contra viri grauissimi opinantur, D. Thom. cum in aliis locis sæpissime tum vel maxime in 3. distinct 23 quæst. 2. articul 2. quæst. 1. 2. 2. quæst. 2. articul. 1. de veritate quæst. 14. articul 1. Capreol in 3. distinct 25. quæst. 1. in solutionibus argumentorum aduersus secundam conclusionem, maxime in solutione quinti & sexti. Hispalensis in eadem distinct. & quæst. Caietan in commentar. cap. 26. huius 1. libri, & fere omnes recentiores, quos recitando fastidium generem hoc loco prætermitto.

2. Opin. D. Thom.

1. obserua. Hanc igitur opinionem vt explicemus, nonnulla prius proponemus ad illam dissoluendam apprime, & maxime necessaria. Primum est, formidinem nihil aliud denotare, quam assensum quendam infirmum, imperfectum, & cum alterius partis hæsitatione, nam qui opinatur, imperfecte sat is, & infirme assentitur conclusioni, quam esse veram opinatur, neque enim ex omni parte intellectum inflectit ad illius assensum, sed semper hæret de contraria parte, sitne verior illa, quam ipse tuendam suscepit. Verum vt rem hanc facilius intelligere possimus, obseruandum erit ex D. Thom. in tertio, vbi supra, & ex Capreolo in eodem loco: esse latum discrimen inter scientem, credentem, opinantem, & dubitantem, quia sciens plene assentitur veritatibus per se notis, & euidentibus conclusionibus, omninoque determinat intellectum absque vlla hæsitatione, ad earum assensum, idque ex euidentia, & claritate principiorum, & conclusionum ortum habet, sunt enim principia, quæ sciuntur, ita aperta, & euidentia, vt etiam & reluctantem intellectum ad sui assensum cogere queant. Credens etiam intellectum omnino inflectit ad assensum veritatum creditarum, & ita ad alteram partem se se diffinit, vt de illa nullo modo dubiter, sed putet absque vlla hæsitatione illam esse certam & indubitatam, hoc tamen non prouenit ex claritate, aut euidentia rei creditæ, sed ex voluntate intellectum ad assensum illius determinante. Opinans inflectit intellectum ad assensum conclusionis opinatæ, non tamen ex omni parte, sed cum quadam hæsitatione, quia neque huiusmodi conclusiones sunt ita apertæ & euidentes, vt cogant omnino intellectum ad assensum, neque voluntas ex tanta animi affectione ad illas intelligendas mouet intellectum, vt firmiter, & constanter iubeat intellectus eidem adhærere. Dubitans neutri parti adhæret, neque in alicuius determinatæ assensum inflectit intellectum, sed fluctuat animo, iam in vnam, & iam in alteram partem declinans. Ex quibus constare sane poterit opinionem esse habitũ cum formidine, nam si opinans cum formidine, timore, & hæsitatione, fertur in propositionem opinatam, & opinio necessario secum permixtam habebit formidinem.

2. obserua. Ad extremum sciendum erit, esse duas qualitates inter se maxime affines, & ita vt essentia nullo modo differant, sed tanquam perfectum & imperfectum intra eandem speciem, fidem scilicet, & opinionem, nam opinio est infirmus quidam, & debilis assensus intellectus, at fides est opinio firma tamen, constans, & roborata, & cui tenaciter

naciter (ob imperium voluntatis) adhæret intellectus, vt Arist. 4. Topic. c. 5. apertissimis verbis profitetur, vnde hic assensus in philosoph. præter quatuor elementa dari quintam aliquam naturam, abillis diuersam, ortus, & interitus, accretionis, decretionis, & tandem omnis cõmutationis expertem, si fuerit infirmus, opinio est, si autem tenax fuerit, & constans, in fidem commutabitur. Intercedunt autem nonnulla discrimina, & cõmunitates inter hæc duo, nam primo differunt, quia fides in nobis firmum generat assensum, at opinio infirmum, & debilem. Secundo differunt, quia opinio intra limites cognitionis obscuræ est assensus quidam imperfectus: at contra fides, intra eosdem limites, est perfectus, vnde quemadmodum intra eandem speciem humanam, differunt vir. & puer, tanquam perfectum, & imperfectum, ita etiam intra eandem speciem obscuræ cognitionis differunt fides & opinio: nam opinio est obscura & imperfecta cognitio fides vero est obscura perfecta tamen, intra eosdem limites & consummata. Commune autem est illis inprimis, quia vtraq; cognitio argumentat ortaus probabilibus generatur, fides enim humana ex humana oritur auctoritate quæ inter argumẽta probabilia recensetur, & opinionem ex eisdem argumentis oriri, docet Aristoteles in hoc cap. 26. estque communis omnium philosophorum consensus. Conueniunt secundo, quia vtraque potest esse falsa, vel à parte rei, si fuerit de re contingenti, & quæ aliter potest euenire, vel ex parte medii, quamuis res fuerit necessaria, aliquando enim in res necessarias tendimus, per argumenta probabilia, cumque probabile possit esse falsum vtrique cognitioni, poterit falsum subesse: tertio commune habent, vtam ille, qui opinatur, quam qui credit, ex pertinacia voluntatis, vel ex aliquo alio accidente putet tam rem creditam quam opinatam esse omnino veram.

1. conclus. His statutis sit prima conclusio: Si agamus de opinione perfecta, quæ nimirum denotat fidem humanam, non est de ratione illius formido, id est, timor, vel hæsitatio cum dubitatione alterius partis, ita vt qui in hunc modum opinatur, in propria opinione fluctuet, aut vllo modo vacillet.

1. Arg. Confirmat. quia credens certus est de ea re, quam sibi credendam proponit, ex imperio voluntatis, vt obseruauimus, at certitudo timorem omnem, dubitationem, & hæsitationem excludit, iam igitur huiusmodi opinio non habebit secum admixtam formidinem Rursus confirm. ex quibusdam hominibus suis erroribus ita pertinaciter adhærentibus, vt existiment, hac fide, quam illi profitentur, nihil verius esse posse, in quam incunctanter, & absque vlla hæsitatione descendere, illos intuemur, quod certe haud leue est indicium, opinionem, quando in naturam fidei commutatur, omnem dissipare formidinem. Et tertio, quia quamuis essentialiter non differant fides, & opinio, quia tamen differunt penes perfectum & imperfectum, debet necessario aliquod discrimen inter illa duo intercedere, at nullum est aliud, quam quod fides sit certa, & sine formidine, opinio autem sit incerta, & cum, &c. illa ergo &c.

2. Arg.

3. Arg.

2. conclus. Secunda conclusio. Opinio imperfecta, & quæ separatur à fide, quæque sibi a solate nomen opinionis vendicat, habet intrinsece, & secundum essentiam annexam formidinem. Inprimis confirmamus hanc ex communi tradita diffinitione opinionis, qua diffinitur: Assensus obscurus, incertus, & formidolosus, nam per primam partem separatur à scientia, quæ est assensus euidens, & apertus, & per secundam à fide, quæ est assensus certus, & sine formidine. Secundo confirmatur, qui opinatur hoc genere opinionis, iudicat opinionem, quam ipse sequitur, posse esse falsam, nam progreditur per argumenta probabilia quę quiuis iudicat posse ferri in falsum, sæpe enim falsa sunt probabiliora veris, sed qui iudicat aliquid posse esse falsum, formidat, & timet de illius rei veri ate, dubitatque, num contrarium sit verum, ergo formido intrinseca erit, ac essentialis opinioni.

1. Arg.

3. conclus. Tertia conclusio. Vtraque opinio tam perfecta, quã imperfecta, est incerta, & potest esse falsa. Confirmatur, quia opinio vel potest esse propositionis contingentis, aut impossibilis, aut necessariæ, si fuerit impossibilis, nam erit falsa, si contingentis, poterit esse falsa, quia contingens potest non esse, & ex consequenti potest non esse verum, nam ens, & verum conuertuntur, si vero fuerit propositionis necessariæ, aut qui opinatur, fertur in illam argumentatione aliqua probabili, aut leuiori coniectura,

Confir. concl.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut ex fide humana, vel auctoritate dicentis (nam media argumentatione necessaria ite existimata non potest in illâ ferri, cum opinio argumentationem huiusmodi à se excludat) si feratur argumentatione probabili, cum huic possit subesse falsum, & etiam opinioni poterit subesse falsum, si vero feratur leui aliquo motu vel coniectura, cum humanis coniecturis possit subesse falsum, etiam, & opinioni, quantum est ex modo procedendi per huiusmodi media, poterit subesse falsum. Tandem cum fides ducatur per auctoritatem dicentis, nimirum per testimonium alicuius hominis, cum quilibet homo possit & falli, & fallere alium, ex hac etiam ratione poterit fidei subesse falsum: vnde docebat eleganter D. Thom. 2. 2. quæst. 4 art. 5. ad 2 fidem humanam non esse virtutem, quia illi potest subesse falsum, constat igitur vtrique opinioni, tam perfectæ, quam imperfectæ, posse subesse falsum, & esse vtramque incertam. Quod si quis dicat, nonne diximus in hac eadem quæstione fidem habere secum annexam certitudinem, cur ergo nunc profitemur illam esse incertam? Respondemus, vtrumque verum esse, quia certitudo, qua ferimur in propositionem aliquam creditam, vt in hanc, exempli causa, Antipodas esse, potest ex duobus oriri, vel ex pertinacia voluntatis ipsius credentis, quia vult pertinaciter & proterue nimis illi propositioni inhærere, vel ex medio, quo in illius assensum potest ferri, medium autem est auctoritas hominis, qui refert nobis se Antipodas vidisse: Igitur fides humana certa est, ex parte voluntatis, quia plerumque tanta voluntatis propensione in illa, quæ nobis proferuntur ab amicis ferimur, vt ipsis nihil certius, aut verius esse putemus, aut ex parte medii, quo illa progreditur, incerta est, & potest esse falsa, quia medium credendi est auctoritas humana, quæ & fallere & falli opt me potest, in qua re fides hæc separatur à diuina, quia diuina innititur auctoritati Dei reuelantis, quæ certissima est, & infallibilis, at humana innititur auctoritati humanæ, quæ est fragilis, & labi potest Quando igitur in obseruationibus proposuimus, fidem humanam esse certam intelligi debet ex parte voluntatis, at quando id diffitemur in conclusione locuti sumus de eadem ex parte medii, qua ratione ipsam incertam esse posse, & falsam, fuimus professi.

D. Thom.

Obiect.

Solut.

Satisfaciamus iam argumentis, quæ in tio proposumimus. Ad primum dicimus, opinionem illam esse fidem, nam vt diximus ex Arist. firma & constans alicuius rei opinio, fides debet nuncupari, nos autem tum diffitemur, opinionem imperfectam habere certitudinem, nam alteram primam fidem iam diximus esse certam, non quidem certitudine ex parte medii prouenientem, sed quæ ex propensione voluntatis ortum habet, in qua re separatur fides ab opinione communiter dicta, quia opinio neque ex parte medii, neque ex parte voluntatis habet certitudinem, ex parte medi omnibus est exploratum, ex parte vero voluntatis constat, quia in his, quæ tantum opinamur, ita infirmam & debilem esse experimur propensionem voluntatis, vt ad certitudinem nunquam illa attingere queat

Ad 1. arg.

Ad secundum neganda est propositio, quia de ratione bruti est esse animal rationis expers, quod tamen non augetur, quo brutum fuerit maius, atque nobilius, imo potius minuitur, nam sunt nonnulla bruta animalia, quibus nonnihil rationis inesse videtur, vt Elephas, Simia, Psittacus. Imo nonnulli putant, eisdem rationem aliquam inesse, quamuis exiguam, vt Plutarchus, & Porphyrius in suis disputationibus, quod animalia bruta vtantur ratione, existimarunt. Quintilianus secundo libro institutionum, & alii, atque ita quamuis augeatur opinio, non sequitur, vt formido etiam augeatur, imo debet necessario minui, quia formido ex infirma voluntatis propensione ortum habet, & quia hæc propensio firmior fit, si plures accedant rationes probabiles, ob hanc causam, si augeatur opinio per argumenta probabilia, debet minui necessario formido, idem etiam in fide supernaturali experimur, quæ quo maior fuerit in quibusdam, quam in aliis, non defert secum maiorem ineuidentiam, quæ est de ratione fidei, imo potius è conuerso, magis illa minuitur, nam in quibusdam fidelibus, quorum mens est à criminibus purgata, fides illum gradum nobilitatis assequitur, vt non tantum illis veritates supernaturales proponat, verum etiam in eisdem euidentiam credibilitatis articulorum generet, vt cum Caiet. 2. 2. 1. art 4. nostri Theologi profitentur.

Ad 2.

Ad vlt. neganda est consequentia, quia

Ad 3.

quam

quamuis opinio in infinitum accrescat, nunquam tamen accedere, vel æquare poterit certitudinem demonstrationis, etenim quamuis omne finitum infra limites eiusdem speciei possit ab alio superari, vt quauis linea finita data, potest dari alia maior, tamen si illa duo fuerint diuisarum specierum, quamuis illud, quod fuerit speciei inferioris, accrescat in infinitum, nunquam tamen deuenire poterit ad perfectionem speciei superioris, vt quamuis linea crescat in infinitum secundum longitudinem, nunquam deueniet ad perfectionem, & latitudinem extremitatis, & superficiei. Quare cum demonst. vel scientia, & opinio, specie differant, quamuis augeatur certitudo opinionis, nunquam illa poterit ad certitudinem scientiæ deuenire.

QVÆSTIO III.

An euidentia sit de ratione scientiæ.

VT ex comparatione opinionis ad scientiam facilius multo & clarius illius naturam possimus intelligere inuestigandū erit an euidentiæ sit de ratione scientiæ, quemadmodū obscuritas, & formido sunt de ratione opinionis, quam quæst. cap. 2. huius primi libri in hoc loco nos explicaturos polliciti fueramus.

Et quidem euidentiam non esse de ratione scientiæ confirmatur primo: quia scientiæ subalternatæ sunt scientiæ simpliciter, & absolute, quæ nullam profecto habent suarum conclusionem euidentiam: Et certe Theologia nostra est simpliciter, & absolute scientia vt nostri Theologi prima parte q. 1. art. 3 sunt testes locupletissimi, quæ est ineuidens, & obscura cognitio, nam progreditur ex articulis fidei, tanquam ex principiis, qui sunt obscuri, & ineuidentes.

1. Argum.

2. Argum.

Secundo: Euidentia propria est habitui primorum principiorum, scilicet habitui intelligentiæ, vt omnes quotquot sunt Philosoph. profitentur, ergo non erit de ratione scientiæ. Antecedens est perspicuū, confirmatur consequentia, quia vna & eadem ratio, non potest duobus habitibus specie diuersis vllo modo conuenire.

3. Argum.

Tertio: Demus aliquem habitum mentis, ipsam inclinare ad assensum verum, certum, & ex proprijs principijs rei genitum, hic haud dubie esset virtus intellectus, quia semper inclinaret ad verum, & non esset intelligentia, quia non versaretur circa prima principia, sed circa conclusiones, neque esset prudentia, vel ars, quia neque circa factibilia, aut agibili versatur, esset igitur, vel sapientia, vel scientia, non enim fuerunt plures habitus intellectus 6. ethic. c. 3 propositi ab Arist. sed non esset sapientia, quia non versaretur circa altissimas causas: esset igitur à sufficiente diuisione scientia, at hic habitus non esset euidens, sed verus tantum certus, & ex propriis principijs rei genitus ergo euidentia non est de ratione scientiæ.

Multi sunt, qui horum argumentorum pondere conuicti, existimant euidentiam non esse de ratione, & essentia scientiæ, sed quandam illius perfectionem, quemadmodum optima corporis constitutio, venustas oris, & pulchritudo, non sunt de essentia hominis, sed illius corporeæ perfectionis, quare quemadmodum in homine his perfectionibus amotis, adhuc integra, & illæsa illius essentia perseuerat, ita etiam, quamuis à scientia excludamus euidentiam, ad huc integra, & illæsa natura scientiæ permanebit.

1. Opinio.

At contra sentiendum est cum communi dialecticorum, c. 2. huius 1. libr. & Theologorum cum Caiet. prima par. quæst. 1. art. 2. consensu, esse nimirum euidentiam de ratione intima, & intrinseca ipsius scientiæ, quod qua ratione intelligi debeat, munus nostrum erit in hac quæstione explicare.

2. Opinio.

Vt igitur à nomine initium ducamus Euidentia, vt cap. 2 huius 1. lib. ex D Thom. proposuimus, nihil aliud significat quam clarum, & manifestum iudicium alicuius rei, euidentia enim, vt ipsummet nomē præ se ferre videtur, visionem significat, at visio claram, & apertam alicuius rei exprimit cognitionem. Est autem duplex euidentia, vna per se, vel secundum essentiam, & alia, ex alio, vel participationem. Primi generis est illa, quæ non aliunde, sed ex sola terminorum cognitione ortum habet, qualis est quidem non dependet ex alijs prioribus principijs, sed ex sola vocum significatione nam si quis has voces totum, & partem intellexerit, à Deo clare, & manifeste in veritatem huius axiomatis feretur, omne totū est maius sua parte, vt nihil magis perspi

1. Obseru.

cuum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuum, aut euidentius reperiri posse arbitretur: Altera vero participata est, quæ ex prioti & maior euidentia ortum habet, & quæ in se illud tot im lumen, & claritatem retinet, quam sibi causa superior elargitur, quæ euidentia est conclusionum demonstrationis, illa enim perspicuitatem & claritatem habet sibi à principiis demonstrationis tributam, imo quidquid claritatis & euidentiæ huiusmodi conclusiones habent, à primis demõstrationis principijs retinet communicatam.

2. *Obseru.* Reuocanda est etiam in memoriam distinctio illa scientiæ sæpe in superioribus repetita, in subalternantem, & subalternatam.

1. *conclus.* His in hunc præfatis, sit prima conclusio. Euidentia non est de ratione scientæ in communi, abstrahendo illam a subalternãte, & subalternata. Confirmatur, quia si esset de ratione illius, esset quoque de ratione scientiæ subalternatæ, quidquid enim est de ratione superioris, debet etiam esse de ratione inferioris, at (vt ostendemus in conclusione sequenti) euidentia nullo modo competit subalternatæ, ergo neque scientiæ in communi poterit vlla ratione conuenire.

2. *Conclus.* Secunda concl. Euidentia non est de ratione scientiæ subalternatæ, imo, neque accidens, aut perfectio illius, sed sibi illa omnino contrariatur.

1. *Argum.* Hanc æquum est, vt efficac bus argumẽtis ostendamus. Primum: Ex principiis habitis per fidem, non potest inferri euidentia conclusionis, cum euidentia conclusionis ex euidentia principiorum oriatur, vt & certitudo, ex eorũdem principiorum certitudine deriuatur, quemadmodum Arist 2 cap. huius lib. profitetur, sed in scientia subalternata principia habentur per fidem à subalternante, vt cap. 10. sectio. 2. cum communi consensu ostendimus, ergo scientia subalternata, nullam habebit suatum conclusionum euidentiam.

Confirm. arg Addamus huic argumento vires si placet conclusio semper sequitur partem debiliorem (est enim hoc commune dialecticorum theorema) ita vt si ex præmissis altera sit obscura, conclusio sit obscura, si talia, falsa, si contingens, contingẽs, sed propositio inuidens in demonstratione est pars deterior, & imperfectior, ergo ex propositione inuidenti, non potest sequi euidẽs conclusio, sed progreditur scientia subalte nata, sunt inuidentes, cum sola fide cognoscantur, ergo scientia subalternata suarum conclusionum euidentiam ne, quaquam habebit.

2. *Argum.* Secundum: Qui habet euidentiam alicuius conclusionis nouit optime resoluere ipsam in sua prima principia, & elementa, etenim cum euidentia sit clara visio, denotabit (vt ita loquar) penetrationem, vel comprehensionem rei visæ, in qua certe necessario debet habitudo effectus ad sua principia, & causas splendere, quod nil aliud est quam posse resoluere effectum vsque ad sua prima principia & elementa, sed in scientia subalternata non potest fieri resolutio effectus vsq; ad sua principia & elementa, nam habitus, qui est alterius subalternatus, tantum resoluit suam conclusionem vsque ad principia sibi à suba ternante artifice tributa, ibique sistit, nec vlterius progreditur in huiusmodi resolutione, sed ibi tanquam extra suos limites constitutam, superiori artifici efficiendam committit, ergo scientia subalternata, nullam habebit suarum conclusionum euidentiam.

3. *Argum.* Rursus conclusiones Theologicæ ergo non sunt euidentes, quia colligũtur ex principijs fidei, nimirum ex articulis, qui sunt inuidentes, & obscuri, quemadmodum Theologi parte primi q. 1. art. 2. testantur apertissime, sed principia ex quibus scientia subalternata progreditur, sunt principia fidei humanæ, ergo scientia subalternata nullam habebit suarum conclusionum euidentiam.

3. *concluſ.* Tertia conclusio: Euidentia est de intima, & essentiali ratione scientiæ subalternantis. Hanc aduersus multos ex recentioribus profitemur cum Caietano, in loco supra notato, eamq; his argumentis demonstramus.

Ad 1. arg. Primum est: Ex communi, & trita definitione scientiæ, ab omnibus dialecticis proposita, in qua ipsa per euidentiam definitur, ita enim habet. Scientia est habitus verus, certus, & euidens ex proprijs rei causis genitus vt sup. c. 2 q. 2 exposuimus.

2. *Argum.* Secundum: Qui intelligit rem resoluendo eam vsque ad sua prima principia, & elementa, clarum, & manifestũ iudicium efformat de illa, hoc enim est ita apertum, vt sit omnino impossibile fieri huiusmodi resolutionem, quin tale iudicium in mẽte resoluentis

soluentis generetur, sed in scientia subalternante, fit resolutio effectus vsque ad sua prima principia, & elementa hoc enim est scire, rem per causam intelligere, vt c. 2. docuerat Arist i. e. per analysin rem vsque sua prima principia, & causas resoluere estque euidentia, clarum, & apertum iudicium alicuius rei, ergo euidentia erit de intima, & essentiali ratione scientiæ subalternantis.

3. *Argum.* Præterea habitus scientificus, specie differt à fide supernaturali, ergo per aliquam differentiam essentialem ab illa distinguetur, nam quæ specie differunt aliqua essentiali differentia differunt, sed nulla alia inter se distingui possunt, nisi quia scientia est euidens, fides au em inuidens: erit igitur euidentia de ratione essentiali, & intima scientiæ: minorem in hunc modum confirmamus, quia scientia in certitudine non differt à fide, hoc enim vtrique est commune, quamuis ex diuersis principijs, & causis, certitudo enim scientiæ ortum habet ex proprijs rei quæ scitur principijs, fidei vero, ex diuina reuelatione, in sola igitur euidentia, & inuidentia distinguentur: etenim cum in scientia duo reperiantur & esse certam, & euidentem cognitionem, si non differunt in certitud ne, necesse est vt in euidentia distinguantur.

Solutio quorundam. Quod si quis respondeat vt quidam dicunt distingui in eo, quia ex fidei fine discursu cognoscuntur, scientia vero est cum discursu. Hoc certe inane est, & nullo modo dissoluit argumentum.

Confut. Primo quia hæc differentia est accidentaria, accidit enim rebus fidei, quod sine discursu intelligantur.

Secundo, quia etiam aliquando ea, quæ sunt fidei, per discursum colligimus: Apostolus enim collegit nostram resurrectionẽ, quæ est de fide, ex Christi resurrectione, quam etiam tanquam articulum fidei confitemur, nam si Christus, inquit resurrexit, & nos etiam resurgemus. Tum etiam licet scientia nunquam discursu aliquo vteretur, etiam illa secundum essentiam differret à fide habitus etenim primorum principiorũ naturalium secundum essentiam differt à fide, qui non vtitur aliquo discursu, sed simplici quadã apprehensione, & intuitu. Confirmatur præterea conclu. Certitudo rei intellectu ex propriis rei principiis proueniens, secum defert intrinsecam, & essentialem euidentiam, sed de ratione scientiæ, est vt progrediatur certo ex principiis rei quæ scitur, vt constat ex illius definitione, ergo de ratione intima, & essentiali scientiæ, erit euidentia, minor est perspicua, maiorem in hunc modum suademus Qui probe cognouit rem per sua principia, clarum, ac manifestum de illius veritate format iudicium, nam distincte penetrat rem ipsam, vsque ad prima elementa, ergo cum euidentia sit clarum iudicium ipsius rei, euidentia erit essentialiter in certitudine ex propriis rei principiis prouenie ente, inclusa.

4. *Conclus.* Quarta conclusio. Hæc euidentia, quam de essentiali ratione scientiæ diximus, non est à se, sed ab euidentia principiorum participata, itaque euidentia à se, & non per participationem, conuenit principijs, at participata propria est conclusionum & hoc est, quod docebat Caietanus prima parte q. 1. art 2. nullam scientiam habere ex se, & in se suarum conclusionum euidentiam, sed ex principiis, & in principiis, vel ex continuationem ad prima & indemonstrabilia principia

1. *Argum.* Confirmatur ex Arist cap. 2 & huius primi libri, docente certitudinem conclusionum, a certitudine principiorum, tanquam à proprio fonte oriri, atque ita colligebat maiorem certitudinem inesse principijs, quam conclusionibus, quia propter quod vnumquodq; tale & illud magis debet esse tale sed eadem ratio est euidentiæ, & certitudinis, ergo tota euidentia conclusionũ, demõstrationis ab euidentia principiorum oritur.

2. *Argum.* Præterea quę est habitudo in practicis finis ad media eadem est in speculatiuis principiorum ad conclusiones, sed tota bonitas mediorum (vt media sunt) oritur à bonitate finis, ergo tota euidentia conclusionum, ab euidentia principiorum dimanabit.

Ad 1. arg. Occurramus iam argumentis in initio propositis. Ad primum iam in 2 conclus. ex posuimus, eu dentiam non conuenire scientiis subalternatis, vnde libenter admittimus totum argumentum propositum, cum nihil colligat contra nos.

Ad 2. Ad 2. respondemus euidentiam tam habitui principiorum, quam conclusionum conuenire, alia tamen, & alia ratione nam euidentia à se, competit habitui primorum principiorũ, participata vero habitui scientifico,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tifico, itaque non quælibet euidentia est de ratione scientiæ, sed tantum participata.

Ad 3. Ad vlt. resp. Negando minorem, imo impossibile prorsus est, non futurũ huiusmodi habitum euidentem, ita enim est annexa euidentia certitudini, quæ ortum habet ex propriis rei principiis (qualis in huiusmodi habitu reperitur) vt ab ea diuelli nequaquam possit.

QVÆSTIO IV.

An scientia differat à fide, & ab opinione.

HActenus de natura opinionis, fidei, & scientiæ disseruimus, sequitur vt iuxta pollicita in præfatione huius disputationis, de comparatione, & habitudine, quam inter se retinent disseramus. Et quidem non distingui scientiam, & opinionem confirmatur primo, quia si distinguerentur, esset ex eo, quod scientia est de rebus necessarijs, opinio vero de contingentibus, vt Aristot. cap. 26. de opinione disputans profitetur, atqui hæc ratio nulla est, nam opinio etiam est rebus necessarijs: etenim philosophia num elementa remanent in mixtis secundum essentiam, dantur duę opiniones contrariæ, vna aiens, & altera negans, quarum altera necessario debet in veram & necessariam partem ferri, ergo opinio quoque erit de rebus necessarijs

Ad 1. arg.

Ad 2. Confirmatur secundo distinctio habituũ est ex distinctione obiectorum depromenda, & vnitas ex vnitate, vt cap. 23. huius lib. docuerat Aristot. sed scientia & opinio possunt esse vnius, & eiusdem obiecti, vt Arist. in cap. 26. ingenue profitetur, nam de eadem eclipsi lunæ, potest aliquis per mediũ probabile habere opinionem, & alius per medium necessarium scientiam, ergo scientia & opinio nequaquam inter se distinguentur.

Obseruatio. Ex his quæ in superioribus quæstionibus explicata fuerunt constare poterit qua ratione scientia, & opinio inter se distinguantur, diximus enim de ratione scientiæ esse euidentiam, & certitudinem, opinionis vero formidinem, & obscuritatem, verum quia sunt etiam alia discrimina, quæ inter hæc duo interueniũt, erunt omnia illa hoc loco à nobis recensenda, ea potissimum, quibus inter se separantur, quam rem, vt explicare possimus sciendum erit ex D. Th. 2. 2 quæst 2. art. 1. hæc tria, scientiam, fidem, & opinionem habere aliquid commune, & aliquid proprium, quo inter se separentur, conueniunt enim in assensu, nam ex his quodlibet in assensum alicuius veritatis inclinat intellectum, differunt autem in modo vel ratione assensus, nam per scientiam assentitur intellectus conclusionibus demonstratis ex ipsa rei euidentia, certitudine, & claritate conuictus, at per opinionem & fidem, non ex rei euidentia, sed ex determinatione voluntatis, ad assentiendum idẽ ducitur intellectus, quæ determinatio si fuerit infirma rationibusque probabilibus nitatur intellectus, generat opinionem, si vero firma fuerit, & tenax, & auctoritate testificantis fulciatur, fidem generabit, ita vt si auctoritas testificantis fuerit humana, generet fidem humanam, si diuina diu nam hac igitur diuina prætermissa, cuius naturã explicare munus est Theologorum 2. 2. tradenda erunt inter opinionem & scientiam hoc loco discrimina.

1 conclusio. Sit igitur prima conclusio Scientia habitus est à fide, & ab opinione re ipsa, & secundum essentiam omnino distinctus Hãc profitetur Aristot. cap 26. eamque propositis discriminibus inter scientiam, fidem, & opinionem interuenientibus, veram esse demonst. quæ quia ex illis, eius veritas facilius illucesceret, erunt à nobis in seq conclusionibus explicanda.

2. Concl. f. Secunda concluf Scientia & fides (quam in superioribus quæst 2. diximus esse perfectam opinionem) his discriminibus separantur. Primo ratione generis, quia scientia est virtus intellectus ex Arist 6. Ethicorum cap 3. at fides humana (nam de hac agimus) non est virtus intellectus, vt D. Tho. 2 2 quæst 4 art. 5 ad secundum profitetur. Secundo differunt ex parte veritatis, quia fidei humanæ, vt pote auctoritati humanæ, quæ fallere & falli potest innixæ, potest subesse falsum, vt D. Thom. inquit in eodem loco, at scientia semper est de veris. Differunt tertio ex parte necessitatis, quia scientia quæuis fuerit, semper versatur in necessariis, vt Arist in hoc loco, & 2. cap. tum etiam 6. Ethicor cap. 4. profitetur, at fides in contingentibus, vt sunt actiones, & res humanæ semper versatur. Quanto differunt ex parte certitudinis, quia quamuis in hac nõ differant, cum de vtriusque ratione sit certitudo, tamen ex parte principij, ex quo

vtraque

vtraque promanant, maxime separantur, quia certitudo scientiæ ex propriis re principiis ortum habet, fidei vero ex sola propensione voluntatis, qua quis propter auctoritatem dicentis, ad aliquam veritatem tenaciter defendendam diffinit intellectũ. Quinto differunt ex parte euidentiæ & in euidentiæ, quia scientia est euidens, clara, atque perspicua cognitio, fides vero inuidens est, obscura, & minime aperta.

3. Concl. Tertia conclusio Inter scientiam & opinionem multa alia discrimina intercedunt. Primum est ratione generis, quia scientia est habitus verus, & virtus intellectus, opinio vero neque est habitus, neque virtus, sed dispositio, vt quæst 1 exposuimus. Secundum ex parte certitudinis, quia scientia est certa & infallibilis cognitio, opinio vero dubia est, incerta, & formidolosa Tertium ex parte claritatis, quia de ratione scientiæ est euidentia de ratione vero opinionis, inuidentia, & obscuritas Quartum ex parte propositionum, quia scientia tantum est de conclusionibus ipsis demõstratis, at opinio & conclusionum, & principiorum esse potest, posse esse conclusionum nulli est dubium, cum sæpe per argumenta probabilia conclusionem opinabilem inferamus, posse tamen esse principiorum, docet Arist. cap 26. inquiens opinionem esse assensum enuntiationis medio vacantis, quæ sane enuntiatio est principium demonstrationis, non quidem quia omnis opinio sit propositionis immediatæ, neque enim hoc his verbis voluit indicare Arist. sed quia dantur multæ opinio. de huiusmodi propositionibus immediatis Secundum ex eisdem propositionibus necessarijs, & per se, vt constat ex cap. 4. huius libri, at opinio semper vtitur vel altera, vel vtraque propositione probabili, & accidentaria, vel quæ iudicetur esse probabilis ad inferendam opinabilem conclusionem. Sextum & vltimum ex parte necessitatis, & contingentiæ, quia scientia semper versatur in rebus necessarijs, & quæ à scente iudicantur esse necessariæ, at vero opinio vel versatur in rebus contingentibus, vt fit in plerisque opinionibus, vel si versetur in rebus necessarijs, non iudicantur illæ ab opinante necessariæ, sed contingentes, & quæ aliter possunt euenire, vnde fit, vt ad scientiam tria requirantur. Primum, vt sit de rebus necessarijs Secundum, vt per argumentum necessarium procedatur. Et tertium vt necessitas argumentationis à sciente fuerit comprehensa, & quia malum prouenit ex quocunque defectu, bonum vero ex integra causa, sitque scientia bonum intellectus, opinio vero malum eiusdem, ad scientiam hæc tria ita requiritur, vt si alterum defuerit, illico debeat illa euanescere, opinio vero ex quocunq; defectu, ex his tribus orietur, inprimis si nõ fuerit de re necessaria, sed de contingenti, secundo si fuerit de re necessaria non tamen per argumẽtationem necessariam, sed probabilem, & tandem si fuerit de re necessaria, & per argumentationem necessariam, dum tamen vis, & necessitas argumentationi ignoretur. potest enim euenire vt aliquis in res necessarias feratur argumentis necessariis, quæ quia vt probabilia assumuntur, & iudicantur, non scientiam, sed opinionem generabunt. Legendus est Caietanus in hoc loco, & 2. q 1 a 5. Ex his colligimus opinionem rectè à quibusdam fuisse definitam assensum obscurum, propositionis contingentis, quæ sane definitio intelligi debet de propositione contingenti, aut secundum se aut ex parte opinantis, vt D. Thom. 2. 2. quæstio. 67. artic. 3. docet Secundum se, vt cum quis opinatur omnem matrem diligere filios suos, quod certe ex se suapteque natura est contingens, ex parte vero opinantis, vt cum quis huic propositioni necessariæ, cœlum est incorruptibile per medium probabile, vel per necessarium, quod iudicat esse probabile, assentitur.

Ad 1. arg. Ad argumenta igitur sequitur vt respondeamus. Ad primum respondemus duobus modis esse aliquid necessarium, & certum, vno modo secundum se, & altero quo ad nos, totidemque potest aliquid vocari incertum, vel secundum se, vt omne illud quod fuerit contingens, vel quo ad nos, vt est illud quod est necessarium, à nobis tamen non tanquam necessarium, sed tanquam probabile iudicatur. Interest igitur inter scientiam, & opinionem, quia scientia semper est de rebus necessarijs, & certis, secundum se, & quo ad nos, opinio autem, potest quidem esse de rebus certis, & necessarijs secundum se, non tamen quoad nos, vnde quamuis ex illis duabus opinionibus, elementa secundum essentiam remanent in mixtis, elementa non remanent secundum essentiam altera earum sit à parte rei certa, & necessaria, quia tamen neutra nobis est

Annot.

Universidad de Deusto
Biblioteca

certa & necessaria, cum sit vt aque latens, & obscura (cum in vtramque argumentis feramur probabilibus) ob hanc causam, vtraque op nata erit, non tamen scita

Ad 2. Ad secundum respondemus distinctio nem hab tuum, vel cognitionum, aut earundem vnitatem, non ex materiali, sed formali vnitate, aut distinctione obiectorum esse depromendam, vt in eodem cap. 23 q 1 late docuimus, at quamuis scientia, & opinio de eodem obiecto materiali (vt de eadem eclipsi lunæ) esse possint, non tamen possunt esse de eodem formali, quia & diuersis luminibus (scientia claro, opinio vero obscuro) & diuersis medijs (scientia necessario, & quod iudicatur esse necessarium, opinio vero probabili, aut quod iudicatur esse probabile) in illud feruntur, ac proinde non poterunt scientia, & opinio esse vnum & idem, sed maxime inter se distinguentur, vt abunde satis in quæstio. dedimus explicatum.

QVÆSTIO V.

An scientia & opinio, possint esse simul in eodem, de vna & eadem re.

ANceps dubiaque extitit apud veteres hæc quæstio, & nunc etiam non est a pud recentiores parum controuersa, nam posse esse, his a gumentis, haud eorum iudico leuibus, sibi persuasum quidam habuerunt quorum primum est. Potest aliquis simul ad eundem conclusionem cognoscē dam, habere duo media, vnum probabile, & alterum necessarium, vt ad hanc conclusionem. Omnis homo est animal capax disciplin r, intelligendam, progredi potest, vel per hoc medium necessarium, quod est esse animal particeps rationis, vel per hoc aliud contingens quod est esse philosophum, cōtingit enim hominem philosophari. sed medium necessarium generat scientiam, contingens vero opinionem, vt perspicuis verbi. in ca 26. docuerat Arist. ergo scientia, & opinio possunt esse in eodem respectu eiusdem conclusionis. *Argum.*

Secundum sit aliquis homo, qui per verum, & legitimum medium necessarium, rectus sit scientiam alicuius conclusionis, cui deinde proponatur aliquod medium probabile, ad eandem conclusionem intelligendam, quod ipse putat esse necessarium, vel hoc medium in eo generabit aliquam cognitionem illius conclusionis, vel non gene abit, non generare nulla probabilitate fu citur, apertissimeque repugnat experientiæ, quare generabit illam, vel igitur hæc cognitio genita erit scientia, vel opinio, at non posse esse scientiam ex eo sane colligi potest, quia generatur à medio, quod a parte rei est probabile, cum scientia tantum per medium, quod sit à parte rei necessarium generetur, quare erit i la probabilis, & opin bilis, sed hic dem homo antea per aliud medium necessarium habebat scient am illius conclusionis, ergo scientia & opinio, poterunt simul esse in eodem de re eadem. *Ad 2. arg.*

Tertium: Eo modo se habent scientia, & opinio, quo lumen maius, & minus, nam scientia est lumen maius, opinio vero lumē minus, sed hæc duo lumina maius, & minus, possunt esse simul in eodem subiecto, vt experimur de lumine geniti à sole, & à lucerna quæ duo in eodem aere, tanquam in subiecto reperiuntur, ergo opinio & scientia, poterunt esse simul de eadem re, in eodem obiecto. *Ad 3.*

Quartum: Si opinio, & scientia non possent esse simul in eodem subiecto, ex eo esset, quia de ratione opinionis est incuidentia, de ratione vero scientiæ euidentia, nam euidentia, & incuidentia respectu eiusdem non possunt esse in eodem propterea dicimus scientiam & opinionem non posse esse in eodem subiecto, atqui hæc ratio nulla est, falsum enim est incuidentiam esse de ratione opinionis, quod ita confirmo: Negatio non est de essentia entis positiui, sed opinio est ens positiuum, nam est qualitas, incuidentia vero est negatio euidentiæ, nō igitur erit de ratione opinionis. *4. Argum.*

Rursus eadem est ratio opinionis, & fidei supernaturalis, nam vtraque est incuidens, & obscura cognitio, sed fides, & scientia possunt esse simul de eadem re, in eodem subiecto, etenim de hac cōclusione, Deus est, vel de hac altera, Deus est vnus, philosophus catholicus, simul habet scientiam, & opinionem: ergo opinio, & scientia poterunt esse simul in eodem subiecto. *5. Argum.*

Et confirmatur hoc argumentum. Ratio formalis scientiæ, & fidei non pugnant inter se: ergo neque scientia & fides pugnabūt quare poterunt esse simul Confirm antecedens, ratio formalis, scientiæ est assentiri alicui conclusioni, propter medium necessa- *Confir. arg.*

rium, quod sit vera & legitima causa effectus. ratio vero fidei est assentiri p opter auctoritatem dicentis sed potest aliquis scire aliquam conclus. esse veram propter legitimam illius causam, & quia viri graues hoc esse verum testantur, hoc enim, quid prohiber, quo minus fieri possit an non potest alt n assentiri huic conclus luna tali tempore patietur eclipsin, quia terra erit interposita inter ipsam, & solem, & quia ita astronomi periti docuerunt? iam ergo fides, & scient a, poterunt esse simul.

6. Argum. Tandem confirmatur præclaro quodam D Th testimonio 3. p q 9 art. 3 ad secundū, in quo loco apertissimis verbis profitetur, scientiam, & opin onem respectu eiusdem conclusionis, in eodem homine nullo modo pugnare, sed remanere opinionē ex arg. probabili gentam in illo etiam post assecutam veram scientiam illius conclusionis, quare opinio, & scientia poterunt esse simul in eodem subiecto.

1. Opinio Platonicorū. In hac quæst extitit Platonicorum opinio existimantium, nullatione posse esse de vna & eadem re, neq; ab vno, neq; a diuersis hominibus, simul scientiam, & opinionem diuidebant enim res omnes in tres classes, in supremas, medias, & infimas. supremæ sunt substantiæ separatæ, simplices, & puræ, omnisq; commutationis & ntertitus expertes, infimæ sunt hæ, quas oculis cōspicimus, fragiles, ortuiq; ac interitu obnoxiæ, medæ vero sunt res Mathematicæ, vt numerus, & magnitudo, quæ quamuis in his rebus cito pereitur s & cadueis reperiantur, ita sumuntur a Mathematico, ac si nulli ortui & interitui sint obnoxiæ, faciebant et triplicem cognitionem, scientiam, cogitationem & opinionem, in fastigio scientiam collocabāt, in inferiori loco opinionem, & in medio cogitat onem: vnde maxima cognitio, quam de rebus possumus habere, est scientia minima est opinio, med a vero cogit tio Itaq; substantiarum separatarum tantum p test esse scientia, & nullo modo opi io, harum rerum inferiorum econtra tantū potest esse opinio, & nullo modo scientia, rerum vero Mathematicarum, tantū potest esse cogitatio. nullo vero modo nec scientia, nec opinio, ac proinde res, quæ cadunt sub opinionē, non possunt cadere sub scientiam, nec quæ sciuntur, sub opinione comprehendi vlla ratione queunt. Hanc sententiam explicat Proclus Platonicus libro primo commentariorum in Euclidem cap 1.

2. Opinio Peripatetic. At contra Arist in hoc cap. 26. & omnes peripatetici opinantur, verissime profitentes, scientiam & opinionem, de vna & eadē re, à diuersis hominibus esse, posse: est tamē apud eos non leuis disceptatio, an in eodem respectu eiusdem, hęc duo simul possint cohærere, nec ne? multi enim arb trantur opinionem, & scientiam, de eadem conclusio posse esse in eodem, vt Durandus q. 1 prologi sentent. & in 3 dist. 31. q. 3 & 4. Argentina quæst. 3. prologi senten art. 2 multique ex recentioribus, qui intrepide affirmant, per diuersa media, vnum probabile, & alterum necessarium, posse esse simul in eodem subiecto de eadem conclusione scientiam, & opinionem. Est tamē verissima, & omnino amplectēda opinio, esse prorsus, & omnino impossibile, vt quis simul de re vna & eadem habeat scientiā, & opinionem, hoc n implicat apertam contradictionem, vt postea euid. nti quadā demōstratione ostendemus, quā opinionem absq; ambagibus sequitur Arist. in hoc c & cum eo omnes peripatetici qui recte sentiunt. D. Tho in comment huius loci, & in multis alij. B. Alb. M. Philop. Them st Cajet Louuaniens Villalp M. Sot. Veracr in suis comment. & qq. & multi alii quos ne molestiam citando pariam prætermitto. *3. Opi. Dur.* *4. Opinio Ge rior D. Tho. & aliorum.*

1. Obseru. Hanc igitur vt explicemus sciendum erit, ex contrarijs quædam esse, quę pugnant ex parte causæ, & alia ex parte subiecti: ex parte causæ pugnant, quæ a diuersis causis oriuntur, vt lumen maius, & lumen minus vt lumen lucernæ & solis, lucernæ etenim, quod est exiguum, ita fluit a lucerna, vt à sole dimana re nequaquam possit, & maximum illud lumen solis, ita ab ipso promanat vt a lucerna promanare nulla ratione queat, ex parte vero subiecti illa pugnant inter se, quæ eidem in esse nulla ratione possunt, quin potius vno aduenient e deb t illico alterum ab eodem recedere, & omnino petire, qua ratione inter se pugnant lux, & cal go, quia aduenient e luce clarissima solis, sese que per aerem diffundent, illico tota dissi patur caligo, hacque eadem ratione, euident a, & incuident a in intellectu sese habent, quia euidētia est lux clarissima intellectus, incuidētia vero eiusdem caligo, atq; ita aduenient e euidētia alicuius conclusionis, necesse est vt mox ota

Universidad de Deusto
Biblioteca

ineuidentia omnino, & funditus dissipetur.

2. Obseruat. Illud etiam adnotandum erit, scientiam & opinionem, non repugnare inter se ex parte obiecti, quia vt in prima conclusione ostendemus, possunt esse de vna, & eadem re, neque pugnare ex parte caussæ, vel medij, cum eodem medio possint duo homines ferri circa eandem conclusionem, vnus opinando, & alter per scientiam rem illam intelligendo, si vnus illorum vim, & efficaciam argumenti ignoret, putans tantũ esse probabile, quod re vera est necessarium, & alius optime eiusdem argumenti necessitatem comprehendat, quare pugnabunt ex parte subiecti, eo modo, quo caligo, & claritas, vel euidentia, & ineuidentia, inter se pugnant, & contrariantur.

1. conclus. His igitur in hunc modum præfatis, sit prima conclusio. Scientia, & opinio, possunt esse in diuersis hominibus de re vna & eadem, hanc cum Aristot. & peripateticis aduersus Platonicos profitemur, quæ certe ita est aperta, vt ineptum esse putent contrarium opinati, nam quid quæso prohibet quo minus aliquis habeat veram scientiam huius conclusionis luna patietur eclipsin, per veram & legitimam causam, quia inter rum terra interponetur inter ipsam, & solẽ, vno ex luminaribus existente in cauda, & altero in capite draconis & alius habeat eiusdem opinion. quia ita à peritis Astronomis accepit.

1. Argum. Iam non ne experimur respectu vnius atque eiusdem rei, vnum probe illius causas, & prin cipia intelligere, & alterum easdem ignorare, ferrique in veritatem aliquam de illa re assequendam, leuissimis coniecturis, & argumentis infirmissimis, & probab libus, hoc enim ita esse sæpissime experimur. quod si hoc ita fuerit cum scientia per verã rei caussam progrediatur, opinio vero per argumenta probabilia & infirma, quod rogo impedimentum erit, ne hæc duo simul in diuersis hominibus de re vna, & eadem esse queant.

2. Conclus. Secunda conclusio. In vno & eodem respectu vnius, atque eiusdem conclusionis simul & in eodem tempore, impossibile est dari scientiam & opinionem secundum actum, ita vt impossibile sit, aliquem hominem simul, & eodem tempore opinari, & scire eandem conclusionem, expendamus singulas particulas, antequam ostendamus conclusionem, dixmus in prim s in vno, & eodem, quia in diuersis hominibus, bene possunt esse simul de eadem concl vt diximus in superiori assertione.

Obseruatio. Diximus deinde respectu vnius atque eiusdem conclusionis, quia diuersarum conclusionum bene possunt esse simul in eodem homine scientia, & opinio, potest enim aliquis scire cœlum esse sphericæ figuræ, & opinari esse illud ex se, suapteque natura incorruptibile, diximus tandem simul, & in eodem tempore, quia in diuersis temporibus poterit quis de vna, & eadem conclusione habere opinionem, & scientiam, si in vno tantum fuerit nactus ad illam intelligendam argumentum probabile, & in alio medium necessarium, quod igitur assemus est in vno, & eodem, respectu eiusdem, & in eodem tempore fieri non posse vt sint actus scientiæ, & opinionis. Quæ profecto conclusio nisi quis lippis oculis Aristotel. legerit est apertissima illius sententia, in cap. 26. proposita, in quo loco tria tradit d scrimina, inter scientiam, & opinionem interuenietia, ex quibus illa duo non posse esse simul in eodem respectu eiusdem apertissime confirmat, ne tamen sola illius auctoritate in hac re commouearmur confirmatur efficacissimis argumentis conclusio.

Ad 1. arg. Primum: Quæ pugnant ex parte subiecti simul in illo reperiri nequaquam possunt, quia accessus vnius ad subiectum, debet esse alterius recessus, qua ratione mors, & vita, lux & caligo inter se pugnant, ac proinde non possunt esse simul in eodem subiecto, sed adueniente morte perit vita, & accedente luce dissipatur caligo, sed scientia, & opinio pugnant inter se ex parte subiecti, quia scientia est euidens, & clara cognitio intellectus, opinio vero est obscura, & ineuidens eiusdem ergo scientia, & opinio, non poterunt esse in eodem, simul, respectu eiusdem.

Secundum: Impossibile est duas contradicentes posse dari simul veras, sed si scientia, & opinio in eodem, respectu eiusdem possent esse simul, darentur duæ contradicentes simul, veræ, non igitur hæc duo respectu eiusdem in eodem simul esse poterunt, maior est perspicua, minorem ita cõfirmo, hæ duæ sunt contradicentes cognitio euidens eiusdem cõclusionis, & non euidens cognitio, sed si scientia & opinio possent esse

sent esse simul de eadem conclusione, hæ diæ essent simul veræ, quia opinio est ineuidens cognitio, scientia vero est euidens: ergo si scientia & opinio possent esse simul respectu eiusdem conclusionis, duę contradicentes essent simul veræ.

3. Arg. Tertium. Impossibile est aliquem simul iudicare rem aliquam aliter se habere non posse & iudicare rem eandem aliter se posse habere, nam hæc duo iudicia inter se pugnant omnino, & quamuis quis pertinax ore hoc diffiteatur, nullus tamen rationis compos, si mentem consulat, poterit illud diffiteri, sed per scientiam iudicamus, rem aliter nullo modo se habere posse, per opinionem vero posse sc aliter habere: ergo fieri nulla ratione poterit, vt scientia, & opinio sint simul in eodem respectu vnius, atq; eiusdem rei.

3. conclus. Tertia conclusio. Neque secundum habitum possunt scientia & opinio simul in eodem respectu eiusdem conclusionis reperiri. Confirmatur primo hæc concl. aduersus Durandum, & alios contrarium asserentes, quia quæ est ratio actus ad actum, eadem est habitus ad habitum, sed actus scientiæ, & opinionis non possunt esse simul in eodem subiecto respectu eiusdem: ergo neque habitus simul esse poterunt.

2. Arg. Secundo Contraria, quæ pugnant ex parte subi. cti, non possunt esse simul in illo, sed habitus scientiæ & opinionis contrariantur ex parte sub ecti: ergo non poterunt esse simul in il o, maior est perspicua, confirmatur mino: primo: Quia repugnantia habituum ex actibus est hauienda, sed actus scientiæ & opinionis contrariantur ex parte subiecti, ergo & habitus etiam ex parte i.lius erunt contrarii: Secundo, quia habitus clarus, & euidens contrariatur habitui obscuro, & ineuidenti, at scientia est habitus clarus. & euidens, opinio vero obscurus, & ineuidens, quare ex parte subiecti contrariabuntur.

4. conclus. Quarta conclusio. Scientia & fides neque secundum actum, neque secundum habitum possunt esse simul in eodem subiecto. de re vna & eadem: verum cum sit duplex fides, vna humana, & altera diuina, vel vna, quæ innititur auctoritati humanæ, & altera reuelationi diuinæ, de humana non posse esse simul cum scientia, ex his, quę de opinione diximus, apertum fieri potest & manif.stum, nam iam supra docuimus, fidem & opinionem esse rem vnam, & eandem, tantumque differre tanquam perfectum, & imperfectum intra eandem speciem. De diuina vero non posse esse simul cum scientia aduersus multos Theologos, vt Alexandrum 3. p q. 79. membro 3. Altisiodorens. 1. libro suæ Theologiæ, tractat. 3. cap. 1. quæst. 4. D. Bonauentur. in 3. distinct. 24. artic. 2 quæst. 3. Gabriel in ead. distinct. quæst. vnica. art 2. Durand & Argent. vbi supra, profitemur cum D. Thom. vbique, 2. 2. quæst 1. art. 5. de veritat. quæst. art 9. & in 3. distinct. 24. quæst. 1. art. 2. quæst. 2. ad 3. Capreol. in 3. distinct. 35. quæst. vnica. conclus. 2. Ferrar. 1. contra gent. cap. 8 Cajetan. & reliquis interpretibus D. Thom. in loco notato ex 2 2. Cæterum cum ad fidem quædam expectent per se vt sunt illa, quæ non alio quam supernaturali lumine possunt attingi, vt v g Deum esse trinum, & vnum: esse incarnatum, &c. & alia per accidens, vt alia, quæ lumine naturali possunt cognosci: verum quia non omnes possunt demonstrationes philosophicas ad illa cognoscenda comprehendere, fit vt etiam à nobis illa cognoscuntur per fidem, vt Deum esse, esse vnum, esse gubernatorem, quemadmodum D. Tho. 1. p q 32. art 4. 1. Cont. Gent cap 4. alibique sæpissime animaduertit. De his quæ spectant per se ad fidem, non posse esse scientiam confirmatur: Quia, quæ sunt scita lumine naturali cognoscuntur, at quæ hoc modo spectant ad fidem solo lumine supernaturali, per reuelationem possunt cognosci, iuxta illud Matth. 11 Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. & Matth. 16. inquit Dominus Petro (post egregiam illam fidei professionem, *Tu es Christus filii Dei viui.*) Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & sanguis, id est, ratio naturalis, non reuelauit tibi, ergo scientia & fides non poterunt esse simul de re vna, & eadem.

Opinio quorundam. Opin. D. Th. verior. Confirm. 1. Confirm. 2.

Præterea de aliis, quæ per accidens spectant ad fidem, non posse ipsam esse simul cum scientia de re vna & eadem, confirmatur: Quia impossibile est, euidentem & ineuidentem cognitionem esse simul in eodem, respectu eiusdem, sed de ratione fidei est ineuidentia, scientiæ vero euidentia ergo impossib le erit, scientiam, & fidem esse in eodem respectu eiusdem. Illud tamen diffiteudum non est quoad certitudinem

Universidad de Deusto
Biblioteca

de conclusione scita per philosophiam, remanere fidem: quia maiori certitudine festimur nos catholici in hanc conclusionem: Deus est, vel Deus est vnus, quam feratur quispiam gentilis philosophus, at quia de ratione fidei non tantum est certitudo, verum etiam ineuidentia, hæc conclusio non erit simpliciter & absolute fidei, sed vel in animi præparatione, quia habemus animum paratum, vt quamuis nullæ rationes philosophicæ sese nobis offerent, illam certissimam & verissimam esse crederemus, vel respectu hominum simplicium, & imperitorum, qui non possunt probe philosophicas demonstrationes nouisse. Hæc tamen ne dialecticos limites trangrediamur, sufficit breuiter attigisse. De quibus consulendi erunt Theologi 2. 2. q. 1. art. 5.

Ad 1. arg. Satisfaciamus iam argumentis, quæ in initio proposuimus. Ad primum respondemus, argumentationem probabilem posse vel antecedere, vel subsequi in eodem subiecto demonstrationem, quæ est circa eandem conclusionem: si antecedat, certum est illam generare opinionem illius conclusionis at aduenientе demonstratione, illico à subiecto illa euanescit: si vero subsequatur, nihil generabit in intellectu, idque non ob defectum medii probabilis, quod ex se suapteque natura natum est generare opinionem, sed ob incapacitatem subiecti, quia nimirum non est dispositum, vt in eo opinio illius conclusionis generetur: nam qui habet demonstrationem alicuius conclusionis, eiusque scientiam est assequutus, retinet dispositiones omnino contrarias (media scilicet necessaria) his, quæ sunt necessariæ ad generandum in illo opinionem: debet etenim generati per media probabilia, quæ cum aliis necessariis pugnant omnino: cognoscit igitur, qui post partam demonstrationem ad aliquam conclusionem vtitur argumentis probabilibus, magis extensiue eandem, quia pluribus mediis illam cognoscit, non tamen intensiue, quia neque firmius, neque constantius illi adhærebit, propter argumenta probabilia, cum illa nullam firmitatem nata sint tribuere intellectui.

Ad 2. Ad secundum respondemus cum Caietano, in huiusmodi homine tantum per medium necessarium, quod existimatur esse necessarium, generari scientiam, per aliud vero medium probabile, quod tamen sciens putat esse necessarium, nulla scientia generabitur, sed error quidam prauæ affectionis, quia sumit medium probabile, existimans illud esse necessarium, quod est certe error.

Ad 3. 1. Solut. Ad tertium respondemus, inprimis, falsum esse, scientiam & opinionem habere se tanquam lumen maius, & minus, sed se habent tanquam lumen, & tenebræ, splendor & caligo: ac proinde quemadmodum aduenientе splendore dissipatur caligo, & aduenientе lumine solis fugantur tenebræ ita etiã aduenientе demonstratione, tanquam apertissimo lumine statim opinio (quæ caliginis, & tenebrarum naturam præ se ferre videtur) euanescit.

2. Solut. Vel respondere possumus, scientiam, & opinionem ratione contrarietatis non se ita habere, vt se habent lumen maius & minus, quia hæc duo lumina tantum inter se pugnant ratione causæ, eo quod progrediantur à duabus speciebus differentibus, vt lumen solis, à sole, & lucernæ, à lucerna, quæ corpora specie differunt: cæterum scientia, & opinio pugnant ex parte subiecti, tanquam clarum, & obscurum, euidens, & ineuidens, ac proinde, cum ea quæ pugnant ex parte subiecti nullo modo possunt esse simul in illo, vt in quæstione docuimus, propterea hæc duo non poterunt esse simul.

Ad 4. quorundam 1. Solut. Ad quartum respondent quidam, duplicem esse rationem formalem, sub qua alicuius habitus, vnam ex parte rei, & alteram ex parte intellectus, quamuis igitur negatio non possit expectare ad rationem formalem alicuius habitus ex parte rei, bene tamen potest expectare ad rationem eiusdem ex parte intellectus. Primoque in habitibus naturalibus hoc esse verum experimur, nam de ratione habitus Metaphys. ex parte intellectus est immaterialitas, quæ est negatio omnis materiei. Secundo, id ipsum in illis habitibus supernaturalibus possumus explicare, constat enim in fide, non visum esse rationem formalem illius ex parte credentis, quod solam negationem visi significat, & non habitum spectare ad rationem spei, quod itidem solam negationem habiti exprimit, ac declarat: quare cum ineuidentia spectet ad rationem formalem opinionis, ex parte opinantis, & intelligentis, quia qui opinatur, est ita dispositus, vt non possit rem ipsam claro, &

aperto

aperto vultu conspicere, propterea quamuis sit negatio euidentiæ, poterit ad rationem formalem opinionis spectare: hæc solutio petita est ex Cardinali Caietano 2. 2. q. 18. articul. 2. Fortassis tamen possemus respondere, admittentes, ineuidentiam esse negationem euidentiæ, negantes tamen, ipsam esse de ratione opinionis, sed conditionem quandam omnino requisitam, quemadmodum non visum in fide, tantum est conditio ad illam requisita, nam ratio formalis est veritas prima sub ratione reuelantis immediate, verum quia hæc reuelatio, quandiu sumus viatores, non potest esse clara, & perspicua, requiritur hæc conditio, vt sit obscura, & ineuidens: eadem ratione ratio formalis opinionis est veritas contingens, quæ per argumenta probabilia comparatur, verum quia hæc sunt infirma, & quæ nequeunt nobis rem ipsam aperte proponere: consequens est, vt sit opinio obscura & ineuidens, tanquam conditio ad illius naturam generandam, & conseruandam omnino necessaria.

Ad 5. Ad quintum satis luculenter satisfecimus in vltima conclusione, in qua diximus, illarum conclusionum, Deus est, vel est vnus, vel est gubernator, non esse fidem simpliciter, & absolute, sed vel in animi præparatione, respectu omnium, vel respectu tantum plebis imperitæ, quæ non potest probe demonstrationes philosophicas ad has veritates intelligendas tenere: erunt igitur illæ cognitæ simpliciter & absolute per philosophiam, scitæ quamuis ratione certitudinis ab habitu fidei prodire videantur, certiores enim nos sumus philosophi catholici de his veritatibus naturalibus, quam alii philosophi infideles.

Ad confirm. Ad confirmationem vero dicimus, rationem formalem scientiæ, & fidei, absolute non pugnare inter se, vt pugnat calidum & frigidum, pugnare tamen maxime ex parte subiecti, quia ratio formalis scientiæ generat euidentiam in intellectu, fidei vero obscuritatem & ineuidentiam, nam est auctoritas dicentis, quæ nullam claritatem est nata conferre, at quantum hæc duo inter se pugnent ex parte subiecti, millies fuit à nobis in hac quæstione repetitum.

Ad 6. Ad vltimum respondemus, D. Thomam non docere, aduenientе demonstratione, vel scientia ab ea genita, remanere opinionem, sed cognitionem partam per argumenta probabilia, vnde cum in hac cognitione duo reperiantur, & cognitio conclusionis, quæ est sibi cum scientia communis, & formido, ac ineuidentia, in quibus à scientia differt, aduenientе scientia remanet cognitio, quia in hac non pugnat cum illa, & hoc est, quod docet D. Thomas formido & ineuidentia illico à certitudine & claritate scientiæ tanquam à contrario dissipantur. Hæc igitur de toto primo libro de posteriori analysi, & resolutione dicta fuerint sat s.

COMMEN-

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENTARIA IN SECVNDVM LIBRVM DE POsteriori Analysi, vel de Demonstratione.

EODEM F. DIDACO MASIO ORDINIS Prædicatorum auctore.

DE INSTITVTO OPERIS.

1. Opin. QVODNAM sit institutum Aristot. in hoc opere, dubium est apud interpretes, nam Theophrastus, Alexander, Auerroes, Iconiens. Baldouinus & multi ex recentioribus putant, institutum esse agere de diffinitione. Etenim cum sint duo modo sciendi, diffinitio, & demonstratio, sitque de demonstratione satis superque in superiori libro disputatum, æquum erat vt in hoc secundo de altero modo sciendi disputaretur. Alii, vt Simplicius, Philoponus, Eustratius, & quamplures ex Neotericis putant, institutum esse agere de medio demonstrationis, hoc autem cum sit diffinitio, agit Arist. de diffinitione. Enimuero cum non tantum necessarium sit nouisse structuram demonstrationis, sed medium, quod ad illam construendam est necessarium, sitque medium diffinitio subiecti, vel proprietatis, oportuit vt de diffinitione in hoc secundo libro, postquam de structura satis superque fuit in primo disputatum,

2. Opin. continuus sermo haberetur. Cæterum D. Thomas ab hac opinione parum recedens existimat, non tantum de medio verum etiam de principiis tam simplicibus, quam coniunctis in hoc loco ab Arist. disputari: de simplicibus, vt de diffinitione, & de coniunctis vt de axiomatibus, de quibus in postremo cap. huius libri tractationem suscepit Arist. Ex his opinionibus duæ posteriores retineri poterunt, tanquam nostro iudicio, magisque menti Arist. accommodatæ, nam prima reiecta est à nobis in prolegomenis huius operis, quæst. 2. 1 lib. Tum quia Arist. non agit in hoc opere de diffinitione propter se ipsam, sed propter demonstrationem, vt scilicet ipsam ingrediatur, at diffinitio, vt est in demonstratione, non est modus sciendi ab ipsa separatus: tum etiam quia diffinitio solo situ & positione differt à demonstratione, vt Arist. cap. 7. 1. lib. docuerat, quare non erit, vt in hoc opere de illa suscipitur disputatio, modus sciendi à demonstratione omnino distinctus & separatus. 3. Opin.

CAPVT I.

Quatuor esse genera quæstionum.

QVæstionum tot sunt, quot rerum, quæ sciuntur, genera. Quatuor autem generibus continentur omnes quæstiones: An ita sit, cur ita sit, sit nec ne, & quid sit. Cum enim quærimus, sitne hoc an illud, non in verbo simplici, sed coniuncto iam aliquo verborum numero, vbi gratia, an sol deficiat, an non, tum sit quæstio, an ita sit: quam tum, quale sit, tum quæstionem consecutionis appellare latine possumus. Quod autem sic res habeat, argumento est, quod statim vbi inuenimus deficere solem, conquiescimus: & si ab initio sciremus deficere solem, non quærere

mus, an ita sit. Postquam autem quod ita sit, cognouimus, proximum est, vt quamobrem ita sit, inuestigemus. At postquam scimus aut solem deficere, aut terræmotum fieri, tum deinde quærimus, quam ob causam deficiat, & quæ sit terræmotus causa. Atque illa quidem quæstionei huiusmodi sunt. Aliæ autem sunt, in quibus quærendi ratio est diuersa: Veluti sint nec ne Centauri, aut Dij? Hic autem cum quæritur, sitne ne in verbo simplici quæstionem accipi volo, non autem coniuncte, sitne album quispiam, an non. Postquam autem esse rem nobis compertum est, illud proxime sequitur, vt quæratur, quid sit. Verbi causa, quid Deus sit, aut quid sit homo. Quæstionum igitur, & rerum, quæ per quæstionem inueniuntur, ac percipiuntur, genera tot & talia sunt, quot & qualia diximus.

COMMENTARIA.

Confir. quatuor esse quæstiones. CONfirmaturus Arist. omnem quæstionem esse alicuius medii, inprimis de numero quæstionum, & genere disputat in hoc capite inquitque quatuor esse genera quæstionum an sit, quid sit an hoc illud sit, & cur hoc illud sit.

Quæstionum tot sunt, &c. Hunc numerum in hunc modum confirmat Aristoteles. Tot sunt genera quæstionum, quot sunt res, quæ possunt sciri. sed quatuor modis possunt aliqua sciri, vt an sit, quemadmodum, an sit Deus, vel homo, quid sit, vt an sit homo animal particeps rationis, an hoc illud sit, vt an sit homo particeps risus, & cur hoc sit, vt cur homo sit animal particeps risus. ergo quatuor hæc erunt genera quæstionum.

Diuis. quæst. *Cum enim quærimus, &c.* Has quæstiones diuidit in simplices, & compositas. compositæ sunt, an hoc illud sit, & cur hoc illud sit, cum enim quærimus, an hoc illud sit, vt an luna patiatur eclipsin, est quæstio composita, quia quærimus, num hoc attributum, quod est pati eclipsin, lunæ conueniat, hanc proxime sequitur altera, cur hoc illud sit, postquam enim de luna illud attributum quæsiuimus, nondum quiescimus, sed vlterius progredimur, & quærimus, ob quam causam illa patiatur eclipsin quæ inuenta statim intellectus noster conquiescit.

Aliæ autem sunt, &c. Præterea ex his quæstionibus duæ aliæ sunt simplices, in quibus vel existentiam, vel essentiam rei inuestigamus, sunt autem, an sit, & quid sit, in prima, an sit, quærimus simplicem rei existentiam, vt an sit Deus, vel Centauri, in secunda vero, quid sit, naturam & essentiam rei inuestigamus, vt quando rogamus, quid sit Deus Ex his, an sit, primum sibi vendicat locum, nam prius est inuestigare, num res existat, & deinde, quid illa sit, quia, quæ non existunt, neque essentiam, neque naturam possunt vlla ratione obtinere Nonnulla circa has quæstiones, & numerum earum se offerebant hoc loco expl canda, quæ in disputatione de his, quę ab Arist. in hoc lib. tradita fuerunt, post explicationem textus in illius fine proponenda explicabuntur.

CAPVT II.

Quæstionem omnem esse medii.

CVm autem quæritur, aut ita ne sit, aut simpliciter sit nec ne, tum quæritur, an aliquod medium sit, an minus, quo vtrumque eorum ostendatur. Postquam autem intelligimus ita esse, (id quod in parte aliqua eorum, quæ sunt, cernitur) an: omnino esse in rerum natura (qua quæstione non sit nescs aliquæ hoc aut illud, sed simpliciter sit, nec ne, quæritur) rursus quærimus, aut cur tale sit, aut quid sit, quibus quæstionibus nihil quæritur, nisi quodnam sit ipsum medium. Ego vero, quod supra dixi, quæstiones, an ita sit, & an sit, in parte & simpliciter quærere, sic interpretor, vt sit in aliqua parte quærere, Veluti si an luna deficiat, aut accrescat, quæratur: in huiusmodi enim quæstionibus non an sit omnino, sed an sit hoc aut illud, quæritur. Simpliciter autem est, cum ita quæritur, sit nec ne luna, sitne nox, an non. In omnibus igitur quæstionibus id usuenit, nil aliud inuestigari, quam aut sitne medium, aut quodnam illud sit. Etenim causa & medium idem sunt, in omnib. autem quæritur causa, Veluti cum quæritur, an luna de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficiat. quid quæso aliud inuestigatur, quam sine aliqua defectus causa, an non? Hanc autem postquam esse aliquam cognoscimus, tum quærimus quanam illa sit. Causa enim, per quam res est, non hoc aut illud, sed simpliciter in rerum natura, itemque causa, per quam alicui subiecto conuenit attributum aliquod per se, aut quoddam accidens, vtraque, inquam, causa medium est. Esse autem id simpliciter dico, quod est quasi subiectum quoddam, cuiusmodi est luna, sol, terra, triangulum: esse vero hoc aut illud, est, veluti defi ere, aquale esse in medio esse, aut non esse: in iis enim omnibus perspicuum est, definitionem, qua docet, quid res sit, & causam cur res sit, eandem esse. Exempli causa: Quid est defectio lunæ? est interpositu interiectuque terra facta lunæ obscuratio. Quamobrem defi it luna, quia lumen eius terra interpositu obscuratur. Item, quid est concentus? est apta numerorum in graui & acuto ratio. Quam ob causam conuinunt graue & acutum? eo quod certam quandam numerorum rationem inter se habent. acutum & graue. Postremo, si quaratur, possintne concinere acutum & graue, hoc quæretur, sitne inter has numerorum certa affectio: ac postquam esse quandam intelleximus, tum quanam sit illa ratio & affectio numerorum, quærimus. Quod vero omnia quæstio ad medium pertineat, in iis rebus, quæ sub sensum cadere possunt apertissime constat: in iis enim hac nobis est causa quærendis quoniam medium non videmus. Vt deficiat necne luna, ob id quærimus, quia sensibus id non percipimus. At si supra lumen essemus, tum neutrum quæreremus, neque an deficiat, neque cur deficiat: sed vtrumque nobis statim esset manifestum. Ex sensu enim vniuersi generis conformatio efficeretur. Nam quod hoc tempore sit interposita terra, quia nunc deficere lunam perspicuum sit, hoc est, quod sensus percipit, mox autem ex eo oritur vniuersi generis notio. Quare nosse quid sit, & cur res sit, idem sunt, sicuti diximus: idque tum locum habet in iis, quæ simpliciter ac per se sunt, non alteri insunt, tum in iis, quæ in subiecto semper aliquo insunt: cuius generis sunt habere tres angulos pares duobus rectis: maius esse aut minus. Quod igitur omnes quæstiones ad medii inuentionem pertineant ex iis quæ dicta sunt, perspicuum est.

COMMENTARIA.

CONfirmat Arist. in hoc cap. 3. argum. in omnique, id est in conclus. demonstrat. inuestigandum esse medium. Ex his primum huiusmodi est: *Cum autem.* In omni quæstione vel quærimus, an sit res, vel an hoc illud sit: sed tam in prima, quam in secunda quæstione quærimus medium, in prima namque postulamus medium, quod est natura & essentia, in secunda vero ipsius rei causam inuestigamus: igitur in omni q. erit medium inuestigandum.

Etenim causa, &c. Secundum. In quacunque quæstione quærimus causam inhærentiæ attributi ad subiectum: atqui medium & causa sunt vnum & idem, iam igitur in omni quæstione medium inuestigari oportebit

Quod vero omnis quæstio, &c. Tertium illud in qualibet quæstione rogatur. quo inuento, statim illa cessat: atqui medio adinuento illico cessat quælibet quæstio: igitur in omni quæstione erit medium inuestigandum. Assumptionem ita confirmat. Si esset quæstio, num luna patiatur eclipsin, esset que aliquis supra lunam constitutus, qui aperte intueretur causam huius rei esse interpositionem terræ inter ipsam & solem, mox hæc quæstio cessaret: quippe cum medium esset iam adinuentum, sensuque perceptum.

CAPVT III.

In quo quæstiones quædam proponuntur.

QVomodo autem quid sit res, hoc est rei definitio ostendatur, tum qua ratione in demonstratione locum habeat, deinde quid sit definitio, postremo quæ sint, quæ definitione explicentur, nunc dicendum est. sed prius ista hac disputatio probabiliter ac dubie tractanda. Ac primum quidē sumamus exordium ab ea quæstione, quæ maxime accommodata videtur ad ea, quæ deinceps sequuntur intelligenda, quæ est, an eandem rem, eadē ratione, per definitionē intelligere possimus,

mus, quam per demonstrationem cognoscimus: an omnino id fieri non possit. Etenim definitio, quid sit res quæque declarat: omnia autem quæ quid sit res ostendunt & vniuerse enuntiantur, & non nisi in affirmante proloquio decurrunt. Atqui ratiocinationes sunt etiam negantes, & in parte interdum concludunt. Vt quæ in secunda sunt figura, omnes sunt negantes, quæ in tertia, omnes in parte concludunt. Deinde vero ne omnium quidem affirmationum quæ in prima figura concluduntur, definitio esse potest, veluti huius, triangulum omne habere tres angulos pares duobus rectis. Huius autem rei hac ratio est, quod scire rem, quæ demonstrari potest, est eam rem per demonstrationem cognoscere. Quare si est earum rerum demonstratio, statim efficitur non esse earundem definitionem requirendam: aliquin nos per definitionem eas res sciremus, non per demonstrationem. quandoquidem fieri possit, vt seorsum à demonstratione definitionem percipiamus. Satis porro ad faciendam huius rei fidem valere inductio poterit. Nunquam enim earum rerum, quæ aut per se insunt, aut alteri accidunt, perfectam scientiam quisquam assecutus est per solam definitionem. Iam vero definitio est substantiæ ac naturæ declaratio, illa autem, perspicuum est non esse substantiæ. Quod igitur non possit, in quam rem cadit demonstratio, etiam definitio cadere, dictum est. Sequitur nunc alia quæstio: An in quamcunque rem cadat definitio, possit etiam cadere demonstratio, an potius id fieri non possit? Ac huius quidem rei hæc vna ratio est, quod vnius rei hoc ipso quod vna sit, vna est scientia. Quare si scire rem, quæ demonstratione confirmari potest, est per demonstrationem rei assequi cognitionem, hic rursus idem incommodum efficietur. Nam qui rei definitionem tenebit, citra demonstrationem rem sciet, quæ demonstratione probari potest. Deinde principia demonstrationum sunt definitiones, illorum autem nullam esse demonstrationem supra demonstratum est. Aut enim dicendum est, demonstratione confirmari principia, & principiorum alia rursus esse principia, atque ita nos in infinitum posse regredi, aut fatendum, prima cuiusque artis initia esse definitiones, quæ citra vllam demonstrationem intelligantur. Sed quoniam non potest omnis res pariter sub vtrumque cadere, nunquid in quibusdam rebus id euenire potest, vt pariter in eas cadant definitio, & demonstratio? An potius ne id quidem fieri potest? Ad quam enim rem definitiones adhibentur, ad eam demonstrationes non conferuntur: siquidem omnis definitio eo pertinet, vt quid res sit, atque essentiam declaret, demonstrationes autem omnes non quid res sit concludunt, sed ante demonstrationem id positum, ac perceptum esse debet. Sicut in Mathematicis videmus, statim initio accipi, quid sit vnitas, quid impar, & huius generis alia. Iam vero quod sub demonstrationem cadit, propositio est, in qua alterum de altero dicitur: eorum autem, quæ in definitione continentur, nunquam alterum de altero enuntiatur. Verbi causa, nec animal de bipede, nec vicissim bipes de animali enuntiatur. Item figura de plano non dicitur: quandoquidem nec planum figuram esse, nec figuram planum ipsum esse verum sit. Præterea aliud est quid sit, aliud quod res sit. ostendere: definitio autem, quid res sit, declarat, demonstratio vero semper vnum alteri conuenire, aut non conuenire ostendit. Et vt res sunt affectæ, ita semper est alia atq; alia demonstratio, nisi alterum sit affectum ad alterum, vt pars quædam ad totum. Ergo vero hæc partis ad totum affectionem sic interpretor: exempli causa: postquam ostensum est, omne triangulum habere tres angulos pares duobus rectis, non aliare quiritur demonstratio, quam id isosceli conuenire ostendatur, eo quod hæc pars est illius totum. At qui non sic affecta sunt inter se ista duo, quid sit, & quod sit, nec vnum pars est alterius. Perspicuum igitur est, nec omne, quod definitur, posse demonstrari, nec contra omne, quod demonstratur, posse definiri. Vnde fit, vt in rem eandē nunquam vtraque cadere possint. Ex quo planum est, nec definitionem, & demonstrationem medium esse, nec alterum in altero, quasi partem in toto contineri, quandoquidem necesse esset, si illo modo affecta essent inter se definitio & demonstratio, vt etiam res illis subiecta eodem se modo respicerent. Atq; illa quidem quæstiones hactenus satis agitatæ sunt.

COMMENTARIA.

1. quæst. NOnnullas quæstiones exagitat in hoc capite Arist. Primam hisce verbis proponit: *Ac primum quidē sumamus exordium.* Daturne eorum omnium diffinitio, de quibus habetur demonstratio? Huic respond. non dari. Id autem quatuor optimis argumentis confirmat. Demonstrationes possunt esse negantes, vt quæ ad normam secundæ figuræ efficiuntur, vel particulares, vt de demonstrationibus iuxta

Universidad de Deusto
Biblioteca

tertiam figuram constitutis, est compertum: at diffinitiones ex alientibus duntaxat ac vniuersis constitui possunt: non igitur omnium, quorum est demonstratio erit etiam diffinitio. Secundum. Si, quorum dantur demonstrationes, darentur etiam diffinitiones, sequeretur, conclusionē posse definiri: hoc autem est omnino falsum: cum enim conclusio sit res composita, diffiniri non poterit, igitur, &c. Tertium. Earum rerum dantur demonstrationes, quæ aut per se insunt, aut alteri euenient, sed nequeunt dari earundem rerum diffinitiones, ergo. Quartum. Demonstrationes accidentia alicui inesse declarant: atqui diffinitiones solam rei naturam exprimunt: non igitur omnium, quorum est diffinitio, est etiam demonstratio.

2. quæst. *Sequitur nunc, &c.* Secunda quæstio est, num illud, quod diffinitur, possit per demonstrationem sciri. Respond. non posse dari demonstrationes eorō omnium, quorum sunt definitiones. Id duobus argumentis demonstrat. Primum. Si quorum dantur definitiones, darentur etiam demonstrationes, fieret, posse aliquid absque demonstratione sciri: hoc autem est falsum, nam quæ sciuntur, per solam demonstrationem sciuntur, ergo non quicquid sub definitione cadit, cadet quoq; sub demonstrationem. Secundum. Diffinitiones sunt principia demonstrationum: atqui nulla demonstratio est principium demonstrationis, ergo.

3. quæst. *Sed quoniam, &c.* Tertia quæstio est, an eiusdem rei sint diffinitiones ac demonstrationes. Respond. fieri non posse, vt alicuius rei saltim in particulari dentur diffinitiones, ac demonstrationes. Hoc triplici argumento ostendit. Primum. Diffinitio explicat, quid res sit: at demonstratio non explicat, quid res sit, hoc enim ante illam est præno'cendum, vt lib. 1. cap. 1. diximus, ergo non eiusdem rei in particulari diffinitio simul, ac demonstratio dabitur. Secundum. Quod cadit sub demonstrationem, est propositio: sed diffinitio non est propositio, ergo. Tertium. Diffinitio explicat, quid res sit: at demonstratio solum declarat rem esse, ergo, &c.

Obser. *Et vt res, &c.* Animaduertit tamen Aristoteles in præsentis capitis calce, diuersis rebus confirmandis diuersas etiam debere adhiberi demonstrationes, nisi tales res illæ extiterint, quod vna sub altera sit contenta, ad eum modum, quo pars sub toto continetur: nam tunc temporis per eandem demonstrationem concludemus idem attributum de vtroque, vt per eandem demonstrationem & triangulum, & isosceles tres angulos habere, peterimus confirmare.

CAPVT IV.

Non posse diffinitionem de diffinito per aliam diffinitionem concludi.

NVnc sequitur, vt quæramus, An quid sit res, possit ratiocinatione, adeoque demonstratione concludi: an potius quemadmodum ha, quæ paulo ante posita sunt, rationes ostendebant, id fieri omnino non possit. Omnis enim ratiocinatio, vnum alteri conuenire, per medium ostendit. Omnis autem definitio est rei, qua definitur propria, & in quæstione, qua quæritur, quid res sit, dicitur. Ea vero, quæ huius generis sunt, necesse est omnia vicissim conuertere. Nam si a extremum maius, proprium est minori c, necesse est, & vt etiam sit idem a proprium medio b, itemque b proprium ipsi c, atque ita vicissim omnia reciprocentur. Atqui si ita conueniat a ipsi b, vt sit eius definitio, itemque b ipsi c, & vt etiam definitio sit, necesse erit a ipsi c ita conuenire, vt quid sit, declaret. Quod si sumerentur propositiones citra illam geminationem, id non posset concludi, a ita inesse ipsi c, vt in quæstione, quid est, dicatur. Sed nec si propositio, omne b est a, illam adiectionem, & vt definitio, habeat: in assumptione autem, omne est b, omittatur. At si in sumptionibus vtrisque sumatur illa adiectio, & vt definitio, iam igitur in ipsa assumptione acceptum erit b, definitionem esse ipsius c. Itaque si vtraque sumptione accipiatur definitio, & quid res sit ostendens oratio, iam ante conclusionem in ipso medio definitio, qua quærebatur, accepta erit. Ac, vt pauca absolutum, ponamus, verbi gratia, demonstrari posse, quid homo sit, atque esto

homo, a autem definitio, animal bipes, aut alia quauis. Vt igitur id tandem ratiocinatione concludatur, necesse est in omni b inesse a, medium autem verbum est alia quædam definitio, quare etiam illa quid homo sit indicabit, in assumptione igitur, id ipsum quod demonstrandum erat, accipitur, b enim est hominis definitio. Sed vt id apertissime fieri videatur quod dico, sumēdæ sunt duæ propositiones prima & immediata. Qui igitur ex eo volunt ostendere, quid anima sit, aut quid homo, quod reciprocari inter se duas quasdam orationes conspiciunt, ad ipsum quod à principio quærebatur, ad probandum accipiunt. Exempli caussa, si quis ostendere velit animum esse id quod sibi ipsum vita est caussa, ex eo quod est numerus se ipsum mouens prius quam id efficiat quod vult, necesse est vt ante postulet, animo ita conuenire numerum seipsum mouentem, vt cum animo idem sit atque ita idem, vt definitio sit. Neque enim si quoquo modo conueniat a ipsi b, & b ipsi c, ad extremum efficietur, a ita conuenire ipsi c, vt eius definitio sit, sed id modo concluditur, verum esse, omne c esse a. Sed nec conclusio huiusmodi efficietur, etiamsi in omni b ita esse a, vt verum sit, b esse id ipsum quod a, in homine enim ita videmus animal dici, vt animal esse homini recte attribuatur, quandoquidem non minus vera sit hoc modo enuntiatio, esse hominē esse animal, quam illo, omnis homo est animal, attamen non ita conuenit animal homini, vt vna eademque res sit homo, atq; animal. Ergo nisi illo quod maxime modo sumptiones accipiantur, nunquam effici poterit, ita conuenire a ipsi c, vt ea sit eius definitio atq; essentia. At si ita sint quales volumus sumptiones, iam antequam, ad conclusionem perueniatur, in assumptione, b esse definitionem ipsius c, acceptum erit. Itaq; non erit illa demonstratio, quandoquidem id ipsum quod ab initio in quæstione positum est, in probando accipitur.

COMMENTARIA.

Propo. 4. hyp. ANtequam Aristot confirmet non posse diffinitionem de re diffinita per aliam diffinitionem concludi quatuor prius hypotheses statuit. Prima est: Omnis ratiocinatio demonstrat per aliquod medium a inquod a tributum alicui conuenire. Secunda: Omnia diffinitio est propria eius rei cuius est diffinitio. Tertia: Omnis diffinitio prædicatur in quid de re diffinita. Vltima: Omnis diffinitio dicitur reciproce de suo diffinito.

Conf. Arist. instit. His constitutis sic suum exequitur Arist. institutum. Si vna definitio demonstraretur de re diffinita per aliam definitionem, committeremus in demonstratione petitionem principii peteremus namque in propositione cōcedi nobis de vna diffinitione, quod postmodum esset nobis de alia definitione in conclusione confirmandum, hoc autem admittendum non est, igitur non poterit diffinitio de re definita per aliam definitionem concludi.

CAPVT V.

Diffinitionem non posse de diffinito per diuisionem demonstrari.

NEque vero illa probandi ratio quæ per diuisiones absoluitur, ad demonstrandum valet, sicuti eo loco diximus, vbi de dissolutione figurarum egimus, quia non ita ex aliis alia confectantur, & conclusionem, quia sunt ante posita sumptiones, esse concludamus. Sed hac via non magis res demonstratur, quam cum inductione aliquid ostenditur. Neq; enim cum res demonstratur, interroganda est, perinde atq; propositiones, ipsa conclusio, neq; ob eam causam rem esse oportet, quia admissum est ita esse, sed ex sumptionibus efficienda est necessario conclusio, etiāsi

Universidad de Deusto
Biblioteca

multu, an paucis id accidere ostendatur? Iam vero tametsi esset hæc ratio concludendi per diuisionem necessaria, tamen ad hanc rem de qua agitur, concludendam non valeret. Primum enim quid vetat totam aliquam orationem vere in homine enuntiari, nec eam tamen esse definitionem, neque omnino quid homo sit indicare? Deinde vero quid in hac probandi ratione prohibet, quominus plus aliquid aut minus accipiam quã necesse est? aut quominus transiliendo explicem essentiam? Verum enim tria hæc quidem vitia in definiendo per diuisionem committi possunt, sed tamen non est difficile illa declinare, modo interdum dum nil accipiatur quod essentiæ attributum non sit: & ducto initio à primo genere deinceps meo ordine quo diuiduntur, omnia sumantur, ita vt interim nil prætermittatur. Quam vero id sit in diuidendo necessarium, facile videbimus, modo id putemus in omni bona diuisione obseruandum esse, vt diuisionis partes vim vniuersam complectantur rei quæ diuiditur, & vt in ea nil minus positum sit. Atqui hæc inter diuidendum necessario obseruanda sunt, quia necesse est omnem definitionem aut vnam quandam naturam speciei indiuiduam, conferri. Sed tamen nulla inest vis necessario concludendi in diuisionibus: sed si qua est in iis vtilitas, in eo est quod alio quodam modo ad explicandam atque illustrandam rem valet, id quod non incommode fieri videtur, quandoquidem eũ qui inductione vtitur, non probare rem necessario, nihilominus tamen illustrare, & alio quodam modo declarare perspiciamus. Qui igitur per diuisiones definitionem colligit, nihil adhibet ex quo rem veluti necessaria conclusione efficiat. Nam quod sumenit in iis conclusionibus, in quibus citra iustam verbi medii collocationẽ ex antecedente colligitur consequens, vt ad extremum quæratur, vnde & quamobrem illa sequatur complexio: illud idem in definitionibus accidit, quæ per diuisionem colliguntur. Verbi caussa, si ostendatur quid homo sit singulis partibus definitionis hoc modo deinceps collectis, animal mortale ingrediens, bipes, pennis carens, vt quæque pars adiiceretur in definitione, ita rogabitur in singulis, vnde & cur illud colligatur. Nam hactenus tantum valet (in quo illi non falluntur) hæc probatio, vt ostendat omnem hominem esse aut mortalem aut immortalem: huiusmodi autem tota oratio, non est diffinitio, quare vt etiam illud positum sit, diuisionem habere vim aliquam probandi, hanc tamen esse rei definitionem non potest necessario concludere.

COMMENTARIA.

TRibus argumentis confirmat Arist. definitionem de re diffinita per diuisionẽ demonstrari minime posse. Primum argum. sic se habet.

1. Argum. *Neque vero illa, &c.* Quamuis diuisio sit maxime vtilis ad indagandas diffinitiones, nequit tamen per eam definitio de re diffinita concludi, quod ita poterit constare. In demonstratione semper sequitur conclusio ex vi præmissarum, non autem ex iis quæ accipiuntur tanquam concessa, atqui per diuisionem ita progredimur, vt aliqua cõcessa accipiantur vt est apertũ, ergo.

2. Argum. *Primum enim quid vetat, &c.* Secundum: Si definitio demonstraretur beneficio diuisionis de diffinito, constitueretur certe per illam inesse definitionis, atqui hoc asserere est falsum, multa quippe sunt attributa, quæ conueniunt subiecto, cum tamen non sint de definitione, ergo.

3. Argum. *Deinde vero, &c.* Tertium: Fieri potest vt in diuisione sumantur plures aut pauciores partes quam desiderentur ad definitionem, non ergo erit diuisio medium ad concludendam diffinitionem accommodatũ. Quod si hæc vitia fugiuntur vt in diuisione solum sumantur, quæ necessaria sunt ad rem definiendam, quod fit quando progredimur à genere supremo vsque ad vltimam differentiam nullo ex intermedijs prætermisso, nondum erit diuisio accommodatum medium ad demonstrandam diffinitionem, quia non sequetur conclusio ex vi præmissarum sed ex ijs quæ per diuisionem sunt concessa.

CAP.

CAPVT VI.

Non posse demonstrari diffinitionem de definito neque per diffinitionem definitionis, neq; per diffinitionem contrarij.

SEd nunquid potest, quid res sit atq; essẽtia, ita demonstrari, vt ante subiiciatur illa propositio: illa oratio rei essentiã continet, quæ est propria alicuius rei, & constat iis verbis quæ ad ostẽdendum quid res sit valent? Atqui hæc sola sunt, quæ quid sit hæc res ostendũt, & tota oratio propria est. Ex iis nanq; ita recte cõcludi potest, hæc igitur oratio quid res sit indicat? An etiam in hac probatione id ipsum quod in quæst. est, videlicet, quid sit res, in sumptionib. accipitur? Necesse vero vt recte demonstretur, aliud quoddam medium adhibere. Iã vero quemadmodũ quoties ratiocinationes aliquid concludimus, nõ sum⁹ unquid sit ratiocinatio, quandoquidem est ita semper affecta vnaquæq; propositio, ex qua constat ratiocinatio, ad alteram, vt illã veluti totũ, aut veluti illius pars quædam respiciat. Ita in hac quid res sit ostenditur probatione, non debet quid sit ipsa definitio accipi, sed seorsum à sumptionibus seponenda est ratiocinationis definitio, quæ tum secuerit, cum erit cõtrouersia, an aliqua iam ante facta argumentatio sit ratiocinatio, nemo nostrum nisi occurrere licebit, vt ostẽdamus esse ratiocinationem, quia talis sit argumentatio, cui ratiocinationis definitio conueniat. Simili modo postquam esset probata aliquid ratiocinatione diffinitio, si quis ambigeret essetne illa definitio an nõ, tum locus esset definitionis definitionis qua ostenderetur hanc esse diffinitionem, quia talis oratio sit, qualem esse definitionem positum est. Itaque necesse est, vt ratiocinatio sit citra diffinitionem ratiocinationis, ita quid res sit ostendere non adhibita diffinitione diffinitionis. Ac vitium quidẽ idem committitur, si ex conditione hunc in modum quid res sit ostendatur. Si est bonum malo contrarium & indiuiduum diuiduo, sit autem malitæ essentia diuiduum esse, erit etiam boni natura indiuiduum esse, atqui bonum malo, & diuiduum indiuiduo aduersatur, esto, mali natura diuiduum esse, est igitur boni natura atq; essẽtia indiuiduum esse. Nam hic quoque definitio, quæ idipsum est quod quæritur, in sumptionibus accipitur. At enim, inquies hic quidem ad probãdum quid res sit, accipitur definitio, sed diuersa ab ea quæ ostenditur, esto. At in demonstrationib. non modo id ex quo aliud probatur, non debet esse idẽ, sed etiã tale, quale non sit eiusdã rationis, cũ eo quod probatur, quodq; non possit vicissim recte ex illo demonstrari. Cõmunis porro ratio est aduersus vtrosq; eos inquã qui diuisione, & qui hoc de quo loquitur, syllogismo, definitionẽ demõstrare conãtur: Cur potius erit citra coniunctiõnẽ expressa hæc oratio, homo est animal bipes terrenũ, definitio hominis, quã illa, animal & bipes? Nihil nanq; sumptionib. harũ probationum sumitur, vnde necesse sit, & singulis diffinitionis partibus vnum attributum fieri, non magis quam quomodo idem homo est musicus & grammaticus.

COMMENTARIA.

Non posse definit. de re definita conclu. PRimam partem propositam in titulo, scilicet non posse diffini demonstrati de re diffinita per diffinitionem diffinitionis confirmat Arist. ad hunc modum. Si posset demonstrati petereretur principium, si enim demonstremus hominem esse animal capax rationis ex eo quia hæc oratio est diffinitio hominis, accipitur tanquam certum hanc orationem explicare hominis naturam, quod est dicere esse hominis diffinitionem, hoc autem est petere principium. Præterea quia perperam præsupponimus ac inquirimus quid sit diffinitio ad illam concludendã, quia hoc si negetur, aperiedũ non est, vt explicari nõ debeat esse aliquam ratiocinationem nisi hoc negetur.

Confirm. 2. Pars. *Ac vitium quidem &c.* Secundum partem, scilicet neque per diffinitionem contrarii posse diffinitionem de re diffinita concludi sic confirmat. Nam etiam petereretur principium, nam si demonstramus bonum esse appetibile, aperte petimus principium quia præsupponimus bonum & malũ esse contraria, & contrariorum eandem esse disciplinam, ex quibus sequitur bonum esse appetibile, quod malum non est appetibile, quod est aperte petere principium.

CAP.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT VII.

Diffinitionem minime posse de re diffinita demonstrari.

QVæ igitur demõstrandæ definitionis & natura ratio restabit? Neque enim ex quibusdam positis, ita quid res sit ostendi potest, vt hoc esse necesse sit, quia illa sunt anteposita, esset enim hæc demonstratio. Neque vero ex rerum singularum inductione, quid sit res ita demonstrabitur, vt quoniam rebus singulis omnibus conuenire aliquid perspeximus, in toto genere illud concludamus, quandoquidem inductione non quid sit, sed sit necne res ostendatur. Nunc vero, præter illa duo probandi genera, qua potest esse reliqua ratio? Neque enim sensu, aut digito, quid res sit demonstrari potest. Iam vero quomodo quid homo sit definiendo demonstrari possit necesse enim est vt omnis qui scit quid homo sit, aut aliud quidpiam, quod ipsa res sit cognoscat. Nam quid non est, nemo scire potest quid sit, sed tantum quid aut oratio, aut verbum significet. Veluti quid significet tragelaphus intelligi potest, quia quid sit ipse tragelaphus non potest. Atqui decendo quid sit, quomodo eadem ratione etiam quid res sit doceri potest? aliud enim est diffinitio, aliud demonstratio, vt quid homo sit, aliud est quam sit necne homo. Deinde nihil est præter substantiam, quod per demonstrationem esse non ostendatur, probare autem quippiam esse in rerũ natura, non est rei essentiam atque naturam declarare quia ens genus esse non potest. Demonstratio igitur non definitio erit, qua quod res sit indicabit, quemadmodum etiam in singulis scientiis & sæpenumero videmus. Geometra enim quæsit vnu huius verbi, triangulum statim initio citra probationem accipit, esse autem ipsum triangulum demonstratione ostendit. Quid ergo? nil definiens triangulum aliud demonstrabit quam quid ipsum sit triangulum? Euenire igitur hoc poterit vt quisquam quid res sit intelligat, nec tamen an sit cognoscat, quod fieri omnino non potest. Perspicuum autem est ex iis definiendi modis, qui adhuc obseruantur, non ostendere eos qui definiunt, simul quæ res sit. Quanquam enim proposita sit in medium hæc oratio, quod habet lineas à puncto medio ad extremum ductas inter se pares, nil tamen in se habet cur necesse sit esse rem quæ hac oratione explicatur, curque oporteat id quod oratione hac continetur, esse circulum. Nam quod ad hãc orationem attinet, potest hæc oricalci definitio dici. Definitiones enim neque esse rem quæ definitur, neque quod illa sint huius rei definitiones declarant, sed semper quæstioni cur eorum vtrumque sit, locum relinquunt. Ergo cum necesse sit eum qui quippiam diffinit, aut quid sit res ipsa, aut quid nomen significet demõstrare, si non demonstret quid sit, illud restat vt diffinitione nil ostendatur, quam quæ sit vocabuli cuiusque significatio, quod valde esse absurdũ, multis rationibus ostendi potest. Primum, quia etiam in eas res quæ substantia non sunt, atq; adeo in ea quæ omnino in rerum natura non sunt, diffinitiones cadere possunt, in iis enim quæ non sunt, potest, quæ sit vis ac significatio verbi, ostendi. Deinde quod omnes orationes possint esse diffinitiones. Nam quæ tandem oratio est, cui vnum nomen imponi non possit: Itaque omnis disputatio, omnis sermo, diffinitionibus constabit, & non incommode Ilias Homeri diffinitio appellabitur. Postremo, quia nulla scientia est in qua id demonstratione concludi videatur, quod sit huius nominis illa significatio, neque igitur in ipsis diffinitionibus inerit vis demonstranda huius rei. Atque ex iis quidem quæ hactenus dicta sunt, hæc omnia videntur esse verisimilia, diffinitionem & demonstrationem, neque idem esse, neque in eadem re versari, itemque diffinitionem non habere vim demonstrandi, imo vero declarandæ quidem cuiusdam rei, postremo quid res sit, nec diffinitione, nec demonstratione posse cognosci.

COMMENTARIA.

SIT primum arg. Arist. in hoc cap. ad confirmandum definitionem de re definita demonstrari minime posse.

Neq; vero, &c. Inductione non probamus quid res sit, sed rem esse, atqui beneficio definitionis explicamus quid res sit, distinguetur ergo diffinitio à demonstratione. *x. Argum.*

Præterea: Inductio est rerum particularium: at diffinitio est rerum vniuersarum, per inductionem igitur nõ poterimus vllo modo definitionem de diffinito concludere. Diffinitionem etiam ac demonstrationem distingui inter sese tribus argu. demonstrat.

Primum: diffinitio explicat quid res sit, at demonstratio solum ostendit rem esse ergo distinguentur inter se.

2. Argum. *Atqui docendo, &c.* Secundum: Diuersarũ quæstionum diuersa sunt instrumenta, sed quæstio an est, differt à quæst. quid est, cum ergo prima explicetur per demonstra & secunda per diffinitionem, hæc duo erunt inter se diuersa.

3. Argum. *Deinde, &c.* Tertium: demonstratio explicat rem esse aliquid, atque ita non explicat rei naturam, quam declarat definitio, ergo diffinitio ac demonstratio distinguentur. Neque obstat quod demonstratio declaret rem esse, quia ens cum non sit genus nõ erit par essentiæ, diffinitio vero semper explicat rei naturam.

Ergo cum necesse, &c. Nominis deniq; explicationem non esse definitionem tribus arg. ostendit. Primum: definitio solum est rerum existentium, at nominis explicatio est rerũ non existentiũ, vt tragelaphi, ergo. *1. Argum.*

Deinde, &c. Secundum: Si nominis explicatio esset definitio, omnes orationes quãtumuis etiam lõgæ, essent definitiones, potest enim nomen quauis oratione explicari etiam lõga, hoc autem est omnino falsum: definitio namq; debet esse breuis oratio. *2 Argum.*

Postremo, &c. 3 Si nominis declaratio esset diffi. posset illa velut mediũ demõstr, deseruire, atqui hoc falsum esse experimur, ergo. *3. Argum.*

CAPVT VIII.

Qua ratione vna diffinitio per aliam concludatur.

NVnc vero est aggrediendæ rursus huius rei disputatio, vt videamus, ex iis omnibus quid verum quid non verum sit, tum quid sit definitio, deinde, num quæstio, quid est, demonstratione quodammodo, & definitione absoluatur, an vero id nullo modo fieri possit. Quoniam igitur idem est (vt supra diximus) nosse quid res sit, & causam qua quæstio an sit absoluitur, ratio autem huius quæstionis, an sit, est quia aliqua est per quam res esse ostenditur causa, & quidem causa quæ redditur, aut vna tantum est, ac eadẽ semper causa, aut alia est rursus superior causa, & si est alia causa, vel ex hac illa demonstrari potest, vel non potest: Ergo si est alia causa superior, ex qua demonstratio confici possit, necesse est vt pro verbo medio, illa causa accipiatur, & vt in prima figura concludatur demonstratio, quãdoquidem vniuersa affirmatio est, qua hac probatione ostenditur. Atque ille quidem erit vnus modus, qui hac ratione continetur, probanda vnius diffinitionis per alteram, medium enim ad probandam diffinitionem accommodatum, est diffinitio, & cum demonstratur aliquid quod proprium est, medium etiam proprium esse oportet. Ita ergo statuendum est, ex diffinitionibus eiusdem rei, vnam concludi posse, alteram nõ posse. At genus hoc probationis, non esse demonstrationem ipsius diffinitionis iam ante dictum est, sed id non potest negari, quin sit ratiocinatio logica, ipsius diffinitionis, hoc est probatio ex qua quid res sit, probabili quadam ac tolerabili ratione intelligitur.

COMMENTARIA.

Quadam hypotheses traduntur. EXplicaturus Arist. qua ratione vna diffinitio per aliam concludatur, tres in primis hypotheses præmittit. Prima est: Idem est explicare quid res sit, ac rei causam aperire. Secunda: Causæ quædam sunt externæ, aliæ internæ. Tertia. Ex causis vna est superior, & altera inferior.

Explic. instit. *Ergo si.* Aggreditur iam Arist. institutum suum, atque diffinitionem constantem ex causa inferiori demonstrari posse per aliam, quæ ex superiori causa sit constituta, vt si concluderemus hominem esse animal constans tali corpore, quia constat tali anima quippe anima est superior corpore. Rursus si diffinitiones sint minus accuratæ possumus vnam per aliam demonstrare, vt si probemus in homine irato, feruere sanguinem circa cor, quia appetit vindictam, aut è conuerso.

Ac genus hoc. Obseruat tamen Arist. hanc probationem in qua vnam diffinitionem concludimus per alteram, nõ posse dici de- *Obseruatio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

demonstrationem, sed probabilem potius ratiocinationem, vel quia probabile est vnius rei vnicam tantum esse diffinitionem essentialem, vel quia hæ diffinitiones non explicant totam rei essentiam, sed aliquod attributum.

CAPVT IX.

Diffinitionem in demonstratione nobis manifestari vt causſam.

QVo autem modo id vsueniat quod dixi, nunc paulo altius repetito initio dicamus. Ac primum quidem, quemadmodum postquam quale sit intelligimus, cur ita sit quærimus, & simul interdum vtrumque cognoscimus, sed nunquam prius quam obrem res sit percipi potest, quã ita esse intelligamus, ita plane quid res sit, nisi esse ipsam cognitum sit, cognosci nunquam potest, quia nemo potest scire quid sit illa res, quam sit necne ignorat. Est porro duplex ratio intelligendi vtrum sit res, nec ne, vna per accidentia, altera per ea quibus rei vis atque natura continetur. Veluti esse tonitruum, quia est strepitus in nubibus, & defectionem, quia sit luminis priuatio, & hominem quia sit animal quoddam tale, & animum quia sit illud quod à seipso agitatur. Cum igitur per accidentia rem esse intelligimus, tum nil adfertur vnde nos quid res sit assequi possimus, quando ne an sit quidem hac ratione perspici ceteroqui cognosci queat. Quærere autem quid sit, cum rem esse nescias, inane est, nullisque momenti. Cum vero ad docendum, rem esse, adhibentur ea quæ ad explicationem naturæ pertinent, tum minimo negotio ad cognitionem quid sit peruenitur. Itaq; vt quisq; affectus est ad cognoscendum an sit, ita ad intelligendum quid res sit, aut propius, aut longius abest. Ac in iis quidem vbi rem esse cognoscimus per ea quæ quid res sit ostendunt prius exempli subiiciamus. Esto defectio a, luna c, terra interiectus b. Quærere ergo vtrum defectio sit, necne, nihil aliud est quam sit necne medium b, inuestigare. At enim hoc medium inquirere, quid aliud est, quam diffinitionẽ ipsam quærere sit necne in rerũ natura: itaque si esse diffinitionem comperiamus, & ipsam defectionem esse intelligemus. Et vt aliud exemplum subiiciam, quærere sit necne hæc proprietas, habere tres angulos pares duobus rectis, idem valet ac si quæreretur vtrum partis contradictionis ratio in rerum natura sit, affirmationisne, qua est habere tres angulos pares, an negationis, qua est non habere. Atque illam quidem rationem vbi inuenimus, tum simul & quod ita sit, & quam ob causam intelligimus, si modo proprio suo, ac vero medio vtramque quæstionem tractemus. Nam si secus faciamus, rem quidem ita esse cognoscemus, cur autem sit minime intelligemus. Verbi gratia, sit luna c, defectio a, lunam cum plena sit substracto etiam omni obstaculo vmbram non facere, b, si igitur ipsi c conueniat b, hoc est, si luna non possit vmbram facere cum pleno orbe conspicitur, & nihil internos & lunam videatur esse interiectum, huic autem b medio conueniat a, quod est deficere. Hac quidem ratione ostendatur lunam deficere, sed quãobrem deficiat nondum perspectum erit, & esse quidem in rerum natura defectionem intelligetur, sed quia sit ex eo percipi non poterit. Porro ii perspectum est ita esse quippiam, tum proximum est, vt quaratur cur ita sit, quæ quæstio eam vim habet, vt perinde sit ac si quæreretur quidnam sit ipsum b, nempe an b sit terra interiectum, an ipsius lunæ conuersio, an vero lucis extinctio. Hæc autem est diffinitio alterius extremi, veluti in hoc exemplo, medium est definitio ipsius a maioris extremi, nil enim aliud est lunæ defectio, quam terra interpositus. Quid est tonitruum? est ignis extinctio in nube. Cur tonat? quia extinguitur & opprimitur in nube ignis. Sit igitur nubes c, tonitrus a, ignis extinctio b. Ergo c hoc est nubi, inest b, quia verum est in nube ignem opprimi. Huic autem b conuenit a, quod est tonitruum, & definitio maioris extremi a est ipsum b. Nunc vero si aliud quoddam adhiberi medium posset ad concludendam hanc propositionem, necesse esset vt illud rursus medium, vna esset ex rel quæ definitionibus quibus quid hæc eadem sit res ostenditur. Quo igitur modo quid res sit assequamur, & qua ratione idipsum manifestum fiat, dictum est. Ac illud quidem ex iis quæ dicta sunt efficitur, nec demonstratione, nec vlla necessaria conclusione quid quæque res sit probari posse, nihilominus tamen per aliquam ratiocinationem, & demonstrationum apertum fieri quid res sit. Idecque definitiones quæ alia rursus causſa concluduntur non possunt illa quidem extra demonstrationem

tionem percipi, & eamen demonstratione probari quid res sit omnino non potest, sicuti supra recte ostensum est, cum adhuc dubitanter singula & sine vlla affirmatione proponebamus.

COMMENTARIA.

CVm in superioribus docuerit Aristot. nullo pacto posse definitionem de re diffinita concludi, iam in hoc cap. ostendit diffinitionem in demonstratione proponi vt causſam. Prius tamen duo fundamenta iacit. Primum: Si cognoscimus causſam, & effectum etiam cognoscimus non tamen è conuerso. 1. Fundam.

Est porro. Secundum fundamentum duplex est modus sciendi rem aliquam primus per causſam, vt si agnoscamus eclipsin per interpositionem terræ, & alius per effectum vt si eclipsin lunæ ex ipsius obscuritate intelligamus. a. Fundam.

Legite alia exempla apud Arist. in contextu huius cap. Ex quibus probat multis verbis institutum, quæ nos ita breuiter redigimus ad syllogismum. In demonstratione cognosc tur diffinitio vt medium, sed medium, & causſa sunt vnum, & idem, ergo definitio erit vt causſa cognoscenda in demonstratione.

CAPVT X.

Quid sit diffinitio.

AT enim ex iis quæ ad probandum sumuntur, quædam sunt quibus confirmatur alia rursus ratio desideratur, alia quæ superiorem causſam nullam habent. Vnde satis constat eas definitiones, esse quasdam veluti initia, quibus probandis nullo argumento opus est, sed statim initio & quod sint, & quam vim habeant accipitur, aut alio quodam modo manifesta fiunt, id quod Arithmeticis factum est quando statim initio, & esse vnitatem ponit, & quid ipsa sit declarat. In quibus autem probandis aliud atque aliud medium reperitur, cumque non illa tantum, quæ in aliqua demonstratione accipitur, est rei diffinitio, sed alia quædam quæ est huius veluti causſa, illud profecto tum vsuenit quod diximus: nempe, definitionem quidem per demonstrationem explanari, sed hanc huius esse definitionem nullo modo probari. Quoniam autem diffinitio vocatur oratio quid quæque res sit declarans, hinc profecto planum est, genus quoddam esse diffinitionum quo explicatur quæ sit cuiusq; vocabuli significatio, aut si, breuius appellare libet, nominis explicatio. Cuiusmodi est oratio qua docetur quæ sit vis ac significatio huius verbi triangulũ, quod postquam esse assecuti sumus, tum quamobrem sit quarimus. Difficile autem est ex hoc definitionum genere, naturam rei assequi, quam sit necne ignores. Huius vero difficultatis causſa, paulo ante à nobis explicata est, nempe quod ne an sit quidem, huiusmodi argumentis certo scimus, sed fortetemere, & (vt ita dicam) per accidens tantum. Porro autem oratio duob. modis vna appellatur, priore modo, dicitur oratio vna per coniunctionem, vt Ilias vniuersa, posteriore, vna ex eo appellatur, quod vnum quippiam vni attribuitur, atq; ita vnum, vt per se ac proprie, non fortuito & veluti casu aliquo vnum sit. Atque illud quidem vnum genus diffinitionis est, quod modo explicatum est. Aliud autem genus est quo causſa cur res sit, continetur. Itaque prius genus ad rem quidem explanandam valet, ad probandam minime, posteriore autem genere definitionis, quandam veluti demonstrationem contineri ipsa per se ratio definiendi declarat, quandoquidem à demonstratione tantum collocatione differat. Est enim alia ad quæstionem, cur tonat, alia ad quæstionem, quid est tonitruum respondendi forma, nam ad illam respondetur, quia extinguitur ignis in nubibus. Ad hanc autem qua quid sit tonitruum quæritur, hoc modo respondetur, est strepitus oppressi & extincti ignis in nube. Quare eadem hac oratio, vno modo expressa, definitio est, alio modo, demonstratio, non illa quidem suis sumptionibus distincta, sed vna quadam oratione tota simul comprehensa. Praeter hanc autem alia est tonitrus definitio, strepitus in nube saltus. Hæc autem est conclusio illius demonstrationis, per quã illustrari quid res sit diximus. Alia vero definitiones earum rerum quæ initio citra vllam probationem accipiuntur, nihil sunt aliud quam positiones quædam, quib. nulla adhibita demonstratio quid res sit ponitur. Vt igitur rem in

Universidad de Deusto
Biblioteca

pauca conferam, & num genus definitionis est, quod nulla ex parte demonstrationem desiderat. Alterum est in quo ratiocinatio, qua adhibetur ad illustrandam definitionem, continetur, & hoc tantum à demõstratione distinguitur, quod mutata aliquantum verborum terminatione exprimitur. Tertium est, quod conclusioni obtinet locum in demonstratione, qua quid res sit illustratur. Atque ex iis quidem quæ diximus, perspicua sunt hæc omnia: primum, quomodo in definitionem demonstratio cadat, & quomodo non cadat, tum in quas diffinitionis possit, & in quas non possit cadere demonstratio, deinde quot sint diffinitionum genera, & quonam modo quid res sit ostendat definitio, & quomodo nõ ostendat, mox quarum rerum sit, quarum non sit definitio, postremo quomodo est ad demonstrationem affecta definitio, & qua ratione in eadem re cerni vtraque possint, quæ ratione non possint.

COMMENTARIA.

EXplicat Aristot. in hoc cap. quid sit diffinitio. Inprimis vero docet duo esse definitionum genera (vt & principiorum) quædam namque sunt mediatæ definitiones, & aliæ immediatę. Diffinitiones mediatę sunt accidentium, & ab effectibus petitæ, immediatæ vero essentiales sunt, quæ causam à priori non obtinent.

Quid sit diff. *Quoniam autem, &c.* Diffinitio inquit Aristoteles est oratio explicans quid res sit. Hinc colligit duplicem esse definitionem nominis vnam, alteram rei, nominis diffinitio dicitur quæcunque non est essentialis, rei vero quæ naturam ac essentiam exprimit, vel vt alij dicunt, nominis etymologiam declarat, rei vero quæcunque alia.

Porro autem, &c. Quia diffinitio debet esse vna oratio assignat modos quibus debet illa dici vna. Primum dicitur vna ex accidenti propter aliquam coniunctionem multorũ, vt Ilias Homeri in qua plura sub vno nomine vniuntur. Secũdo dicitur vna per se, quia attributum per se, & nõ fortuito conuenit subiecto, vt est hæc oratio, animal particeps rationis, quo secundo modo & non primo debet definitio vna vocari.

Propon. differ. *Itaque prius genus, &c.* Adfert Arist. discrimen inter vtramque nominis scilicet ac rei diffinitionem interueniens. Differunt (inquit) quia definitio rei est ad aliquid per demonst. concludendum accommodata, cum illius medium esse possit, at diffinitio nominis nulli est ad hoc vsui, cum medium eiusdem esse nequeat, quamuis ad demonstrationem quæ per ipsam explicatur, declarandam aliquantulum conferat.

Observatio. *Quare eadem hæc oratio, &c.* Animaduertit Aristot. ex definitionibus quasdam esse cõclusiones, vt sunt eæ quę sunt inferiores, quæ per superiores concludi possunt, alias esse demonstrationes sola collocatione distinctas, vt illas quæ sunt media, ac demum alias esse demonstrationum principia velut eæ ex quibus demonstratio firmitatem accipit. Absoluit denique Arist. præsens caput quæcunque hactenus de definitione dixit, breui epilogo repetens.

CAPVT XI.

An per omnia causarum genera demonstrationes effici possint.

QVoniam autem censetur quisq; tum demũ rem scire, cum est assecutus causam, causarum autem quatuor sunt genera. Vnũ est forma atque essentia cuiusq; rei, alterum est in quo inest necessitudo non absoluta, sed ex adiunctione, si alia quadam sint, hoc esse necesse est. Tertiũ genus est id in quo inest rei efficiendæ vis primaria. Quantum est finis, cuius causa aliquid fit. Omnia quidem certe ista causarum genera, pro medio adhibita in demonstratione intelliguntur. At primum quod genus illud causæ, ex quo necessarium esse vt aliud sit concluditur, medium sit, hinc intelligitur, quod illa consequentia ex antecedente consecutio, acepta vna propositione non censetur habere vim necessariam, sed minimum vt duæ sumptiones antecedant necesse est, duas vero ad aliquid efficiendum sumptiones accipere, quid est quam vnum quoddam medium habere?

Hoc igitur vno medio accepto, necesse est, conclusionem esse. Sed etiam exemplo idem illud ostendi potest. Sit quæstio, quamobrem rectus est angulus, qui in semicirculo describitur est: aut si accommodatius ad hoc causæ genus quæretur vilis, quid est, quo posito, rectum hunc angulum esse necesse est? Esto autem angulus rectus a, dimidium duorum rectorum angulorum b, angulus in semicirculo descriptus c: vt igitur a conueniat ipsi c, id est, vt sit rectus angulus, qui in semicirculo describitur est, causa est b. Etenim paria sunt a & b, itemque c & b: omnis enim angulus, qui dimidium habet duorum rectorum, est rectus: ergo quia b est, hoc est, dimidium duorum rectorum angulorum, ne esse est a omni c inesse, quod est rectum esse angulum, qui in semicirculo describitur est. Medium porro istud idem valet quod forma atque essentia rei, propterea quod oratio hac illam ipsam declaret. At vero quod causa, qua forma atque essentia rei continetur, medium sit demonstrationis, iam supra dictum est. Alia itaque causa explicanda est. Quamobrem Medi aduersus Athenienses bellum gesserunt? eo pertinet hæc quæstio, vt causa quæratur, qua effecerit, vt bellum Athenientibus inferretur: quæ est, propterea quod Athenienses ipsi vna cum Eretrii incursionem in Sardeis fecerant. Hoc enim est, quod primum ad bellum Medos excitauit. Sit igitur bellum a, priores impetum facere b, Athenienses c. Et b igitur conuenit ipsi c, quod est, Athenienses priores inuasisse, & a ipsi b: nam eos bello persequi, qui priores lacessiuerunt, æquum est. Ergo hunc in modum hac ratio connectitur: Omne b est a, hoc est, omnes, qui priores inuaserunt, iusto bello oppugnantur: omne c est b, hoc est, Athenienses autem priores bellum intulerunt. Atque in hac ratione medium est causa, in qua motionis principium cernitur. Superest, vt de iis dicamus, in quibus finis, cuius causa fit aliquid, accipitur. Exempli gratia, quamobrem deambulamus? vt valeamus. Quam ob causam domos habemus? vt supellectilem vniuersam seruemus. Atque in superiori quidem quæstione finis est, valere, in posterieri, seruare. Porro autem inter has interrogandi rationes, cur post cœnam inambulare oporteat, & cuius causa, nihil interest. Esto igitur deambulatio post cœnam c, non fluitare cibos in stomacho b, valere a: id igitur efficit deambulatio post cœnam, ne ad os ventriculi redundent cibi, id autem ad seruandam valetudinem plurimum valet. Conuenit enim ipsi c, quod est inambulare, b, quod est, non fluitare cibos in stomacho, itemque ipsi b conuenit a, quod est vtile esse ad valetudinem conseruãdam. Causa igitur, cur omni c insit a, quod nihil est, quam finis, cuius causa illud fit, est b. Hoc autem b est veluti illius diffinitio: nam si quis docere velit, quid sit a, in definitione explicanda ipsum b accipiet. Cur autem b insit ipsi c, causa est, quod ita in imum stomachum cibos diprimi, salubre est. Atque vt ista singula accuratius videantur, commutanda sunt superiores propositiones. In iis autem causis atque in efficientibus, rerum ortus contrario modo spectatur: efficientes enim causæ, quæ pro medio in argumentis conclusione accipiuntur, tempore præcedunt, & ante nascuntur, quam effecta: contra in finibus minus extremum antecedit, finis autem ipse, cuius causa illud fit, postremus est. Accidit autem interdum, idem effectum probari non modo ex fine, sed etiam ex materia, qua necessitudinis causa dicitur. Veluti, cur lumen per laternam transmittatur? huius rei causa duplex redditur: vna est, quia necesse est, vt per maiores meatus id, quod subtilioribus constat partibus, transmittatur: siquidem eo lux cernatur, quia corpus aliquod permeet & transeat. Altera est finis, ne videlicet vspiam offendamus, at enim si in iis, quæ sunt, duplex causa reddi possit, nunquid etiam in iis, quæ fiunt, idem illud vsuenire poterit? Et certe potest, nam si eam ob causam tonitrus fiat, quia restinguitur ignis, hæc vna causa erit, cur strepitum illum & stridorem in aere fieri necesse sit: alia autem causa erit (si verum est, quod aiunt Pythagorei) ad terrendos manes, qui sunt in tartaro. Sunt autem huius generis plurima, ac potissimum in iis, quæ natura constant & fiunt. Cum enim ad suum quendam finem pertineat semper natura, tum omnio nescio qua fecit necessitate. Est vero duplex, quæ in rebus cernitur, necessitudo: Vna, quæ est naturæ & ingenitæ cuique rei inclinationi consentanea: altera est, quæ vim adfert, & naturali cuiusque rei inclinationi repugnat: veluti lapidem. & sursum & deorsum quadam necessitate ferri recte dicimus: sed non idem esse necessitatis genus facile perspicitur. Ex iis vero, quæ ratione & artificio fiunt, quædam sunt, in quibus nullum locum habere potest: cuiusmodi sunt domus, & statuæ, quæ non illa quidẽ necessaria fiunt, sed ad finem aliquem semper pertinent. Alia sunt, in quibus etiam fortuna interdum cernitur, qualis est valitudo, & salus cuiuspiam. Posterioris autem generis ea potissimum sunt, quæ vt hoc modo, ita secus fieri possunt, quo tempore non tritrei euentui fortuitus. Quocirca finis est bonum aliquid, cuius causa aliquid aut natura, aut arte fit. Nam quod fortuito euenit, nullius rei gratia fieri dicitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Porro autem quæ causa est eorum quæ sunt, eadem est eorum quæ fiunt & quæ facta sunt, & quæ futura sunt: quandoquidem quæ rerum causa est, eadem demonstratione medium est. Verum id ist diuersum, quod in iis quæ sunt probandis, medium quod iam est, accipitur: in iis autem quæ fiunt, fieri medium sumitur: in factum, in futurum futurum. Verbi causa, cur fuit luna defectio? quia fuit terra interiectus: fit autem defectio quia interponitur terra: erit, quia interponetur: est autem defectio, quia est terra interpositus. Est autem & aliud exemplum, ac primum definiatur glacies aqua concreta: tum aqua sit c, concreta sit a, causa autem ac medium sit b, quod est caloris ⁊ quæquaque defectio: in ipso igitur c, dicitur b, & in hoc ipso b, a ineſt, quod est conglaciare: gignitur autem glacies, cum gignitur medium b, fuit glacies, quia fuit b, & erit, quia futurum est, vt b sit. Atque huiusmodi quidem causa, simul sunt cum effectibus, ita vt cum fiat vnum, fiat alterum, & quo tempore vnum est, eodem tempore alterum esse necesse est: nec secus in præterito, & futuro tempore sit.

COMMENTARIA.

Explic. Arist. institutum.

QVot sint causarum genera, aliquando fuit à nobis dictum: Esse nimirum quatuor, materiam, formam, efficientem, ac finem. Reliquum erat, vt in demonstrationes per ea omnia progredi possint explicaretur. Qua igitur ratione vnaquæque ex his causis medium in demonstratione esse possit, variis exemplis adhibitis in hoc cap. explicat Arist.

Ac primum, &c. Aggreditur hoc suum institutũ à materia, initio tamen constituit ad hoc, vt aliquid ex his causis sequatur, præcedere debet duas sumptiones, nam ex vna sola nihil potest inferri. Hoc statuto simile addu. it exemplum de materia. Si quis (inquit) roget, quare angulus in semicirculo sit rectus, respondebit, quia habet medietatem duorum rectorum angulorum, quare sic poterimus argumentari: Angulus, qui habet medietatem duorum rectorum, rectus est: sed qui est in semicirculo descriptus, est huiusmod: erit igitur ille rectus. Possumus & nos aliud familiarius exemplum assignare. Si quæratur quispiam, quamobrem demonstratio, qua ostendimus hominem esse compotem risus, quia est animal particeps rationis, generat scientiam? Respond. per materiam, quia scilicet est illa ex primis, veris, ac immediatis propositionibus constituta.

Explic. de materia.

Alia itaque causa, &c. Causæ efficientis affert exemplum. Si quis, inquit percontetur, cur Medi bellum aduersus Athenienses gesserint, respond endum erit per causam efficientem, quia Athenienses vna cum Eretriis primum in Sardos incursionem fecerunt, ex quo incursu tanquam causa efficiente ita concludendum erit. Qui primum aduersus aliquos impetum fecerunt, iure oppugnantur: atqui Athenienses impetum primum in Sardos fecerunt: merito igitur fuere a Medis oppugnati.

Explic. de efficiente.

Superest vt dicam, &c. Adducit iam exempla finis. Primum Si scire velimus, quare post cœnam deambulare oporteat, assignandus erit nobis deambulationis finis, vt recte scilicet valeamus: ac rursus, si causam postulemus, ob quam domus eriguntur, id fieri aimus, vt vniuersam supellectilem tutam habeamus. Ex quibus vtriusque huiusmodi demonstrationes connectere possumus. Prima Deambulatio post cœnam efficit, ne cibi redundent, & fluitent in stomacho: sed hoc tuetur sanitatem: deambulatio igitur post cœnam ad hunc finem tendet, vt sanitatem tueamur. Secundam ad huius primæ exemplar quilibet connectere poterit. Observat tamen Arist. causam efficientem esse priorem effectu, finem vero econtra esse eodem posteriorem.

Explic. de fine.

Accidit autem, &c. Animaduertit iterum Aristot. non per finem solum, sed per materiam etiam posse vnum ac idem demonstrari, vt si rogem, quare lumen laternæ transmittatur, esto, quod per finem respondere possimus, ne scilicet offendamus: possumus nihilominus respondere etiam per materiam, illud namque, quod subtilioribus constat partibus, lumen transmittat oportet: at laterna est huiusmodi, ergo necesse est laternam transmittere lumen. Hinc infert, quod quemadmodum in hac (vt videre licet) per varia causarum genera possumus respondere, ita etiam & in aliis à Pythagoricis assignatis diuersas licet causas assignare

1. observ.

Est vero, &c. Quia ex causis necessario colligimus effectum duplex docet Aristot.

2. observ.

esse

esse necessarium, vnum ex inclinatione, qua ratione tendit lapis deorsum, & aliud ex coactione, quo pacto lapis sursum ferri cogitur.

3. Obser.

Ex iis vero, &c. Quædam annotat esse, quæ arte & consilio fiunt, in quibus nullus casus & fortuna reperitur, velut domꝰ: aliaque rursus reperiri, in quibus casus ac fortuna locum habent, cuiusmodi est valetudo. Optimum tamen semper est, certum finem instituri, ob quem res aliqua fiat, finis namq; ac bonum vnum sunt ac idem.

4. Obser.

Porro autem, &c. Observat demum Aristotel. causam ac effectum ad eandem temporis differentiam attinere, ita quidem, quod si de effectu præterito postuletur, sit præterita causa reddenda: & si de præsenti, præsens assignari debeat. Quod vtrumque exemplis satis manifestis in textu Arist. illustrat.

CAPVT XII.

Quo pacto liceat argumentari in causis ac effectibus, quæ non reciprocantur.

IN iis autem, quæ non simul sunt, quæstio est, an quemadmodum nobis videtur, ita res habeat: vt ex causis effecta sequantur continuo, hoc est, perpetua quadam, & nullo temporis spatio interciſa conſe uione, cum interim sit semper rei facta causa res facta, rei futura, futura, & & rei quæ fit, quippiam quod paulo ante fiebat. Est igitur imprimis hoc loco perspicuum, semper ab eo, quod posterius factum est, duci argumentic nclusionem, nec immerito: est enim iis, quæ facta sunt, quasi principium quoddam, id quod posterius factum est: ob eamque causam in iis, quæ fiunt, eodem modo argumentum ducendum est à posteriori. A priori vero argumentum ducere nullo modo licet: neque enim recte efficies, si quia est aliquid iam factum, velis concludere, id, quod posterius est, esse factum: quod idem in futuro intelligendum. Siue enim incertum, siue certum quoddam tempus proponas, id nunquam efficies, vt recte sequatur, si hoc factum est, ergo illud, quod poste ius est factũ est: quandoquidem necesse est, hanc conclusionem falsam esse toto illo tempore, quod interiectum est inter prius factum & posterius: eademque ratio est in futuris. Neque vero ad hunc modum recte efficies, quia illud factum est, necesse esse, vt illud post fiat. Medium enim demonstrationis simul gemitum esse debet cum re, qua concluditur: nempe eorum, quæ facta sunt, medium est, quod factum est futurorum futurum, eorum quæ fiunt, quod fit, eorum quæ sunt quod est. Atqui quod factum est, & quod futurum, genita simul esse non possunt. Iam autem siue in e tum, siue certum ac definitum quoddam tempus accipias, nil, vt id recte sequatur, effecris, quia illo toto spatio temporis, quod interiectũ est inter id, quod factum est, & quod futurum est, vt fiat, falsa erit illa complexio. Sed quid illud sit, quo res ita connectuntur, & continuantur, vt statim posti factum esse sequatur fieri, videamus. An non verum est, coharescere inter se id, quod factum est, & quod fit? Etenim contingere & coharere inter se non possunt duo (vt sic dicam) facta esse: quia ipsa extrema quadam sunt omnino indiuidua. Vt igitur non possunt puncta punctis coharescere, ita factum esse cum altero eiusdem generis perpetuari non potest: vtraque enim indiuidua sunt. Vnde efficitur, vt nec factum esse & fieri contingere inter se possint: fieri enim diuiduum est, factum esse, indiuiduum. Quod igitur est punctum ad lineam, hoc est factum esse ad fieri, quandoquidem in eo, quod fit, insunt facta infinita. Sed de iis clarius dicendi alius est locus, vbi genus vniuersum motus explicatur. Atque illa quidem hoc loco sufficiant, de ratione, quam habet causa, qua pro medio accipitur, ad effectum, in iis rebus, in quibus dimicps ex alia alia oriuntur. Nam cum argumenti conclusio in iis rebus connectitur, perinde inter medium & maius extremum nil debet esse interiectum, atque in alia. Exempli causa, factum est a, quia c factum est: vbi c posterius est, prius a. Ob id autem c in hac conclusione principium est, quia propius ad instans accedit, quod est temporis principium: tum vero, quoniam d factum est, necessario efficitur c factum esse: illud igitur ad extremum necessario concluditur, quia d factum est, a factum esse, cuius rei causa est c. Etenim si factum est a, necesse est, vt c factum sit: si autem c factum est, necesse est, vt a prius factum sit. At quæret

quispiam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quispiam, sierine id possit, & medium tandem accipiatur & que eo coniunctum, atque adhereſcens, vt nullum sit preterea medium? an vero, quia mediorum infinitas quedam inest, aliud atque aliud semper accipi possit? Nam hoc paulo ante dictum est, non posse inter se connecti, & coaptari duo facta. Verum enimuero, quidquid contra obiiciatur, illud certum est, ducendum semper initium ab eo medio, quod instanti est propinquius. Eadem autem ratio est in futuru. Nam si verum est fore d, illud necessario prius futurum est, vt sit a, & b: etiam causa est c. Si enim erit d, prius erit c. si autem erit c, prius erit a: neque vero in iis minus est infinita diuisio, quam in factu: nec enim momenta, qua in futuris cernuntur, continentia esse possunt. Porro illud etiam in hu observandum est, vt initium accipiatur ab eo, citra quod nullum sit interpositum medium. Quod autem modo dixi, in ipsis etiam artium operibus cernitur. Vt si domus facta est, necesse est incisos atque adeo paratos fuisse lapides. Cur autem id necesse sit, causa est, quia necesse fuit iacta esse fundamenta, & factam esse domum intelligamus. Atqui vt fundamentum esset, iam ante paratos fuisse lapides necesse est. Nec ratio dissimilis erit si ad futurum id transferas: nam si erit domus futuri sunt ante parietes, idque eodem modo, adhibito aliquo medio probabitur, quia necesse est, vt sint ante iacta fundamenta.

COMMENTARIA.

QVia capite superiori docuerat Aristoteles, nonnullas causas & effectus esse ita simul, talemque inter se connexionem habere, vt causa sequatur effectus, & ex effectu causa colligatur, hinc fit, vt quærat Aristoteles in hoc capite num inter causas ac effectus, quæ non sunt simul, hæc eadem mutua connexio reperiatur. Constituit autem non reperiri, quia ex solo effectu sequitur causa, non tamen econtra, quod quidem hac ratione confirmat. Inter huiusmodi causam & effectum necessario intercipitur tempus: at vbi intercipitur tempus, ex effectu sequitur causa, & non è conuerso: nam bene sequitur: fuit domus, ergo est vel fuit fundamentum, non tamen è conuerso, est fundamentum, ergo est domus. posteriora enim nequeunt esse sine prioribus, priora vero optime ab que posterioribus esse possunt. Rem hanc multis exemplis & elementis Arist. declarat.

Porro illud, &c. In fine capitis docet, in causis semper esse progrediendum ab ea, quæ est vicinior effectui, vt si probatu i simus esse lapides cisos, & paratos, ita progrediemur à parietibus. & non à domo. Si est domus, est paries, si paries, ergo sunt lapides cisi. Vbi aperte videmus progredi in hac demonstratione à causa proxima.

CAPVT XIII.

In rebus naturalibus dari circulum.

QVoniam autem rerum naturalium ortus inprimis reciprocari, ac veluti in orbem redire conspicitur, eo fit, vt non incommode interdum argumenti conclusiones vicissim in orbem tractentur: id quod tum erit, cum inter se mutuo consequentia erunt, medium & extrema: in talibus enim verbis cernuntur vicissim retro commeantes probationes. Demonstratum autem est in superioribus libris, fieri interdum, vt vicissim ad concludendas sumptiones adhibeatur complexio: quod aliud nihil est, quam reciproca & orbicularis demonstratio. Quod autem in naturæ operibus hoc probandi genus cernatur, hoc exemplo perspici potest: postquam terra imbre madefacta est, inde necesse est nasci vapores: tum ex iis oritur nubes: mox autem nube resoluta, imbrem effundi necesse est: ex quo rursus madefieri terram consequitur: id autem est, vnde sumptum erat exordium. Itaque hac quasi orbem quendam absoluunt, qua ita in seredire videntur, vt posito vno aliquo, sequatur aliud: tum illo posito, mox aliud, ex quo id ipsum, quod primum erat, renascitur. Sunt autem duo genera eorum, qua fiunt. Vnum est eorum, qua quia semper & in omnibus eodem modo se habent, aut fiunt, propterea vniuerso genere contineri dicuntur. Alterum in iis cernitur, qua non semper, sed maxima ex parte ita fit: Vt non sunt omnes viri barbati, sed in maxima tamen parte id cernitur. Porro qua ad hoc posterius genus pertinent, sui etiam generis medium, quod plerumque fit, habet. Nam si ita conueniat a ipsi b, vt in totum genus cadat, itemque b vniuerse enuntietur de c, efficietur necessario ita in omni c dicit a, vt huius generis omnibus ac semper conueniat. Hoc enim est, quod cadere in totum genus dicimus, quod omni, ac semper conueniat. Atqui id maxima tantum in parte verum esse ponebatur: necesse igitur est, vt medium b ex genere sit eorum, qua plerunque fiunt. Quapropter eorum, qua plerunque eueniunt, illa erunt propria, omnique medio carentia principia, qua ipsa plerunque etiam ita sunt, aut fiunt.

COMMENTARIA.

OCcasione eorum, quæ superius dicta sunt, circulum in rebus naturalib. dari ostendit idque ad hunc modum præstat. Ex terra imbre madefacta necessario eleuantur sursum vapores, rursusque ex vaporibus nubes, ac demum ex nubibus aqua funditur, iterumque terra madefit.

Obser. *Sunt duo genera, &c.* Animaduertit ea, quæ fiunt in duplici esse differentia, quædam enim semper, alia vt in plurimum tantum eueniunt. Ad prima illa concludenda medium (ait) sumendum est, quod sit necessarium, ad hæc vero postrema medium eiusdem rationis, hoc est, quod vt in plurimum et am eueniat, vsurpari debet. Hoc vtrumque in elementis adeo aperte Arist. manifestat, vt non explicandus, sed consulendus potius esse, cui libuerit, videatur.

CAPVT XIV.

Qua ratione inuestigetur diffinitio.

SEquitur nunc, quia supra ostensum est, quomodo definitio in argumenti conclusione pro aliquo vno ex tribus extremis accipiatur, & quomodo demonstratione, aut definitione, quid res sit, ostendatur, aut non ostendatur, sequitur, inquam, vt inuestiganda definitionis rationem doceamus. Ac primum inter ea, qua in altero dicuntur, nonnulla reperiuntur, qua latius ipsa quidem patent quam subiectum, sed tamen non latius, quam genus ipsius subiecti. Ego vero latius patere ea dico, qua sunt alicui cui aliu communia. Vt si quid est, quod omni ternario conueniat, & aliu præterquam ternario. cuiusmodi est (vt sic dicam) ens, quod cum in omni ternario dicatur, tam late præterea patet, vt vel omnem numerum longe excedat. Impar autem commune quidem est ternario cum aliis (nam etiam quinarius impar est) sed non latius patet, quam genus istorum. Numerus enim quinarii genus est: præter numeros autem, nulli conuenit impar esse. Est igitur definitionis hic modus, vt sumas ea, quam sunt ei rei, quam definire velis, cum aliis communia, idque eo persequaris, dum propriu efficiatur, quod nullam in aliam rem transferri possit. Nam illa oratione vim atque naturam rei vniuersam contineri necesse erit. Exempli causa, omnis ternarius est numerus impar, tum est primus, idque bifariam: & quod eum alius numerus non metitur, & quod ex multis numeris non componitur. Hinc igitur colligitur hac ternarii definitio. Numerus impar primus, atque adeo bifariam primus. Ac eius quidem definitionis pars prior, omnibus est imparibus numeris cum ternario communis: posterior autem etiam binario conuenit: iuncta autem simul vtraque partes in nullã aliam rem transferuntur. Quoniam autem supra docuimus, necessaria esse, qua in explicanda definitione sumuntur: quandoquidem qua in omni dicuntur, necessario conueniunt: hac autem qua ad definiendum ternarium, aut aliud quidvis adhibentur, vim ac naturam rei declarant: ternario igitur illa omnia necessario conueniunt. Quod vero vniuersam rei essentiam complectatur, hinc perspici potest, quod necesse est si naturam rei vniuersam non complectatur hac oratio, vt sit genus quoddam, quod aut vno nomine appellari possit, aut nullum habeat nomen impositũ. Vnde sequitur latius patere hanc orationem ternario. Nam id hoc loco accipiendum est, omne genus ad multas posse species pertinere. Ergo si hac oratio alteri nulli conueniat, quam omnibus ternariis, necesse erit, vt ea vis & natura ternarii vniuersa contineatur. Ponendum enim hoc loco nobis est, vim ac naturam rei esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

huiusmodi quoddam attributū, indiuiduis modo alicuius speciei conueniens. Itaque hac eadem ratione in alijs omnibus, in quibus idem modus definiendi obseruabitur, quæ sit rei vis ac natura ostendetur. Si autem velit quispiam genus ipsum definitione explicare, hac erit illi via sequenda. Primum distribuendum erit genus in species vltimas, in quas primum inter diuidendum incidet: vt numerus in ternarium, & binarium. Tum singularum formarum erunt inquirendæ ex superiore ratione definitiones. Verbi gratia, quid sit recta linea, quid circulus, quid rectus angulus, & huius generis alia. Deinde postquam genus, ad quod sit id ipsum, quod definitur, referendum, inuenerit, nempe vtrum quantitas sit, an qualitas, tum ex his, quæ sunt communia primis illis speciebus, erunt illa colligenda, quæ proprie generi conueniant. Nam quæ illa sint, quæ vniuerso generi, quod ex infimis speciebus componitur, conueniant, ex definitionibus ipsarum formarum manifestum fiet: quandoquidem omnis propemodum cognitionis initium est definitio, idque quod simplex est. At simplicibus quæ conueniunt, in ipsis simplicibus solis per se spectantur, in alijs autem per ipsa simplicia. Porro autem diuisiones generum per differentias factæ plurimum valent ad perfectas definitiones hac ratione conficiendas. Et quæ ratione quidem ad demonstrandam definitionem adhibeantur huiusmodi diuisionis, paulo ante docuimus: neque enim existimandum est, eam modo diuisiones habere vtilitatem, quod ad concludendum, quid res sit, vim quandam necessariam afferant: sed id potius censendum est, nullam in iis inesse concludendi necessitudinem: quandoquidem absoluta diuisione, statim omnes partes definitionis citra probationem accipientur, perinde ac si iam inde ab initio, nulla ante facta diuisione, sumerentur. Sed eo valent ad definiendum diuisiones, quoniam plurimum interest, quo ordine singula disponas, & quid primo, quid secundo loco constituas. Verbi gratia, non parum refert, an hominem dixeris esse animal mansuetum bipes, an bipes animal mansuetum. Quæ vero pretera in definitione videnda sunt, efficiature vnum aliquid ex duabus definitionis partibus, veluti an quippiam vnū sit animal mansuetum, itemque an ex illo genere, & illa differentia constituatur hominis natura: aut vero, quid illud tandem sit, cuius hac vna oratione natura contineatur: illa, inquam, vtraque non probat, qui diuisione vtitur, sed citra probationem accipit. Est autem & alia diuisionis vtilitas, vt definiendo nil prætermittamus eorum, quæ, quid res sit, ostendere possint. Nam vt id vitium declinemus, propemodum sola diuidendi ratio præstare potest. Postquam enim primo loco genus acceptum est, si quis non proximam diuisionem accipiat, sed ad inferiorem aliquam transiliat: in partes diuisionis non cadent omnia, quæ sub genere cōtinentur. Vt si quis animal diuidat in ea, quæ alas habent perpetuas continuasq;, & ea, quæ alas habent diuisas: non cōprehendet hac diuisione omne animal, sed volucres tantum hac diuisione continentur, quarum hæ propriæ sunt differentiæ. Animalia autem illæ sunt primæ differentiæ, in quas cadit omne animal: quod idem in alijs generibus dicendum est, siue illa sint omnino ab animali diuersa, siue sub ipso animali cōprehendantur. Primæ enim volucris differentiæ sunt, in quibus omnes volucres continentur, & pisces, in quibus omnes pisces. At singula quidem ita persequendo per diuisionem, facile erit videre, num prætermittatur quippiam: sin hanc rationem negligamus, necesse erit, vt & aliquid interdum prætermittatur, & semper incertum sit, quicquamne prætermissum sit, an secus. Neque vero necesse est, vt definias, aut diuidas quippiam, simul omnia quæ sunt nosse, tametsi quibusdam videatur, fieri non posse, vt rerum inter se discrimina intelligamus, nisi eas ipsas res perspectas ac cognitas habeamus, vt autem rerum assequamur cognitionem, non intellecto earum inter se differentiæ, consentaneum non esse. A quo enim nō dissentit quippiam, cum eo idem esse: à quo autem distinguitur, aliud esse ab eo. Ac primum quidem falsum est postremum hoc proloquium. Neque enim omnis differentia aliam rem efficit: quandoquidem multæ sunt inter ea, quæ species non distinguuntur, differentiæ, quæ nec in rei natura cernuntur, nec propter se insunt. Deinde vero postquam quis quam accepit contrarias differentias: idque necesse esse, vt aut hac aut illa parte contineatur id omne, quod in hoc genere cernitur: mox autem in altera parte id ipsum, cuius definitio quæritur, comprehendi, idque ita esse cognoscit: quid, inquam, postquam hæc omnia recte effecerit, refert, sciat an nesciat, in quibus aliud hæ differentiæ dicantur? Perspicuum enim est, eum, qui hanc viam insistens eo peruenerit, vbi iam nulla possit esse differentia, quæ res præter eas diuidatur: inuenturum eam, quam quærebat orationem, qua rei vis vniuersa contineatur. Porro autem genus vniuersum in partibus diuisionis contineri, si partes in eo contrariorum genere sint, quibus nil intersectum est, non postulatum est, sed velut noliti quicum disputatur, necessarium, vt si vera sint differentia,

rentiæ, ad vnam earum pertineat, quicquid illo genere cōprehenditur. Sed vt per diuisionem recte conficiatur definitio, tria sunt obseruanda: primum est, vt accipiantur attributa, quæ sint ad declarandum, quid res sit, accommodata. Alterum est, vt quod primum quodque secundum esse debet, suo loco collocetur. Tertium est, vt omnia, quæ sunt ad hanc rem necessaria, adhibeantur. Ac horum quidem primum hinc consequi potuimus, quod vt loci sunt, quibus accidentia quæstio tractatur, cum alterum alteri inesse ostenditur, ita suos quosdam locos habet quæstio generis, quibus quippiam genus esse confirmetur. Secundum autem, quod est, singula, vt par est, collocare, ita facile præstabimus, si, quod primum est, primo loco accipiatur: id autem erit, si id acceptum sit, quod est omnium consequens, nec vicissim ex eo alia consequuntur omnia, semper enim inter definitionis partes aliquid est huiusmodi. Postquam autem id erit ita constitutum, idem modus erit seruandus in collocandis reliquis inferioribus: nam secundum ad reliqua comparatum, est vt primum, itemq; tertium ad ea, quæ sequuntur. Sublato enim primo, id, quod deinceps sequitur, est omnium primum: nec dissimile est in alia ratio: tertium autem, quod in eo est, vt intelligamus, ea, qua accepta sunt, illa esse omnia, quæ ad rem definiendam fuerunt necessaria, hinc perspicitur, quod sumpto primo, ita ipsum diuiditur, vt necesse sit omne, quod illo genere continetur, aut hac aut illa parte comprehendi, idq; quod definitur, in ea parte reponimus, in qua continetur: cum vt sue hoc totum, quod ex superiore diuisione natum est, suis differentiis distribuimus, idque vsque eo persequimur, donec ad extremum totum quoddam efficiamus, cuius nulla sint differentiæ, vel certe quod statim vbi adiecta est vltima differentia, ab ipsa re, qua definitur, specie non distinguitur. Perspicuum enim est, in definitione, qua hac ratione confecta est, nil redundare: quia omnia, quæ sumpta sunt ad ostendendum, quid res sit, sunt accommodata: neque abesse quicquam, aut enim genus hic desiderabitur, aut differentia: atq; genus hic primo loco acceptum est, illudque cum differentiis coniunctum: Differentiæ autem omnes hic appositæ sunt: quandoquidem nulla præterea differentia hic locum habere possit: alioqui tota hac oratione specie differre ait, quæ definitur, dicendum erit, quod nos supra negauimus. Illud autem videndum est ei, qui rerum definitiones inuestigat, vt primum quid commune habeant ea, quæ similia sunt, nec specie differunt, consideret: deinde in alijs rursus faciat, quæ ad genus illa quidem vnum & idem cum superioribus pertineant, sed specie ab illis distinguantur, quum interim comparata inter se species idem sint, quemadmodum & illa. Postquam autem sumpserit, quid hæc & illæ, aliæque eiusdem generis commune sit, tum illud spectabit, sitne, quod in his omnibus commune esse reperiebat, idem aliquid atque ita idem, vt communem efficiat vnam rationem. Nam si ad vnam quandam rationem perueniat, erit procul dubio illa rei definitio. Sin vnam in rationem non conueniant, sed aut duæ, aut plures, certum est non esse simplicem, sed multiplicem naturam eius rei, cuius quæreatur definitio. Exempli gratia, si velimus nosse, quid sit magnitudo animi, videndum est, quid inter se commune habeant aliqui, quos constet fuisse magnanimos, quod genus sunt, Alcibiades, Achilles, Aiax, quibus id fuisse commune videmus, vt æquo animo contumeliam pati non possint. Alcibiades enim ob eam causam bellum patriæ intulit: Achilles implacabilis exarsit iracundia: Aiax sibi mortem conscijt. Tum eiusdem generis alia spectabimus, vt Lysandrum, & Socratem, in quibus animi magnitudinem ex eo agnoscimus, quod tam aduersas, quam secundas res moderate & constanter tulerunt. Comparatis igitur inter se iis duobus, consideradum est, ecquid commune habeant, constantia, itemq; in vtraque fortuna animus, & summa in ferenda contumelia impotentia. Quod si nil commune reperias, statuere poteris, duas esse magnanimitatis species.

Commentaria.

QVa ratione debeat diffinitio inuestigari, luculenter satis in hoc cap. pe tractat, quod idem nos a lib instit explicatum etiam dedimus. Præmittit autem in initio quandam attributorum diuisionem.

1. Diuis.

Ac primum, &c. Est ita illa: Ex attributis quædam latius patent, non subiecto solum, sed & genere etiam illius, velut quantitas non binario tantum, sed & numero etiam latius multo extenditur: alia vero, quamuis plura sub se cōtineant, quam subiectum, non tamen plura sub se complectuntur, quam talis subiecti genus ambiat, sicut impar quod licet pluribus conueniat, quam ternarius, non tamen pluribus competit, quam numerus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. Methodus colligendi definit.

Est igitur, &c. Proponit iam modum colligendi diffinitionem speciei, qui est huiusmodi. Sumenda sunt omnia communia attributa, eaque retinenda, quæ rei diffinitæ conueniunt, vsque ad vltimam differentiam. In huius explicationem duo tradit Aristoteles exempla, vnum de homine, ac alterum de ternario, satis manifesta. Cum ergo collecta fuerint in vnum omnia attributa propria, oratio explicans illa à primo genere vsque ad vltimam differentiam erit definitio.

Ac eius, &c. Partes definitionis per se sumptas multo latius patere ostendit, quam res definita pateat, simul tamen vnitas cum eadem reciprocari.

2. Method.

Si autem velit, &c. Methodus, quam secundo loco proponit Aristoteles, est generibus accommodata, eorum namque definitio hoc pacto erit inuestiganda. Oportebit diuidi primum genus illud, cuius definitio inuestigatur, in suas species ac rursus videndum erit, quid sit vtrique speciei commune. Hoc vna cum superiori aliquo attributo sumptum integram eius generis definitionem constituet. Vt si sit, verbi gratia, animalis definitio inuestiganda, diuidendum erit animal in hominem ac brutum, cui vtrique commune est sentire, quod vna cum alio communiori attributo, quam ipsum animal acceptum, definitionem efficiet animalis omnibus suis numeris absolutam, nimirum, *Corpus animatum sentiens.*

1. vtil. diuis.

Porro autem, &c. Duplicem, ait Aristot. esse diuisionis vtilitatem, ac vsum. Eorum primus est ad inuestigandam ac constituendam definitionem, atque eiusdem partes debito ordine disponendas, nam non parum refert, vtram partem alteri in definiendo præponas.

3. quæst. prop.

Quæ vero, &c. Recenset in hac parte tres circa definitionem quæstiones. Prima est, an ex duabus partibus fiat vnum per se, secunda, an ex genere & differentia hominis constituatur illius definitio, tandemque quid sit illud, cuius beneficio definitio dicitur vna oratio, quas hoc in loco missas facit, in primam philosophiam eas reiiciens.

2. Vtilit.

Est autem, &c. Secundus diuisionis vsus est, vt nihil eorum, quæ ad definiendum sunt necessaria prætermittatur, quia quando diuidendum est aliquod genus, debet fieri diuisio per primas illius differentias, alioquin enim perperam diuideremus, vt animal non debet primo diuidi in illud, quod habet alas scissas & continuas, sed in volucre, terrestre & aquatile, hæ enim sunt primæ differentiæ.

Refelluntur quædam opiniones.

Neque vero, &c. Refellit deinde duplicem opinionem. Prima erat eorũ, qui nihil sub definitionem cadere aiebant, idque ex eo, quia cum per definitionem separetur res vna ab aliis, si aliquid à nobis definiri posset, omnia quæque sunt, nobis nota esse deberent. Huic tamen satis inani ac leui rationi Aristot. occurrens nihil tale necessum esse ait ad id, vt aliqua res definiri possit, sed hoc vnum ad id sufficere profitetur, vt partes rei, quam definire volumus, cognoscantur. Altera sententia erat eorum, qui ad id, vt per diuisionem progrediamur, quærendum nobis esse asserebat, vt concederetur genus quod diuiditur, contineri sub partibus definitionis, quod absurdum videtur. Respond. Aristot. hoc esse necessario fatendum, si enim substantia diuidatur in corpoream, & in incorpoream, necesse est illam sub vtraque parte contineri.

Obseru.

Sed vt, &c. Obseruat deinde ad id, vt definitio recte tradatur per diuisionem, debere tria obseruari. Primum est, vt accommodata attributa sumantur: secundum, vt vnaquæque pars suo continetur loco: tertium, vt nihil eorum, quæ sunt ad rem definiendam necessaria, omittatur. Quæ tria singulis quæque exemplis illustrat Aristoteles, concludens, si hæc obseruentur, talem fore constituendam rei, quam definiemus, definitionem, vt neque sit redundans, neque diminuta.

Illud autem, &c. Docet tandem in capitis fine, ad id, vt intelligamus, quo pacto colligi possit ac debeat definitio, videndum esse, quid habeant inter se commune indiuidua, quod si vnum aliquod habuerint commune, vna erit ratio specifica illius, si autem duo, duplex etiam illa erit. Id quod familiari exemplo ex philosophia morum hausto apertissime in contextu manifestat.

CAPVT

CAPVT XV.

De quibusdam Theorematibus.

SEmper autem res vniuersa est quæ definitione explicatur, neq; n. medicus cũ diffinit, quodam sit salutare oculis medicamentum, definitionem ad hunc aut illum oculum tantum accommodat, sed aut in genus vniuersum oculorũ, aut in aliquam sane speciem vult transferri. Porro autem singularia definire multo est facilius, quã vniuersale, ob eamq; causam à singulis rebus ad vniuersa progrediendum. Etenim ambiguitas quæ est in rebus vniuersis, minus cernitur quam quæ est in iis rebus quæ specie non distinguuntur. Sicut autem in demonstrationib. confitiẽdum, necesse esse vt insit in demonstr. necessaria concludendi ratio ita in definitionibus, inprimis videndũ, vt aperte ac perspicue res doceatur. Id quod consequemur si non statim ad genus vniuersum definiendum aggrediamur, sed seorsum ante definiamus singulas res, quæ ad vnum quoddam genus pertinere videntur. Veluti non totum genus similium primo definire oportet, sed prius qui sint similes colores, & quæ sint figuræ similes definiendum est, itemq; quid sit acuta vox prius explicandum, tum ad definiendum genus vniuersum veniemus, sed ita semper, vt ne subsit ambiguitas, tantamus. Iam autem, si est inter disputandum vitiosum vti metaphoris, id profecto vitiosum etiam erit, in diffiniendo aut perpetuas adhibere metaphoras, aut verbo aliquo alieunde translato vti. Nam si hic sint metaphoræ, translationes vsurpare in differendo necesse erit.

COMMENTARIA.

1. Theorem.

PRoponit Aristot. in hoc cap. tria theorema Primum in hæc verba.

Semper est. Diffinitio non est rei particularis sed vniuersæ, nam medicus, verbi gratia, non definit hoc vel illud peculiare medicamentum, sed medicamentum in communi, quod idem 7. libr Metaphys. cap. 15, profitetur.

2. Theorem.

Porro autem. Secundũ theorema. Particularia, id est, minus vniuersa, facilius diffiniuntur, quam genera facilius enim est generum, quam specierum differentias inuestigare.

Sicut autem. Tertium theorem. Quemadmodum in demonstratione reperiri debet necessaria vis ad concludendum ita etiam in diffinitionibus curandum valde est, vt vnaquæque res clare ac aperte diffiniatur. Id autem fiet, si non statim genus vniuersum diffiniamus, sed ex partibus illius subiectiuis definitionem colligamus.

Iam autem. Colligit Arist non esse in definitionibus metaphoris vtendum, quin etiam neque translationibus, metaphoræ enim ac translationes maximas obducunt tenebras, & obscuritatem.

CAPVT XVI.

De quodam diuisionis vsu, & qua ratione quæstiones dicantur eædem.

EST autem & alia diuisionum & partitionum sine incisionum vtilitas, ad causas multarum quæstionum intelligendas, si has in promptu habeamus. Est autem hac tractandarum per diuisiones quæstionum, ratio, primum videndum est qua sint generis alicuius vniuersi, quod propositum sit, consequentia, atque esto illud, verbi caussa, animal: Spectandum igitur quæ sint quæ omnibus animalibus conueniant, tum vbi ista absolueris, pergendum est ad partes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Videndumque est, vt quaque latissime patet, proximeque ad generu communitatem accedit, quæ sint huius consequentia: Atque isto volucru, quæ igitur omni volucri ivisini spectandum, itemque in alia deinceps partibus, vt quaque primo generi est proxima, faciendum. Perspicuum enim est, postquam ita singula fuerit persequutus, facile tibi esse, causam reddere, cur generu vniuersi consequentia singulis partibus conueniant: Velut quamobrem homini, aut equo, conueniant animalis consequentia. Esto igitur animal a, animalu consequentia b, quadam autem ex animalibus singulu c d e: cur ergo omni d & alijs conueniat b, causa est a. Nec dissimilis est in alijs eiusdem generis ratio. Atque illa quidem ratio, quam modo subiecimus, ad ea pertinet, in quibus communi generi impositum nomen est, quo appelletur. Caterum non adilla tantum valet hac ratio, sed etiam si aliud quippiam commune multis reperiatur. Nam hic quoque primum quæ sint illius communis generis consequentia spectandum erit, deinde ad singulas partes, quæ huius sunt antecedentia, pergendum. Exempli causa, omnibus cornua habentibus ista conueniunt, omasum habere, & in vtraque maxilla dentes non habere, sunt autem & animalium quadam species, quibus cornigerum esse est consequens, in quibus si quaratur quamobrem illa consequentia insint, in promptu causa erit, nempe quia cornua sunt. Præter illos autem duos modos, est & alius modus, causa ex partitionibus eruenda, in in qua proportione quadam sibi idem sunt, quod genus sunt sapium, os, spina quibus non est communis aliqua natura, qua vna appellatione ipsa complectatur, sunt tamen horum quadam omnium consequentia, perinde ac si vna quadam natura continerentur. Quæstiones autem eadem alia dicuntur, eo quod vnum quoddam medium habent, veluti omnes quæstiones quarum causa est antiperistasis. Sed in iis quadam sunt, quæ cum eadem genere sint, quibusdam tamen inter se distinguuntur differentijs, quæ partim ex subiecta diuersis, partim ex rationibus variis sumuntur. Verbi causa, tres hæ quæstiones quam ob causam sit echo, cur in speculu rerum forma apparent, quamobrem sit iris in cœlo, tres inquam, hæ quæstiones genere conueniunt, siquidem omnium causa est reflexio, sed specie inter se distinguuntur. Alia autem ex eo dicuntur eadem, quod vnius medium, medio alterius continetur. Vt hoc quamobrem circa finem mensis maior concitatiorque est Nilus? quia sunt extremo mense imbres frequentiores. Rursus cur abeunte mense vis maior est imbrium? quia tum lumen lunæ magis ac magis minuitur, sunt igitur hæ duæ quæstiones, hoc modo quo diximus inter se affectæ.

COMMENTARIA.

QVendam diuisionis vsum proponit nobis in hoc cap. Aristot. Est autem ille, quod ipsius diuisionis beneficio reddamus causam omnium quæstionu, ea quippe interueniente statim intelligimus, quæ consequantur vnumquodque genus subiectum, vt quod animal sequantur nutriri, ac sentire. Roganti itaque cur homo, vel leo sentiant per diuisionem edocemur respondere id ex eo esse, quia vnumquodque ipsorum est animal. Explicat autem hoc Arist. in elementis.

1. Obseru. *Caterum non.* Obseruat Aristotel. hoc genus reddendi causam non solum esse accommodatum cu libet generi vniuerso, erum etiam alicui eiusdem partiu ad modum animalia, quæ habent cornua, hæc consequuntur habere omasum, & non habere dentes in vtraque maxilla. Quamobrem si quis roget cur capra, & cervus, omasum habeant ac non dentes, respondere oportebit, quia sunt animalia cornuta.

2. Obseru. *Præter illos.* Obseruat iteruæ eundem modum reddendi causam in his etiam, reperiri quæ nihil habent commune, quamuis sint eadem secundum aliquam proportionem velut os, & spina, si ut enim os, ita etiam & spina carnibus tegitur. Si itaque rogetur cur spina carne tegatur, apte respondebimus id ex eo esse, quia habet spina proportionem quandam cum ossibus.

Quot modi dicantur eadem quæst. *Quæstiones autem.* Docet in secunda parte præsentis capit. quot modis dici possint quæstiones aliquæ eædem, inquitque tribus modis id euenire posse. Primo, quando per vnum ac idem medium explicantur, huiusmodi sunt omnes, quæ per antiparistheſin explicantur. Est vero antiparistheſis quando vnum contrarium vi alterius pellitur, & ita fortius operatur. Velut in hieme aquæ puteales calidæ sunt, quia vi frigoris deducitur

deducitur calor ad partes internas terræ, vbi itidem facilius etiam eodem tempore concoquuntur, frigoris enim vi calor constipatur in stomacho, qui sic constipatus, facilioris concoctionis causa existit. Dicuntur iterum aliquæ quæstiones eædem, quia eandem causam genericam obtinent, quamuis diuersam causam specificam sortiantur. Id quod apertissimis exemplis in contextu Arist. illustrat, de quo, de imaginibus in speculo, & de iride in nube, conueniunt enim hęc omnia in genere, cum reflexio sit causa communis omnium horum effectuum. Dicuntur denique aliquæ quæstiones eædem, quia medium vnius sub medio alterius quæstionis continetur, vt aperte licebit in exemplo apud literæ cõtextum adducto intueri.

CAPVT XVII.

De consequutione causarum ac effectuum.

DE causis autem & effectis ambiget hoc loco quispiam, nunquid possint vicissim adhiberi effecta ad causas concludendas, cum semper sequatur, si effectus est, causam esse: nam si defluere arboribus folia, aut defectionem lunæ ponas, mox sequitur esse horum effectorum causam, atque esto, verbi gratia, causa cur decidant frondes lata habere folia, defectionis autem, terram interpositus. Etenim si ex tu effectu non sequatur hæc causa, necesse erit vt sint præterea alia eorum causa, siquidem simul cum iis causis sint effectus, simul ac enim posuisti terræ interuentum, sequitur defectio, & posita arbore, cui sint lata folia, statim efficitur defrondescere posse. At vero si res ita habet, nobis igitur admittendum erit vicissim ex alio alia demonstrari posse. Sit enim defrondescere a, arbor latioribus constans foliis b, vitiu c, si ergo in omni b est a, quod est omnem arborem latioribus vestitam foliis caduca habere folia, itemque in omni c dicatur b, omnis enim vitis latioribus tecta est foliis, ad extremum igitur concludetur, omne c esse a, quod est omni viti frondes decidere. Atque in hac quidem ratiocinatione, verbum medium b, causa est. At contra etiam concludere possumus vtem habere lata folia, per medium defrondescere. Esto arbor cui sunt ampliora folia d, defrondescere e, vitis f, omni igitur f conuenit e, hoc est omnia vitis defrondescit, in omni autem e dicitur d, id est omne quod defrondescit latiora habet folia, vnde efficitur omni viti latiora esse folia, sumptum quæ est pro causa huius rei, defrondescere. Quod si non possint ista vicissim sibi esse causa, vt certe nõ possunt (semper enim prior causa est effectu, & vt deficiat luna, causa est terra interpositus, nec cõtra defectio luna, causa esse potest, vt inter solem & lunã terra interponatur) erit igitur quæ ex causa constabit, accurrata, & cur res sit demonstratio, quæ autem ex effectu ducetur, tantum quod res ita sit confirmabit. Ex hoc enim effectu interponi quidem terram cognoscimus, sed quam ob causam interiiciatur nescimus. Quod autem defectio non sit causa cur interueniat terra, sed contra interiectus terræ ipsius defectionis, hinc perspicitur, quod in definitione defectionis accipitur terra interpositus, vnde planum est fieri manifestam defectionem per interuentum terræ, nec contra huius naturam per illud explanari. Iam vero quid vetat eiusdem effecti multas esse causas? Profecto si idem effectus multis primo attribui possit, id nõ videtur esse incommodum. Dicatur enim a in omni b primo, itemque in omnic primo etiam insit a, dicantur autem b & c, de d & e. Hic ergo cur a in omni d, & e insit, causa sunt b & c, illud quidẽ b, cur ipsi d conueniat, hoc autem c cur in ipso e dicatur. Itaque posita causa efficitur necessario vt res sit. At cum res est, non sequitur vniuersam causam esse, tametsi pars aliqua causæ necessario consequatur. An si genus vniuersum complectatur quæstio, semper ex vniuersa causa sequetur vniuersus effectus, & contra ex empli causa defrondescere, quanquam sit plantarum multis generibus commune, si singula velu persequi, tamen est certum quoddam vnum genus in quo id primum omnium cernitur, quod est vel planta, vel certi cuiusdam generis planta. Quare in iis etiam medium & effectum aqualia esse at & adeo vicissim retro commeare necesse erit. Veluti si causa est cur decidant arboribus frondes, quoniã concrescat humor necesse est vt si ponas defluere arboribus folia statim humidi concretionem ponas & contra, si est humoris talis concretio, necesse est defrondescere arbores. Sequitur nunc alia quæstio, vtrum sit semper eiusdem effectus eadem causa,

Universidad de Deusto
Biblioteca

causſa, an alia atque alia eſſepoſſit? An ſi ex iu ducta ſit argumenti concluſio quæ propter ſe rei conueniunt, non autem ex ſignis aut accidentibus, fieri non poterit vt ſit vnius rei pluſquam vna cauſſa? medium enim eſt alterius extremi definitio, ſin ſecus res concludatur, fieri poterit. Ac poſſunt quidem maius extremum, & minus per accidentia quadam tractari, ſed tamen non erunt ad ſciendum accommodata illa quæſtiones. At ſi accidentia omnia omittantur, erit ſemper eiuſdem generis medium cum extremis, nempe ſi homonyma ſint extrema erit homonymum medium: ſi genere quodam vno contineantur, & medium ſimile erit. Exempli cauſſa, qualia ſunt huius quæſtionis verba, quamobrem quibuſdam ineſt propoſitio commutata, tale eſt medium, eſt enim alia in lineis cauſſa, alia in numeris, & eadem tamen, nam hoc ipſo quod hæ linea ſunt illi numeri, eſt alia atque alia cauſſa, qua ratione autem eſt certi cuiuſdam generis acceſſio, eadem eſt in omnibus cauſſa. Eadem ratio eſt in omnibus id genus. Item, cur ſimiles ſint inter ſe colores, & cur figuræ figuris ſimiles, ſemper eſt alia atque alia cauſſa, quia ſimile verbum ambiguum eſt, cum ad iſta transfertur. Ac ſimiles quidem figuræ ac oratione fortaſſe dicuntur, quod certa quadam ſit inter latera proportio, & pares ſint anguli, colores autem, quia vno ſenſu omnes percipiuntur, aut ſimile aliquid. Porro autem in iis quæ proportione ſunt eadem, medium etiam idem erit proportione. Propterea autem eiuſdem ſemper generis eſt medium cum extremis, quoniam mutuo ſe conſequuntur cauſſa, effectus, & res cui per cauſſam attribuitur effectus. Ac ſi quidem ſingulatim res ſubiectæ accipiantur, latius patebit effectum. Vt exteriores angulos pares eſſe quatuor rectis, latius patet quam triangulum, aut quadrangulum. At ſi genus vniuerſum earum formarum ſpecies, quibus conuenit habere exteriores angulos pares quatuor rectis, cum eo reciprocabitur, eique par erit. Nec diſſimile eſt in medio ratio. Medium autem maioris extremi definitio eſt, quocirca dicuntur omnes ſcientiæ ex diffinitione oriri. Verbi gratia, defrondeſcere eſt quidem vitis conſequens, ſed multo latius patet, itemque ficus, ſed longe ficum excedit. At ſi cum omnibus huius generis arboribus conferas, latius patet, ſed æquale eſt. Si igitur primum medium ad probandum ſumas, erit diffinitio huius verbi, defrondeſcere, at primum quidem adhibetur hoc medium ad concludendum vniuerſum genus, deinde vero ad ſingulas partes accommodabitur, atque eſto medium, quoniam contrahitur, contreſcitque ſuccus, aut tale aliquid. Quid vero aliud eſt defrondeſcere, quam ſuccum ea in parte contrahi, vbi foliorum pediculus cum extremis ramulis, qui quaſi frondium ſemina ſunt, coniunctus eſt? Quod ſi quis hanc cauſſa & effectus conſequutionem velit ſibi deſcriptionibus quibuſdam & exemplis declarari, ſic habeto. Dicatur a in omni b, inſit autem b omni d, ſed ita vt latius pateat. Erit igitur b, generale quoddam verbum, facta ad omnia quæ ſub d continentur collocatione. Nam illud generale appello, quod non reciprocatur: vniuerſale autem primum illud voco, quod cum ſingulis partibus comparatum, non viciſſim retro commeat, cum toto autem genere collocatum, reciprocatur. nec latius patet. Ergo quod in omnibus d dicatur a, cauſa eſt b. Quare latius patebit a, quam b, nam ſi non ita ſit, quæ cauſſa eſt cur mutuo ſibi cauſſa eſſe non poſſunt? Iam autem ſi rurſus omnibus e conueniat a aliam quandam cauſam habebunt ipſa e, præter b, nam ſi ſecus res habet, cur verum eſt, omni e inſſe a, nec viciſſim ſit vt omne a ſit e? quamobrem enim non erit cauſſa cur omnibus e conuenit a, ſicuti aliqua eſt cur omnibus d inſit? Habebunt igitur ipſa e, aliam quandam rationem in qua conuenient: ſed quænam illa ſit conſiderandum, atque eſto c, fiet igitur poteſt vt eiuſdem rei plures ſint cauſſæ, ſed ita tamen, vt nunquam plures ſint eius effecti, quod in rebus ſpecie iisdem cernitur. Verbi gratia, vita in longum tempus protrahenda, in quibus quadrupedibus cauſſa eſt, quod felle careant, in volatilibus quod valde ſicca ſint, aut ſimile aliquid. Poſtrema quæſtio eſt, quando non ſtatim ad prima medioque carentia pronuntiata diſſolutur res propoſita, ſed multa media alia ex alia, multasque cauſſas perſequi oportet: Verum magis cauſſa eſt, medium, quod generale eſt, & ad genus vniuerſum accommodatum, an quod ad res ſingulas, in quibus aliquid quæritur, magis accedit? Profecto non dubium eſt quin illud medium magis cauſſa ſit,

quod ad

quod ad minus extremum, in quo quæritur an aliquid inſit, proxime accedit. Semper enim hæc prima cauſa eſt, cur ſub vniuerſo genere illud contineatur. Veluti vt omni d conueniat a, cauſa eſt c. Sit igitur perſequi cauſas oportet, vt dicamus c cauſam eſſe cur a conueniat d, tum cur c inſit a, cauſam eſſe b, poſtremo cur ipſi b conueniat, a ipſum b ſibi cauſam eſſe. Ac de ratiocinatione quidem & demonſtratione, & quid ſint & quomodo conficienda, haſtenus dictum eſt, ex quo quid qualisq; ſit ſcientia demonſtratiua intelligitur, vtpote quæ nihil ab illa diſtinguatur.

COMMENTARIA.

Proponuntur argum.

INſtituit Ariſt. diſputationem in hoc cap. de cauſſarum ac effectuum connexione, ac mutua conſecutione. Primum vero probat ex effectis neceſſario colligendam eſſe cauſam, alioquin enim eiuſdem rei, aliæ, darentur cauſæ, quod abſurdum videtur. Nam ſi dato Lunæ deliquio, non daretur interpoſitio terræ, neceſſe eſſet, vt alia cauſſam ab hac diuerſam Lunæ deliquium aſſignaremus.

At vero: Probat deinde Ariſtot. cauſam & effectum non poſſe adinuicem demonſtrari, committeretur namq; circulus in demonſtrando, quod inde confirmat quia quemadmodum demonſtramus aliquas arbores defrondeſcere quia habent lata folia cuiuſmodi ſunt vites, & ficus: ita etiam demonſtramus eaſdem arbores habere lata folia,

Diſſoluitur arg. propoſita

Quod ſi. Propoſita argum. diſſoluit Ariſtot. vt eorum ſolutione ſuſcepta diſputatio facilius innoteſcat. Inprimis autem occurrit ſecundo argumento docens nullum vitium eſſe huiuſmodi circulum committere cum vna demonſt. ſit per cauſam, & altera per effectum.

Iam vero. Ad primum itidem argumentum ait nullum eſſe incommodum dari eiuſdem rei aliam, & aliam cauſſam, ſi tamen res illa pluribus ſubiectis accommodetur, quemadmodum quia animal tribuitur homini, & leoni, ſi quis quærat cur animal ſit in homine, reſpond. quia eſt capax rationis, ac ſi alius percontetur cur illud idem in lecne reperiatur, dicemus hoc ideo eſſe, quia eſt expers rationis At vero ſi ſumatur totum vniuerſum genus, non quatenus eſt in ſuis ſpeciebus, ſed ſeorſum & in communi alia ratione ſe habet conſequutio. Quamuis enim recte valeat eſt capax rationis, ergo eſt animal, non tamen valet è conuerſo, eo quod in his conſequutionibus ſumitur cauſſa ex parte, non autem in toto.

Dubitatio Solutio.

Sequitur nunc. Quæritur hoc loco Ariſtot. num eiuſdem rei plures poſſint dari cauſſæ ad concludendum. Reſpondetque cauſſam exactam ac eſſentialem vnam tantum eſſe, accidentarias vero poſſe complures aſſignari. Vnde ſi res aliqua accurate demonſtranda ſit, vnicum tantum medium ſumendum erit, ſin minus accurate eandem demonſtrare velimus plura vſurpare poterimus.

Obſerua.

At ſi accidentia. Animaduertit hic Ariſt. talem debere inueniri affinitatem intermedium ac extrema (mediis accidentariis prætermiſſis) vt qualia ſunt media, talia etiam ſint & extrema, ſic adeo vt ſi extrema ſint homonyma, & media quoque homonyma eſſe debeant, ac ſi eadem ſynonyma ſint, & vt media etiam ſynonyma exiſtant oportet ſit exemplum. Quia commutata propoſitio ob aliam, & aliam diuerſam cauſam priuatam, ac peculiarem lineis & numeris competit propterea huiuſmodi medium in communi debet ſumi homonymos, cum alia, & alia ratione his diuerſis extremis conueniat.

Propterea autem. Docet denique Ariſt. in hoc cap. ſi extrema demonſtrationis reciprocentur, debere ſumi medium, quod cum eis reciprocetur. Hoc autem manifeſtat Ariſtot. l. duplici exemplo Mathematico vno & altero naturali. Hoc poſtremum ita ſe habet. Si de plantis concludendum ſit eas defrondeſcere, quæ habent lata folia, cuiuſmodi ſunt vites, aſſumi oportebit medium, quod cum vtroque extremo reciprocetur. Ex quo huiuſmodi coaleſcet demonſtratio. Quæ habent concretum humorem inpediculis foliorum defrondeſcunt, atqui arbores habentes lata folia habent huiuſmodi humorem concretum in pediculis foliorum, defrondeſcent igitur huiuſmodi arbores. Id ipſum explicat iterum Ariſtot. in elementis, quod nos apertius multo in hac demonſtratione patefacimus. Omne animal particeps rationis eſt capax diſciplinæ, &c. In qua vt capacitatem diſciplinæ de homine concludamus, quæ cum ipſo reci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

procatur medium vsurpamus, quod cum hoc vtroque extremo conuertitur, diffinitionem nimirum. Obiter etiam adnotat posse fieri vt aliqua affectio pluribus subiectis conueniat non ob vnam, ac eandem, sed propter variam ac diuersam rationem, quemadmodum longius vitam protrahere competit volatilibus, ac quadrupedibus his quia felle carent, illis vero quia sunt valde ficca.

Dubitatio. Solutio.

Postremo quæstio. Caput hoc concludens in dubium vertit Arist quodnam sit mediũ accuratæ demonstrationis, num diffinitio subiecti, vel attributi? an quippiam aliud? Respondet autem potissimum medium debere subiecti diffinitionem iudicari.

CAP. VLTIMVM.

De habitu primorum principiorum.

SVperest vt doceamus qua ratione principiorũ assequamur cognitionem, & quis ille sit habitus, per quem ipsa intelliguntur. Sed prius, quam hoc aggrediamur, quid vtramque in partem probabile sit subiiciemus. Ac primum, quod scire nemo possit per demonstrationem, quin ante cognita, & percepta habeat prima, atque immediata principia, supra ostendimus. Hic igitur ambiget forte quispiam, vtrum sit eadem principiorum, quæ aliarum rerum cognitio, necne, & vtrum harum & illorum cognitio scientia appellanda sit, an vero harum quidem scientia, illorum autem aliud quoddam cognitionis genus. Et vtrum non insit nobis iam inde ab ortu principiorum habitus, sed vsu acquiratur, an vero nobiscum quidem nascatur, sed lateat tamen, nec se statim exerat. At nobis quidem ingenitum esse nec intelligi, absurdum est: alioqui fatendum erit eum qui certius aliquid cognoscat, quam si per demõstrationem sciret, in summa tamen ignoratione versari. At vero, si non est insita natura principiorum notitia, sed vsu & progressu temporis acquiritur, quonam pacto assequi, ac discere ipsa principia poterimus, nulla antecedẽte cognitione? Nam illud fieri non posse, in explicanda demonstratione supra diximus. Perspicuum igitur est neque simul nobiscum nasci principiorum cognitionem, neque cum ante plane omnium rerum imperiti essemus, nullumque habitum qui ad ista cognoscenda pertineret haberemus, postea vsu, & temporis processu acquiri. Quapropter necesse est, vt ingenita quædam natura vis huius cognitionis nobis præbeat occasionem, quæ tamen facultas non tamen accurate, ac subtiliter singula perspiceret, nisi, quam certa hæc, minimeque fallax principiorum cognitio. Atque hæc facultas, in omnibus inesse animantibus videtur. Omnibus enim animalibus tribuit natura aliquam ad discernenda & iudicanda res facultatem, quam sensum appellant. Cumque hoc omnia animali conueniat quod sensum habeant, in eo discrimen est inter ipsa, quod ea quæ sensibus obiecta sunt, in quorundam animo impressa atque infixa manent, alius statim excidunt. Quorum autem animis rerum obiectarum species non imprimitur, ea aut nullum plane, aut certe earum rerum quæ animo non retinentur, non habent cognitionem nisi quo tempore sentiunt. Quæ vero sensuum oblatas impulsiones retinent, ea postquam sentire desierunt, habent etiamnum insixam animo quam quandam rei speciem. Cumq; huiusmodi genera multa sint animantia, hic rursus est quædam inter illa differentia, eo quod quædã sunt quæ coniunctam habent cum illarum rerum memoria rationem. Alia sunt quæ huius plane sunt expertia. Oritur ergo (vt diximus) ex sensu memoria, tum ex memoria aliquoties repetita, nascitur experientia, nihil enim aliud est experientia vna, quam multa (vt sic dicam) memoria. Postremo ex experientia quæ tum est cum est infixa animo de toto genere pronũtiatio, aut vnius cuiusdam rei notio, quæ sit ipsa quidem præter res singulas, sed in illis tamen omnibus vna eademque manens consistat, ex ipsa inquam experientia, proficiscuntur omnis artis ac scientiæ principia. Artis quidem, si ad eas res pertineant quæ oriuntur & occidunt, scientia autem si ad ea quæ eadem semper sine vlla mutatione permanent. Nequis igitur certi cuiusdam generis habitus nobis natura insiti, quibus principia intelligamus, neque ex aliis habitibus prioribus, ac notioribus oriuntur, sed sensibus modo tribuenda est huius cognitionis origo. Quemadmodum enim inclinata iam acie fusoque propemodum exercitu, si resistere vnus incipiat, mox alius gradum sistit, deinde alius atque alius, donec ad principium agminu ideperueniat, ita (vt sunt animi nostri) simile aliquid in iis vsuenire potest. Sed quod modo dictum est, nec satis aperte explicatum, non ab initio explanemus. Ac primum, cum

mum, cum se aliquod individuũ sensibus offert, tum primum animo comprehenditur vniuersum genus. Etenim singulare quidem est quod sentitur, sed sensus ipse intimaque cogitatio ad genus vniuersum pertinet, veluti cum hominem aliquem video, sensus ad hominem concipiendum, non ad Callian hominem percipiendum pertinet. Tum vero animus aliquandiu in hac atque illa communi notione conquiescit, idque eo vsque persequitur dum ad simplicissimam aliquam latissimeq; patentem notionem perueniat. Veluti huius atq; illius generis animantia tantisper cõsiderat, dum ad communem animalis notionem perueniat, ac deinde pari ratione ex hoc genere ad alia progrediatur. Ex iis planum est, primam initia inductione fieri ex rebus manifestis, quid enim aliud est profecta hoc modo à sensibus notitia, quam inductio? Quoniam autem omnium qui ratione cernuntur habituum, quibus verum aliquod dicere possumus, alii sunt in quibus perpetua inest veritas, alii in quibus vt falsum dicatur interdũ euenit: Huius generis sunt rerum agendarum & faciendarũ ratio, & opinio. Ex genere autem eorũ quæ semper vera sunt, est scientia & intelligẽtia. Et quia nil est certius accuratiusq; scientia, præter intelligentiam, semperq; notiora sunt principia demonstratione, ac nisi adhibita ratione nulla potest existere scientia, ex iis profecto necessario efficitur, principiorum non esse scientiam. Atqui nihil est certius accuratiusq; scientia præter intelligentiã. Itaq; in cognoscẽdis principiis intelligentiã posita esse, perspicue hac ratione ostẽditur. Sed et hac ratione id confirmari pot. Principiũ demõstrationis non est demonst. neq; igitur principium scientia erit scientia. Quare si præter intelligentiã nil est in quo sit perpetua veritas, perinde atq; in scientia, erit profecto intelligẽtia veluti quoddã principiũ omnis scientiæ. Atq; ita id quod valde consentaneũ est, fiet: vt principiũ scientiæ ipsis attribuatur principius, scientia autem simili modo, omnibus his rebus, quæ ex principiis orta sunt.

COMMENTARIA.

Proponuntur 3. quæst.

CVm in tota superiori disputatione effecta mentio de habitu primorum principiorum, oportuit latum aliquem de illo sermone hoc in loco haberi. Idigitur in hoc cap. præstat primumque constituit neminem posse per demonst. aliquid scire nisi cognita prius habeat prima principia. Tres igitur quæstiones de habitu huiusmodi principia cognoscendi proponit. Prima est quisnam sit habitus quo medio prima principia cognoscuntur, secunda an sit eadem principiorum & aliarum rerum cognitio, tertia an habitus primorum principiorum sit nobis à natura tributus.

Explica. 3. quæst.

Ac nobis quidem. Ex his quæstionibus tertiam primo loco discutit argumentis in vtramque partem propositis. Primum vero confirmat non posse habitum primorum principiorum esse nobis congenitum, nam si esset, fateri oportet etiam, illum qui talem nactus est habitum, ipsa prima principia aliquando ignorare, quod tamen est falsum.

At vero. Alteram iam partem, huiusmodi nimirum habitum esse nobis à natura insitum, ac innatum, nec quotidiano vsu ac exercitatione illum acquiri confirmat. Si enim actionibus nostris ille compararetur ex antecedente ortum ille traheret, omnis quippe habitus hoc modo genitus, ex antecedẽte fit cognitione, hoc autem est omnino falsum.

Explic. 1. q.

Perspicuum igitur. Suum fert iam de quæst. propositæ iudicium, simulq; docet quo pacto prima principia cognoscantur quod ad primam quæstionem spectat. Asserit ergo habitum primorum principiorum, nec posse dici absolute nobis congenitum, nec adquisitũ, siue necessarium sed esse nobis congenitam quandam viam quæ occasionem præbeat prima principia cognoscendi, quæ quidem vis, ac facultas omnibus animalibus inesse videtur, cũ omnibus illis sit quædam vis ac facultas à natura concessa quæcunq; se obtulerint discernendi, ac iudicandi. Quod si quis roget quænã sit huiusmodi facultas: Respondendum erit illam esse sensum, omnia quippe animalia sunt sensu prædita, licet duplex inter ea intercedat discrimen. Primum est, quia quædam sunt quæ possint retinere speciem, & cognitionem absentibus etiam obiectis cuiusmodi sunt omnia animalia perfecta, alia vero quæ id ipsum præstare nequeunt veluti quæ imperfecta sunt animalia, hæc enim tunc temporis tantum sentiunt, & agnoscunt, quando habent præsens obiectum. Secundum est, quod ex animalibus quæ retinent species

Interrog. Sol.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quædam vna cum memoria habent coniunctam rationem, aliis rationis expertibus existentibus.

Oritur ergo. Explicat hoc loco Arist. qua ratione vniuersa principia constituantur. Primum inquit (vt 1 lib. Metaph. cap. 1. diximus) oritur ex sensu memoria: ac deinde ex memoria (æpius repetita oritur experientia quæ nihil aliud est, quam quædam memoria, & tandem ex experientia oriuntur principia cuiuscunque artis, & scientiæ, vnde colligit ad hæc principia constituenda, & cognoscenda nullum esse nobis habitum congenitum, sed originem illorum esse sensum. quia ex variis actionibus eorum paulatim deuenimus in cognitionem, & constitutionem primorum principiorum, quod ita explicat Arist nam in primis singularia sensibus sese offerunt, deinde apprehenso hoc, & illo singulari colligimus quandam communem rationem & primum principium, vt quia hic ignis, qui sese offert est calidus & ille colligimus omnem ignem esse calidum, vnde inquit prima principia inductione fiunt manifestissima.

Quoniam autem, &c. Explicat Aristo. hoc loco secundam quæstionem docens intelligentiam, quæ cognitio est primorũ principiorũ distingui a cognitione aliarum rerum, probatque primum intelligentiam, & scientiam (sub quibus continetur sapiẽtia) distingui à prudẽtia, arte, & opinione, quia per illam apprehendimus infallibiliter, at vero per prudentiam, artem, & opinionem aliquãdo apprehendimus fallum, quia versantur in contingentibus, quæ possunt aliter euenire.

Et quia, &c. Confirmat deinde duplici ratione intelligentiam distingui à scientia, prima est, quia intelligentia certior est scientia, quia versatur circa prima principia, quæ sunt certiora conclusione, in qua versatur scientia. Secunda, quemadmodum principiorum demonstrationis, non est demonstratio, ita quoq; cognitio principiorum, non erit cognitio demonstrationis, vnde cum habitus primorum principiorum sit cognitio illorum, & habitus scientiæ sit cognitio demonstrationis intelligentia maxime distinguetur à scientia.

SECTIO VNICA.

DISPVTATIO IN EA QVÆ PROPOSITA fuerunt ab Arist. in secundo lib. de demonstratione, vnica sectione comprehensa.

ARGVMENTVM.

BReuiter nos ab hac disputatione expediemus, cum ea, quæ in hoc 2. lib. proposita fuerunt ab Aristot. facilima sint, & paucis difficultatibus obiecta, tantum igitur circa numerum quæstionum in primo cap. propositum, de medio demonstr. & de habitu primorum principiorum, necessarias disputationes proponemus.

QVÆSTIO I.

Num sint vera quæ de quæst. in primo cap. docuerat Arist.

PRætermissis nonnullis difficultat. quæ ab interpretibus in hoc cap. proponi solent tres sunt, quæ se nobis offerunt explicandæ.

1. Diffinitio. Prima quid intelligat Aristot. per ea quæ sciuntur, quando inquit numerum quæst. parem esse his, quæ sciuntur, num ea quæ per demonstra. cognoscuntur, vel lila, quæ certo & euidenter sunt perspecta? primum enim dici non potest, quia quæst. quid sit, recense-

recensetur inter quæst. ab Aristot. quæ non cognoscitur per demonstrationem: neque alicrum secundum, quia principia prima per se nota sunt certo & euidente perspecta, de quibus nulla potest fieri quæstio, nõ igitur vera erit sententia & doctrina Aristoteiis.

2. Dubit. Secunda dubitatio est, quia Arist. 1. Top. cap. 3. & 4. plura affert quæstionum genera proponit enim quæstionem diffinitionis, generis, proprietatis, & communis accidentis, non ergo recte docuit, tantum esse quatuor genera quæstionum propositarum, aut saltim non satis in hac re sibi constare videtur.

3. Dubit. Tertia dubitatio est, ob quam causam docuit Arist. quæstionem, an sit, esse simplicem, & quæstionem, an hoc illud sit, compositam, cum in hac quæstione etiam quæramus existentiam proprietatis in subiecto: nam idem est quærere, an homo sit capax disciplinæ, quod, an capacitas disciplinæ existat, cum existentia accidentium nihil aliud sit, quam actualis inhærentia in subiecto.

Soluuntur difficultates. His difficultatibus nituntur interpretes respondere: D. Thom. Themist. Philopon. B. Alb. Magn. Caietan. Ægid. Venet. Louaniens. & alii, quorum vestigia imitati, illis in hunc modum satisfacimus.

Ad 1. difficul. Ad primam respondemus, per ea, quæ sciuntur, intelligere Arist. quæ certo & euidenter cognoscuntur. si quæri hæc & in dubium reuocari possint, vt per priorem partem excludamus res contingentes, quæ non certo, & euidenter, sed probabiliter & obscurè cognoscuntur. & per alteram excludamus prima principia communia & generalia, quæ non habent priora supra se, vt sunt axiomata, quale est illud: Omne totum est maius sua parte, & alia huius generis, sunt enim illa nota, vt in dubium verbi aut reuocari nulla ratione queant.

Ad 2. difficul Ad secundam respondet inprimis Themistius, quæstiones illas propositas primo Topicor. esse omnino diuersas ab illis, quas hoc loco recenset, nec mirum, quia illic traduntur quæstiones Topicæ, hic vero Analyticæ, & Demonstratoriæ, quæ sunt inter se non parum diuersæ. Vel cum D. Tho. respondemus, omnes illas quæstiones propositas primo Topicorum reuocari posse ad quæstionem, qualis res sit, vel an hoc illud sit, quia per quæstionem, qualis res sit, non tantum intelligimus illã, qua rei qualitas indagatur, sed omnem aliam, qua quęrimus, vtrum hoc illi insit, quod commune est omnibus quęstionibus propositis primo Topicorum: nam in illis quærimus, an diffinitio, an genus, &c. insint subiecto, de quo quæruntur.

Ad 3. diffi. Ad vltimam dicimus, quęstionem, an res sit, dici simplicem, vel quia pertinet ad rem simplicem, cum in illa nullum attributum expresse quæramus, vel certe, quia per illam postulamus, an res sit ens. quod à Deo est simplex, vt alicui coniunctum, nullam cum illo efficiant compositionem, nam iudicio Arist. 4. Metaphys cap. 2. idem est dicere, homo, & ens homo, quæstio vero, an illud sit, quamuis aliquando quærat, existentiam accidentis, non tamen illam quærit sub ratione existentiæ, sed sub conceptu cuiusdam vnionis proprietatis cum subiecto, nam quando quærimus, an homo sit capax disciplinæ, quamuis per vnionem cum illo existat hæc proprietas, non hoc quærimus propter existentiam, sed propter vnionẽ, quam habet eum homine: & quia hæc vnio est accidentaria, denotatque aliquam compositionem, propterea quæstio, an hoc illud sit, vocata fuit ab Aristotele composita.

QVÆSTIO II.

An definitio proprietatis sit medium potissima demonstrationis?

GRauis se offert quæstio de medio demonst ationis explicanda, num scilicet sit illud diffinitio subiecti, seu proprietatis, nomine autem potissimæ demonstrationis intelligimus demonstrationẽ à priori, nam de altera à posteriori certum est, medium non esse definitionem, sed effectum, ex quo nitimur causam indagare. Et quidem medium esse definitionem proprietatis, & non subiecti, confirmamus his argumentis.

1. Arg. Primum est, quia Arist. quotiescunque in hoc secundo libro cap 9. & 17. de hac re disputat, inquit, medium esse diffinitionem maioris extremi, id est, proprietatis, quæ in conclusione concluditur de subiecto, omniaque exempla, quæ de hac re proponit, peruntur à definitione proprietatis, & non subiecti, inquit enim, quod si rogemus, ob quã causam luna patiatur eclipsin, respon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dendum erit, quia terra interponitur inter solem & ipsam, quę causa est diffinitio eclipsis, quæ est proprietas lunæ, & si quæramus ob quam causam inter vocem acutam & grauem consonantia intercedat, respondendum erit quia inter eas datur proportio numeri, hæc autem est diffinitio consonantiæ, quæ est proprietas vocis.

2. *Arg.* Secundum. Scientiæ mathematicæ vtuntur certissimis demonstrationibus: sed illæ non demonstrant conclusiones suas per diffinitionem subiecti, sed proprietatis, ergo non subiecti, sed proprietatis diffinitio erit medium potissimæ demonstrationis, confirmatur minor, nam de maiore nulla est dubitatio: Quia Geometra confirmans triangulum habere tres angulos pares duobus rectis, non vtitur diffinitione subiecti, sed proprietatis, sic enim argumentatur: Omnis figura habens angulum extrinsecum æqualem duobus intrinsecis sibi oppositis, habet tres angulos æquales duobus rectis, sed triangulum est huiusmodi figura, ergo triangulum habebit tres angulos æquales duobus rectis, iam igitur definitio proprietatis, & non subiecti erit medium cum hoc demonstretur per habere angulum extrinsecum, quod est proprietas trianguli.

3. *Arg.* Tertium. Illa est potissima demonstratio, quæ magis ex immediatis procedit, vt constat ex his, quæ Aristoteles cap. 2. 1. libr. docuerat, sed quæ progreditur per definitionem proprietatis, prog. editur per ea, quæ sunt magis immediata, ergo medium potissimæ demonstrationis erit diffinitio proprietatis. Confirmat. minor ex eo, quod proprietas immediatius multo effertur de sua diffinitione, quam de diffinitione subiecti, nam risibile, quod est hominis proprietas, immediatius dicitur de aptitudine ad risum, quæ est illius diffinitio, quam de animali compote rationis, quod est diffinitio hominis, ergo, &c.

4. *Arg.* Quartum. Si diffinitio subiecti esset medium potissimæ demonstrationis, vltima illius resolutio esset in ipsius diffinitionem faciendam, quia in medium tandem to a demonstratio resolui debet, at hoc fieri nulla ratione potest, non igitur medium potissimæ demonstrationis poterit esse diffinitio subiecti. Confirmatur minor, demonstratio debet in ea resolui quæ fuerint per se nota, vt docebat Arist. lib. de demonstrat cap 2. sed illa propositio, in qua prædicatur proprietas de diffinitione subiecti, non est per se nota, cum debeat per diffinitionem eiusdem proprietatis reddi nota, vt hæc propositio, animal particeps rationis est risibile, non est per se nota, sed notificatur per hanc alteram, omne quod habet facultatem ad ridendum est risibile, ac proinde cum omne animal participans rationis habeat facultatem ad ridendum, omne animal particeps rationis erit risibile, quare mediũ potissimæ demonstrationis nulla ratione esse poterit diffinitio subiecti.

Varia de hac quæst. opin. In hac quæstione sunt fere tot sententiæ, quot capita, nam Hieronymus Baldouinus in sua prolixa satis & diffusa de hac re disputatione duodecim refert opiniones, quibus ipse addit decimamtertiam, de qua etiam re luculenter satis disserit Iacobus Zabarella in Operibus Logicis, duobus libris de hoc genere argumenti conscriptis, in quibus multas etiam refert, & refutat tam Græcorum, quam Latinorum, quam Arabum opiniones, quas certe omnes velle referre, molestum nimis esset, & minime necessarium, quare aliis prætermissis tres tantum, quæ sunt celebriores, magisque apud Doctores receptæ opiniones, proponemus.

1. Opin. Est igitur prima opinio Linconiẽsis, Scoti 2. lib. de demonstrat. q. 59. & quam multi (& ipse Zabarella) tribuunt D. Thom. est, medium potissimæ demonstrationis esse diffinitionem solius subiecti, & nullo modo proprietatis.

2. Opin. Secunda opinio est huic ex diametro contraria diffinitionem solius proprietatis, & nullo modo subiecti, habere locum medii, hanc magna animi tenacitate sequitur Ægidius Romanus, idemque ante eum B. Albertus Magnus. & Græci Themistius secundo libro, cap. 13. & alii sequuti fuerunt, quam etiam multi ex recentioribus amplectuntur.

3. Opin. Tertia opinio est, vtriusque diffinitionem tam medii, quam proprietatis, posse esse medium demonstrationis, quæ profecto opinio absque ambagibus est D. Tho. 2. lib. de demonstrat lect. 1. Caiet. in commentar. in cap. 7. Iauell. in sua Dialect. tract. 11. cap. vlt multorumque aliorum, quamuis inter Caietanum & Iauellum sit aliqua dissensio, quia Caietanus putat medium esse vtriusq; diffinitionem, per modum cuiusdam aggregationis, ita vt vtrumq; diffinitio aggrega-

ta, sumatur tanquam medium ad concludendam proprietatem de subiecto, quemadmodum ad concludendam risibilitatem de homine, hoc modo componemus demonstrat. ex vtraque diffinitione. Omne animal particeps rationis, quod habet facultatem ad ridendum, est risibile, sed omnis homo est animal rationis particeps, quod habet facultatem ad ridendum, ergo omnis homo est risibilis. Iauellus vero hoc fieri nulla ratione posse arbitratur, sed putat, proprietatem per solam diffinitionem ipsius esse concludendã de subiecto, & deinde illius diffinitionem per diffinitionem subiecti esse demonstrandam: vt risibilitas concludi debet de homine per hoc, quod est habere facultatem ad ridendum, verum hæc facultas debet concludi de illo per esse animal particeps rationis

1. *observ.* Ad hanc igitur quæstionem explicandam animaduertendum erit in primis, esse duo genera proprietatum, quæ subiectis conueniunt, nam quædam conueniunt à principio aliquo extrinseco, vt eclipsis in luna, quæ prouenit ex interpositione terræ inter solem, & ipsam, alias autem esse, quæ oriuntur ex aliquo principio interno eiusdem subiecti, vt risibilitas in homine, & caliditas in igne.

2. *observ.* Deinde obseruandum est, proprietates ordine quodam subiecto conuenire, nam ab eius natura tantum prima proprietas dimanat, & à prima deinde oritur tertia, & ab hac quarta, & sic deinceps vsquequo ad vltimam proprietatem fuerit deuentum, quemadmodum in commentariis in capit. de proprio in quæst. docuimus luculenter.

3. *observ.* Demum sciendum erit, medium ea tantum ratione posse dici medium, qua est causa vnionis, aut coniunctionis proprietatis cum subiecto: nam scire, quod per demonstrationem comparatur, nihil aliud est, quam rem per causam intelligere, quare idem erit quærere, quodnam sit medium demonstrationis, quod quærere, quænam sit causa proprietatis, vel maioris extremi, quod in conclusione concluditur de subiecto, num materialis, vel formalis, vel efficiens, vel finalis, per omnia siquidem genera causarum posse confici demonstrationes, docuit Arist. in hoc 2. lib. cap. 11. vt exposuimus.

1. *conclus.* Sit prima conclusio. In his proprietatibus, quæ à causa extrinseca dimanant, medium demonstrationis non est diffinitio subiecti, nec proprietatis, sed causa illa extrinseca, à qua deriuantur: vt medium, quo concludimus eclipsin de luna, neque est definitio lunæ, neque eclipsis, sed interpositio terræ inter solem, & ipsam, quæ huius effectus est propria, & legitima causa: estque huius conclusionis ratio aperta. Scire est rem per causam intelligere, ergo illud erit medium sciendi, quod erit vera, & legitima causa rei, quæ scitur, sed interpositio terræ est vera causa eclipsis lunæ, ergo medium ad concludendum in demonstratione eclipsin de luna, erit interpositio terræ, & idem iudicium erit de aliis proprietatibus, quæ ab huiusmodi causis extrinseci oriuntur, cum eclipsis, & earum vna & eadem ratio esse videatur. *Confirm.*

2. *conclus.* Secunda conclusio. In aliis proprietatibus, quæ ab intrinseca causa (vt pote natura subiecti) oriuntur, medium non est quid aggregatum ex diffinitione subiecti, & proprietatis. Hanc aduersus eruditissimum Caietan. & alios sectatores profitemur, eamque cum Iauello cõfirmamus primo: Quia ea, quæ sunt per accidens, nullum locum habent in demonstrationibus, cum tantum ea, quæ sunt per se, in ea assumantur. vt capite 4. lib 1. docuit Aristoteles: at aggregatum ex definitione subiecti, & proprietatis (vt ad concludendam risibilitatem de homine, hoc aggregatum, animal particeps rationis, quod habet facultatem ridendi, cuius prima pars est definitio hominis, secunda vero risibilitas) est ens per accidens, cum conflatur ex rebus diuersarum categoriarum, scilicet ex natura hominis, significata per illius diffinitionem, & ex natura proprietatis per eius quoque diffinitionem declarata: ergo huiusmodi aggregatum non erit medium demonstrationis. *1. Arg.*

Iam medium demõstrationis debet esse per se vnum, sed aggregatum ex his duabus definitionibus non est per se vnum, sed multiplex, cum sint duæ definitiones, & duo definita significata per illas, ergo illud nulla ratione poterit esse medium. *2. Arg.*

Observ. Animaduertendum est tamen intelligendum hoc esse, quando aggregatũ conflatur ex definitione subiecti & proprietatis, nam si fuerit conflatum ex duab. definitionibus eiusdem subiecti, bene poterit illud esse medium demonstrationis, vt ad cõcludendam

capaci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

capacitatem disciplinæ de homine, vti possumus hoc aggregato, omne animal particeps rationis, quod constat corpore & anima rationis participe, est capax disciplinæ, cuius prima pars est diffinitio essentialis hominis, altera vero petita à causis, nimirum à corpore & anima. Et ratio est, quia hoc aggregatum non est ens per accidens, sed per se, cum denotet rem eiusdem categoriæ, & sit idem vtriusque diffinitionis (ex quibus totum constatur aggregatum) diffinitum, ac proinde poterit optime esse medium demonstrationis.

3. concluſ. Tertia conclusio. Diffinitio subiecti est medium potissimæ demonstrationis. Hanc docemus cum auctoribus citatis in prima opinione, qui in eo tantum errant, quod asserant, diffinitionem solius subiecti esse medium, & non proprietatis, at vere loquuntur, quando dicunt, diffinitionem subiecti esse verum & legitimum medium, quam opinionem vbique sequitur D. Tho. Flandrens. 2. lib de demonstr. q 2. art. 5. Tolerus cap. 9. eiusdem lib. & multi alii, eamque in hunc modum possumus confirmare.

1. Arg. Primo, quia Arist. de subiecto agens 1 de anima, capit. 1 inquit, principium, i. medium demonstrationis esse, quod quid est, vanalsque esse diffinitiones ad demonstrandum, in quibus non apparet causa accidentium: at causa accidentium non est eorum diffinitio, sed natura subiecti: & 4. Physic. de loco agens docet, illam esse optimam diffinitionem, quæ causam explicat subiecti, at hæc est definitio subiecti, ac proinde cum medium idem sit quod causa, haud dubie quin illud debeat esse diffinitio subiecti.

2. Arg. Secundo, quæ prænoscuntur ante demonstrationem, necessaria sunt ad illius structuram, & compositionem, sed de subiecto, prænoscendum est quid sit, vt docuit Arist lib. 1. c. 1. ergo quod quid est subiecti, quod nimirum per illius essentialem diffinitionem exprimitur, necessarium erit ad demonstrationem, at nõ ob aliam causam, nisi quia habet locum medii, ergo diffinitio subiecti medium erit demonstrationis.

3. Arg. Tertio. Illud est potissimum medium demonstrationis: quod ita est causa, vt non sit alicuius in eo genere effectus, quia, vt sæpe diximus, medium debet esse causa conclusionis, sed definitio subiecti, aut natura per eam declarata, ita est causa proprietatis, vt non sit alicuius effectus, diffinitio autem eiusdem proprietatis ita est causa, vt sit effectus: est siquidem natura proprietatis à natura subiecti, tanquam à vera & legitima causa, ergo potissimum medium demonstrationis erit natura subiecti.

4. Arg. Rursus dantur multæ demonstrationes, in quibus medium non potest esse diffinitio proprietatis, sed subiecti, ex aliquo genere causa petita: nam concluſit Arist. 1. lib cap 2. demonstrationem generare scientiam, quia constat ex primis, veris, immediatis, &c. quod sane medium est diffinitio demonstrationis petita à materia. Et 2. de anima, capit. 2 collegit etiam per demonstrationem, animam esse actum corporis organici, potẽtia vitam habentis, per alteram illius diffinitionem, quæ est, esse principium vegetandi, sentiendi, mouendi ad locum, apprehendi, & intelligendi iam igitur medium demonstrationis erit diffinitio subiecti.

4. concluſ. Quarta conclusio. Diffinitio etiam proprietatis est medium aliquando in ea demonstratione in qua ipsum de subiecto demonstramus. Hanc cum Themistio, B. Alberto, Ægidio, & aliis constituimus. Primo, quia in demonstrationibus mathematicis plerumque frequentius vtimur diffinitione proprietatis, quam subiecti. Secundo, quia notiores sunt nobis naturæ proprietatum, quam subiectorum, ac proinde crebrius poterant in demonstrationibus vsurpari. Tertio quia Arist. cap. 9. & 17. huius lib. demonstrat eclipsin quæ est proprietas lunæ, de ipsa, per diffinitionem eclipsis, & defrondescere in autumno de arboribus, per diffinitionem eius, quod est defrondescere, quod est decesse humorem eo tempore in radicibus foliorum, quod certe est proprietas ipsarum arborum.

Ad arg. Ad arg. vero in initio proposita respond. inprimisque ad duo prior a, non est curre spond. cum hanc vltimam conclusionem demonstrent.

Ad 3. Ad tertium respond. demonstrationem non tantum ex immediatis procedere, sed ex prioris etiam, at quando proprietas dicitur de sua diffinitione, non constat ex primis, bene tamen quando dicitur de diffinitione subiecti, quia prima causa proprietatis non est sua, sed subiecti natura. Vel negandum erit, non esse naturam subiecti declaratam per eius diffinitionem causam immediatam proprietatis: nam de prima nulli est dubium, quia nullam aliam causam habet, præter illam, de aliis ex eo poterit confirmari, quia prius a proprietas non generat secundam, nisi in virtute naturæ subiecti, & secunda tertiam, & sic de aliis, vnde erit immediata secundum virtutem, quamuis non (vt ita loquar) secundum suppositum.

Ad 4. Ad quartum dicimus, admittentes, vlti mam resolutionem faciendam esse in naturam subiecti, hoc enim est scire rem vsq; ad prima principia, & elementa resoluere, ex 1. Physicor. cap. 1 & quamuis natura proprietatis notior sit nobis, quam natura subiecti, at subiecti notior est natura, deberque demonstratio potissima ex his, quæ sunt notiora, natura procedere.

QVÆSTIO III.

An prima principia sint naturaliter cognita?

IN vltimo cap. agit Arist. de primis & generalibus principiis, quæ sunt veluti quidam generales, & vberrimi fontes, ex quibus scientiarum omnium cognitio deriuatur, de eisdem etiam & nos disputantes tres quæstiones proponemus.

1. Arg. Prima: an prima principia sint naturaliter nota. Secunda, an habitus, quo illa cognoscuntur, sit à natura inditus, vel nostris actionibus comparatus. Et tertia, an illa comparanda sit experientia necessaria. Et vt à prima exordiamur, ostendimus, prima & generalia principia non esse cognita naturaliter, primo: Omnis nostra cognitio aut est per inuentionem aut per doctrinam, sed tam prima, quam secunda, est adquisita, vt est satis manifestum, omnis igitur nostra cognitio erit adquisita, ac proinde nulla erit nobis naturalis.

2. Arg. Secundo, quæ sunt à natura, omnibus sunt ex æquo communia, sed cognitio primorum principiorum non est omnibus ex æquo communis: nam quidam maiori propensione in illa cognoscenda feruntur quam alii, non igitur erit huiusmodi cognitio naturalis.

3. Arg. Rursus, cognitio naturalis ita est omnibus clara, & perspicua, vt nullus sit, qui eam diffiteri queat, sed multi negant veritatem primorum principiorum, non igitur erit huiusmodi cognitio naturalis.

Animad. His igitur, aliisque huius generis argumentis confirmari videtur, non esse hanc primorum principiorum cognitionem à natura nobis concessam, & (vt ita dicam) ingeneratam. Cæterum vt quæst. explicare possimus, animaduertimus, duobus modis posse aliquid esse naturaliter cognitum, primo secundum actum perfectum, ita vt semper sit cognitum, absque vlla mora, & interuallo, aut cessatione actus intelligendi, qua ratione profitetur D. Thom. in angelis cognitionem suæ naturæ & diuinæ esse naturalem, quia ab exordio creationis semper suam, diuinamque naturam ita intellexerũt, vt ab huiusmodi actu sistere, aut illum omittere nulla ratione valeant. Secundo, iuxta potentiam proximam: quando nimirum obiectum est ex se, suapteque natura aptum satis, vt ab intellectu intelligi possit, quam primũ fuerit illi proppositum, quamuis actu non semper cognoscatur & hoc ex sola vi & facultate insita intellectui, absque alterius causæ extrinsecæ adminiculo.

1. concluſ. Sit prima conclusio. Cognitio primorum principiorum non est nobis naturalis primo modo. Ratio est: Quia non semper versamur in cognitione primorũ principiorum: non aliquando suspendimus actum, & aliquando alio mentem inflectimus, & non est, qui non experiatur, se nunquam, ex quo in eo effulsit lumen intellectus, habuisse cognitam secundum actum huiusmodi cognitionem; at quæ ita sunt natural a, cum ipsa natura sunt secundum actum congenita, vt de angelorum cognitione docuimus.

2. concluſ. Secunda conclusio. Cognitio primorum principiorum est naturalis secundo modo. Hæc etiam est aperta, quia prima principia ex se, suapteque natura sunt apta & nata, vt quamprimum proposita fuerint intellectui, absque vllo adminiculo ab illo percipi queant. Quis enim est, quantumuis fuerit barbarus, & agrestris, qui proposito sibi hoc principio, omne totum est maius sua parte, illiusque vocibus explicatis, non illico esse verissimum comprehendat? Iterunt igitur naturaliter nota hac ratione. Quare quemadmodum motus lapidis deorsum est illi naturalis, non quidem primo modo, quia non semper actu tendit deorsum, cũ sæpe impediatur ab huiusmodi motu, sed secundo, quia habet à natura

Universidad de Deusto
Biblioteca

insitum principium (scilicet grauitatem) vt in hunc locum feratur, idque absque alterius ope & adminiculo: pari ratione cognitio primorum principiorum est naturalis, non primo modo, cum non sit semper secundum actum, sed secundo, quia in intellectu est vis quædam & facultas à natura insita, ad huiusmodi principia, quampr mum fuerint intellectui proposita, absque alterius adminiculo, cognoscenda.

3. concluſ. Tertia conclusio. Cognitio conclusionum, quam beneficio scientiarum comp ramus, neque primo neque secundo modo est nobis naturalis Non primo, quia non habemus cognitionem aliquam conclusionum perpetuã. & nobis à natura tributam. Neque secundo, quia non quamprimum aliqua conclusio obiicitur intellectui, illico ipse in illius rapitur veritatem, sed indiget discursu, & ratiocinatione vt illam p ssit comprehendere, quod certe non aliunde quam ab exiguo lumine, quod in conclusionibus splendet, ortum habet: est enim ita exiguum, vt à seipso nequeat intellectum ad sui cognitionem excitare, sed eger luminis principiorum adminiculo, vt ita illi innixus, per discursum, & r tiocinationem, possit intellectus in ipsarum veritatem deueni e. Falsa igitur erit Platonicorum opinio, scientias nobis esse à natura congenitas, aduersus quos capit 1 libr. 1. disseruerat Aristoteles.

Ad 1. arg. Iam ad argumenta obiecta. Ad primum dicimus, veram esse propositionem in cognitione scientiarum: nam omnis scientia aut per inuentionem comparatur, aut per disciplinam, fal am tamen esse, si de cognitione primorum principiorum agamus, hæc enim neque per inuentionem, neque per doctr nam comparatur, sed est nobis indita à natura, eo modo, quo in conclusionibus exposuimus.

Ad 2. Ad secundum respond. negandam esse maiorem propositionem: Quia intellectus & sensus sunt nobis à natura concessi, qui non ex æquo omnibus hominibus insunt: nam quidam nobilioribus sensibus, & intellectu quam alii, sunt à natura ornati: & capacitas disciplinæ est etiam à natura tributa, quæ non ex æquo communis est omnibus hominibus: quamuis igitur cognitio primorum principiorum sit nobis naturalis secundo modo, non proinde ex æquo omnibus conueniet, sed qui possent maiori vi, & facultate intell gendi, maiori propensione in illa ferentur, quam alii quibus est minor portio huius facultatis concessa.

Ad 3. Ad tertium respond. nullum sanæ mentis posse saltim corde veritatem primorum principiorum diffiteri, nam quamuis qu spertinax illam ore neget, si tamen ille mentem consulat, negare eam nulla ratione poterit.

QVÆSTIO IV.

Sitne habitus primorum principiorum nobis inditus à natura.

1. Arg. ESSE in nobis ad intelligenda prima, & generalia principia habitum aliquem, non est, cur hoc loco confirmemus, cum vbique & in hoc loco, & 6 Ethicorum cap 3 illud pr fiteatur Aristotel. Est tamen disceptatio non leuis, sitne ille nobis inditus à natura, & num ab intellectu distinguatur, nec ne? nam inprimis non esse nobis inditum, sed nostris actionibus acquisitum, confirmatur primo.

Quia intellectus noster à natura est, veluti tabula rasa, in qua nihil est depictum, vt Aristot. sæpe docet a suersus Platonem, sed si hic habitus esset nobis à natura concessus, non esset velut tabula rasa, in qua nihil est depictum, iam enim haberet in se depictum huiusmodi habitum, ergo habitus primorum principiorum non est à natura tributus.

2. Arg. Secundo, quia Aristoteles apertissimis verbis profitetur in hoc cap. vltimo, huiusmodi habitum esse nostris actionibus conquisitum, n tum ex experientia, sed quod nostris actibus comparatur, non est à natura inditum, ergo hic habitus non erit à natura inditus.

3. Arg. Tertio, si hic habitus esset à natura inditus, fieret inde & scientiam quoque esse à natura inditam, at hoc nihil aliud est, quam prolabi in opinionem Platonicorum constituentium, scientiam esse nobis à natura concessam, ergo habitus hic non erit à natura tributus: confirmatur maior: causa conclusionis, quæ per scientiam comprehenditur (eaque naturalis) est habitus primorum princ piorum, sed posita causa naturali, effectus, qui inde colligitur, debet esse naturalis, ergo si habitus primorum principiorum esset à natura tributus, & scientia quoque esset naturalis.

Præ-

Præterea confirm. aliis argumentis hanc qualitatem non esse ab ipso intellectu distinctam, sed esse ipsummet intellectum ex se suapteque natura satis proclivem ad veritates primorum principiorum intelligendas. Primo: vbi potentia ex se, & ex propria 1. Arg. natura est satis proclivis ad aliquem actum, non indiget illa aliquo habitu superaddito, vt quia oculus ex se est satis proclivis ad videndum, non indiget aliquo habitu ad huiusmodi actum sed intellectus est ex se sat s proclivis ad intelligenda prima principia, ergo non indigebit aliquo habitu superaddito, sed erit ipsemet intellectus habitus primorum principiorum.

2. Arg. Secundo, natura quæ est definita ad vnum, non indiget habitu superaddito, ideo enim non constituimus in igne habitum ad comburendum, quia est ille ad hanc actionem diffinitus, sed intellectus ex se, & suapte natura est definitus ad intelligenda prima principia, solis vocibus explicatis, ita vt non possit non præbere illis assensum, ergo habitus primorum principiorum erit ipsemet intellectus.

3. Arg. Tertio, quia quemadmodum se habet vltimus finis respectu voluntatis, ita & prima principia respectu intellectus, sed respectu vltimi finis non datur aliquis habitus in voluntate, ergo neque respectu primorum principiorum erit in intellectu aliquis habitus à se distinctus constituendus.

In hac quæstione variæ sunt, & inter se multum dissentientes Philosophorum sententiæ. Prima est Durandi in 2. distinct. 24. quæst. 1. & in 3. dist 33 q 1. ad 2. existimantis, habitum primorum principiorum non esse qualitatem aliquam additam intellectui, sed esse ipsummet intellectũ ad intelligenda principia proclivem satis atque propensum, quam opinionem sequutus est Sebastianus Foxius in suo libro de demonstratione, numero 11. qui putat, non esse ad cognoscenda prima principia aliquem habitum constituendum in intellectu, quemadmodum neque ad appetendum vltimum finem, constituimus aliquem habitum additum ipsi voluntati.

1. Opin. Durandi.

2. Opin. Caietani. Secunda opinio est Cardinalis Caietani, 2. q 51. art. 1. existimantis, habitum primorum principiorum esse qualitatem aliquam additam intellectui, non tamen nobis à natura cõcessam, sed nostris actionibus comparatam: hanc eandem sequitur Ferrar. 2. contra Gent. cap. 78. & multi ex recentioribus eidem etiam adhærent.

3. Opin. Capreol. Tertia opinio est, quam multi tribuunt Capreolo quæst. 3. prologi, quamuis ipse potius de scientia, quam de habitu primorum principiorum loqui videatur, habitum p incipiorum nihil aliud esse, quam species collectas rerum significatarum per voces, ex quibus prima, & generalia principia componuntur, vt habitum, quo assentimur huic primo principio: Omne totum est maius sua parte, nihil aliud esse, quam species collect s totius & partis, hæ enim si fuerint in intellectu, statim ipsum ad cognitionem huius primi principii conferunt.

4. Opin. M. Medina. Quarta opinio est, huiusmodi habitum esse qualitatem additam intellectui, eamq; naturalem, vel cum natura à Deo nobis tributam, nam est lux quædam addita intellectui, qua media ad intelligenda prima principia inclinatur, quam opinionem sequitur M noster Medina 1 2 q 51 art. 1.

Obseru. Hanc igitur opinionem vt explicemus, animaduertimus, ad cognitionem aliquam perfectam, & exactam intellectus duo requiri, lumen & species intelligibiles, nam quemadmodum ad videndos colores, præter lumen extrinsecum, & species nihil aliud requiritur, ita etiam ad intelligendum præter lumen intellectus & species nihil aliud requireretur. Inter hæc duo autem hoc interest, quia lumen inditum est à natura, species vero sunt beneficio sensuum collectæ, lumineque intellectus agentis à phantasmatib. eductæ, vnde & ad habitum primorum principiorum hęc duo etiam requirentur, & lumen intellectus, & species rerum, quæ per voces ex quibus constantur principia, significantur.

1. concluſ. Hoc igitur sic præfato, si prima conclusio. Habitus primorum principiorum non est ipsemet intellectus sed est qualitas quædam illius naturæ superaddita. Hanc proponimus aduersus Durandum, & Foxium, quam cum D. Thom. profitemur, 1. 2 quæstion. 51. artic. 1. illamque in hunc modum confirmamus Primum ex Arist. 6. Ethicor. c. 4. & 14 vbi inter habitus intellectus illius naturæ superadditos, numerat intelligentiam, vel habitũ primorum principiorum. Secundum. Cognitio firma, & constans, quæ non est nostro intellectui ingenerata,

Universidad de Deusto
Biblioteca

non potest non esse habitus additus intellectui, ab eo diuersus, sed cognitio primorum principiorum est firma, & constans, minimeque est ingenerata intellectui: nam non ab exordio natiuitatis in cognitione primorum principiorum persistimus, ergo hic habitus erit intellectui superadditus.

2. conclus. Secunda conclusio. Habitus primorum principiorum non est omnino acquisitus, vt volebant Caietanus & Ferra ensis Confirmatur nunc breuiter (quia in conclusione quinta & vltima sumus illam latius explicaturi) in habitibus adquisitis hoc esse verum experimur, vt quo maior sit actionum, ex quibus illi comparantur, accessio, eo magis facultas ad aliquid agendum facilior & promptior reddatur, sed in habitu primorum principiorum non ita hoc experimur, non enim post longam & assiduam exercitationem in fine experimur, nos esse promptiores ad intelligẽda prima principia, ergo hic habitus non erit ex omni parte acquisitus, & nostris actionibus comparatus, dicimus ex omni parte, quia ratione specierum collectarum habitus est acquisitus, vt postea ostendemus.

3. conclus. Tertia conclusio. Habitus primorum principiorum non sunt species collectæ, & inter se ordinatæ, quemadmodum volebat Capreolus, si tamen hæc extitit illius opinio, confirmatur primo: Quia habitus tenet se ex parte intellectus, nam est dispositio illius ad intelligẽdum, species vero collectæ tenent se ex parte obiecti, tanquam illius naturales similitudines, ergo habitus non erit tantum speciei collectæ. Secundum. Habitus primorum principiorum est iudicatiuus, at hæ species non spectant ad iudicium, sed ad apprehensionem obiecti, quare non poterit ex omni parte esse huiusmodi species.

4 conclus. Quarta conclusio. Habitus primorum principiorum vtrumque includit, & lumen intellectus, & species intellectiles collectas, & inter se ordinatas: hanc ex eo esse veram demonstramus, quia ad assentiendum primis veritatibus, satis superque disponitur intellectus lumine sibi ingenito, & speciebus acquisitis, sed habitus primorum principiorum est dispositio quædam intellectus ad intelligendas primas veritates, ergo ille hæc duo tantum includet, lumen & species intellectus. Itaq; quemadmodũ scientia includit duo, scilicet promptitatẽ quandam & facilitatem, quæ est quædam lux intellectus, & species collectas, facilitatem tanquam formam, & species tanquam materiam, ita etiam habitus primorum principiorum duo includet, lumen intellectus, & species acquisitas, lumen tanquam formam, & species tanquam materiam.

5. conclus. Quinta conclusio. Habitus primorum principiorum partim est à naturalibus, & partim nostris actionibus cõparatus, nam ratione specierum, quas beneficio sensuum haurimus, est acquisitus, quia hæ species ex rebus ipsis colliguntur, at ratione luminis est naturalis, quia illud est intellectui insitum à natura: hanc expressis verbis docet D. Thomas 1. 2. quæst. 51 artic. 1. vbi inquit, habitum primorũ principiorum partim esse naturalem, & partim ab exteriori principio deriuatũ. Et quidem quoad species collectas esse acquisitum nulli est dubium: quia hæ species beneficio sensuum colliguntur, & ab intellectu agente per illuminationẽ phantasmatum in intellectum patibilem iaculantur, nõ enim (vt in angelis) sunt nobis in intellectu ingeneratæ species, rerum naturas referentes, quemadmodum quidam Platonici perperam docuerunt, sed est anima nostra velut tabula rasa ab exordio natiuitatis, in qua nullæ sunt species, vel imagines depictæ, vt Aristot 3. de anima, cap. 4. & in libro de sensu & sensili, cap 1. profitetur. Cæterum ratione luminis esse à natura tributum, & non nostris actionibus acquisitum, confirmamus: quia in practicis est nobis habitus quidam insitus à natura, quo prima principia practica possimus intelligere, qui dicitur synderesis, vt omnes Theologi, & sancti Patres profitentur, Augustinus libr. 2. de sermone Domini in monte. & Psalm. 57. Epiphanius lib. 2. contra hæres. tom 2. & Hieronymus in epistol. ad Demetriadem, quod indicant illa verba Psalmi 90. Quis ostendet nobis bona, signatum est super nos lumen vultus tui, Domine, id est, lumen quoddam cum natura ingeneratum est nobis, exprimens, quid tanquam bonũ prosequi, & quid tanquam malum fugere debeamus, ergo & in speculatiuis constituendus erit habitus quidam inditus à natura, quo prima principia, & veritates cognoscere valeamus, cum vtriusq; par & æqua ratio esse videatur Rursus: Deus in rerum creatione rerũ omnium

naturis

naturis addidit quasdam proprietates, veluti semina quædam quibus possint suas actiones exercere, ergo & intellectus à natura concessit quendam habitum, veluti proprietatem quandam sibi superadditam, cuius ope possit, in prima principia ferri, primasque veritates comprehendere.

Dubitatio. Quæret tamen aliquis, quisnam sit hic intellectus, cuius lumen diximus esse habitum primorum principiorum, num agens, vel patibilis.

Quorundam opinio. Quidam putant esse agentem, qui in animo idẽ munus retinet illuminandi, quod sol in hoc conspicuo, & visibili mundo Alij illum esse intellectum patibilem arbitrantur.

Nostra sent. Ego vero vtriusque lumen esse opinor, vnde habitus primorum principiorum & agentis, & patibilis intellectus lumen erit, quamuis magis, & præcipue sit lumen intellectus patibilis quam agentis, duo siquidem ad habitum primorum principiorum (præter species) requiruntur, & manifestare veritatem, & iudicium, quo illam sic manifestatam, & apprehensam, veram esse iudicamus.

Primum illud munus est intellectus agentis, quia manifestare proprium est officium luminis, at intellectus agens lumen est animi nostri, vt Aristotel. 3. lib. de anima cap. quinto, & alijs docet. Vnde quemadmodum lumen à sole fluens, patefacit, & manifestat visui colores, ita quoque lumen intellectus agentis, manifestabit nobis veritates, quas natus est alter patibilis apprehendere.

Alterum vero ad intellectum patibilem spectat, primo, quia agens tantum illustrat phantasmata, & veritates cognoscendas, non tamen eas cognoscit, quare cum iudicium sit cognitio, iudicare non erit munus illius. Et secundo, quia iudicium in scientiis munus est intellectus patibilis, in quo tanquam in subiecto illæ reperiuntur, ergo & iudicare esse vera prima principia, ad intellectum patibilem attinebit.

Ad 1. arg. Satisfaciamus iam argumen. quæ in initio proposuimus Ad primum dicimus, animum nostrum vocari ab Aristotele tabulam rasam in qua nihil est depictum, propter species intellectibiles, quas non à natura, sed beneficio sensuum comparatas habemus, vt exposuimus, non autem propter huiusmodi habitum primorum principiorum.

Ad 2. Ad secundum respond. Aristotel propter species, quæ adminiculo sensuum a rebus hauriuntur, docuisse hunc habitum esse adquisitum, & non naturalem, quia nimirum hæ species non sunt nobis à natura concessæ, sed nostris actionibus comparatæ, non autem propter lumen, quod exprimit huiusmodi habitus, hoc enim insitum est nobis à natura.

Ad 3. Ad tertium respondemus, falsam esse maiorem, ad confirmationem dicimus, verum esse de causa totali, quod si illa fuerit à natura, & effectum debere esse naturalem: at res non ita sese habet in nostro instituto, quia ad scientiam præter lumen primorum principiorum, requiruntur species rerum quæ sciuntur, quæ non sunt nobis à natura concessæ, sed nostris actionibus beneficio sensuum comparatæ, ac proinde neque scientia poterit esse à natura tributa, sed nostris actionibus comparata.

Ad 1. arg. Ad argument. quæ secundo loco proposuimus in hunc modum respondemus, distinguendam esse minorem, potest enim illa intelligi de intellectu aut cum habitu, aut sine illo, si cum habitu primorum principiorum, verum est intellectum esse satis procliuem ad intelligenda prima principia, si vero sine illo, negandum est esse ipsum ad illa cognoscenda inclinatum, nam quemadmodum homo cum risibilitate est satis propensus ad ridendum, non tamen sine illa, ita intellectus cum habitu primorum principiorum erit satis propensus ad intelligenda prima principia, non tamen sine illo.

Ad 2. Ad secundum eodem modo respondemus intellectum ex se, & snapte natura sine habitu, non esse diffinitum ad intelligenda prima principia, quemadmodum neque homo est diffinitus, & determinatus ad ridendum sine risibilitate, at cum habitu determinatus erit, nam ille afficit potentiam, eamque disponit vt in cognoscenda prima principia feratur.

Ad 3. Ad tertium neganda est maior propositio, est enim latum discrimen inter intellectum, & voluntatem, quia voluntas est

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsamet inclinatio, & propensio ad bonum oblatum per intellectum, ac proinde non egebit aliquo habitu superadd to illam inclinante ad vltimum finem, cæterum intellectus non est cognitio, sed facultas quædã apprehendẽdi, & iudicandi quare ad apprehendendum indigebit speciebus, & ad iud candum lumine, & habitu superadd to.

QVÆT. VLTIMA.

An experientia sit necessaria ad cognoscenda prima principia.

SEquitur vltimo disputemus, sitne necessaria experientia ad cognoscenda rerum omnium prima, & generalia principia.

1. Argum. Etenim non esse confirm primo, ex Aristotele, qui primo libro de demonstratione cap. tertio docuit prima principia cognosci cognitis extremis, quasi velit dicere, non esse necessariam experientiam, sed sufficere hanc extremorum comprehensionem.

2. Argum. Secundo, cognitio principiorum ad secundam operationem intellectus (quæ est compositio & diuisio) spectat, sed ad compositionem & diuisionem, non est necessaria experientia, sed simplex cognitio terminorum, nam qui cognoscit has voces, homo, & risibile, illico absque vlla experientia, intelligere potest per compositionem, omnem hominem esse risibilem, ergo ad cognoscenda prima principia, non erit necessaria experientia.

3. Argum. Tertio, quod est incertum, & fallax, non potest esse principium eius quod est certissimum, sed experientia incerta est, & fallax, vt docebat Hippocrates in principio libro de natura, cognitio autem primorum principiorum, certissima est, & infallibilis, ergo experient a ad cognoscenda prima princip a minime erit necessaria.

4. Argum. Quarto, quia si ad cognoscenda prima principia necessaria esset experientia etiam ad artem, & scientiam, esset illa necessaria, cum tam ars quam scientia à primis principiis dependeant, at hoc cum Aristotele pugnare videtur 1. Metaphysic. capit. 1. vbi inquit, eum qui tenet artem sine experientia, sapientiorem iudicari illo, qui habet solam experientiam, in quibus verbis aperte satis indicat, experientiam non esse ad artem necessariam.

5. Argum. Quinto, quia si quis nouerit triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, statim cognosceet, omne triangulum esse huiusmodi idque absque vlla antecedente experientia non igitur er t illa ad hanc cognitionem necessaria

contra sentit Aristot. At contra in hoc cap. docere videtur Arist. experientiam nimirum ad comparandam primorũ principiorum cognitionem, esse omnino necessariam.

1. Observ. Vt igitur quæst. hanc explicemus, animaduertimus primò duplicem esse cognitionem principiorum, vnam simplicem, & alteram coniunctam. simplex est, qua apprehendimus extrema, vt qua apprehendimus quid sit totum, & quid pars, con uncta vero qua tu. inter se connect mus. vt quando dicimus, omne totum esse maius sua parte, aut quando illa esse vera iudicamus.

2. Observ. Deinde ad intell gendum duplex est causa, vna per se, & al a sine qua, quam possumus dicere instrumen ariam, per ie est intellectus pse enim est à quo prodit intellectio sine qua non vero est, quæ ipsi intellectui offert obiectum in cuius cognitione versetur, qua ratione sensus sunt causæ intelligendi, quia illi offerunt intellectus obiectum, quod intelligere queat. Sciendum erit etiam, experientiam ex memoria oriri, nam quia re. ordamur nos in hoc, & illo singulari vidisse omne totum esse maius sua parte, col igimus hanc vniuersam, omne torum est maius sua parte, vnde experientia non erit actio sensuum exteriorum, sed interiorum, cum ad memoriam sensibilem expectet, quæ profecto est sensus interior. Legendi etiam erunt de hac quæst Caieta. & Ferrar. in huius loci commenta. Socin 4. 4. Metaphys. quæstio. 32. Iauellus in eodem lib. quæst. vlt Suesanus 2. Metaphysi. quæst. 1. Anton Andreas 1. Metaphys. quæst. 4. & alij in hoc loco.

Conclus. Sit prima conclusio: Omnis cognitio intellectus naturalis oritur ex sensu. Confirmatur ex Aristot. 1 de demonstrat o cap. 14. Tum etiam, quia omn s huius generis cognitio vel comparatur per doctrinam, veram & legitimam, vel per inuentionem, si

per doctri

per doctrinam oritur ex auditu, qui est sensus doctrinæ, vt docet Aristot 1. Metaphys. cap. 1. & de sensu & sensibili cap 1. si per inuentionem orietur ex perceptione rerum singularium, quæ sane est actio sensuum cũ circa singularia sensus versentur, maxime vero ex perceptione visus, qui maiorem nobis præbet rerum sensibilium cognitionem, vt Aristot. 1. Metaphys. cap. 1 profit etur, omnis igitur cognitio intellectus ex ipsis sensilibus orietur. Diximus naturalis, quia quæ est per infusionem, non dependet ab il is vt cap. 14 quæst. vnica 1. libr. docuimus.

2 Conclus. Secunda conclusio: Non ita oritur hæc cognitio à sensibus, quasi ad illam concurrant sensus, veluti causæ per se, sed vt causæ instrumentariæ, vel sine qu bus, non potest intellectus quippiam intelligere.

Primam partem non dependere à sensibus tanquam à caussa per se optime confi - Sonci. conclusio. 1 illius quæstio. quia actio intelligendi non est in sensibus sed in intellectu, ergo non fluet à sensibus tanquam à caussa per se, a tec. est perspicuum, confir. consequent. Qui actio immanens (vt est intellectio) ab ea caussa fluit in qua tanquã in subiecto reperitur, vt Aristot. 6 Metaphy. profitetur.

Alteram vero partem, scilic. concurrere tanquam instrumentum, & caussam sine qua non confirm. Quia sensus offerunt intellectui obiecta quæ intelligat, & nisi illa offerrent, non posset intellectus naturaliter quippiam intelligere cõcurrent igitur hac ratione ad intelligendum.

3 Concl. Tertia concl. Ad cognoscẽda prima principia non tantum vtilis, verum etiam necessaria est experientia. Esse vtilem, nullus est, qui diffiteatur. Esse tamen ene essi riam confirm. 1. Quia tunc aliquod principium esse verum apprehendimus, quando extrema illius in rebus singularibus coniungi experimur, vt tunc apprehendimus hoc principium, omnis ignis est calidus esse verum, quando per experientiam hæc duo extrema, ignis & calor, in hoc, & illo, & alio igne, coniungi cognoscimus, erit igitur illa necessaria.

1. Argum. Secundo, quia quamuis intellectus post adeptam rerum simplicium (vtpote extremorum) cognitionem, suapte vi, & propria natura possit illa extrema inter se componere, & diuidere, & ex consequenti cognitionem primorum principiorum (quæ ex his terminis conflatur) efficere, quia tamen est ex te indeterminatus, ad hanc, vel illam propositionem fabricandam, quærenda erit huius rei aliqua caussa, hæc autem non potest esse simplex cognitio terminorum, cum hac posita nondum perfectam principii cognitionem teneamus, quare necessaria erit cognitio composita sensus, quam experientiam dicimus. At non sufficere cognitionem simplicem extremorum, ex eo perspicitur quia adhuc il a constituta, non dum formamus principium, nisi sumpserimus occasionem in aliqua re singulari, in qua extrema illius principii in al quo singulari coniung cernamus. Enimuero quãuis teneamus significat ones, maioris, totius, & partis nondum tamen concipiemus omne totum esse maius sua parte, nisi sit a liqua res singularis, quæ nobis præbeat occasionem, huius principij conficiendi. nimirum, si animaduertamus, hoc totum esse maius sua parte, & illud, & aliud, erit igitur ad prima principia conficienda necessaria experientia.

4. Conclus. Quarta conclusio: Experientia non concurrit tanquam caussa per se ad prima principia cognoscenda, vel conficienda. Sed tanquam causa instrumentaria, vel sine qua non Hæc constat ex secunda conclusione, quia experientia est actio sensuum, hæc vero cognitio solius est intellectus, at ad actionem intellectus, non per se, sed tanquam instrumentum, aut tanquam caussam sine qua non, concurrere sensus, iam docuimus.

Ad 1. arg. Ad argumen igitur æquum est vt satisfaciamus. Ad primum dicimus, Arist per illa ve. ba non excludere experientiam, sed medium aliquod per quod possint à priori demonstrari, non enim tale medium possunt habere prima principia.

Ad 2. Ad secundum dicimus, quod quamuis intellectus vi sua, possit componere, & diuidere, non tamen diffinire hoc, vel illud, nisi iuuetur cognitione sensus composita, quam experientiam nuncupamus.

Ad 3. Ad tertium respond. incertum, & fallax, non posse esse caussam per se, & præcipuam certissimi & infallibilis bene tamen esse posse caussam instrumentalem vel admin. culam, aut sine qua non, qua ratione concurrit experientia ad cognitionem principiorum.

Ad quartum

Universidad de Deusto
Biblioteca

4. Argum.

Ad quartum respondemus: Si ars, vel scientia paretur inuentione, esse prorsus experientiam necessariam, quod si comparetur doctrina, aliquas esse quæ egent experientia, vt medicina, & naturalis Philosophai, & alias esse quæ non egent, vt Astrologia, & prima Philosophia.

Ad vltimum respondemus duplicem esse experientiam, formalem vnam, quæ ex multis singularibus cognitis ortum habet, & alteram virtualem, quæ quamuis sit vnius singularis perceptio secundum actum, multis tamen æquiualet perceptionibus, sunt enim adeo quædam res sibi cõstantes, vt vel semel in vna re singulari perspexisse quomodo se habeant, perinde sit, atque in multis id annotasse, quo in genere res Mathematicæ (vt omne triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis) continentur, at ad cognoscenda prima principia, altera tantum sufficit ex his experientijs. Hæc igitur de duobus libr de posteriori Analysi dicta sufficiant.

Ad vlt. arg.

DE LO-

DE LOCIS DIALECTICIS LIBER VNVS, IN TRES SECTIONES distributus.

EODEM FRATRE DIDACO MASIO Ordinis Prædicatorum auctore.

PRÆFATIO.

HACTENVS partem Analyticam commentariis nostris illustratam, cum Aristot. exposuimus, sequitur vt de Topica quæ in explicatione argumẽti probabilis versatur, sermonem habeamus. Æquum tamen erat vt Arist. ipsum interpretaremur, vt hucusq; fuit à nobis obseruatum, commentariisque illius Topica illustraremus, verum ne hoc præstaremus, nonnullæ rationes compulerunt. In primis prolixitas Topicorum Arist. quæ certe tanta est, vt fastidio, lectorem vel patientissimum, afficere possit. Deinde hoc opus ab ipso crassa, & rudi minerua, exercendi ingenii caussa conscriptum fuisse, vt ipse est testis locupletissimus. Rursus tot loca fuerunt ab eodem edita, vt vix, at ne vix quidem sit, qui illa mente complecti vllo modo valeat, sunt enim tercentum, & quinquaginta nouem loca ab eo proposita, vt Nunesius in suis commentariis cõstitutionis dialecticæ numerat diligenter. Vt illud addam nullum hucusque hac sola Arist. arte fultum, ad fastigium illius deuenisse: vnde effectum est vt grauissimi viri, quique in hac arte magnos progressus fecerunt; de locis dialecticis peculiaria volumina euulgauerint, vt ita facilius multo, & vtilius studiosæ consulerent iuuentuti, vt Cicero in suis Topicis, Boetius, Themistius, Quintilianus & superiorum ætate Rudolphus Agricola vir de hac arte (si quis alius) benemeritus, Louanienses in suo auctario, Titelmannus, & innumeri alii, quibus certe addere poteramus F. Franciscum Garciam Doctorem Theologum instituti nostri Prædicat. virum sane eruditum, qui de locis dialecticis opus quoddam conscripserat eruditum. Fateor me dum semel illud sedula manu euoluerem, ita in illius amorem exarsisse, vt ab auctore ipso, sæpe, & importune nimis vt illico in lucẽ ipsum emitteret efflagitauerim, probe enim noueram quantam esset illud omnibus allaturum vtilitatem, at immatura mors illum nobis eripiens, hunc etiam thesaurum (quorundam negligentia) è manibus nobis rapuit. Hos igitur doctissimos viros, & Aristot. ipsum in libr. Topicorum, & Rhetoricorum ad Theodectem imitati, nostrum etiam opus de locis dialecticis composuimus, in quo breuius quam multi, fortasis tamen facilius hanc disputationem sumus prosecuti. In pleriſq; fere locis, indicauimus loca quibus viri graues, tam sacri, quam alii qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

humaniores literas tractant, hoc, vel alio loco vtantur, vt illorum exemplo quiuis ductus, vsumque locorum in illis inspiciens, se ipsum exerceat vsumque facilius possit haurire, hic enim est finis in quem tota hæc tractatio, referri debet. Diuisum est opus in tres sectiones potissimas, in quarū prima quid sit argumentatio probabilis, quæ genera quæstionum, & quid sit locus explicamus. In secunda ipsos locos explicare aggredimur, de iisque agimus, quæ insita vel interna nuncupantur. Tandem in tertia de aliis assumptis, vel externis disputamus.

SECTIO PRIMA.
IN QVA EA QVÆ NECESSARIA sunt ad opus intelligendum explicantur.

CAPVT I.
Institutum huius disputationis, & vtilitas.

INstitutum huius disputationis explicat statim Aristotel. in initio, ac quasi in vestibulo Topicæ disputationis, scribens, propositum sibi esse, viam, & rationem inuenire, qua de omni proposita quæst. probabili possimus argumentatione disputare, vnde & subiectum est ipsa ratiocinatio Dialect. nam explicato instituto Arist. subiungit. Ac primum quidem quid sit ratiocinatio dicendum est, quæque eius genera. Agere vero de huiusmodi ratiocinatione nihil aliud est, quam docere ex quibus coalescat, ac quosdam quasi nidos, seu loca aperire, vnde promantur argumenta probabilia ad disputandum de quauis re proposita, hincque appellatur hæc disputatio ab Arist. Topica, quasi localis. Attingit autem Aristot. ex multis, quæ afferri poterant, quatuor potissimum vtilitates huius disputationis.

1. vtilitas. Primo, inquit, confert ad disputationes, & conflictus literarios, qui habentur in Gymnasiis, qui enim fuerit institutus hac arte, poterit de quauis re proposita facilime disputare cum aduersario, vtram partem voluerit.

2. vtilitas. Secundo valet ad congressus hominum, & colloquia familiaria, nam solent homines in colloquiis huiusmodi, de variis rebus disserere, tam docti, quam indocti, vbi non adferuntur rationes exquisitæ, & demonstrationes, quoniam hæ non ab omnibus intelliguntur, sed tantum à viris peritis, & multis solent esse molestæ, vt idem Aristot. expressit in 2. metaph cap. vlt. sed afferuntur rationes faciles, & probabiles. vnde qui erit peritus huius artis enumeratis omniū sententiis, refutare quas putauit falsas, & confirmare veras facile poterit.

3. vtilitas. Tertio, vtilis est ad ipsam philosoph. nā sæpe philosoph quia nō possunt suas quæst. demonstrationibus, & rationibus necessarijs probare propter sum mam earum difficultatem, aut quod ignorentur eorum principia, coguntur relicto suo more disputandi, tractare quæst rationibus probabilibus, acq; eam in vtramq; partem discutere: nō nunquam etiam postquam docuerunt demonstrationibus adhibent rationes probabiles, quo res illustrior fiat vt passim videmus fieri ab Arist præsertim in lib de cælo.

3. vtilitas. Quarto, vtili est ad probanda disciplinarum principia, cum enim non possint demonstrari per alia principia priora, confirmantur à dialectico argumentis probabilibus, aut inductione, vt hoc principiū Geometricum,

metricum. Superficies est longitudo & latitudo, sine crassitie, ita à dialectico confirmatur, omne extremum est diuisum à re cuius est extremum corporis. ergo est quid diuersum à corpore, at corpus habet tres dimensiones ergo superficies habebit pauciores, constat autem experientia habere longitudinem, & latitudinē, carebit igitur crassitie.

CAPVT II.
Quid sit ratiocinatio dialectica.

Quid sit ratio dialect. CVm disputatio suscepta in ratiocinatione dialectica explicanda tota versetur, merito statim in initio quid illa sit tradendum. Ratiocinatio igitur dialectica, est ratiocinatio ex probabilibus sumption. probabilem colligens conclusionem. Probabil a autem principia definiuntur ab Arist. quæ videntur omnibus, aut pluribus, aut sapientibus, & ex his, aut omnibus, aut pluribus, aut alicui ex maxime probatis. Omnibus, vt Deum esse colendum, cutam gerendam esse parētum, matrem diligere prolem suam. Multis vt diuitias esse parandas, honores esse expetendos, & indulgendum esse delitijs. Omnibus sapientibus, vt probitatem vitæ delitijs omnibus apprime antecellere, ex nihilo nihil fieri, solem esse longe maiorem terra. Multis ex sapientibus, vt beatam vitam esse in bonis animi collocandā, non esse infinitos mundos, non esse corpus indiuiduum. Alicui ex maxime sapientibus, vt ideas esse, quod visum est Platoni, visionem fieri per intus susceptionem, vt docuit Aristo. sedem ac principatum animæ esse in cerebro, quod existimauit Galenus. Vnde inter verū, ac probabile hoc interest, quod verum ex rebus ipsis, probabile autē ex hominum tantum existimatione dependeat. Et ita licet duarum opinionū contradicentium oporteat alteram esse veram, alteram falsam, fieri tamen potest, vtramq; esse probabilem, & aliquando magis falsam, magis probabilem. Probabilia etiam nuncupantur, quæ ex his deducuntur, a nonnullisque probabilia mediata dici consueuerunt. Ac ex his vtrisque ratiocinationem dialecticā posse connecti arbitramur. Nec oportet, quod ex vtraq; præmissa probabili, semper illa coalescat nam sicut ex vtraq; præmissa huius generis interdum illa constituitur, vt hæc omne bonū est amplectendū, sed labor est bonus, ergo labore est amplectendus, etiam ex altera sumptione probabili, & altera necessaria eadē constitui nonnūquam pōt, vt videre est in hac sili. Omnis virtus debet vitijs anteponi, sed iustitia est virtus, iustitia ergo est vitijs anteponenda. Obseruandum autē erit, quod vt in demonst. potest concl. ad propositum immed reuocari, sic etiā & in ratiocinatione dialect. id ipsum fieri licet. Id namq; Arist. 1. *lib. de diuinat.* c. 26 profitetur, ostendiq; potest ex eo, qui asserit quispiam doceat animos esse immortales, quia corporibus pereuntib ipsi non intereunt, ac eos nō interire, quia vitæ superstites ipsos defunctorū animos venerātur, venerari vero quia Maiorū sepulchra colūt, id quod sub ratiocinationem dialect cadebat, ad primas ratiocinationes reuocatum erit. Hæc rursus ratiocinatio nō est adeo efficax sicut demōstratio, non n scientiam conclusio gignit, sed opinionem, h e cognitionem quandam non admodum apertam certam, & insallibilem, & ita sicut proprietas est demonstr scientiam procreare, ita & rationis dialect. opinionem gignere. Ceterum quemadmodum vt demonst. scientiam efficiat requiritur vt animo comprehensa intelligatur esse demonstrat. Quia si habens demonst putet se habere tantum rationē probabilē non scientiā, sed opinionem acquiret. Ad eundē modū, vt ratiocin. dialectica pariat opinionē, requiretur, vt qui illam habet animo cōprehensam, ratiocinationem dialectic esse intelligat, nam si in animū inducat nō esse ratiocinationem probabilem, sed leuissimā coniecturam, suspicionem tantū nanc sectur. Demum quod dicitur ratiocinationem dialecticam gignere opinionem, intelligēdum est in animo eius, qui non habet scientiam illius conclusionis. Nam in habente scientiam nec opinionem gigni, nec aliquā nouam cognitionem (cum obsistat scientia quæ perfecta est, & dilucida cognitio) iam supra in Analyticis diximus, sed tantum confirmat aliquo modo, & iuuat præcedentem scientiam.

Obseruatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT III.

Quid sit propositio & quæstio Dialectica, & quotuplex.

Quid propos. dialect.

PRopositio dialectica est interrogatio probabilis. Primum dicitur interrogatio, quia à disputante cum interrogatione proponitur, dat enim optionem respondenti qui interrogat, vt concedat partem, quam maluerit Huiusmodi tamen interrogatio debet esse probabilis, vt declarat pars altera, hoc est, quæ non repugnet opinioni, vel omnium, vel complurium, vel sapientũ, ac horum quidem, aut omnium, aut permultorum, aut eorum quorum est maxime perspecta sapientia. Id enim omne facile admitti solet, quod facile omnibus probatur, dum modo maximę partis sententiis minime repugnet Pertinent etiam ad propos. huius generis ea omnia, quæ ad probabiliũ similitudinem accedũt, & disparata eorum quæ probabilibus aduersantur, omnesque sententiæ quæ artibus inuentis congruunt, atque consentiunt.

Quid quæst.

Quæstio autem dialectica est interrogatio vtriusque partis contradictionis, vt an voluptas sit bonum necne? dicitur interrogatio vtriusque partis cõtradictionis, quia proponitur disputanda in vtramque partem. Et ita quæstio à propositione Dialectica ex eo solum differt, quia propos. actu vnicam tantum partem interrogat, quæstio vero de vtraque parte actu percontatur. Ex omni itaque propos. efficies quæst. si modum mutaueris.

2. Diuid. q.

Diuiditur autem quæst dialectica duobus modis. Inprimis ex fine, in quęst. cognitionis, actionis, & eam quæ affert adiumẽtum vtriq; Quæstio cognitionis est cuius finis est sola cognitio, vt sintne tantum tria principia rerum naturalium, vel plura, aut pauciora, constetne cœlum ex elementis an nõ. Quæstio actionis est cuius finis præter cognitionem est consequutio, vel fuga, quales censentur omnes quæst morales, vt num licea: vindictæ caussa aliquem iniuria afficere, vel sintne voluntas bonum aliquod necne? Non enim tractantur hæ quæstiõ. vt sola earum cognitione contenti simus, sed eo potius vt quod bonum est amplectamur, quod autem malum fugiamus. Ad tertium genus pertinent omnes quæst. logicæ, quæ neque tractantur præcipue vt eas sciamus, neque vt fugiamus, vel complectamur aliquid. sed vt instrumenta paremus, quibus in rerũ veritate demonstranda, & his quæ agenda sunt peruestigãdis vti possimus. Secundo diuiditur q. dialectica ex materia, in quæst. generis, diffinitionis, proprii, & accidentis,

2. Diui. quæstio.

Quæstio generis est quando quæritur an attributum sit genus subiecti, vt an qualitas sit genus lucis. Quæstio diffinitionis est, vbi quæritur an attributum sit diffinitio subiecti, vt an virtus tribuens vnicuiq; quod suum est, sit definitio iustitiæ, vel non. Quęstio proprii est in qua scisciatur sitne attributum proprium subiecti, necne, vt an moueri se sit proprietas animalis necne? Quæstio accidentis effertur duob. modis, vno cum quæritur an attributum sit accidens subiecti, vt an nigredo sit accidẽs corui necne? Alio modo quando simpliciter quærimus an attributum subiecto conueniat, vt an animus sit immortalis necne? Nam omnis quæstio in qua quæritur an hoc sit illud, etiam si id quod quæritur essentiale fuerit, est quæstio accidentis, vt an homo sit corpus necne? Id quod expressit Arist. 6. lib. topic. & in lib 7 cap. vltimo, quia omnis consideratio, in qua tantum expectamus, an aliquid bene insit alicui quæst. accidentis est, quia inesse in alio est accidẽtis peculiare. Ad quæstio generis refertur quæstio differentiæ, speciei, & ea qua quæritur an aliqua sint eiusdẽ generis, vel diuersa. Ad q diffin. reuocatur ea, qua scisciatamus an aliqua sint eadẽ, vel diuersa, vt an sensus, & scientia idem sint, vel differant potius inter se. Ad quæst demum accidentis reducitur quæstio comparationis, vt an honestũ sit præserendum vtili, vel vtile honesto.

Obseruatio.

Obiectio.

Sed dices Arist 2. lib. de demonst rec esset inter q. an res sit & quid sit, quibus etiã põt hæc alia adiungi quotuplex (sc.) res sit, atqui hæc neq; sunt generis, neq; speciei, neq. proprij, neq; accidentis, quin etiã neq; ad has reuocari po sũt, plura igitur erunt q. genera quã quę hic fuere assignata. Resp. huiusmodi q. nõ esse dialectícas de quib. nũc agimus. Quod si itẽ obiicias, in logica tractari q. hãc an argumentatio sit recta, vel vitiosa, eamque non esse aliquam ex quatuor iam propositis: dicam huiusmodi quæstion esse accidentis, accidit namq; argumentationem rectam vel vitiosam esse.

Dubit.

Hinc tamen oritur alia dubitatio, si enim hæc quæstio est accidentis, cur ea, quę huic similis existit, num scilicet diffinitio sit accurata, vel vitiosa, non quæstio accidentis, sed quæstio potius diffinitionis appellanda

Solut.

erit. Respond. causam esse, quia huiusmodi quæstio spectat quodammodo ad explicandam rem ipsam, quæ diffinitur, quod ad quæstionem diffinitionis reduci debet: At illa alia quæstio, sitne argumentatio recta, vel vitiosa, sub nullo alio genere quæstionis continetur, ad quæst.

Itaque accidentis reuocatur.

CAPVT IV.

Quid locus, & quotuplex.

Quid sit locus.

QVatuor quæstionum genera à Dialectico disputantur, rationibus probabilibus ex quibusdam veluti fontibus communibus desumpta, qui appellantur loci. Vnde opus erit huiusmodi locos explicare. Prius tamen, quid & quotuplex sit locus, videamus.

Locus diffinitur à Cicerone in Topicis, sedes, seu domicilium, hoc est, receptaculum, & quasi thesaurus, vbi continentur argumenta. Ab Arist. in 2. lib. de arte Rhetor. cap. 22. definitur locus elementum enthymemetis, hoc est, principium, vnde sumit vim enthymem. Dici etiam potest communis quædam nota, cuius admonitu quid in quaque re probabile sit inuenitur, continet enim in se instrumenta omnia parandæ fidei apta, & nos ad id quod quærimus, inueniendum velut manu apprehensos ducit. A quibusdam apte comparatur locus manibus ferreis, in biuiis, vel triuiis affixis, quæ, qua in itinere vertendum sit, nescienti demonstrant Ludouicus Viues non inepte ait locos esse velut lemmata nartheciorum, apud vnguentarios, & pharmacopolas, quibus illi admonentur, quid in vnoquoque sit nartheio ac capsula, ne omnia euoluere oporteat, cum vno aliquo opus fuerit. Argumentum autem diffinitur ab eodem Cicerone, Ratio rei dubiæ faciens fidem, quod vel est medium, vel pronuntiatum continens mediũ. Dicitur vero illud ratio, quoad primum, quia non quicquid facit fidem, eo ipso quod hoc præstat, est argumentum, lachrymæ namque & cicatrices fidem faciunt, illæ mœroris, hæ vero vulnerum, cum tamen neutra sint argumenta. Dicitur deinde faciens fidem rei dubiæ, quia res certa, & quæ sub dubio non est, nullo indiget

Viues.

Quid sit argumentum.

argumento. Puto vero argumẽtum dictum ab arguendo, eo quod arguat, hoc est, demonstret, quid verum, quidve falsum sit.

Diuisio locorum.

Diuiditur autem inprimis locus à Boetio 2. lib. de differentiis Topicis, in maximam propositionem, & differentiam maximæ propositionis. Maxima propositio est communis quædam sententia, maxime nota, quæ vim præbat argumentationi, cuius exemplum hoc esse poterit: *Cui conuenit diffinitio, eidem etiam competit diffinitum.* Exprimitur autem ille interdum in ratiocinatione tanquam pars: vt fit in hac ratiocinatione: Cui conuenit diffinitio, conuenit etiam & res diffinita: sed conuenit homini diffinitio animalis, hoc est, viuens, sensus particeps: ergo & res diffinita, scilicet animal: interdum vero reticetur eadem in ratiocinatione, cui tamen vim aliquam extrinsecus confert, vt cum ita argumentamur: omne viuens sentiens est animal: omnis homo est viuens sentiens: omnis igitur homo est animal. Locus autem, qui dicitur differentia maximæ propositionis, est, vnde maximæ propositiones distinguuntur, nam cum hæ duæ maximæ propositiones similes sint: Cui conuenit definitio, nec definitum, & cui non conuenit genus, nec species, distinguuntur quidem quia prima à loco definitionis, secunda vero à loco generis desumitur Huiusmodi loci, qui maximarum propositionum differentiæ dicuntur, sunt multo pauciores, quam maximæ propositiones. Et hoc existimat Boetius interesse inter Topica Ciceronis & Aristotelis, quod Aristoteles eos explicet locos, qui sunt maximæ propositiones, Cicero vero eos, qui maximarum propositionum differentię dicuntur. Explicat nihilominus Arist. hos po-

Universidad de Deusto
Biblioteca

strémi generis locos, tum in 1. lib. Topicor. tum etiam in 2. Rhetoricorum, qui solierunt à nobis explicandi, quod ex eis solis tota hæc disputatio pendeat, quos non inepte in insitos & in assumptos cum Cicerone in Topicis diuidemus. Cum enim in qualibet quæstione proposita duæ partes inueniantur, subiectum vna, altera de cuius attributione quæritur, quæcunque ad talem quæstionem explicandam argumenta sumuntur, aut in eo ipso, de quo agitur, hærent, insitaque proinde dicuntur, aut extrinsecus petuntur, absunt enim longeque à re sunt disiuncta, appellanturque assumpta. Illa quidem potissimum sunt, natura, totum, & partes, & alia, assumpta vero, quæ ab auctoritate, & ab aliis huius generis sunt deprompta.

SECTIO SECVNDA.

De locis insitis, vel internis.

CAPVT I.

De loco, à definitione.

Quid sit definitio.

INter loca insita primus sese nobis offert definitionis locus explicandus. Est autem definitio, quam alii finitionem, Quintilianus finem, nonnulli limitem appellant, oratio, quæ rei naturam explicat ambitu quam breuissimo, vt Ciceroni in lib. de claris oratorib. ad Brutum. Quintil. lib. 7 institut. cap. 4 D. Uam. s. cap. 14. suæ Logicæ, & fere omnibus recentioribus video placuisse. Quæ certe eadem est cum ea, quam nobis scriptam reliquit Aristot. lib. Topicor. cap. 4 in hunc modum: *Definitio est oratio explicans rei naturam & essentiam*, & eum alia, proposita à Cicerone in Topic. ad Trebatium, & à Boetio in libello de definitionibus. Definitio est oratio, quæ id, quod definitur explicat quid sit. Prima igitur pars nostræ definitionis est, oratio, quæ intelligenda est de oratione imperfecta, de ea nimirum, quæ nõ generat perfectum sensum in animo audientis, qualis est ea, quæ constat solis nominibus sine verbo, vt animal particeps rationis est definitio hominis, in qua sane oratione duo solum nomina absque vllo verbo comprehenduntur. Addimus præterea aliam particulam, qua rei naturam explicat ambitu quam breuissimo, quę indicat ad declaranda rei naturas, non esse vsurpandas longas orationes. vt esse solent Rhetorum, & Oratorum, sed breues, & concisas, quales esse debent Dialecticorum. Diuiditur definitio in definitionem nominis, & rei. Nominis est, quæ explicat eiusdem vim, & etymologiam, vt amor sapientiæ est definitio philosophiæ, nam hæc est huius nominis etymologia. Rei triplex est, essentialis petita à causis, & accidẽtaria, quemadmodum omnes Dialectici perscribunt. Essentialis est, quæ constat genere & differentia, vt est hæc, animal particeps rationis, quę traditur per animal, & per particeps rationis, quorũ primũ est genus, alterum vero differentia hominis, petita à causis, illa est quæ traditur vel per aliqua genera causarum, qualis est definitio, qua eundẽ hominem definimus, animal constans corpore, & animo, conditum à Deo, ad vitam æternam assequendam, quæ tradita est per quatuor genera causarum, nam corpus est materia, anima, forma. Deus efficiens, beatitudo vero vltimus finis. Tandẽ definitio accidentaria est oratio explicans rei naturam aut per genus, & proprietatem, aut per genus & multarum accidentium collectionem. Per genus & proprietatem, vt si hominem definiremus, animal capax disciplinæ, per genus vero, & multorũ accidentiũ collectionem, vt si luscinia definiremus, auem minore passere, ventre candido, & aliis partibus subeuntibus voceq; superemodum canora: in qua auis habet locum generis, reliquæ vero particulæ accidentia quædam indicant, quę in luscinia colliguntur. Reliqua quæ definitione & legibus illius tradi solẽt, tanquã ab hoc instituto aliena prætermittimus, quæ à nobis 2 lib. instit. Dialect. cum aliis Dialect. luculenter satis fuerunt explicata. Qua igitur ratione ex hoc loco à definitione eruantur argum. in hoc cap. de definitione rei explicabimus. idipsum de altera nominis in c seq explicaturi. A definitione igitur eruuntur arg. tam ad confirman-

Diuisio definitionis.

Qua ratione ex defin. colligantur arg.

dum, quam ad refellendum, ex vtriusq; tam subiecti, quam attributi definitione. In primis ad confir. vt si fuerit quæst. num spongia sit animal, nec ne? esse in hunc modum ex defin. attrib. ostẽdemus. Omnis substantia, quæ est vitæ & sensus particeps, est animal: sed spongia est substantia vitæ, & sensus particeps, ergo spongia erit animal. Itẽ, si sit quæstio, num iustitia sit necessaria in reipubl. esse necessariam, ex definitione subiecti poterimus confirmare: Ea virtus, quæ reddit vnicuique quod suum est, & ab iniuria vindicat ciues, est reipub. necessaria: huiusmodi autem est iustitia, ergo erit illa necessaria. Deinde ad refellendum valet etiam hic locus, primo ex parte subiecti, vt si sit quæstio, num necromantia deceat hominem Christianum, non decere ex definitione subiecti ita colligemus: Ars, quæ docet per inuocationes vmbrarum, inferiorumq; colloquia, atq; dæmonum futura prædicere non decet hominem Christianum: at necromantia est huiusmodi: igitur hominem Christianum nequaquam illa decebit. Præterea: Ex parte attributi ita argumentabimur, si sit quæst. num paupertas sit vitium, nec ne. Omne vitium est malum à recta ratione recedens: sed paupertas non est malum à recta ratione recedẽs: non igitur erit vitiũ. Maximæ propositiones, quibus arg. quæ ex loco eruuntur, innituntur, sunt duę. ad confirmandum, cui competit definitio, competit quoque & definitum: ad refellendum vero, cui non competit definitio, neq; potest definitum vllo modo cõuenire. Huc reuocatur locus à definito ad definitionem, ex quo tam ad confirmandum, quam ad refellendum duci possunt argumẽta. Ad confirmãdum quidem, vt si sit quæst. num mortio (est autem, cui nihil inest vsus rationis secundũ actum) sit animal particeps rationis, ex hoc loco partem utentem ita confirmamus: Morio est homo: sed omnis homo est animal particeps rationis: ergo morio erit animal particeps rationis. In qua arg. ex eo, quod definitum dicitur de morione, colligimus, & definitionem quoque de eo prædicari. Ad refellendum eruetur argum. vt si proposita fuerit quæst. sitne elephas rationis particeps, eo quod nonnulla ipsum cum ratione agere videamus, non esse, ita suadebimus: omne animal particeps rationis est homo: sed nullus elephas est homo: ergo nullus elephas erit particeps rationis. Innititur autem hic locus duabus maximis propositionib. prima est, de quocunque dicitur definitum, dicitur & definitio. Et secunda, à quocunq; negatur definitum, & definitio quoque est deneganda.

Valet ad refellend.

Locus à definito.

Huc etiam reuocatur locus à differentia, quæ inter partes definitionis potissimum sibi vendicat locum, valetq; ad vtrumq; tam ad confirmandum, quam ad refellendum: ad confirmãdum, vt recte colligitur, est particeps rationis, ergo est homo. Ad refellendum vt nõ est particeps rationis, igitur neque homo. Tum etiam est homo, ergo particeps rationis esse poterit. Innititur his maximis: De quo dicitur differentia de eodem & species, ab ea prorsus negata dicetur, & à quo negatur differentia, & ab eo quoque & species debet necessario denegari.

Locus à differentia.

SCHOLIA.

D. Iacob. *Magnus est fructus apud auctores huius loci, quamuis à definitione accidentaria frequentius, rarius autem ab essentiali propter latentes differentias (vt inquit Rodolph.) eruantur argumenta. Innumera sane huius rei se poterant exempla offerre, quæ, quia peruia sunt, vno vel altero contenti erimus. D. Iacobus cap. 4. epistolæ sacræ, in hunc modum vitam definit: Qua est, inquit, vita vestra, vapor ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Et cap. 1 Linguam describit, esse, vt sit ignis, & vniuersitas iniquitatis. D. Basilius in orat. contra Auaritiam, ex hoc loco argumentatur, vt probet, illum esse merito fraudatorem vocandum, qui, quod sibi superest, in pauperes non erogat. Et in alia oratione ad Diuites, eorum excusationem prius proponens, quam sit ipsa inanis, ex hoc loco ita colligit: At te ipsum pauperem esse dicis, & ego, inquit, assentior: pauper enim est, cui multa desunt, vt multarum autem rerum indigeas, insatiabilis habendi cupiditas efficit. D. Gregorius Nyssinus Basilii frater, in exameron, explicans illa verba: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, cum rem admirabilem hominem esse dixisset, vt auditores excitaret ad gratias Deo reddendas, sic hominem definit. Homo est opus Dei, ratione præditum, ad eius à quo creatum est, imaginem factum.*

D. Basil.

Quid sit pauper. D. Gregor.

CAPVT

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT II.

De loco à nominis etymologia.

SEcundum genus definiendi erat ex nominis etymologia & interpretatione petitum, valet autem illa tam ad confirmandum, quam ad refellendum. Ad confirmandum, vt si sit quæstio, num philosophus colere debeat ac amare sapientiam, ita illa absoluetur: Philosophia est amor, & studium sapientiæ, ergo philosophus eiusdem sapientiæ cultor debet esse, & amator. Et si sit quæstio, num Christus Iesus debuerit suscipere peccatores, debuisse ita concludemus: Saluator mundi suscipere debuit peccatores, propter quos saluandos ipse è cœlis descenderat: sed Iesus Saluatorem mundi significat: suscipere ergo ille debuit peccatores.

Ad refellendum etiam eruuntur argumenta, vt si proponatur quæstio, num philosophus debeat esse auarus, vel ambitiosus, non debere esse, in hunc modum demonstrabimus: Verus amator sapiētiæ non debet esse auarus, vel ambitiosus: sed philosophus est amator sapientiæ, ergo non debet ille esse auarus, vel ambitiosus. Rursus, si quæramus, num debeat clericus ingerere se negotiis secularibus, non debere, ex hoc loco ostendemus. Qui est in sortem Domini segregatus, non debet ingerere se negotiis secularibus: sed clericus significat illum, qui est in sortem Domini segregatus, ergo non debet se ingerere negotiis secularibus. Maximæ huius loc sunt. Quod conuenit interpretationi nominis, conuenit nomini, & quod non conuenit eidem, neque nomini potest conuenire. Præterea, quod conuenit nomini, conuenit interpretationi ipsius, & quod illi non conuenit, neque interpretationi potest conuenire.

Obseru. Sunt tamen in hoc loco duo obseruanda, vt ex illo possit duci efficax argumentum: Vnum est, vt nominis interpretatio cum ipso nomine mutuo commeet, & reciprocetur, ita vt vim definitionis queat obtinere, non enim valet, lædit pedem, ergo est lapis, quamuis à lædendo pedem lapis dicatur, quoniam hęc interpretatio cum nomine lapidis minime reciprocatur. Alterum est, vt sit vera interpretatio, & non ficta, vel falsa, & quæ rei, ad quam significandam est nomen impositum, adaptari queat, ac conuenire, qui enim nomina rebus indiderunt, diligenter prius earum naturas scrutati fuerunt, & deinde vnicuique tale nomen accommodarunt, quale rei natura exigere videbatur.

SCHOLIA.

Quid etym. ETymologia, si Latine loqui volumus, veriloquium dici potest, quasi verus sit sermo, vel vera locutio. Cicero in Topicis notationem appellare maluit, quasi sint nomina rerum nota. Erit igitur Etymologia verbi notatio, interpretatio, nominis definitio, & (iuxta Cæsar. Scaligerum lib. 3. poetices, cap. 90.) veriratio, hoc est, vis, qua vox à voce generatur, vt Grammatica scientia est literaria, à Grammata, id est, literæ: Dialectica scientia est disputandi, à Dialegomai, quod est disputo: Rhetorica ars est eloquendi. Philosophus, qui amat sapientiam, & Theologus, qui loquitur de Deo. Nequefides in hac re est habenda Rodolpho, qui Etymologiam insitum esse locum negauit: licet enim nomina non à natura, sed ab hominibus sint imposita rebus: tamen cum non temere fuerint indita, sed pro natura rerum, fit vt cum ipso nomine rei natura explicetur, vt Ouidius testatur hoc versu:

Reprehend. Rodolph.

Conueniunt rebus nomina quæque suis.

Proindeque inter loca insita debuit merito hic locus numerari. Vtitur frequenter Cicero huiusmodi loco: ex hoc enim Verrem à verrenda Sicilia dictum esse colligit: & Bambalionem M. Antonii socerum à balbutiendo nominatum docet, act. 8. Philipp. quantam vim habeat tumultus, ex nomine colligit etymologia, nam est timor multus, qui sane maximam vim habet, & potestatem: huius rei extat perelegans, ac venustum exemplum de Earino apud Martialem libro 9. ex illo carmine: Nomen cum violu rosisque natum, vsque ad hoc alterum: Qui Musas colimus seueriores: quod hoc loco prætermittere libuit, quia omnibus potest esse illius facilis copia. Hac eadem ratione in sacris literis legimus de Christo Domino, vocatum esse Iesum ex nominis etymologia: quia ipse saluum fecit à criminibus totum genus humanum. D. Hieronymus in epi-

in epistola ad Heliodorum hoc argumento sic est Iesus interpretare, inquit, nomen monachi, hoc est, nomen tuum, quid facis in turba, quis est? alia multa breuitatis causa prætermittimus.

CAPVT III.

De loco, à genere.

EST etiam inter locos insitos locus à genere numerandus. Vbi nomine generis non solum verum genus (quale fuit à Porphyr. definitum) intelligere debemus, sed omne illud quod fuerit commune, siue fuerit commune vniuocum, siue analogum, & transcēdens, qualia sunt illa attributa communia, & generalia, ens, vnum, verum, bonum, siue fuerit species infima: quemadmodum & nomine speciei non veram tantum speciem, de qua egit idem Porph. sed omne illud, quod sub alio continetur (quamuis sit individuum) intelligere quoque debemus. Confert hic locus ad vtrumq; tam ad confirmandum, quam ad refellendum: ad confirmandum, si genus sumatur vniuerse, recte enim sequitur: omnis doctrina, & disciplina (quę genus est philos.) studio & industria comparatur, ergo philos. quæ illius est species, industria quoq; & studio comparabitur, si tamen non vniuerse sed indefinite genus sumatur, non erit efficax argumentandi ratio ad confirmandum, neq; enim recte sequitur: virtus est, ergo iustitia est, nisi diuisim, aut sub disiunctione argumentemur, nam tunc temporis recte valebit à genere ita sumpto, ad aliquam ex eius formis, & speciebus, recte enim sequitur, animal est, ergo homo, vel brutum est. Valet etiam hic locus ad refellendum, in propositionibus secundi adiacentis, etiam si indefinite sumatur, nam recte sequitur, virtus non est, ergo sapientia non est. In aliis vero tertii adiacentis, si illud indefinite vsurpetur, non valebit, neq; enim recte colligitur, animal non ambulat, ergo neq; homo: fieri enim potest, vt equus, qui est animal, non ambulet, homine ambulāte, quod si nota vniuersa ei fuerit addita, recta erit argumentandi ratio, recte enim sequitur, nullum animal mouetur, vel nullum animal est lapis, ergo nullus homo mouetur, vel nullus homo est lapis. Propositiones maximæ sunt ad confirmandum, quod vniuerse conuenit in genus, conuenit etiam in species vniuerse, & cui conuenit genus, eidem aliqua species conueniet. Ad refellendum, sublato genere, tolluntur species, & quod vniuerse repugnat generi, repugnat & formis. Huc etiam spectat locus ab specie ad genus, qui valet similiter ad vtrumque ad confirmandum, cum ex aliqua specie colligimus genus, vt platanus est, ergo est arbor. Ad refellendum non valet, si vna tantum sumatur species tamen si sumantur omnes simul possumus ablatis omnibus & genus tollere, non enim sequitur, Geometriam non didicit, ergo nullam scientiam nouit, at optime sequitur, neque Logicas scientias, neque naturales, neque morales, neque mathematicas, neque diuinas didicit, ergo nullas scientias didicit, item neque emptione, neque perdonationem, neque permutatione, neque prima occupatione, neque hæreditarie iure fundum possidet, nullo ergo iure possidet. Maxime ad confirmandum: posita specie, ponitur & genus, & quod conuenit speciei, aliquo modo conuenit in genus. Ad refellendum vero, sublatis omnibus formis tollitur genus, & quod repugnat formis simul sumptis, repugnat generi.

Valet hic locus ad vtrūque. *Maxima.* *Locus ab specie.*

CAPVT IV.

De loco, à coniugatis.

Quæ coniugata. SEquitur locus à coniugatis. Coniugata autem definiuntur a Cicerone, quę constant ex verbis eiusdem generis, sunt autem hæc, quæ ab vno ortta varie commu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tantur, hoc est, formæ paronyma, & aduerbia ab his deriuata, vt iustitia, iustus, & iuste, nam à forma ducitur paronymum, & aduerbium, sed differunt terminatione. Appellantur autem cõiugata, quod omnia contineantur sub eodem iugo, hoc est, sub eodem genere. Valet hic locus ad vtrumque, vt iustitia in rebus est laude dignis, ergo iuste factum laudandum, & iustus ipse laudandus: res sapientes non gerit, non igitur est existimandus sapiens. Maxima propositio, quod vni coniugatorum inest, vel repugnat, hoc similiter & alteri. Est tamen obseruandum in hoc loco, vt accipiantur coniugata in ea significatione, qua sunt coniugata: nam si secus fiat, erit fallax argumentatio, vt si quis ita argumenteturt: Homines sumus: igitur humana tantum curare debemus, si per humana intelligantur tantum caduca, & peritura, humanum enim non est coniugatum hominis in hac significatione, sed in ea, qua significat id, quod hominem decet.

Valet locus ad vtrumq.

Obserua.

Eludit hunc locum Quintilianus, quod argumẽtum notius esse oporteat ipsa quæstione, coniugata ve. o æque nota sint, vel ignota. Cui occurrendum, non semper verum esse, quod assumit, nam licet formæ sint sapientibus notæ, tamen denominatiua communiter notiora sunt illis, passimq; euenit, vt quis facilius, quid sapienter factũ sit, intelligat, quam quid sit ipsa sapientia, & licet demus esse æque nota, adhuc non sequitur, hunc locum inutilem esse, quia relata æque nota sunt, & ex vno ad aliud recte argumentamur.

Obiect.

Solut.

SCHOLIA.

PRobe noui, à Boetio, Themistio, & Louaniensi hunc locum non numerari inter insita, sequutus tamen sum in hac parte Rodolphum ipsum numerantem: vtuntur autem illo interdum probati auctores, D. Paulus 1. Corinthiorum 15. *ita argumentatur: Primus homo de terra terrenus, secundus de cœlo cœlestis, igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus imaginem cœlestis. Terentius: Homo sum, humani à me nihil alienum puto. Cicero* 4. *Philippica: Nam concordiam ciuium qui habere potest, nullam qui habeat ciuitatem? Actione* 4. *Quæ cum cognouisset nouus iste Astrologus, qui non tam rationem cœli, quam calati argenti duceret. Et de Clodianis iudicibus lib.* 1. *ad Attic. Tribuni, inquit, non tam ærarii, vt appellantur, quam erati. Est etiam frequens apud Poetas, Propert. lib.* 2.

D. Paulus.

Terent.

In Autont. Cicero.

Libertas quoniã nulli iam restat amanti,
Nullius liber erit, si quis amare velit.

Et Ouid. lib. 2. *de Arte:*

Aurea sunt vere nunc secula, plurimus auro
Venit honos, auro conciliatur amor.

Iuuenalis Satyra 8.

Summum crede nefas, animam præferre pudori,
Et propter vitã viuendi perdere causas.

Et ne diffusius, quam par est, orationem protrahamus, multa alia, quæ sepoterant offerre, in hoc loco prætermittimus, quæ apud alios legi poterunt.

CAPVT V.

De loco, à partibus ad totum, & contra.

Quot genera partium.

PArtes sunt in quadruplici differentia, quædam sunt essentiales, vt genus, & differentia, & totum, quod ex his constatur, est species, de quibus iam diximus, cum locum à genere, ab specie, & differentia explicaremus. Quædam sunt naturæ, vt materia, & forma, & totum, quod ex his coalescit, est res naturalis, de quib. postea agendum erit, cum locum à causa explicabimus: quæ tam, quæ vulgo substantiæ dicuntur, vt inferiora, & tantum est vniuersale, cui subiiciuntur, de quibus antea est actum, cum locum à genere & specie tractaremus: quædam sunt integrantes, hoc est, quæ tribuunt rei, vt sit, & dicatur integra, & totum, est res, quæ ex illis constat, de quibus nunc agimus.

Obserua.

Sed intelligendum est, duplices esse huiusmodi partes integrantes, alias similes, quæ habent totius nomen, & naturam, vt

partes

partes aquæ, partes ligni, & alias dissimiles, quæ non habent idem nomen totius, vt in animali, caput, & brachium. Rursus hæ partes dissimiles sunt duplices, aliæ principales, & necessariæ, sine quibus totum constare non potest, vt in homine caput, cerebrum, cor, nam sine aliqua harum non potest viuere. Aliæ non sunt omnino necessariæ, sed commoditati tantum sunt, vel ornamento, vt in eodem homine manus, pedes & aures, potest enim esse homo sine manibus, & sine auribus.

Valet ad refellendum.

Qua vtilis.

Idoneus autem est hic locus, & ad probandum, & ad refellendum. Ad probandum vno modo, cum ex omnibus partibus colligimus totum esse: vt fundamenta, parietes, & tecta sunt, ergo domus est. Altero modo, vt cum colligimus aliquid toti inhærere, quia singulis partibus inhæret, vt cœlestia mouentur, elementa, & mixta, ergo totum vniuersum mouetur. Contra etiam ex toto colligimus partes saltim necessarias. Maxima propositiones sunt: Positis partibus ponitur totum, & quod conuenit omnibus partibus simul sumtis, conuenit toti.

Ad refellendum duobus modis Primum cum aut ex omnibus partibus sublatis, aut ablata vna parte necessaria, tollimus totũ, vt non nouit rationem diffiniendi, diuidendi, argumentandi, & methodi, ergo non nouit Logicam: non habet caput, ergo non est homo. Deinde cum ex omnibus partibus aliquid remouemus à toto, vt neque Ethica, versatur in contemplatione, neque Oeconomica, neque Politica, ergo philosophia morum non est contemplatio. Propositiones maximæ: Sublatis partibus, aufertur totum. Et ablata vna parte necessaria, tollitur totum. Et quæcunq; remouentur ab omnibus partibus, remouetur etiam à toto. Demum à toto ad partes non valet omnino argumentum ad refellendum, nam potest esse fundamentum sine domo, vnde non valebit, non est domus, ergo non est fundamentum.

SCHOLIA.

HAud mediocrem pariet vtilitatem locus hic iis, qui in eo se exercuerint, cum videlicet considerantes, quæ, & quanta ad integritatem vniuscuiusque rei pertineant, ex eorum consideratione de re ipsa, qua ex illis integratur, iudicamus, aut è contrario de partibus ex ipso toto iudicium ferimus. Ex illo colligit Seuer. Boet. res humanas prouidentia regi. Mundus (inquit) qui totum quiddam est, prouidentia regitur, ergo & res humanæ, cum sint illius partes, prouidentia gubernabuntur. Et idem ex consideratione omnium partium ostendit, Medicinam esse vtilem, morbos depellere, salutem seruare, medereque vulneribus, vtile est, ergo & medicina (quæ ex his, tanquam ex partibus constat) vtilis erit. Cicero pro Milone ex hoc loco ita argumentatur: Ordo Senatorius de Milone optime sentit, item ordo equester, tum ipsa quoque plebs Romana, tota igitur ciuitas de Milone optime sentit: in qua argumentatione ex singulis partibus ciuitatis, totam ipsam de Milone recte sentire colligit. Eadem ratione ostendere possumus vtilitatem hominis (qui est quoddam totum) ex consideratione partium singularum. Quid, quæso, homine vilius secundum corpus? Quid capitis vertex, nisi testa quædam fictilis? Quid cerebrum intus reconditum, nisi lac quoddam coagulatum? Quid oculi, nisi congelatus humor? Quid nares, nisi meatus immunda putredinis? Quid aures, & ipsa suæ profundentes sordes? Quid denique venter, & intestina omnia, denique totus ipse homo, nisi vas quoddam fictile, succus stercoraceus, sordibus & fœtore plenissimus? Si igitur hæc omnia vilia sunt, & homo etiam (secundum corpus) cum ex his constet, vilis erit. Legenda sunt plura apud Titel. & Louaniens.

CAPVT VI.

De loco, à forma.

Quid causa & effect.

DEinde sequuntur duo loci inter se coniuncti, causarũ & effectuum, qui proterea dicũtur à Rodol. cognati, vnde simul erunt explicandi. Causa est, cuius vi, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diuisio cau sæ, & quid sit forma.

interuentu fit aliquid, vt morbus est causa interitus. Effectus est, qui ex causa aliqua oritur, vt febris ex intemperie. Causa autem ex Aristotele est quadruplex; forma, materia, efficiens, & finis. Forma est, quæ rei tribuit, vt talis sit, quæ vel est artificialis, vel naturalis, & hæc, vel essentialis, vel accidentaria, à qua res formosæ, & venustæ dicuntur: ex quibus omnibus ducitur duplex argumentandi ratio.

Ad quid valeat hic locus.

Prima, cum ex ipsa forma colligimus rem esse, aut non esse. Valet enim inprimis ad refellendum, vt non constat anima sentiente, igitur non est animal: defuit legitima & consensu inita societas, ergo non est matrimonium. Ad confirmandum vero non valet, nisi in his formis, quæ non possunt à materia separari, vt est anima sentiens, ergo est animal, non autem sequitur, est animal particeps rationis, ergo est homo: quia potest hæc anima existere sine materia. Maxima propositio est: Sublata forma, tollitur res, cuius est forma, & posita forma, (quæ non potest à materia separari) ponitur, & cuius est forma.

Secunda ratio argumentandi est, cum ex forma colligimus aliquid ipsi rei conuenire, aut non cõuenire, vt homo est animal constans anima rationis participe, ergo est capax disciplinæ. Dædalus latus non fuit, igitur subuolare non potuit. Maxima propositio: Cui ineſt aut repugnat forma, illi insunt, aut repugnant, quæ consequuntur formam: primo insunt attributa essentialia, deinde esse actu tertio proprietates & accidentia. Vt mur etiam hoc loco, cum de rerum præstantia agimus. Cum enim forma sit perfectio rei necesse est cuius est præstantior forma, illam rem esse præstantiorem, intelligetur autem præstantia formæ ex functionibus & muneribus eius.

Locus ab effectu ad causam.

Ab effectibus ducitur firmum argumentum ad confirmandum causam esse, vt est animal, ergo & anima sentiens. Ad refellendum vero causam non valet, nisi in his formis, quæ non possunt a materia separari: neque enim valet, non est homo, ergo non est anima, quia interempto Petro, non est homo & remanet anima, quæ est illius forma.

SCHOLIA.

In meditat.

D. Bernhardus ex forma humana, quæ est à Deo maximis dotata muneribus, hominem ab illecebris caris, illiusque actionibus turbulentis auocare nititur, in hunc modum: O anima insignita Dei imagine, decorata eius similitudine, redempta Christi sanguine, desponsata fide, dotata spiritu, deputata cum angelis, capax beatitudinis, quid tibi cum carne? Laudantur ex hoc loco, & vituperantur omnia, maxime, si formam pro specie, & decore vsurpemus: nam si aliquis huiusmodi forma caruerit, illum vituperamus tanquam debilem, stolidum, nullisque virtutibus excultum. Vt Homerus vituperauit ex turpi facie Therſitem, qua tanta erat, vt veteri prouerbio fuerit decantatum, Therſita facies. Econtra vero ex specie, & decora facie laudamus aliquem, tanquam generosum, acutum, & animum virtutibus excultum gerentem. Ita Euripides Priamum ex venustate oris, vt imperatoria maiestate fulgeret, dignum esse iudicauit. Species (inquit) Priami digna est imperio. Sic etiam Virgilius Æneam ex forma laudat hisce versibus:

Restitit Æneas, claraque in luce refulsit,
Os, humerosque Deo similis, namque ipse decoram
Cæsariem nato genitrix, lumenque iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores.

Ex hoc eodem loco adulterium in formosa credibilius esse, quam in deformi, docemus: Hometumque in Omphalem amore exarsisse, à Paride Helenam, Briseidemque ab Achille adamatam, Dauidem adulterium commisisse cum Bethsabe, & à Tarquinio Lucretia pudicitiam violatam: nam vt canebat Naso:

Non honor est, nec onus, species læsura ferentes.

Lis est cum forma magna pudicitiæ.

Hinc etiam laudemus, vrbem, aut arcem aliquam facile expugnari posse, quod formam obtineat faciem ad expugnandum. Petuntur etiam ex hoc loco descriptiones regionum, vrbium, castrorum, ædificiorum, quæ potissimum ex forma, & quodam artificioso situ ducuntur.

CAP. VII.

De loco à materia.

Quid & quotuplex mat.

SEcunda causa est materia. Quæ triplex est, vna est materia ex qua, vt in rebus naturalibus pars illa in quam inducitur forma substantialis, & in rebus artefactis, id ex quo opus fabricatur, altera materia est in qua, cuiusmodi est subiectum in accidentibus, tertia materia circa quam, quæ in habitibus, & facultatibus cernitur, nam in his res obiectæ, materiæ nomine insigniuntur.

1. Ratio arg.

In primo igitur genere materiæ, est duplex argumentandi ratio, quemadmodum in forma. Vna est cum ex materia colligimus aliquid esse, aut non esse, qui modus non tantum valet ad refellendum, quod aliqui existimant, vt non habet lapides, nec ligna, ergo non est domus, sed et am ad cõfirmandum hac ratione, nubes apparent, igitur vestis parari potest.

2. Ratio arg.

Secunda ratio argumentãdi cum ex materia colligimus ipsi rei aliquid conuenire, aut non conuenire, quæ item tam valet ad confirmandum, quam ad refellendum, vt vestem, vel calceum fore magis, vel minus diuturnum propter qualitatem materiæ, animal esse corruptibile, quod constat ex contrariis, & rem quamuis posse interire si constet materia subiecta variis transmutationibus. Huc etiam pertinent omnes argumentationes, quæ ducuntur ex rerũ temperie, vel mutatione, quibus frequenter vtuntur Medici, cum disputant de vitibus, siue de facultatibus alimentorum, & medicamentorum: Maxima propositio est: Materia posita, consequi effectus potest, sed ea sublata necessario tollitur materiæ permanentis effectus, nam si materia fuerit assiens, & fuerit remota per tempus præteritum remoueri quoque debet effectus, vt farina non fuit, igitur panis non est, materia permanens vocatur, quæ in priorem materiam redire potest, vt lapides, ligna & calx, è quibus domus constituitur. Transiens, seu mutabilis, quæ in primam redire non potest, vt cum panis fit ex farina aqua permixta, vt ex melle & vino, mulsum, hæc enim in priorem materiam redire nequeũt. Huc etiam & aliæ maximæ spectant. Similiter etiam ex effectu possumus colligere causam materialem, ex qua aliquid coalescit, suntque maximæ propositiones fere eædem.

Qua ration ex mate. in qua ducan. argum.

Ex materia in qua ducuntur argumenta, & vt docemus aliquid inesse accidentibus, & interdum etiam vt doceamus aliquid inesse debere subiecto, priori modo, vel cum separamus accidentia, sumpto argumento ex re subiecta, quia idem accidens non potest esse in diuersis subiectis, vel cum præstantiam accidentium colligimus, ex præstantia rerum subiectarum, nam probabile est illa accidentia esse præstantiora, quæ insunt præstantiori subiecto, vel cum ex natura subiecti concludimus naturam accidentium, vt illius principij, quidquid natio recipitur tale esse oportet, quale illud in quo recipitur, si enim subiectum est spirituale, accidens est spirituale, si subiectum corporeum, accidens quoque erit corporeum. Posteriori vero modo cum ex subiecto iudicamus quid illi inesse oporteat, ita enim Aristotel in l. br. secundo de cœlo concludit cœlum debere esse rotundum, quod nobilissima figura nobilissimo corpori debeatur.

Qua materia circa quam ducan. argu.

Ex materia circa quam argumenta ducimus cum de habitibus, & facultatibus loquimur, estque ad vtrumque aptus hic locus, ad confirmandum scilicet, & ad refellendum, habetque multiplicem vsum iuxta varios modos, quibus obiectum dicitur. esse mensura facultatis, & item habitus, vt visus versatur circa colores, auditus circa sonos, ergo sunt distinctæ facultates, argumentatio est necessaria, omnibus disciplinis, ergo logica, quæ versatur in argumentatione erit omnibus disciplinis necessaria.

Qua mate. perma. & qua transi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SCHOLIA.

AD laudandam rem aliquam, vel vituperandam plurimum valet locus hic à materia, nam ex illo colligimus, inter virtutes, & scientias vnam esse altera nobiliorem, quia in materia nobiliori versatur, vnde docebat Arist. scientiam de anima nobiliorem esse omnibus partibus Philosophiæ, quia versatur in materia (anima nimirum) omnium præstantissima, & Theologiam ex eadem materia aliis præferimus, quia versatur in Deo omnium nobilissima & infinita materia. Ex hoc loco Christus Dominus Luc. 10. vitam contemplatiuam meliorem esse actiua docebat, quia contemplatiua vni soli Deo (in cuius cognitione mire fruitur, & delectatur) inhæret, activa in rebus humanis versatur, solicitus est, & turbatur circa plurima. Præterea ex eiusdem materiæ contemplatione, suadere possumus humilitatem, & animi demissionem, sic Abraham coram Deo se demittens aiebat: Quia semel cœpi, loquar ad Dominum meum cum sim pulvis, & cinis. Hoc eodem argumento sacra litera Deum inducunt ad misericordiam ex vilitate scilicet nostræ materiæ Psalm. 102. Recordatus est quoniam pulvis sumus, & Iob. 10. Memento quæso, quod sicut lutum fecisti me, & Esaias cap. 64. & nunc Domine pater noster es tu, nos vero lutum, & figulus noster es tu, & opera manuum tuarum omnes nos, vt irascaris Domine satis, & ne vltra memineris iniquitatis nostræ. D. Basilius eleganter vtitur hoc loco in oratione: attende tibi ipsi. Exultas ob diuitias, & ob maiorum tuorum nobilitatem te iactas? & propter patriam & pulchritudinem corporis? attende tibi ipsi, quod mortalis es, quod terra es, & in terram reuerteris. conducit etiam ad commendationem operum hæc eadem materiæ consideratio, sic enim Ouidius 2. Metamorphos. ex materia simul & forma regiam solis, & currum describit, & Politianus de septem orbis miraculis idem præstat Virgil. lib. primo Æneidos laudat dona Didoni oblata, & conuiuium Æneæ apparatum ex eadem materia amplificat, quale & à Cleopatra instructum Iulio Cæsari describit Lucanus, Pharsal. 7.

Gen. 18.

Basilius.

Rudolph.

CAP. VIII.
De loco à fine.

TErtia causa est finis, hoc est, cuius gratia cætera fiunt, vt valetudo est finis deambulationis post cœnam, effectus huius causæ non sunt ea, quæ oriuntur ex causa, sed quæ referuntur ad finem comparandū, vnde a Rudolpho aptiore vocabulo appellantur destinata. Ex hac causa non licet trahere primam illam rationem argumentandi, qua ex causa probamus aliquid esse, aut non esse, sed tantum secundam, qua ex fine probamus aliquid ipsi rei conuenire, aut non conuenire, quia ex fine ea, quæ ad ipsum referuntur bona, vel mala dicuntur, vtilia, aut inutilia, magna, aut parua, vnde propositio maxima communis omnibus argumentis est. Qualis est finis, talia quæ referuntur ad finem, valetque hic locus tam ad confirmandum, quam ad refellendum, vt benedicere ad persuadendum honestum est, & vtile, ergo Rhetorica honesta est, & vtilis. Interficere quempiam impium est, & malum, ergo pecuniam dare, aut accipere ad interficiendum, malum erit: Magna vrbs erit est oppugnanda, ergo magnus fœdus exercitus, multas literas didicit, multa igitur tulit, sudauit & alsit. Vsui est etiã hic locus ad collocandum discrimen inter habitus, & facultates, quia habitus, & facultates proximo fine differentes necesse est inter se differant. Ad intelligendam etiam præstantiam habituum, & facultatum plurimũ valet, quia habitus, & facultates sunt præstantiores, quibus propositus est finis præstantior, ac vt vno verbo dicam, hic locus licet in omnibus rebus vsitatus sit, potissimum tamen rebus moralibus, h.e. habitibus effectibus, functionibus, & facultatibus deseruit.

Qua ratione valeat ad confirm. & refell.

SCHOLIA.

EX hoc loco frequenter in sacris literis ducuntur argumen Matth. 9. aduersus Pharisæos Christus Dominus se excusans quod cum peccatoribus manducaret, eosque benigne susciperet, hoc sic esse faciendum ex fine tam colligit, non venisse vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam:

Et cap.

Et ca. 19. ex fine concludit seruanda esse mãdata. Si vis ad vitam ingredi serua mandata, & Luca 24. ex fine si debuisse acerbissimam perferre passionem docet: nonne (inquit discipulis castellum Emaus proficiscentibus) oportuit Christũ pati, & ita intrare in gloriã suã? Apost. ad Rom. 6 ex cõsideratione boni, & mali finis, qua ratione sint fugienda peccata, & amplectenda virtutes, in hunc modum ostendit. Quæ fructũ habuistis tunc in illis, in quibus modo erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati à peccato, seruiantem facti Deo, habetis fructum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. Stipendia enim peccati mors, gratia autẽ Dei vita æterna. Hinc Cicero suasit Bellum Mithridaticum suscipiendum esse, propter gloriam nominis Romani, salutem sociorum, vectigalia, & bona multorũ ciuium. & pro Milone probat, Clodio finem fuisse propositum occidendi Milonem, Miloni vero nullum occidendi Clodium.

Paulus.

Cicero.

CAP. IX.
De loco ab efficiente.

Propo. diuis. causæ effici.

POstrema causa est efficiens, quæ quia multiplex est, prius erit distinguenda, quam explicanda. Est ergo prima huius causæ diuisio, efficiens causa, alia est quę sequitur necessitatem in agendo, alia delectum. Illa sequitur necessitatem, quæ non habet cognitionem, nec voluntatem in agendo, vt sol ignis, herba, gemma Arq; harum quędã naturæ conatu agunt, quædam externa vi, naturæ conatu, quarum in ipsis agẽdi principiũ est, nullo extremo adiuuante, vt ignis vrit, natiua caloris vi. Externo impetu agũt ea, quibus ab alio vis agendi est impressa, vt aqua feruens calefacit manum, non sua, sed ignis vi, à quo calorem accipit: sic tormenta bellica alieno impulsu, lapides, aut globos æneos iaculari solent. Illa sequitur delectum, quæ agit cum cognitione, & libera electione, vt Deus, angeli, & homines Inter has causas hoc interest, quod illa, quæ agit necessitate, tantum opus habet vt possit, & habeat materiam in quam agat, quæ vero agit cum delectu, opus habet præterea, vt velit, vnde cum est controuersia de aliquo facto, non tantum debet actor docere eum, qui accusatur potuisse sed etiam voluisse, & inepte quidam veteres philosophi colligũt mundum fuisse ab æterno, quod illũ Deus ab æterno potuerit producere, nam & si potuerit, noluit tamẽ nisi in tempore procreare. Secunda diuisio. causa efficiens iterum est duplex, alia quę sola effecit effectum, qua ratione sol est causa diei, non enim potest dies ab alia causa effici quam à sole, alia est causa, quæ non sola efficit effectum, sed alia quoque reperitur eiusdem effectus, vt ignis est causa caloris, non solus, nam efficitur quoq; à sole, & à motu. Mus autem, muris hoc modo est causa, quia ex putri materia medio cœli influxu mures generãtur. Tertia diuisio, causæ efficientes, aliæ principes, & imperantes, aliæ obsequentes, & ministræ: Rursus hæ ministræ duplices, aliæ, quæ sua vi, & facultate efficiunt, alia quæ sua vi non efficiunt, sed eiusmodi sunt sine quibus res non efficeretur, quæ omnes reperiuntur in domo ædificanda, architectus enim est causa imperans, qui scindunt ligna parant lapides, ac qui disponunt sunt causæ administræ, quæ sua vi efficiunt aliquid. Instrumenta vero sunt causæ adiuuantes, quæ per se nihihil efficiunt, nisi moueantur ab aliis.

3. *Diuisio.*

2. *Diuisio.*

Quarta & postrema diuisio. Causa efficiens alia est, quæ rem efficit, & conseruat, qua sublata protinus tollitur effectus, vt sol est causa diei: alia est, quæ rem efficit, non autem conseruat & remota ipsa non remouentur effectus, vt architectus est causa domus.

4. *Diuisio.*

Qua rati. ex hoc loco trahantur arg.

Trahuntur igitur hinc duæ illæ rationes argumentandi, prima cum ex causa colligimus aliquid esse, aut non esse, quæ explicatur duobus præceptis.

Primum: si causa agit necessitate, atque est sola, & conseruat, ex causa licet cõfirmare, & refellere effectum, vt sol est in nostro hemisphærio, ergo dies est, non est sol, ergo non est dies.

1. *præceptum.*

Secundum præceptum, si causa agit necessitate, non tamen est sola ipsius effectus, licet tantum ex causa confirmare effectum, non tamen refellere, & ex effectu refellere causam, non tamen confirmare, vt ignis est, ergo calor est non tamen sequitur, non est ignis, ergo non est calor, & contra: non est calor, ergo non est ignis, non tamen, est calor, ergo est ignis.

2. *præceptum.*

Secunda

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. præceptum.

Secunda ratio argumentandi est, cum ex caussa colligimus aliquid ipsi rei conuenire, aut non conuenire, quæ explicatu tribus præceptis.

Primum, si causa bona est, effectus bonus, & si caussa mala, effectus malus erit, vt Deus bonus est, ergo quæ sunt condita à Deo bona erunt, cupiditates malæ sunt, igitur inimicitiæ, quæ inde nascuntur malæ. Idem licet colligere de caussis per effecta, vt eruditio bona est, ergo labor qui impenditur in literis bonus erit, bellum malum est, ergo regnandi cupiditas, quæ bellum parit, mala erit.

2. præceptum.

Secundum præceptum: Si causa est naturalis, effectus erit naturalis, vt natura homines coniunxit in vnum, ergo eadem respublicas procreauit, mors naturalis est, ergo infirmitas naturalis.

3. præceptum.

Tertium præceptum: Si caussa efficiens habuit principium, effectus quoque habuit principium, & si caussa efficiens est habitura finem, effectus quoque est habiturus finem, vt motus cœli habuit principium, & incepit aliquando, ergo rerum generationes, principium habuerunt. Motus cœli habebit finem, & cessabit, ergo similiter aliquando cessabunt rerum generationes. Existimant aliqui primum præceptum, si effectus est bonus, causa est bona & si causa est bona effectus erit bonus, esse intelligendum in caussis procreantibus, non autem in interimentibus, vbi res contrario modo se habet, nam quon am valetudo bona est, morbus labefactans valetudinem est malus, & quia latrones mali sunt iudices eos è medio auferentes sunt boni, tamen si res ipsa recte consideretur idem præceptum seruatur in his, quoniam in his non est effectus res, quæ interimitur, sed ipse interitus, atq; ita si interitus bonus est, & caussa interimens bona, & si interitus malus causa mala erit.

Ex vsu quarat. arg.

Præterea ducetur in his argumentum ex vsu ipsius rei, qui est quidam effectus, nam cuius vsus bonus est, ipsum est bonum, & cuius vsus malus, ipsum malum quoque erit, vt vsus equi bonus est, ergo equus est bonus. Est tamen cauendum ne accipiamus abusum pro vsu, quoniam est vitiosa argumentandi ratio, non enim sequitur, al quæ mulieres propter formam malæ factæ sunt, ergo forma est mala, multi male vtuntur literis, & propter ipsas mali fiunt, & elati, ergo literæ malæ sunt, nam hic non propius vsus rei est, sed abusus est nuncupandus.

Qua rati. ex causis adiuuantib. arg.

Deinde ex caussis iuuantibus, scilicet loco, & tempore, & instrumen is, ducuntur argumenta, vt Boreas perflat ex locis frigidis, ergo est frigidus, nondum versatus est integrum annum in Philosophia ergo non potest esse eximius Philosoph Nondum nactus est puer quadraginta dies, ergo non potest tidere, est miles inermis, ergo non potest pugnare, non habet instrumentum disserendi, ergo non potest probabiliter disserere.

Arg. Solut.

Quod si obiicias has non esse causas sed adiuncta Respondeo, si considerentur vt sunt accidentia esse adiuncta, si autem vt iuuant caussam efficientem, pertinere ad locum caussarum.

Qua ratione ex lib. arg.

Ad extremum ex caussis liberis, & quæ delectum sequuntur, ducitur firmum argumentum ad refellendum, vt non potest ambulare, ergo non ambulat, noluit accedere, ergo non accessit. Ad confirmandum non valet omnino, nõ enim sequitur, potest, aut vult ambulare, ergo ambulat. Ex effectu vero licet tantum confirmare causam vt ædificat, ergo potest, & vult ædificare.

SCHOLIA.

Vsus huius loci.

HVius loci frequentissimus est apud auctores vsus, dũ ex causa efficiente res ipsa laudantur & vituperantur, Matth 7. ex arbore bona, vel mala, laudantur, aut vituperantur fructus. Omnis arbor bona bonum fructum facit, mala autem malum & cap. 12. aduersus Iudaos progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui cum sitis mali, ex abundantia cordis os loquitur, & Apostol. 1. Corinth. 15. ex resurrectione Christi (quæ est nostra caussa) nostram futuram esse colligit, & 1. Tim. 4. probat omnem creaturam esse bonam ex caussa efficiente, quia nimirũ est à Deo, & mendacium suademus esse malum ex eadem caussa, quia est à demone, qui pater est mendacii, & in veritate non stetit, Iohan. 8. Hinc exhortamur filios ad res præclare gerẽdas ex parentum (qui sunt caussæ efficientes) immitatione, vt enim inquit Apostolus: Si radix sancta & rami, & si delibatio sancta, & massa, vnde dicebat Christus Dominus Ioan. 8. si filii Abrahæ estis,

hæ estis, opera Abraha facite, & vos ex patre diabolo estis, ideo opera eius vultis perficere. Hoc eodem genere argumenti vsus fuit Tobias iunior, quando ab sponsa peculiarem exegit cohibitatis pudorem, filii sanctorum (inquit) sumus, ideo non possumus ita coniungi sicut gentes quæ ignorant Deum. Legimus etiam apud Virgilium augurem quendam Ascanium ex maiorum rebus præclare gestis, ad res maximas moliendas exhortari:

Lib. 12.

Tu facito mox, cum matura adoleuerit ætas:
Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorum
Et pater Æneas, & auunculus excitet Hector.

Is erat Iapix.

Reprehinduntur etiam filii ex eorundem parentum turpibus actibus, ita enim Christus Dominus reprehendit Iudæos. Quem prophetarum non occiderunt patres vestri, & vos implete mensuram patrum vestrorum. Sub hoc loco complexi sumus locum ab effectu, ex quo argumenta desumpta valere diximus ad confirmandum, non tamen ad refellendum, nam posito effectu ponitur caussa, at illo amoto, non est necesse caussam moueri. Illud tamen videndum est, ne effecta impropria, & contingentia sumamus, non enim ex illis efficax ducti posset argumentum, neque enim recte colligimus, pallet, ergo amat. Christus Dominus ab effectu docuit se bonum fuisse pastorem: Bonus inquit pastor animam suam ponit pro ouibus suis, hoc etiam loco frequenter vtuntur Poetæ: Horatius enim ex effectu sic ebrietatem describit:

Ioan. 10.

Quid non ebrietas designat? aperta recludit,
Spes iubet esse ratas, ad præ'ia trudit inermem:
Sollicitis animis onus eximit, ac docet artes
Fœcundi calices quem non fecere disertum?

CAPVT X.

De loco ab antecedentibus, & consequentibus.

EXpositis locis à caussis, sequitur vt de loco ab antecedentibus, & consequentibus agamus, quorum tria sunt genera.

Primum cernitur inter illa, quæ sunt eiusdem categ hoc est inter rem diffinitam, & partes definitionis. Cum autem res definita sit species, & partes diffinitionis, genus, & differentia, quando dictum est de loco ab specie, à genere, & à differentia horũ antecedentium & consequentium vsus expositus est. Alterum est inter causas, & effecta, semper enim causæ antecedũt, & effecta sequuntur, quorum vsus proximo cap explicatus superest, vbi à loco à caussis disseruimus. Tertium est inter rem, & accidẽtia, quæ illam sequuntur, quæ ab aliis adiuncta appellantur, de quorum vsu in præsenti erit disputandum

Sumuntur igitur ex huiusmodi antecedentibus, & consequentibus argumenta, tã ad confirmandum, quam ad refellendum. Primum cũ ex re ipsa colligimus illius proprietates, & accidentia, aut contraria refellimus, vt voluptas bona est ergo non nocet, voluptas nocet ergo non est bona. Deinde cum ex vno adiuncto alterum colligimus, aut refutamus, vt est magnus dialecticus, ergo est ingeniosus. Est Mathematicus, ergo est cogitabundus: Est sophista, ergo fallax, & impostor non est ingeniosus, ergo nõ est maximus philosophus. Max ma propositio. Vbicunque est res, & illius proprietates, & accidentia, accui conuenit vnum adiunctorum, probabile est conuenire & alterum, quod sit consentaneum

Quarat. ex hoc loc. eruant. arg.

Hæc autem argumentandi ratio vsui est omnibus disciplinis, nam primum ea vtuntur philosophi naturales, ad varias res explicandas, nam quoties demonstrant vnam affectionem per aliam vtuntur hoc loco, vt homo est capax admirationis, ergo est capax disciplinæ Huius etiam loci beneficio, ex notis affectionibus naturalibus, alias etiam affectiones naturales conjectant, in animal bus, plantis, lapidibus, & aliis rebus ipsi philosophi. Per hunc locum ex notis, & signis, atque ex his quæ apparent in cœlo prænoscuntur futura, vt vesperi cœlum est rubicundum, ergo dies sequens erit serenus. Præterea tota disciplina physionomica

Omni. est vsui hac argu. ratio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pendet ex hoc loco, cum ex notis, & signis corporis colligimus aliquas hominis affectiones, vt est lato pectore, & habet pilos duros ergo est fortis. Medici quoque per hunc locum ex vultu ægrotori, ex colore, ex vrina, & pulsu, & somno, aut vigilia, coniectant naturam morbi, aut valetudinem futuram.

Vtunt hoc loco orat.

Est & apud oratores maximus, vberrimusque huius loci vsus. Primo, ad genus demonstratiuum, nam omnia fere argumenta, quæ scribuntur in laudem, aut vituperationem cuiusque, ex loco isto petuntur. Deinde ad genus suasorium, sunt enim quinq; loci communes, quibus suademus aliquid esse faciendum, nempe, honestum, vtile, necessarium, possibile, & facile, ac loci his contrariis, quibus dissuademus. Hæc q; omnia antecedentia & consequentia sunt siue adiuncta, atque explicantur, & probantur per alia, vt probamus aliquid esse factibile, huic homini, ex robore corporis ex ætate, ex scientia, & arte qua pollet, ad id efficiendum, ex amicorum, & cognatorum copia, ex numero militum, atq; ex aliis huiusmodi rebus. Dimum confert maxime ad genus iudiciale, præsertim ad statum causæ coniecturalis. nam totus fere ille status tractatur ex adiunctis, sunt autem adiuncta, quibus ad id vtimur duplicia, alia, quæ rem circũstant, de qua est controuersia, alia, quæ sunt infixa in homine. Rursus quæ rem circumstant sunt triplicia, quæ rem antecedunt, quæ sequuntur, & quæ simul existunt: cum ipsa, vt si controuersia sit de cæde facta an Milo Clodium interfecerit, antecedunt ré, apparatus, vt apparatus equorum, armorum, insidiæ paratæ in aliquo loco, quod visus sit paulo ante cum hominibus armatis in loco vbi cædes facta est, colloquia cũ amicis prius habita, cum seruis, cum hominibus flagitiosis, cum ipsa re existunt, vt strepitus pedum, clamor hominum, auditus, fuga facta, quæ sequuntur vero, vt quia die sequenti in forum nõ venerit, fuerit inuentus cum gladio cruento, ac tinctis cum sanguine vestibus. quæ omnia & si non sint necessaria, habent tamen plurimum ponderis ad mouendum suspicionem, factique non leuem generandi opinionem. Infixa adiuncta sunt notæ quædam, & signa naturalia, quibus ostendimus hominem illum idoneum fuisse ad id facinus perpetrandum, vnde Cicero pro Roscio sic ait, de Fannoe herea nonne capur ipsum, & supercilia semper abrasa alere malitiam, calliditatem præ se ferre videntur, nonne ab imis vnguibus, vsque ad summum verticem, si quam aufert hominibus cõiecturam tacita corporis figura ex fraude fallaciis, & mendaciis totus constare videtur?

SCHOLIA.

Vtunt. S lit. hoc loco.

Antecedentibus argumentatur Apost. 1. Chron. 15. quando ex Christi resurrectione (qua nostram antecedit, veluti illius causa & exemplar) nos colligit resurrecturos. Si Christus inquit resurrexit, & nos resurgemus & cap. 13. ex eo quod quu habet caritatem concludit illum esse patientem, benignum, & non qua sua sunt, sed quæ sunt Dei quærẽtem, nam caritas hæc omnia antecedit. A consequentibus Christus Dominus argumentatur Matth. 5 beatos esse pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum cœlorum & beatos esse mites quia ipsi possidebunt terram, nam regnum cœlorum consequitur paupertatem spiritus, & terram, cœlestu patria (vt inquit Augustin.) consequitur mansuetudinem. Ad hunc locum reuocari diximus ea quæ communiter accidunt, illa enim effectus quos indicant antecedere videntur. In hunc modum ad Iudæorum confusionem Dominus argumentatur, apud Matth. 16. facto vespere dicitis: Serenum erit, rubicundum est enim cœlum. Et mane, hodie tempestas, rutilat enim triste cœlum, ita etiam Salomon Eccles. 4. colligit, omnes industrias hominum, & labores patire inuidia, quia ita communiter euenit. Possunt etiam ad hunc locum à communiter accidentibus, reduci argumenta illa quæ à prodigiis, monstris, aut portentis, sumuntur, vt cum ex humanis aliquid, aut boni imminere, patria, aut principi iudicamus. Sic Macab. 2. lib. c. 5. visis armatu equitibus per aera discurrentibus: illuxerunt, nouit aliquid, & magni quippiam imminere, & apud Virgilium Æneas fugiendum esse loco concludit audita Harpiæ voce, & Anchises Thracia excedendum collegit, viso ab Æneæ prodigio, cum arborem è terra euellens, ex radicibus atrum cerneret cruorem defluere, ex hiis quã plurima apud Valerium Max. in cap. de prodigiis legi poterunt.

Simile quid refert Pausanias.

SECTIO TERIA.

De locis externis.

CAPVT I.

De loco à contrarijs.

PRoximum est vt tertio loco de locis assumptis, vel extrinsecis disputemus, de his nimirum quæ ad quæstio explicandam, vel ex parte subiecti, aut vtriusque extrinsecus adhibentur, imprimisque de contrariis, vel oppositis, quorum quinq; facimus formas & species, à disparatis, à relatis, ab aduersis, à priuantibus & à contradicentibus. Disparata impropriis sunt quæ eiusdem comparentur semper similiter repugnant, vt homo, & equus, lapis, & lignum, ex quibus promitur argumentum ad refellendum tantum, cum statuto vno ex disparatis alterum tollimus, tractatur tamen argumentum duobus modis, vno argumentatione simplici, vt homo est, ergo non est equus, voluptas nocet, & infamiæ noxam inserit, ergo non est summum bonum, & hominis felicitas, altero modo tractatur argumentatione hypotheca, atq; ea duobus modis. vno, argumentatione connexa negante, vt non si homo est, lapis non est, atqui homo est ergo non est lapis altero modo copulata negante, vt non & homo est, & non est capax disciplinæ, atqui homo est, ergo est capax disciplinæ. Communis omnium propositio maxima, est, disparata non posse eidem rei conuenire.

Deloco à dispa.

Qua rati. arg. à relatis.

A relatis sumuntur duæ rationes argumentandi, prima valet tantum ad refellendum. cum statuto vno relatorum alterum tollimus, ab eodem subiecto facta comparatione ad rem eandem, vt Socrates fuit filius Sophronii, ergo non fuit eiusdem pater. Propositio maxima cui ineſt vnum relatorum, illi respectu eiusdem non potest inesse alterum. Secunda ratio est tam ad confirmandum, quam ad refellendum cum ex vno relato alterum constituimus aut tollimus, vt pater est, ergo filius est, non est dominus ergo non habet seruum. Propositio maxima. Relata simul ponuntur, & simul tolluntur.

Qua rat. arg. ab aduer.

Ab aduersis ducuntur præcipue tres rationes. prima valet tantum ad refellendũ, cũ statuto vno aduersorum, alterum tollimus, vt album est, ergo non est nigrum, bonum est, ergo non est malum. Propositio maxima Cui conuenit vnum aduersorum, non potest alterum conuenire. Ad confirmandum non valet, nisi in his, quæ medio carẽt in subiecto illo in quo nata sunt esse, vt animal est, & non est equum ergo ægrum, numerus est & non est par, ergo impar. In aliis non valet, vt non est album, ergo est nigrum, potest enim esse medio colore affectum.

Secunda ratio est tam ad confirmandum quam ad refellendum, cum sumptis quatuor extremis duobus attributis, & duobus subiectis, si vnum attributum vni subiecto conueniat, colligimus alterum alteri conuenire, vt virtus est amplectenda, ergo vitium est fugiendum, otium maxime nocet, ergo negotium honestum maxime prodest, bellũ multa affert mala, ergo pax multa asportat bona. Hinc sumuntur illæ sentẽtiæ, quæ ab Oratoribus dicuntur Enthimemmata, vt si id quod scis prodest, ergo nihil, quod nescis obest, obsequium amicos, veritas odium parit. Propositio maxima. Aduersis aduersa conueniunt.

Tamen est obseruandum in hoc loco, vt illa attributa contraria prorsus, vllo modo conueniant subiectis, nec possint ab eis separari, nam si ex accidenti conueniant, non est firmum argumentum, non enim recte sequitur, album monetur, ergo nigrũ quiescit, album est calidum, ergo nigrũ est frigidum. Tertia ratio valet ad tractandã quæstionem generis, & tam ad confirmandum, quam ad refellendum, cum si aliquid sit genus vnius aduersi, aut non sit colligimus alterius esse, aut nõ esse, vt habitus est genus virtutis, ergo & vitii, numerus non est genus albi, ergo neque nigri. Propositio maxima. Contraria sub eodem genere continentur, hoc tamen est intelligendum cum ipsi genera aliud non aduersatur, non enim sequitur, virtus est genus iustitiæ, ergo & iniustitiæ, quia virtuti est contraria iniustitia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quarat. arg. à priuan.

Ad priuantibus dicuntur tres argumentandi rationes, prior valet tantum ad refellendum, cum statuto vno priuantium ponimus alterum, vt videt, ergo non est cœcus: cœcus est, ergo non videt. Propositio maxima. Cui conuenit vnum priuantium fieri non potest alterum conuenire. Ad confirmandum non valet nisi accipiantur priuantia in subiecto in quo nata sint esse tempore à natura definito, vt animal, quo tempore natum est habere visum non videt, ergo est cœcum, aliter non videt, non enim sequitur lapis non videt, ergo est cœcus, homo recens natus non habet dentes, ergo est edentulus. Secunda ratio valet tam ad confirmandum, quam ad refellendum, cum sumptis quatuor extremis priuatibus, duobus attributis & duobus subiectis, si alterū attributum alteri subiecto conueniat, aut non conueniat, colligimus alterum alteri conuenire, aut non conuenire vt visus est quidam sensus, ergo cœcitas est carentia sensus, auditus est habitus, ergo surditas est carentia habitus. Propositio maxima contrariis priuantibus contraria priuantia conueniunt.

Observatio.

Hoc tamen est intelligendum cum attributa per se dicuntur de subiectis, nam si dicantur ex accidenti, non valet argumenti ratio, non enim sequitur, is qui videt audit, igitur cœcus est surdus, quia audire ex accidente dicitur de vidente. Tertia ratio cum ex eo, quod res aliqua non est nata habere habitum, colligimus non habere priuationem, vt lapis non est natus videre, ergo neque est cœcus. Propositio maxima sumitur ex definitione priuationis, se priuantia pertinantur in eodem subiecto.

Quarat. arg. à contradicenti.

A contradicentibus demum valet ad verumque vi principii contradictionis, hoc contradicentia non sunt simul in eodem, & quidquid est continetur sub alterutra parte contradictionis. Dicuntur autem hoc loco contradicentia, non pronuntiata, sed voces simplices, quarum vna affirmat, altera negat, vt homo, non homo, recte igitur sequitur, est homo, ergo non est non homo, non est homo, ergo est non homo.

SCHOLIA.

Apud quos hæc loca fuerint in vsu.

AB his quæ relatiue opponuntur argumentū deprompsum legimus Malach. 1. filius honorat patrē suū, & seruus dominū suū, si ergo pater sum, vbi est timor meus? Vtitur hoc loco Cic. pro Marc. laudans dantem ex eo, quod in accepto dono tanta sit gloria (dare enim & accipere relatiue opponuntur. Ex quo, inquit, profecto intelligi debet, quanta in dato beneficio sit laus, cum in accepto tanta sit gloria, & memoratio pro Cornel. Balbo. Si Balbus recte ius ciuitatis accepit à Pompeio, recte dedisse Pompeium necesse est. Ab aduersis exempla multa legimus petita in prouerbiis Salomonis maxime cap. 10. filius sapiens lætificat patrem, filius vero stultus dolor est matris suæ: Egestatem operata est manus remissa, manus autem fortium diuitias parat. Et cap. 11. Vbi fuerit superbia ibi erit & contumelia, vbi autem est humilitas ibi & sapientia. Item: Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana, qui autem fidelis est animi, celat commissum. Cicero de amicitia: Itaque videas rebus iniustis iustos maxime dolere, imbecillibus fortes, flagitiosis modestos. Et 5. de finibus, nam si prauitatem imminutionem que corporis, propter se fugiendam putamus, cur non eam ac fortasse magis propter se formæ dignitatem sequimur? & siturpitudinem fugimus in statu, & motu corporis, quid si eam pulchritudinem non sequamur? Vtitur etiam hoc loco Poeta, in suis carminibus contrarium contrario opponentes: Virgilius 11. Æneidos

Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.

Et Horatius epistola prima:

Virtus est vitiū fugere, & sapientia prima
Stultitia caruisse

Matth. 5.

Iam à priuantibus possumus ita argumentari, si illos inquit Dominus misericordium consecuturos, qui fuerint misericordes, profecto qui priuati erunt misericordia, nequaquam misericordiam consequentur, opponuntur priuatiue, vita, & mors, diuitiæ & paupertas, sobrietas & ebrietas, ex quibus omnibus deprompta videmus argumenta Cicero pro Milone Etsi mortis sedetis & tollitis, cuius vitam si potestis per vos posse restitui, nolitis Et pro M. Marcello dolco cum reputabit immortalis esse debeat, eam in vnius mortalis anima consistere, & paupertatis, & diuitiæ exemplo, vtitur Martia. lib. 5.

Semper eris pauper, si pauper es Æmiliane,
Dantur opes nullis, nunc nisi diuitibus.

Sobrietatis

Sobrietatis vero, & ebrietatis legibus hoc aliud apud Martial. lib. 3.

Ebrius es, nec enim faceres hæc sobrius vnquam.

Tandem à contradicentibus argumentum petitum videmus, Ioan. 8. Qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Cicero etiam eodem vtitur 1. Tusculan. cogens Atticum fateri, mortuos non esse miseros. Iam mallem (inquit) Cerberum metuere, quam ista tam inconsiderate dicere, Attice, quid tandem? Marcus, quem esse negas, eundem esse dicis. Vbi est acumen tuū? cum enim miserum esse dicis tum, qui non sit, esse dicis, &c.

CAPVT II.

De loco, à comparatis.

Locus à simili.

SEquitur post locum à contrariis locus à comparatis, qui quinque etiam alios speciales locos suo ambitu comprehendit, nempe, à simili, à dissimili, à maiori, à minori, & à pari.

Primus ergo est à simili. Est autem similitudo rerum diuersarum eadem qualitas, vt quemadmodum se habet oculus in corpore, sic mens in animo. Argumentationum vero, quæ petuntur ex hoc loco, duæ afferuntur species: à Cicerone in Top. inductio, & collatio: inductio est, cum ex multis collationibus rerum similium alia res similis colligitur, valetq; tam ad confirmandum, quam ad refellendum, ad confirmandum quidem, vt si tutor fidem seruare debet, si socius sis iis, cui aliquid mandaueris, si his, qui filiū amicepit: ergo procurator fidem seruare debet. Propositio maxima, quod verum est in vno similium, aut multis, probabile est in alio similium esse verum: collatio est, cum ex vno simili aliud colligimus, valetque ad vtrumque ad confirmandum, vt si feræ partus suos diligunt, qua nos indulgentia in filios nostros esse debemus? Ad refellendum, vt quod est oculus in corpore, id est mens in animo, sed oculus vitiatus humoribus non potest recte cernere, ergo neque mens perturbationibus occupata potest recte iudicare Propositio maxima eadem, quæ in inductione. Quidam adiungunt tertiam speciem, scilicet exemplum, quod est rei gestæ, aut vt gestæ commemoratio, tamen exemplum interdum refertur ad inductionem, interdum ad collationem, cum enim ex multis rebus gestis aliquid simile colligimus, est inductio, cum autem ex vna re gesta est, collatio.

De loc. à propor.

Præterea ex hoc loco petuntur argumentationes à proportione, quia proportio est rationum similitudo, præsertim illa ratio argumentandi à commutata proportione, quæ fit, cum sumuntur quatuor termini ita affecti, vt quemadmodum se habet primus ad secundum, sic tertius ad quartum: tum quemadmodū se habet primus ad tertium, ita secundus ad quartum: vt quemadmodum se habet octonarius ad quaternarium, sic ternarius ad senarium

Dub. Rodol.

Quærunt aliqui hoc loco, quid intersit inter similia & paria, Rodolph. in lib. 1. c. 25. docet, hoc interesse, quod paria sunt, cum diuersa comparantur in eodem tertio, vt licuit Catoni sequi bellum ciuile, ergo licuit Ciceroni. Similia vero sint, cum diuersa comparantur in rebus diuersis, propter aliquam similitudinem, vt quod est oculus in corpore, id mens in anima, comparantur enim oculus & mens in cernendo, & iudicando.

Vera sentent.

Verum hoc discrimen non semper obseruatur apud authores, sæpe enim hæc duo nomina pro vna & eadem re vsurpantur. Huius loci plurimus est vsus apud auctores, nam omnis similitudinis exempla, fabulæ, atque in sacris literis allegoriæ, & parabolæ accipiuntur ex hoc loco

Locus à dissimili.

Alter est à dissimili, vel à dissimilitudine, quæ à Cicerone appellatur differentia: est autem dissimilitudo rerum diuersarum diuersa ratio, & affectio, siue differant secundum essentiam, siue ex accidenti, vt alia ratio est hominum, alia belluarum, valetq; hic locus tam ad confirmandum, quam ad refellendum, ad confirmandum, vt si belluarum est in diem viuere, nec prospicere rebus futuris, nostra consilia sempiternum tempus spectare debent Ad refellendum vero: nam si exigua cœna multis non est satis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sic exigua vox à multis audiri non potest, quoniam in cœna vnusquisque accipit partem suam, vocem autem omnes eandem audiunt: tamen non si noua amicitia melior est vetere, sic noua amicitia melior est vetere, quoniam nauis vsu fit deterior, amicitia vero consuetudine efficitur melior, & confirmatior. Maximæ propositiones sunt: Quod verum est in vno dissimilium, probabile est in alio esse falsum, & quod in vno est falsum, probabile est in alio esse verum.

Caterum cauendum est in hoc loco, & superiori, ne accipiamus simil a pro dissimilibus aut contra: hoc est, ne colligamus conclusionem petere aliam rationem ab ea, quæ illa quæ comparantur, dicuntur similia, aut dissimilia, tunc enim non est firmum argumentum, vt si quis ita argumentetur, vt se habet Logica in disciplinis, ita Rhetorica, sed oratio longa est breuis, & concisa, ergo Rhetorica est etiam breuis, vitiosa est argumentatio, quia hæc parte non sunt similes Logica, & Rhetorica, sed ea parte, qua ambæ disputant de omnibus rebus ex probabilibus, hæc etiam est vitiosa, vt se habet mens in animo, sic oculus in corpore, sed mens perspicit vniuersalia, & quæ non existunt, non enim hac parte conueniunt, sed quia quemadmodum mens regit animum, ita oculus regit corpus, in dissimilitudine committitur idem error, vt alia est ratio belluarum, alia hominum, belluæ viuunt, igitur homines viuere non debent, hac enim ratione non sunt dissimiles homines, & belluæ, imo vero similes.

De loc. maio. min. & pari.

Alii loci dicuntur à maiori, minori, & pari: maius autem, minus, & par, in præsenti metimur non magnitudine, sed probabilitate, vt maius dicatur, quod probabilius est, minus, quod est minus probabile, par, quod æque probabile. A minori igitur ducuntur argumenta ad refellendum tantum, quia si quod magis videtur inesse, non inest, minus inerit, quod minus videtur inesse, vt non potest ferre pondus quinque librarum, ergo nec centum: si iustus vix saluabitur, ergo & peccator. A maiori autem petitur argumentum ad confirmandum tantum, quia si quod magis videtur inesse, inest & quod minus, vt potest ferre pondus decem librarum, ergo & quinque: potest suo consilio rotam rem publicam administrare, ergo & priuatam familiam regere. Publius Scipio homo priuatus Tiberium Gracchum interfecit, quod mediocriter labefactaret statum reipublicæ, ergo nos Consules Catilinam interficere debemus. A pari denique ducitur argumentum ad vtrumque, quia quod probabile est in vno partium, probabile est in altero, vt si patriam non minus colere debemus, quam parentes, cur qui vel ipsam hostibus prodidit, vel leges eius euertit, non æque puniendus est, atque is, qui proprios occiderit parentes.

SCHOLIA.

Loc. à simili. Complexi sumus inter alia locum à simili, à dissimili, à maiori, & minori. A simili vtimur, quando proposito alicuius exemplo nitimur ad alicuius similitudinem homines ad præclarum aliquod facinus gerendum, vel virtutem ampliectendam exhortari. Ita Iudith cap. 8. proposito patrum exemplo Ecthuliæ viros hortabatur: Memores esse debere, quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tentationes probatus Dei amicus effectus est. Sic Iudas Machabæus milites suos ad prælium excitabat: Mementote, inquiens, qualiter saluati fuerint patres nostri in mari rubro, cum sequeretur eos Pharao cum exercitu multo, & nunc clamemus in cœlum, & miserebitur nostri Dominus. Plena sunt huiusmodi exempla sacra litera, in quibus proposito exemplis similibus ad virtutum imitationem excitamur. A dissimili argumenta petita legimus in eisdem sacris literis, Esaiæ 5. cap. Quantum exaltantur cœli, & terra, tantum exaltantur cogitationes Dei à cogitationibus hominum, & viæ Dei à viis hominum: & Luce 22. Scitis, quia Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur, non sic autem erit inter vos, sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut ministrator. Valet hic locus maxime ad docendum & aliquid amplificandum, nam dissimilium collatione crescit, & auctior insurgit oratio: sic Cicero Philippica 2. de Varronis Cassinati fundo, quem per vim occuparat Antonius, per dissimilium positionem ita loquitur: O tecta ipsa

Loc. à dissimili.

1. Macc. 4.

misera,

misera, quam dispari domino (quanquam quomodo esset dominus?) sed tamen quam à dispari tenebantur? studiorum enim suorum M. Varro voluit esse illud, non libidinum diuersorium, quæ in illa vilia ante dicebantur? quæ cogitabantur? quæ literis mandabantur? Iura populi Romani, monumenta maiorum, omnis sapientia ratio, omnisque doctrina. At vero te inquilino (non enim domino) personabant omnia vocibus ebriorum, natabant pauimenta vino, madebant parietes, ingenui pueri cum meritoriis, scorta inter matres familias versabantur. Virgilium etiam 2. Æneid. Hectorem, qui tot rerum prælia regestarum gloria floruerat, ab Achille trucidatum, fœdissimeq; spoliatum, ex loco à dissimilium comparatione ita depingit:

In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector
Visus adesse mihi, largosque effundere fletus.
Raptatus bigis, vt quondam aterque cruento
Puluere, perque pedes traiectus lora tumentes.
Hei mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuuias indutus Achillis,
Vel Danaum Phrygios iaculatus puppibus ignes.
Squalentem barbâ, & concretos sanguine crines,
Vulneraque illa gerens, quæ circum plurima muros
Accepit patrios.

Locus à maiori. *A maiori præterea ad minus, Matth. 10. argumentum petitum esse videmus, vbi cum Christus Dominus à discipulis timorem omnem mortis pelleret, ne ob mortem tam ipsi perisse putarent, ita argumentatur: magis apparet perire posse passerem, quam aliquem vestrum, at neque vnus ex passeribus perit sine patris dispositione, neque igitur aliquis vestrum peribit, quare nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Et Apostolus 2. Corinth. ita colligit: facilius possumus cogitare aliquid, quam operari, at ex nobis non sumus sufficientes cogitare aliquid tanquam ex nobis, neque igitur poterimus aliquid ex nobis bene agere & operari. Ducuntur ex hoc loco ad amplificandum, & commouendum oratoria gradationes, qualis est illa Ciceronis pro Milone: neque vero se populo solum, sed etiam senatui tradidit, neque senatui modo, sed etiam publicis præsidiis, & armis, neque his tantum, verum etiam eius potestati, cui senatus totam rempublicam, omnem Italiæ pubem, cunctas populi Romani armas commiserat. Iam à minori ad maius argumentatur Christus Dominus, Matthæi 6. Si Deus sic vestit lilium agri, quod hodie est & cras in clibanum mittitur, quanto magis vos modicæ fidei? Et si aues cœli, quæ neque serunt, neque metunt, neque in horrea congregant, Deus sic pascit, quanto magis vos modicæ fidei? qui enim corpus dedit, & animam, ipsam dabit, & vestimentum. Sic apud Virgilium 1. no argumentatur: Pallas vulgaris dea ob vnius culpam potuit totam classem nauium exurere, & ego, quæ sum Deorum atque Dearum regina, propetero Troianum regem mihi missum ab Italis, ne ibi regnet, auertere?*

Locus à minori.

—— Mene (inquit) incepto desistere victam?
Nec posse Italia Teucrorum auertere regem?
Quippe vetor fatis: Pallas ne exurere classem
Argiuum, atque ipsos potuit submergere ponto
Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oili?
Ast ego, quæ diuum incedo regina Iouisque
Et soror & coniux, &c.

Et hoc eodem genere argumenti vtitur Ouidius lib. 1. de remedio amoris, ita enim à maiori ad minus progreditur:

Vt corpus redimas, ferrum patieris, & ignes:
Aut anne sitiens ora lauabis aqua.
Vt valeas animo quidquam tolerare negabis?
Ac pretium pars hæc, corpore maius habet.

Horatius lib. 1. epist. 2.

Vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones.
Vt te ipsum serues, non expergiscere is?

Cicero in Verrem: Facinus est vincire ciuem Romanum, scelus verberare, prope parricidium necare, quid dicam in crucem tollere? Vt a minoribus progrediens, ad summum & quæ tendit, minus enim est vincire, quam verberare, & minus verberare, quam necare, & maximum omnium est in crucem tollere.

CAPVT

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT III.

De loco, à testimoniis.

Testimonia quadam diuina, & alia humana.

AD extremum de loco à testimoniis agendũ erit, enim horum in disputationibus vsus est frequentissimus, nec inartificiosa tractatio, licet quod partium, quæ in quęst. posite sunt, nõ attingant, extrinsecus assumta, & artis expertia esse dicantur. Sunt autẽ testimonia duplicia, diuina, & humana: diuina sunt, quæ à Deo ipso proferuntur per se, aut per alios, ita tamen, vt quæ ab ipsomet proferũtur, dicantur oracula, & ita Socrates oraculo Apollinis sapientissimus fuit iudicatus, alia vero appellentur vaticinationes, auspicia, responsa aruspicũ responsa sacerdotum, & responsa coniectorum. Vaticinationes enim dicebantur prædicationes & diuinationes vatum, Prophetarum & Sibyllarum. Auspicia erat diuinationes augurum, seu coniecturæ, quæ petebantur ex volatu & cantu auium, & tonitruum, fulmine & aliis. Responsa aruspicum erant coniecturæ, quæ petebantur ex victimis, cum enim immolabatur aliquod animal, ibi aderant aruspices, & ex intimis, & visceribus animalis bonos aut malos euentus prædicebant, sicq; quidam, cum animal mactatum obtersisset, Cæsarem admonuit, vt sibi caueret ad Idus Martias. Responsa Sacerdotũ erãt interpretationes somniorum, quorum interpretes dicebantur coniectores, & arioli. Hæc igitur erant testimonia diuina apud veteres, quæ non omnia à nobis probãtur, tantũ enim apud nos in diuinis testimoniis habentur, quę sacris literis, veteri scil. & nouo Testamento cõtinentur Christi & Apostolorum traditiones, vniuersa ipsiusq; ecclesię, sanctorum conciliorum, & summorũ Pontificum decreta. Humana autẽ testimonia sunt, quæ ab homine proferuntur, quæ quidem, vt auctor est Cic. in partit. vel ex auctoritate, vel ex voluntate, vel ex oratione spectantur. Auctoritas vero pendet ex his quinque, nempe ex ætate ex ingenio, ex opibus, ex arte ex vsu, ac etiam ex opinione virtutis: quæ omnia in Topicis sub tempore & natura comprehenduntur. Ab ætate quidem pendet auctoritas: & ita solemus in his, quæ pertinẽt ad administrationem reipubl. senum testimoniis maximam fidem adhibere. Opes etiam auctoritatem solent augere, vnde factum puto, vt testes graues & fide digni, locupletissimi testes appellentur. Ingenium etiam auctoritatem adfert, & proinde illorum testimonia qui ingenio pollẽt, maximi ponderis sunt. Præcipue tamen confert ad auctoritatem scientia, & vsus, sicque experto medico, vel perito in ea arte plurimum fidei tribuitur, quemadmodum in philosopho perito philosophia plurimum etiam valet ad auctoritatem virtutis opinio & ita qui ab omnibus probantur, & iudicantur virtutum amatores plurimum valent ad aliquid persuadendum. Præterea spectatur hominũ testimonium ex voluntate, ac proinde petuntur testimonia ex testamentis, ex legibus, & pactis, & aliis similibus. In oratione quoq; posita sunt humana testimonia, est tamen oratio duplex, vna libera, quando libere profert aliquis, quod sentit, alia necessaria, quando coactus, ac veluti vi impulsus, cogitur aliquid fateri: hæc autem necessitas vel sumitur ex corpore, vel ex anima: ex corpore, quãdo tormentis & suppliciis veritas extorquetur: ex anima vero, quando vel iureiurando fides adstringitur, vel in pueritia ob rationis carentiam ibere profert puer id, quod fert iũt etiamsi ob aliquem animi affectum: nempe propter timorem, vel iram fateatur aliquis verum, aut ob ebrietatem, & per somnia. Ex his enim omnibus potest sumi argumẽtum ad veritatem stabiliendam. Est tamen discrimen inter testimonia diuina & humana, quod testimonia diuina firmissima sint, atq; etiam certissima: contra humana infirma & incerta, & inter humana testimonia est etiam dispar ratio, cum alia alijs, iuxta ea quæ dicta sunt, firmiora iudicentur. Hæc igitur de locis Topicis dicta fuerint satis.

Quæ diuina testimonia.

Quæ humana auctor.

Poteramus in hac parte de loco, quibus Theologi vtuntur, qui fere omnes ab auctoritate petuntur, disputare: ne tamen dialecticos fines transgrediamur, illos prætermittimus. Legenda sunt quæ à D. Thom. & Theologis traduntur, 1. p. q. 1. art. 8. & à M. Cano. in lib. omnium encomiorum titulu dignissimu, de locis Theologicis. Hactenus igitur de locis dialecticis.

DE REPREHENSIONIBVS SOPHISTARVM LIBER VNVS.

EODEM F. DIDACO MASIO ORDINIS Prædicatorum auctore.

PRÆFATIO.

QVemadmodum Medici, non tantum, de medicamentis, quibus potest deperdita salus restitui, verum & de venenis, quibus ipsa læditur, disputant, vt si forte fortuna aliquando fuerint propinata, opportunis remediis depellantur: ita & Dialectici non tantum de locis dialecticis, ex quibus probabilia erui possunt argumenta, verum etiam de Sophisticis, à quibus Sophistæ suas rationes captiosas haurire solent, disputare debent, vt si forte in congressibus, & certaminibus his aduersus nos vti conspiciamur rationibus, qua ratione sint illæ dissoluendæ, cognoscamus. Hæc igitur Sophistarum loca in vltimo huius Operis libro explicare conabimur: de quo genere argumenti Arist. luculentissime, & D. Thom. in opusculo de fallaciis vberrime disputarunt, quorum vestigia imitati, ad anacephalæosim, & breuem summam illa omnia reuocabimus: sicque vltimam manum toti huic disputationi imponemus,

CAPVT I.

Quid sit ratiocinatio fallax, & quotuplex.

1. Diuis.

A Definitione autem, vt hanc disputationem auspicemur: Fallax ratiocinatio est illa, quæ constat ex his, quæ videntur probabilia, nec sunt, cuius duplex est distributio, prior in illam, quæ constat ex communibus, quam Arist. opponit probabili ratiocinationi, & illam, quæ constat ex propriis alicuius scientiæ male intellectis, quam Arist. vocat pseudographam, traditque oppositam esse demonstrationi. Prioris exemplum est, Quidquid non amisisti, habes: sed barbam non amisisti: ergo barbam habes: nam sub propositione quiduis accipi potest. Alterius exemplum: Omnes lineæ à centro ad circumferentiam ductæ sunt æquales: sed linea recta, & curua ducuntur à centro ad circumferentiam: ergo linea recta & curua sunt æquales: nam propositio principium est geometricum, tamen in solis lineis rectis intelligitur.

2. Diuis.

Secunda diuisio est, qua diuiditur in illam, quæ captiosa est propter solam materiam, cum alioqui obtineat rectã formam, & illã quę propter solã formã est fallax, cum interim enuntiationes, ex quib. coalescit, sint veræ, & illã, quę propter vtrumq; est vitiosa: atq; illam, quæ est prioris generis, indicat Arist. in 1. Top. esse simpliciter ratiocinationẽ: illas vero, quæ sunt posteriorum generum, non magis esse vocandas ratiocinationes, quam pictus homo, nomen hominis sibi vendicare videatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT II.

De dissolutione ratiocinationum fallacium vniuerse.

QVod vero ad enodationem huiusmodi sophismatum communiter, & vniuerse spectat, ita statui potest, inprimis explicare illa, quæ constantur ex propriis, officium esse vniuscuiusque artificis in sua arte: alia vero diluere, quæ ex communibus coalescunt, munus esse communis artificis, nimirum Dialectici, methodus vero hæc erit obseruanda, vt si forma sit vitiosa, negetur consequentia, & indicetur vitium, cui rei vsui est disputatio de ratiocinatione, quod si vitium sit in materia, negentur, aut distinguantur sumptiones. Verum quia Sophistæ quibusdam locis vtuntur, ex quibus sua sophismata hauriunt, erunt illa à nobis iudicanda, ne si ipsa ignorare contingat, in captiones Sophistarum incidamus.

CAPVT III.

De fallacia homonymiæ.

1. locus homonymia.

TRedecim loca ab Aristotele numerantur, sex in dictione, & septem extra illam. Eorum, quæ in dictione sunt, primus est homonymia, quæ fit, cum aliqua vox multa significat diuersis rationibus, haberque tres modos: Vnus est, quando aliqua vox æque multa significat, vt canis domesticum, marinum, & cœlestem, vnde non recte colligitur: omnis canis est latrabilis, cœleste sidus est canis, ergo cœleste sidus est latrabile. Alter, quando vox aliqua ex prima institutione rem vnam declarat, sed postea vsu transfertur ad aliam, vt ridere primo de homine dicitur, deinde de prato, quare non sequitur: Quidquid ridet, deducit os: pratum ridet, ergo pratum deducit os. Tertius, quando vox aliqua seorsum sumpta vnam quidem solam rem significat, sed cum aliis coniuncta murat significationem, vt sedens in hac argumentatione: quicunque surgebat, stat, sed sedens surgebat, ergo sedens stat: nam vox illa, sedens, quando coniuncta est cum verbo præteriti temporis, ipsa est etiam præteriti temporis, quando vero cum verbo præsentis temporis, ipsa quoque efficitur præsentis temporis: proinde erit fallax argumentatio.

CAPVT IV.

De fallacia amphibologiæ.

Locus ab amphibologia.

ALter est amphibologiæ, quæ fit, quando eadem oratio habet plures sensus. Accidit que huiusmodi captio duobus modis: Primo, quando oratio multa significat ex æquo, propter syntaxim, velut hæc oratio, Aristot liber. nam significat librum, qui possidetur ab Aristotele, & librum, qui editus est ab Aristotele, vnde Sophista ita argumentatur, liber Aristotelis possidetur ab Aristotele sed liber categoriarum est Aristotelis ergo liber categoriarum possidetur ab Aristotele. Deinde, quando oratio plura significat, vnum quidem primo loco, alterum vero secundo, vt est hæc: littus arare, quare sophisma est. si ita colligas: Quicunque littus arat, littus proscindit aratro, sed oleum & operam perdens littus arat, ergo oleum & operam perdens littus scindit aratro: differt hic locus ab homonymia, quod homonymia consistat in simplici voce, & amphibologia in oratione. vnde & amphibologia est dicta ab amphi. quod est dubiũ, & buli, quod est sententia, & logos, quod est sermo, quasi dubia sententia sermonis, vel orationis.

CAPVT V.

De fallaciis compositionis, & diuisionis.

Triplex modus fallac. composit. & diuis.

Obser.

TErtius locus est compositionis, & quartus diuisionis, qui, quoniam valde coniuncti sunt, simul explicabuntur. Priusquam tamen obseruandum est, triplex esse genus pronuntiatorum, quæ possunt reddere sensum compositum, velut fieri potest, vt sedens ambulet. in his enim sensus compositus est, quando partes dicti referuntur ad diuersa tempora In altero genere sunt pronuntiata, quorum vtrumque vel alterum extremorum ex pluribus partibus constat, quæ coniunctim & diuisim accipi possunt, velut quidquid est particeps, vel expers rationis, est homo, atque in his sensus compositus est quãdo fit vnum simplex pronuntiatum, diuisus vero, quando fiunt plura: in tertio genere sunt pronuntiata, in quibus est aqua vox, quæ potest coniung cum partibus antecedentibus, & tunc est sensus compositus, & cum subsequentibus, & tunc est diuisus, vt quas scis literas, modo didicisti illas.

Cum igitur sit triplex genus horum pronuntiatorum, efficitur, vt sit triplex modus vtriusque loci, atque fallacia à sensu composito est, quando à sensu diuiso vero progredimur ad sensum compositum fallum, fallacia autem à sensu diuiso, quando à sensu composito vero progredimur ad sensum diuisum fallum. Exemplum primi modi, vt si quis ita colligat, quicunque quieuit, potest ambulare, sed quicunque sedet, dum sedet, quiescit, ergo quicunque sedet, dum sedet, potest ambulare. Exemplum secundi modi: Quidquid est particeps vel expers rationis, est homo: sed omnis equus est particeps aut expers rationis, ergo omnis equus est homo. Item, quinarius omnis est duo, & tria: sed omnis binarius est duo & omnis ternarius est tria, ergo omnis binarius & ternarius est quinarius Exemplum tertii modi: Quicunque facit seruos existentes liberos, illos libertate donat, sed omnis pirata facit eos, quos capit seruos existentes liberos, ergo omnis pirata eos, quos capit, libertate donat.

CAPVT VI.

De fallacia accentus.

Quatuor modi huius fallacia.

1. Modus.

2. Modus.

3. Modus.

4. Modus.

QVintus locus est accentus, fitq; quando aliqua vox varie prolata varia significat, cuius quatuor sunt modi: vnus, quando mutatur accentus acutus in grauem, vel contra, vt quoscunque æquum est pendere, æquum est pœnam luere, sed vitos studiosos æquum est pendere, ergo viros studiosos æquum est pœnam luere: nam in propositione accentus verbi pendere, est acutus, in assumptione grauis. Alter est, quando mutatur quantitas syllabæ, vt si ita colligas; omnis populus est hominum multitudo, sed aliqua arbor est populus, ergo aliqua arbor est hominum multitudo, nam in propositione prior syllaba corripitur, in assumptione producitur. Tertius, quando mutatur modus proferendi, vt si nunc res leniter, nunc aspere, nunc asseueranter, nunc ironice proferatur, vt, omnis ara est in templo, sed stabulum porcorum est hara, ergo stabulum porcorum est in templo, vbi in maiori ara leniter, & in minori aspere profertur. Item, quicunque dicit alter, præclare functus es tuo officio, laudat illum, sed aliquis illudens dicit alteri, præclare functus es officio tuo, ergo aliquis illudens laudat alterum. Quartus, quando plures voces coeunt, vt quidquid sit in vite, est pampinus, vel racemus, sed quidquid sit inuite, sit coacte, ergo quidquid coacte, est pampinus, vel racemus, item tu es qui es, sed quies est requies, ergo tu es requies.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT VII.

De fallacia figuræ dictionis.

1. Modus. 2. Modus. 3. Modus. 4. Modus.

VLtimus eſt figuræ dictionis, qui multos habet modos: primus, quando quod eſt vnius generis, transfertur ad aliud, vt ſit in ſolæciſmo: vt, omnis ſubſtantia affecta albedine eſt alba: ſed paries eſt ſubſtantia affecta albedine, ergo eſt alba. Alter, quando quod eſt vnius categoriæ, transfertur ad aliam, vt quidquid fuiſti heri, es hodie, ſed incipiens fuiſti heri, ergo incipiens es hodie, transfertur enim quid in quale. Tertius, quando in eadem categoria, quod eſt vnius ordinis, transfertur ad alium, vt, digitos, quos olim habuiſti, hodie habes, ſed paruos digitos olim habuiſti, ergo paruos digitos hodie habes, transfertur enim quantum quantitatis diſiunctæ in quantum quantitatis continuæ. Quartus, quando vox ſignificans rem vniuerſalem transfertur ad vocem ſignificantem rem ſingularem, vel magis ſpecialem, aut contra: exemplum prioris partis: quicunque dicit te eſſe animal, dicit verum, quicunque dicit te eſſe equum, dicit te eſſe animal, ergo quicunque dicit te eſſe equum, dicit verum: nam vox illa, animal, in propoſitione accipitur indefinite, in aſſumptione vero contrahitur ad equum. Exemplum alterius partis: quod ego ſum, tu non es, ſed ego ſum homo, ergo tu non es homo: nam vox illa ſingularis, ego, mutatur in vniuerſam, ſcilicet in hominem.

CAPVT VIII.

De fallacia accidentis.

De fallaciis extra dictio. 1. Modus. 2. Modus. 3. Modus.

PRæterea eorum, quæ extra dictionem ſunt (hoc eſt, in rebus) primus eſt accidentis, qui fit tribus modis, primo, quando quod eſt proprium ſubiecti, tribuitur accidenti, vt, iſte canis eſt pater, & eſt tuus, ergo eſt pater tuus, canis enim, & pater ſunt vnum per accidens, & ita non ſequitur, vt quidquid eſt verum de vno, ſit verum de altero. Secundo, quando quod conuenit ſuperioti, accidentario tribuitur inferiori, vt, animal eſt genus, homo eſt animal, ergo homo eſt genus. Tertio, quando eorum, quæ reciprocantur, quidquid conuenit vni, tribuitur alteri, vt animal rationis particeps eſt diffinitio, homo eſt animal rationis particeps, ergo homo eſt definitio.

CAPVT IX.

De fallacia conſequentis.

1. Modus. 2. Modus.

ALter locus eſt conſequentis, qui accidit duobus modis: Primo quando poſito conſequente, ponitur antecedens, vt, animal eſt, ergo homo eſt. Secundo ex oppoſito antecedétis colligitur oppoſitum conſequentis, vt non eſt homo, ergo non eſt animal. Huc quoque pertinent omnes ratiocinationes, in quibus eſt aliquod vitium eorum, quæ in ratiocinatione vitanda diximus in lib. de priori Analyſi.

CAPVT X.

De fallacia à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter.

TErtius locus ab eo, quod eſt in parte, ad id, quod in toto conuenit, ſiue à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter appellatur, qui duobus modis contingit.

Primo

1. mod. 2. mod.

Primo, quando illud quod ineſt parti tribuitur toti, vt æthiops eſt albus dentibus, ergo eſt albus. Sermo eſt autem de affectionibus, quæ in toto eſſe poſſunt, nam ſi in parte tantum eſſe poſſint, & ab illa totum accipiat nomen, recta erit conſequentia, nã optime ſequitur, Socrates eſt ſimus naſo ergo eſt ſimus.

Secundo, quando non conuenit ſine adiectione tribuitur ſine adiectione, velut Socrates eſt homo mortuus, ergo Socrates eſt homo, & omnino quoties cõiuncta attributa, quæ diuidi nequeũt diuidimus, aut diuiſa, quæ coniungi nequeunt coniungimus incidimus in hanc fallaciam, vt ſi ita colligas, Socrates eſt bonus & eſt ſutor, ergo eſt bonus ſutor, vel eſt bonus ſutor, ergo eſt bonus, & eſt ſutor. Item Socrates eſt magnus, & eſt philoſophus, ergo eſt magnus philoſophus.

CAPVT XI.

De ignorantia elenchi.

Quot modis contingat hæc fallacia.

QVartus eſt ignorantia elenchi ſiue redargutionis, qui accidit quando deeſt aliquid ad contradictionem neceſſarium, vnde patet tot modis euenire hanc captionem quot ſunt illa, quæ ad cõtradictionem requiruntur, quatuor ſcilicet. In premiſis ſi non ſit ad idem, vt quaternarius eſt duplus binario, & non eſt duplus quinario, ergo quaternarius eſt duplus, & non duplus. Deinde ſi non ſit ſecundum idem, vt æthiops eſt albus dentibus, & non eſt albus corpore, ergo eſt albus & non eſt albus. Tertio ſi nõ eodem modo, vt veſtis apta corpori, tegit corpus, ergo tegit, & non tegit. Quarto ſi non eodem tempore, vt Valentiæ riget tempore hiemis, & non riget tempore æſtatis, ergo Valentiæ riget, & non riget.

CAP. XII.

De petitione principii.

QVintus eſt petio principii, quę accidit, quando hoc ipſum aſſumitur, quod in quæſtione verſatur ſitque his modis. Primo quando quod probaturi ſumus aſſumimus in voce ſynonyma, vt ſi probaturi hominẽ viuere, aſſumamus hominem eſſe animatum. Secundo, quando probaturi ſumus in parte aſſumimus in toto, vt probaturi hominem in ſe eſſe ſubiectum interitui, aſſumamus omne animal ex ſe obnoxium eſſe interitui. Tertio quando quod probaturi ſumus diſiunctim aſſumimus coniunctim, vt ſi probaturus temperantiam eſſe laudandam, & item conducere ad beatitudinem, hoc ſimul aſſumas. Quarto, quando aſſumimus illud, quod idem eſt illi, quod probaturi ſumus, vt ſi probaturus hominem eſſe riſus capacem, aſſumas omne animal rationis particeps eſſe riſus capax.

CAPVT XIII.

De eo quod non eſt cauſam, vt cauſam ponere & ex pluribus interrogationibus vnam facere.

SExtus eſt non cauſam, vt cauſam ponere qui error accidit in ſolutionibus ratiocinationibus ducentibus ad incommodum, in quibus colligitur falſa concluſio, ac illius falſitas refertur tanquam ad cauſſam ad eam ſumptionem, quæ non eſt cauſſa. Tandem vltimus eſt plures interrogationes vnam facere, ſunt autem plures interrogationes, quando vnum de pluribus, vel quando plura de vno, vel quando plura de pluribus, ſimul interrogantur. Atque his paucis ſoluendorum ſophiſmatum ratio, expoſita fuerit, cætera, quæ hic poterant deſiderari, ex Ariſtotele & ex D. Thom. erunt hauriendа.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONCLVSIO OPERIS, ET AVctoris Peroratio.

ÆQuum est iam, vt his nostris vastissimis commentariis, & disputationibus, vltimam manum imponamus, in quibus quot molestias quantosque pertulerimus labores, non est cur prudentibus lectoribus indicemus. Probe noui multa esse, quæ fortassis minus quibusdam placebunt, quod certe mihi nullam molestiam vnquam pariet, cum pro certo sciam, hanc esse humani ingenii imbecillitatem, vt quod vni placet, alteri statim displiceat, neque puto aliquem tam felicem sortem vnquam fuisse assecutum, vt in quibus, quæ aut dixerit, aut literarum monumentis consignauerit, candidos omnes, & integros experiatur censores. Illud tamen verissime testari possum, me nulla reprehendi libidine, sed solius veritatis inueniendæ dulcedine ductum in quæstionibus, & difficultatibus enodandis, & veras sententias confirmasse, & falsas (pro exilitate ingenii) reiecisse. In qua re si in aliquo lapsi fuimus non animi vitio sed intellectus imbecillitati tribuant benigni lectores, homines enim sumus, qui non possumus veritatem ipsam (quandiu mens hisce corporeis compagibus hæret) sereno vultu, & nuda facie contemplari, si vero in eisdem ad promouenda Philosophiæ studia, & dialecticorum vtilitatem, accommodatum aliquid attulimus, Deo Opt. Max. veritatum omnium perenni fonti, gratiæ omnes referantur, cuius ope hæc commentaria anno ætatis meæ trigesimo octauo, in ipsis feriis sacratissimi corporis Christi, anno 1592. labente, fuerunt omnibus suis numeris absoluta. Tibi igitur Christe Redemptor quas possum tota animi demissione ingentes refero gratias, quod illa tuo nomine inchoata, ad finem tandem faustum, & felicem perducere voluisti, idque haud dubie Genitricis tuæ, & Dominæ nostræ plusquam tutelari patrocinio D. Thom. Aquinatis Mecœnatis singularis, omniumque aliorum cœlitum, à quibus in æternum benedicaris, & laudaris

Amen.

FINIS.

INDEX RERVM ET MATERIARVM IN HOC OPERE LOGICO comprehensarum memorabilium.

Numerus primus tomum, & alter paginam denotat.

A

Abductio quid tom. 2 pag. 207
Abductio & instantia 2. 207
Abstractio in accidentibus duplex 1. 314
Abstractio vt definiatur 1. 316
Abstractio quid 1. 89
Eius diuisio ibid.
Earum enumeratio ibid.
Abstractum & concretum significant eandem naturam 1. 405
Abstracta predicantur de concretis in attributis generalibus & vniuersis 1. 155
Abstracta & concreta in attributis transcendentibus de seinuicem efferuntur 1. 156
Accidens vt ab Arist. definiatur 1. 307
Accidens duobus modis sumi 1. 191
Accidens an sit vniuersum 1. 309
Accidentia nõ possint representare substantiam 1. 428
Accidentia potius quam substantia sensus cognitione cognoscuntur 1. 426
Accidentia singularia dicuntur de subiecto 1. 355
Accidentia an habeant propriam & peculiarem existentiam 1. 465
Accidentia non sunt entia, sed entis entia 1. 466
Accidentis & absoluti coniunctio 2. 219
Accident imperfectum 1. 323
Accidens an recte diuidatur in separabile, & inseparabile 1. 318
Accidens quaratione sit analogum 1. 471
Accidentia omnia sub voce quinta accidentis predicabili continentur 1. 290
Accidentia per substantias definiuntur. 1. 421
Accidentia omnia paronyme, siue denominatiue de suis subiectis dici 1. 352
Accidentia non dici nomine & ratione de prima substantia 1. 349
Accidentia nequeunt vt media demonstrationis sumi pari 2. 8
Accidentia inseparabilia an dentur 1. 318
Accidentis definitio examinatur 1. 314
Accidentia inseparabilia an nõ necessario in sint subiecto 2. 320
Accidentis & differentia communitates & discrepantia. 1. 325
Accidentia tribus modis sumi 1. 421
Accidens non potest esse causa accidentis 1. 197
Accidentia de subiectis synonymice predicantur 1. 345
Accidens esse quod possit vere affirmari, vel negari de subiecto 1. 321
Accidentis subiectum adequatum ibid.
Accidentis definitio secundum examinatur 1. 320
Tertia 1. 321
Accidens quid 1. 307
Varia eius definitiones ibid.
Diuisio ibid.
Separabile ib.
Inseparabile ib.
A Porphyrio non diffinita. 1. 307
Accidens an recte à Porphyrio inter voces vniuersas, siue predicabilia referatur. 1. 310
Accidens duobus modis sumi 1. 310
Accidens vt constituat vocem predicabilem quomodo sumatur. 1. 311
Accidentia inseparabilia, & proprietates in quo conueni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

conueniant 319
Accidentia propria, possunt per primam operationem intellectus praecisiuam à subiecto separari 1.319
Accidentium communium & propriorum discrimen 1.319. & seq.
Accidens separari à subiecto, duobus modis intelligitur 1.320
Accidentia omnia an vendicent sibi determinatum subiectum 1.467
Accidentia quae sunt in subiecto per vim non fluunt à natura illius subiecti, in quo sunt 1.468
Accidens an praedicetur synonymes de 9. categor. accidentium 1.469
Accidentia inhaerent subiecto mediante quantitate ib.
Actionum proprietas 1.583
Categoria ib.
Definitio ab Arist omissa 1.584
Diuisio ibid.
Actio transiens an sit in agente, vel patiente 1.589
Actus & potestas, ex quibus species componuntur, non sunt physici & naturales, sed metaphysici 1.239
Actio duplex 1.196
Physica ibid.
Metaphysica ib.
Actus Physicus & potentia physica, vt distinguantur 1.283
Vt metaphysica ib.
Actio sentiendi quomodo fiat 1.86
Actionum duo genera 1.589
Actionem immanentem esse perfectionem agentis 1.591
Transeuntem patientis ibid.
Actiones quaedam practicae, quaedam speculatiuae 1.23
Actus elicitus & impetratus 1.16
Actio aliqua vt practica dicatur, qua requirantur 1.29
Actiones intellectus, qua ratione practica dici possint 1.30
Actus & potestas re ipsa differunt 1.28
Actio intellectus vt sumatur 1.42
Adesse & abesse conueniunt ratione accidentis à parte rei 1.315
Aequalitas & similitudo an sint relationes rationis 1.544
Affirmationi, an opponatur affirmatio contrarii attributi, vel negatio eiusdem 2.93
Aliqua sub subiecto contineri, duobus modis 2.491
Aliqualiter se habere posse tribus modis 2.238
Aliud (vox) vt sumatur 1.255
Alteratio an differat ab aliis speciebus motus 1.604
Ambigua vt distinguenda 1.11
Anacharsis Philosophus 2.150
Analoga vox nulla potest esse vniuersa 1.310
Analoga proportionalitatis 1.260
Analoga similitudinem quandam habere debent 1.383
Analogorum regula maxime obseruanda 1.384
Analogi in sua analogata diuisio 1.258
Analoga inaequalitatis 1.367
Quomodo à D. Thoma vocentur 1.368
Analoga attributionis 1.368
Qua ibid.
In quatuor generibus causarum reperiuntur ibid.
Horum diuisio ex Thom. 1.369
Proprietas prima ibid.
Secunda ibid.
Tertia ibid.
Quarta ibid.
Analoga proportionalitatis 1.370
Qua ibid.
Diuisio ibid.
Proprietas prima ibid.
Secunda ibid.
Tertia ibid.
Quarta ibid.
Consectaria huius analogiae ib.
Analogorum lex examinatur 1.388
Analogia quid 1.366
Quot eius species ib.
Varia nominis acceptio ibid.
Analytica dialectica pars alias omnes partes dialect. superat 2.226
Analogia secundum attributionem duplex 1.471
Analysis duplex 2.224
Secundum rem ibid.
Secundum intellectum ibid.
Anima hominum sunt inaquales 1.445
Anima rationis particeps, an sit prima substantia 1.462
Animi motiones etiam corpus immutant 2.211
Animal vt sumatur 1.154
Animalitas vt sumatur 1.158
Animam esse omnia, quomodo dicatur 1.117
Anima dicitur de anima vegetante, sentiente, & intelligente 1.184
Apprehensio indiuisibilium in quibus consistat 2.15
Ara cubica vt erigenda 2.330

Aristotelem in tradenda dialectica nullam methodum obseruasse, scribit Ramus. 1.78
Argumentatio dici nequit, cui forma argumentationis desit. 2.215
Argumentationem ex hypothesi & ex transsumptione sub tribus figuris comprehendi 2.132
Argumentatio vtrinsa an vocari debeat simpliciter argumentatio 2.215
Argumentatio est actio secunda 1.148
Argumentatio vt summatur 1.150
Argumentationis vitium 2.200
Argumentari quomodo liceat in causis & effectibus, qua non reciprotentur 2.451
Aristotelis vita describitur 1.326
Peripatetiorum princeps ibid.
Profund sensus naturae indagator ib.
Quando natus & ibi parentes ib.
Militiam exercet coactus ob egestatem ib.
Socratem audit ib.
Et Platonem ib.
Ad Hermiam tyrannum se confert ib.
Alexandrum M. discipulum habet ib.
In magno pretio apud Philip. & Alex. habitus 1.328
Alexandri in odium incurrit ib.
Athenas petit & ibi moritur ib.
Qua ex causa mortuus dicatur ib.
Causam causarii in mortis agone inuocat ib.
Heredem relinquit Theophrastum Lesbiū ib.
Corporis statura ib.
Ingenium & mores ib.
Aristoteles omnes alios ingenii praestantia excellit 1.326
Numisma in eius honorem excusum ib.
Statuae erectae ib.
Optimis moribus institutus 1.329
Maxima pietate fuit get ib.
Gratus in patriam ib.
Cum Platone amicitiam exercuerit ib.
Innumera fere volumina conscripsit ib.
Operum eius distributio ib.
Quorum plurima pertire ib.
A Sylla Romam translata Athenis 1.330
An ea omnia, qua sub eius nomine circumferuntur, vere eius sint 1.330
Opera eius in exoterica, & acroamatica distribuuntur ib.
Secta Peripatetica ab eo instituta ib.
Quantum hac alias antecellat ib.
An libri de categoriis auctor 1.331
Quodnam eius in hoc institutum ib.
Categoria quid significet 1.332
Homonymia in vocibus, non in rebus reperitur ib.
Obiectum formale 1.332
Materiale ib.
Obiectum partis debet sub obiecto totius contineri 1.333
Enumerationes primo & per se ex vocibus non non colligi ib.
In scripto operis Aristotelis de categoriis 1.334
Arithmetica obiectum 1.492
Artes quaedam superiores, quaedam ancillantes 1.47
Artes, qua liberales 1.36
Vnde dicantur ibid.
Eorum numerus ibid.
Recensentur ib
An septem ibid.
Artium & scientiarum diuisio 1.4
Diuisio prima ib.
Secunda ib.
Tertia 1.5
Examinantur singula ib.4
Artes qua in sermone tantum versantur 1.4
Artes practica & speculatiua ib.
Superiores 1.5
Inferiores ibid.
Liberales ib.
Mechanica ib. de his distichon elegans explicatur ibid.
Artes mechanica quatenus etiam possint vocari scientia 1.15
Ars & scientia an sint habitus distincti 1.17
Attributum vniuersum quid 2.310
Definitio an sit accurata 2.312
Attributum vniuersum an reperiri possit extra suum proprium & immediatum subiectum 2.312
Attributa infinita non dari 2.388
Attributum vniuersum 2.289
Attributo nobiliori nobilior modus praedicandi conuenit 1.187
Attributio quid & quotuplex 1.151
Attributiones qua vera 1.158
Attributio naturalis & artificialis 1.244
Attributio duplex ibid.
Attributorum duo genera in qualibet natura specifica 1.285
Attributiones in quibus concretum secunda notionis praedicatur de abstracto, an sint vera 1.160
Attributum vnum & idem an possit diuersa ratione synonyme & denominatiue praedicari 1.349
Attributionem triplicem esse 1.352
Homonymam ib. Synonymam ib.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Paronymam ib. explicantur singula ib.
Attributa quadam esse communia & generalia, quadam priuata & particularia 1.155
Attributorum diuisio 1.89
Attributio denominatiua petitur à forma accidentaria 1.350
Attributa essentialia an conueniant rei in qualiter temporis differentia 2.72
Attributum nonnunquam distributi pro singulis contentis sub genere 2.61
in enuntiationibus vniuersis an nota omnis attributo addi possit 2.61
Attributum si negatur à subiecto secundum essentiam, negatur etiã abijs, quæ sub tali subiecto sunt comprehensa 1.358
Attributum si de subiecto aliquo dicitur accidentario, dicuntur etiam de attributo 1.358
Examinantur hæ regulæ ib & seqq.
Augustinus ex tripartita philosophiæ diuisione mysterium SS. Trinitatis inuestigat 1.22
Axioma 2.254

B

Bonum & malum vt opponantur 1.615
Bonum & malum esse quædam genera suprema 1.602
Bonum vt à Philosoph. diuidatur 1.60
Bonum duplex 1.291
Priuatiuum ib.
Positiuum ibid.

C

Calor ignis proprietas 1.290
Casus obliqui an sint vera nomina 2.29
Canicies vt sumatur 1.288
Causa causæ est causa effectus 1.337
Causa prima prius natura intuetur effectũ 2.71
Causa omnis efficiens prior tempore suo effectu 2.245
Causam remotam secundi generis duobus modis posse contemplari 2.373
Causarum & effectuum consecutio 2.459
Causa rei & rationis 1.18
Causarum genera duo, quædam rei aliæ rationis 146
Causas in essendo esse in duplici differentia 2.263
Causarum duo genera 2.262
Causæ necessariæ necessarios producunt effectus 2.67
Causa impediens maioris efficacia debet esse impedita ibid.
Causa omnis an prior suo effectu 1.535
Categoriarum numerus an petendus ex diuersis modu prædicandi de prima substantia 1.401
Categoria an re ipsa diuersa 1.403
Categoria undecima entium rationis an sit ponenda 1.409
Categorias duobus modu sumi 1.337
Categoriarum Arist. varia inscriptiones 1.334
Cuius nam hoc opus vtilitatis ibid.
Ordo huius ad alias partes dialecticæ 1.335
in Categorijs quæ nam per se, & quæ reductiue collocantur 1.406
Categoriarum numerus 1.399
Diuersa de hoc sententia ib.
Decem tantum esse 1.400
Qua ibid.
Vnde hic petatur numerus ibid.
Categoria an vocis simplices 1.365
Categoriarum tractatio metaphysica 1.337
Categoriæ vt distinguantur 1402
Certitudo vbi est, nulla est formido 421
Circulus quid significet 2.345
Circulus in definitionibus vitandus 1.566
Cœlum spherica figura 1.113
Color obiectum est visus 1.86
Colores ad qualitatem pertinere 1581
Cognitionem confusam duplicem esse 2.400
Cognitionem Dei simplicem, esse duplicem 1.379
Cognosci aliquid posse duobus modu 1.143
Cognitio confusa 2.256
Comparatio vt fiat 1.375
Comparatio duplex 1.116
Secundum actum ib.
Secundum potestatem ibid.
Communis (vocis) definitio 1.166
Individuum vagum 1.167
Quid sit ibid
Communitates quinque vocum, siue prædicabilium, in genere 1.323
Conceptus duplex 1393
Formalis ibid.
Obiectiuus ibid.
Formalis adæquatus ibid.
Inadæquatus ibid.
Conceptus varius de homine 1.395
Logicus ibid
Physicus ibid.
Metaphysicus ibid.
Conceptus alicuius rei certus, diuersus à conceptu dubio 1.375
Conceptus, in quo aliqua conueniunt differt à conceptibus in quibus illa distinguuntur 1.391
Conceptus formalis entis de re ipsa differt à conceptu formali substantiæ & accidentis 1.392
Conclusio demonstrationis an possit cognosci ante demonstrationem 2.244
Idque fieri dupliciter ibid.
Primo ibid.
Secundo ibid.

Conclusio an sit pars syllogismi 2.213
Conclusio non est materia intrinseca, sed extrinseca syllogismi 2.214
Conclusio an simul cognoscatur cum præmissis 2.244
Conclusionem non posse simul cum præmissis intelligi 2.246
Conclusio duobus modu sumitur 2.249
Primo ibid.
Secundo ibid.
Concretum ab abstracto vt differat 1.153
Concreta accidentium 1.405. & seq.
Concreta an in categorijs collocanda 1.404
Concretorum & abstractorum discrimen 1.352
Connexio non potest esse sine extremis connexis 1.124
Contradicentes duas simul veras esse non posse 1.432
Contradictoriorum & contrariorum immediatorum latum discrimen 1.608
Contrariorum quatuor genera 1.611
Contraria 1.599
Contraria non possunt per se de eodem subiecto prædicari 1.210
Contraria qua 1.276
Contraria quædam proprie & perfecta ratione contraria, alia impropria & imperfecta ib.
Contrariorum eorum, quæ perfecte sunt contraria, proprietates ib.
Contrarium quot modu dicitur, totidem debet & aliud dici 2.293
Contraria sunt, quæ eidem subiecto eodem modo non possunt inesse 1.273
Contrariorum doctrina ab Arist. tradita an vera sit 1.607
Contraria semutuo interimunt 1.274
Conuersio, vel reciprocatio quæ sit 2.101
Diuisio ibid.
Alia ibid.
Contingentiæ radix 2.70
Contingens quando est, an sit necessarium 2.72
Copia pronuntiatorum vt paretur 2.238
Correlatum an sit genus speciei 1.229
Correlatum immediatum generis non est subiicibile commune speciei, & individui 1.206
Corpus species quantitatis 1.503
Corruptibile & incorruptibile vt differant 1.91
Creatus ad duobus modu sumi 1.422

D

Definitionem non posse dare definita demonstrari 2.444
Definitio vna quomodo per aliam concludatur 2.445
Definitionem in demonstratione nobis manifestari vt causam 2.446
Definitio quid sit 2.447
Definitio repugnans definito est vitiosa 1.241
Definitio quomodo innotescant 2.453
Definitionis locus 2.482
Definitio quæ vitiosa 2.46
Definitio vna, vnde 2.48
Definitiones quæ in dialectica traduntur, debent tradi iuxta rationem formalem sui obiecti 1311
Definitionis lex optima 2.265
à Definitione exordiendum 11
Definitio per negationem quando vitiosa 1.321
Definitum & diffinitio possunt in aliqua diffinitione simul proponi 1.192
Definitio de omni, an sit accurata 2.290
Definitio conuerti debet cum re diffinita 2.254
Definitum alicuius diffinitiones 1.9.
Definendi modus consequitur modum considerandi 1.194
Definitio accidentaria quæ sit 1.190
Definitionem de diffinito per aliam diffinitionẽ non posse concludi 2.440
Definitionem non posse de diffinito per diuisionem demonstrari 2.441
Definitionem non posse demonstrari de diffinito, neque per diffinitionem diffinitionis, neque per diffinitionem contrarij 2.443
Deus obiectum primæ philosophiæ 2.27
Demonstrationis medium an possit esse contingens 2.325
Demonstrationem constare ex propriis, & non ex alienis principijs 2.329
Demonstrationis proprium an sit, constare ex propositionibus necessarijs 2.323
Demonstratio an per solam causam in essendo progrediatur 2.262
Demonstratio dupliciter sumitur 2.224
Demonstratio quia, & propter quid 2.346
Demonstrationis prima definitio 2.259
Demonstratorum & dialectici & discrimina 2.345
Demonstratio in rebus tantum perpetuis exercetur 2.329
Demonstrationis secunda diffinitio 2.261
Demonstrationis prægnitia 2.227
Demonstrationum à priori duo genera 2.264
Demonstratio an ex notionibus nobis, vel natura progrediatur 2.265
Demonstratio in vrbe 2.276. an detur ibid.
Quid ib.
Vnde dicta 2.227

Universidad de Deusto
Biblioteca

Demonstratio quando nobilior 2.399
Demonstrationis definitio 2.252
Varia eius definitiones ibid.
Demonstrationes an per omnia causarum genera possint assci 2.448
Demonstratio quia, & propter quid an specie differant 2.451
Demonstratio quia, vel à posteriori, an sit vocanda simpliciter demonstratio 2.354
Demonstratio quia, an optime diuiditur in demonstrationem a causa remota, & ab effectu 2.356
Demonstratio per causam remotam, an in sola prima figura fieri possit 2.359
Demonstratio qua ab effectu progreditur, an sit nobilior ea qua petitur à causa remota 2.360
Demonstrationis an dua tantum species, quia & propter quid 2.361
Demonstrationis propter quid subdiuisio 2.362
Demonstratio qualibet generat scientiam 2.257
Demonstratio vniuersa an sit praestantior peculiari 2.392 & 399
Demonstrationem aiunt esse nobiliorem negante 2.395 & 401
Directam nobiliorem esse ducente ad incommodum 2.396 & 402
Demonstratio negans progreditur per causam remotam 2.401
Demonstratio ducens ad impossibile an detur 2.402.
Dialecticus & Metaphysicus an disputent de quantitate sub eadem ratione 1.480
Dialecticus an agat de categoriis 1.336
Dialectica cur instituta ib.
Dialectica an sit necessaria ad dirigendum intellectum in aliis scientiis 1.63
Dialectica a natura 1.1
Dialectica qua methodo fuerit inuenta & tradita 1.64
Dialectica methodo resolutionis inuenta 1.68
Dialectica nomen 1.11
Amphiguum ibid.
Eius significationes varia ib.
Prima ibid.
Secunda ibid.
Tertia ibid.
Quarta 1.12
Explicantur singulæ ib. & seq.
Retinetur explicatur que & confirmatur quarta 1.12
Dialectica vnde dicta ibid.
Vnde hoc nomen inductum ib.
Dialectica in quarta significatione sumpta, significationi quinctores adstipulentur 1.2
Dialectica inuentio an Arist. tribuenda 1.63
An antiquioribus Philosophis ib.
Dialectica ab Arist. arta limitibus & methodo concisa ibid.
Dialectica omnibus scientiis præbet generalia quædam & communia instrumenta scindi, ibid.
Dialectica tot partes, quot operationes intellectus nostri 1.58
Dialectica diuisio ib.
Authorum 1.59
Dialectica an homini necessaria 1.60
Dialectica duplex, naturalis, & arte constans 1.61
Dialectica naturalis homini necessaria. 1.62
Dialectica artificialis homini non absolute necessaria 1.62
Dialectica agit de enterationis 1.64
An sit necessaria ad alias scientias assequendas 1.65.168
Vtilis ad hæreses conuincendas 1.61
Dialectica vtilitas magna ib.
Dialectica an prior alijs 1.69
Prioris loci ante omnes alias tradenda. 1.70
Dialectica obiectum formale, & adæquatum 1.41
Dialectica an à Metaphysica distincta 1.44
Dialectica obiectum materiale 1.44
Dialectica finis demonstratio 1.46
Argumentatio 1.49
Separare verum à falso ibid.
Dialectica docentis finis 1.48
Vtentis ibid.
Dialectici officium 1.48
Dialectica an sit vna scientia 1.49
An vna secundum speciem ib.
Dialectica an vna per aggregationem 1.51
Habet vnitatem generis tam à subiecto 1.52
in Dialectica varia dari obiecta, & varias conclusiones, non quidem formaliter, sed materialiter 1.53
Dialectica quomodo vnica sit scientia. 1.55
Dialectica vna simplex qualitas, & vnus simplex habitus 1.56. negatur. 1.57
Dialectica habitus sumi potest, vel vt est perfectus, vel vt imperfectus 157
Dialectica vna sola generatione generatur 1.58
Dialectica quo sensu Logica dicatur 1.2.3.
Dialectica & Logica quo sensu artes distinctæ ibid 3.
Dialectica ars Localis ibid.
Dialectica munus ibid
Dialectæ varia definitiones 1.3
Prima ibid.
Secunda ibid.
Tertia ibid.

quarta 1.4
Singularum authores & astipulatores ibid.
Examen singularum ibid.
Reiciuntur priores ibid.
Retinetur quarta ibid.
Dialectica sub artibus speculatiuis comprehensa 1.5
Dialectica an recte in docentem & vtentem diuidatur 1.6
Diuersæ opiniones ibid.
Prima ibid.
Secunda ibid.
Tertia ibid.
Quarta ibid.
Quinta ibid.
Examinantur & propria adstruitur 1.7.8.9
Dialectica cur docens dicatur 1.8
Ars generalis & vniuersa ibid.
Dialectici officium 1.8
Dialectica & aliarum artium discrimen 1.9
Dialecti a docens & vtens an re ipsa distinguantur 1.9
Vna & eadem 1.10
Dialectica vtens dupliciter dicitur 1.10
Confirmatur ibid.
Dialecti a docens an sit scientia 1.11
Negatur ibid.
Rationes pro negatiua ibid.
Affirmatur 1.12
Rationes pro affirmatiua ibid. & seq
Dialectica obiectum 1.11
A quibusdam scientia scientiarum appellata 1.13
Dialectica in contingentibus versatur 1.14
an scientia subalternata ibid.17
Dialectica vtens an sit scientia 1.19
Dialectica an sit pars philosophiæ 1.21
Dialectica omni parte philosophia ignobilior 1.21
Propter se non expetitur ibid.
instrumentum omnium philosophia partium ibid.
Vera pars philosophiæ 1.22
Dialectica quomodo de rebus agat 1.23
Organon organorum ibid.
Instrumentum instrumentorum ibid.
Dialectica an sit scientia speculatiua 1.31 32
Vtens nec speculatiua, nec practica. ibid.32
Et quid de docente ibid.
Dialectica an ars liberalis 1.36
Eius obiectum 1.37
Circa hoc varia opiniones ibid.38. & 39
Recensentur & refutantur 1.39. & seq.
Dialectica vt agat de locis 1.40
Dici de omni quid 2.287
Differentia infimæ, quæ cum speciebus atomis simpliciter conuertantur, an dari possint 1.265
Differentia vltima an detur 1.265
Differentiæ simplices & atomæ, quæ cum specie reiiciuntur, dari 1.266
Differentiam de pluribus speciebus efferri 1.266
Differentia per se an in categoria substantia contineantur 1.449
Differentia non sunt medium inter substantiam & accidentia 1.450
Differentia omnis an magis & minus recipiatur 1.255
Differentia diuisio 1.256
Differentia specifica an per se dividat genus 1.261
Differentia generum quædam diuidentes, constituentes quædam 1.361
Differentia in illa categoria continentur, in qua genera quæ diuiduntur 1.262
Differentia quomodo in categoria substantia collocentur 1.451
Differentias duas eidem rei minus conuenire 2.72
Differentiæ diuidentes in genere causæ materialis oriuntur à generibus, in genere vero causæ efficientis ab intellectu patibili 1.275
Differentiæ contineri in potentia generis, non in potestate 1.275
Differentiæ superiores an per se dicantur de inferioribus 1.279
Differentiæ diuidentes genera sunt inter se contrariæ 1.276
Differentiæ omnes vt inter se affectæ 1.277
Differentiæ specificæ munera 1.262
Differentia prima definitio an sit accurata 1.263
Differentia communis 1.258
Differentiæ diuidentes an inter se sint contrariæ 1.276
Differentias actu in generibus contineri, duobus modis intelligitur 1.274
Differentiæ infimæ & intermediæ an sint eiusdem speciei 1.271
Differentia quid 1.250 253
Differre aliud & aliud diuersum esse 1.253
Differentiæ communes & propriæ, à maximè propriis vt differas 1.253
Differentiarum maximè propriarum vsus 1.253
Differentiæ inalienabiles 1.484
Differentiæ vltimæ latentes & obscuræ 1.267
Differentiæ infimæ & subalternæ an in definitione secundæ differentiæ sit definitæ 1.267

Universidad de Deusto
Biblioteca

Differentia infima & intermedia vt se habeant 1.271
Differentia an actu contineantur in genere 1.273
Differentia diuidentes non sunt inter se contraria 1.273
Differentia inferiores continent virtute superiores 1.281
Differentia inferior vt totam rei essentiam continet 1.281
Directio duplex, disponens & imperans 1.63
Discrimen inter duo genera entitatiorum 1.127
Differendi ars & Logica appellata 1.2
Distinctio omnis vel est rei, vel rationis 1.283
Distinctionum genera duo 1.152
Rei ibid.
Rationis ibid.
Subdiuisio ibid.
Distinctio rationis duplex ibid.
Diuisio analogi in analogata non est enumeratio, sed vera diuisio 1.354
Diuisio omnis, vel est totius integri, vel vniuersi 1.58
Diuisio alia essentialis, alia accidentaria, 1.82
Diuisionum multa genera 1.483
Diuisio huius operis 1.1
Diuisio optima an per duo membra tradenda 1.157
Diuisionis optimæ leges 1.607
Diuisionis optimæ nota 1.147
Diuisionis vsus 2.457

E.

EA, quæ dicuntur, in simplicia & coniuncta distribuuntur 1.353
Eorum, quæ sunt, alia dicuntur de subiecto, & non sunt in subiecto, alia sunt in subiecto, non tamen de illo dicuntur 1.353
Eclipsis lunaris causa 2.359
Effectus cognitionem duplicem esse 2.242
Effectus per se, nullam habent causam per se 2.69
Effectus contingentes an dentur 2.67
Efficientis causæ locus 2.491
Elementa sunt in mixto 1.442
Embrio an actu animal 1.116
Ens vt sumatur 1.186
Ens & alia transcendentia an reddi possint infinita 2.28
Entis significationes variæ ibid.
Ens dupliciter sumi 1.394
Entis nomen nihil expresse denotat 1.392
In Ente dari vnum aliquem conceptum omnibus suis inferioribus communem ibid.
in Entibus non est progrediendum in infinitum 1.491
Ens non est analogum ad inferiora mediata analogia attributionis 1.382
Est analogum proportionalitatis ad inferiora mediata 1.382
An sit analogum ad sua inferiora ibid.
Entis ad non ens an possit esse relatio rei 1.555
Ens an sit genus ad sua inferiora 1.389
Entia rationis an inhæreant alicui tanquam subiecto 1.141
Ens rationis an cognoscatur per speciem entis rei 1.143. & seqq.
Ens rei & rationis maxime differunt 1.143
Ens dicitur de multis specie differentibus in quid 1.184
Ens an habeat vnum conceptum ab omnibus suis inferioribus præcisum 1.391
Ens dicitur secundum analogiam attributionis de Deo, & creaturis, iuxta tria causarum genera 1.385
Ens quale analogum 1.385
Ens rationis an habeat essentiam & existentiam realem 1.138
Entia rationis vnam habent & legitimam essentiam 1.139
Ens rationis quid sit 1.40
Quotuplex ibid.
Quomodo à Metaphysico & Logico consideretur 1.42
Ens duplex esse 2.368
Ens prius natura substantia 1.397
Entia rationis nulli subiecto inhærere 1.214
Ens rationis 1.130
Quodnam ibid. & seq.
Ens prima diuisione sui, diuisum esse in ens rei, & ens rationis 1.131
Ens rei definitur 1.131
Ens rationis definitur 1.131
Ens rationis duplex 1.132
Intellectus nomine quid veniat 1.133
Ens aliquod rationis an habeat esse formaliter à parte rei & extra operationē intellectus 1.134
Ens nullum formaliter sumptum habere esse extra operationem intellectus 1.135
Entium omnium an sit vna scientia secundum speciem 2.411
Ens rei non potest esse effectus entis rationis 2.259
Ens rei omne vel est substantia, vel accidens 1.450
Ens rationis duplex 1.116
Ens an sit synonymum ad inferiora mediata, quæ sub eo continentur 1.381
Ens non potest synonyme efferri de substantia & accidentibus 1.378
Ens an sit homonymum ad omnia sua inferiora 1.371
An homonyme dicatur homonymia Logica, vel Metaphysica 1.373
An sit homonymum ad Deum, & ad creaturas, substantiam & accidentia 1.374
Entia quædam rei, quædam rationis 1.406
Rei quoddam per se ibid.
Quoddam per accidens ibid.
Rei & per se, finitum ibid
Infinitum ibid.
Rei & per se finitum, actu ibid.
Potestate ibid.
Quædam ex his synonyma ibid.
Quædam homonyma ibid
Ex his omnibus quædam simplicia ibid.
Quædam composita ibid.
Decem conclusio prima 1.407
Secunda ibid
Ens, quod est diuisum in decem categorias, an significet essentiam 1.407
Enthymema 2.208
Enuntiationes modificatæ vt diuidantur 2.03
Enuntiatio an sit genus ad dicentem & negantem 2.52
Enuntiatio prior negante 2.52
Enuntiatio ad dicentem & negantem verum est genus 2.50
Enuntiationis definitio 2.73
Enuntiationis duo genera 2.52
Enuntiatio hypothetica ibid.
An altera sit verior 2.53
Enuntiatio an sit ens rei 2.48
Enuntiatio an sit simplex qualitas mentis 2.49
Enuntiationum illarum coniunctio, quidquid esse dicunt, & quid accidere in 2. figura 2.115
Enuntiationes non possunt reddi infinitæ 2.29
Enuntiationum earum coniunctio, quæ quid esse dicunt, & quid accidens in figura 2.129
Enuntiatio est quid complexum 2.243
Enuntiationes dupliciter sumi 2.243
Enuntiationum tria genera 1.151
Errores, qui eueniunt circa attributum vniuersum 2.309
Error secundum opinionem 2.202
Esse in subiecto quid 1.318
Esse aliquid in aliquo, dupliciter contingit 1.117
Essentia alicuius generis debet ex æquo conuenire omnibus suis speciebus 1.482
Esse in subiecto quid 1.353
Essentia alicuius rei non potest de illa per demonstrationem concludi 1.459
Essentia accidentium quid 1.460
Essentia debet esse in re, cuius est essentia 1.91
Essentia quid 1.139
Etymologia locus 2.484
Euidentia an sit de ratione scientiæ 2.425
Quid ibid.
Vnde dicatur ibid.
Duplex ibid
Deea conclusiones quædam ib. & seq.
Experientia an sit necessaria ad cognoscenda prima principia 2.474
Exemplum quid 2.206
Exemplum & syllogismus vt differant ibid.
Existentia accidentium quid 1.462
Existentia accidentis an differat ab accidente 1.464
Existentia non continetur in certa aliqua categoria 1.408
Existere per se quid 1.306
Existentia secundum aptitudinem, & secundum actum 1.106
Existentia naturalis & supernaturalis re ipsa differunt 1.466
Extremitas an species quantitatis 1.503
Extrinsecum & intrinsecum non mutant naturam rei 1.508

F.

FAciliora an semper præmittenda 1.353
à Facilioribus an semper inchoandum 1.184
Faciliora primo proponenda 2.221
Facultates cognoscendi duæ à natura tributa, 1.85
Sentiendi vna ibid.
Altera intelligendi ibid.
Falsum opponi vero 2.19
Fidei mysteria an philosophicis fundamentis possint probari 2.365
Figura quarta an detur 2.217
Figuram primam esse demonstrationibus conficiendis accommodatam 2.374
Filiationis duæ 1.453
Finis, locus 2.490
Finis quotuplex 1.27
In Dialectica duplex 1.34
Finis, prout Dialectica finis, definitio 1.47
Eius proprietates ibid.
Prima ibid.
Secunda ibid.
Tertia ibid.
Finis duplex, vnus intra artem 1.47
Alter extra ibid & seq
Finis Dialectica docentis 1.48
Vtentis ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Forma debet esse in materia sui totius 1.496
Forma denominans an debeat esse essentialis, vel vero accidentaria 1.350
Forma & figura an specie differant 1.578
Forma denominans debet inhærere subiecto denominato 1.141
Forma locus 2.487
Forma partis 1.497
Forma nobilior materia 2.224
Forma denominans est in materia denominata 2.23

C.

Generis & accidentis communitates & differentia 1.325
Genus an re ipsa differat à differentia 1.281.282
Generis & differentiæ communitates & differentia 1.324
Generis & speciei differentia & communitas ibid.
Generis & proprij 1.325
Genus an petatur à materia, & differentia à forma 1.284
Genus & differentia sola ratione rationata differre 1.283
Generis & speciei relata 1.112
Genus omne debet esse extra rationem suarum differentiarum 1.259
Genus est, quod natum est dici de multis 1.117
Genera summa & intermedia differunt definitionibus essentialibus 1.214
Genus supremum quid 1.219
Generis & speciei an eadem ratio 1.223
Genus hominis quid sit 1.228
Genera summa & categoriæ decem 1.224
Quæ ibid.
Genus an prædicetur de specie, vt totum, vel pars 1.204
Genus metaphysicum potest secundum essentiam in unica specie conseruari 1.200
Genus nunquam sine suis formis & speciebus 1.200
Genus logicum non potest vnica tantum specie conseruari 1.201
Genus ad individua collatiu an veram rationem generis obtineat 1.207
Genus an per se prædicetur de differentijs 1.208
Genus an sit vna species atoma & individua, necne 1.213
Generis definitio 1.184
Tradita à Stoicis 1.185
Alia generis definitio ibid.
Genus non potest sub sua specie contineri 1.169
Genus nullum dicitur de suis speciebus secundum magis & minus 1.170
Genere differentiæ non possunt habere vnam & eandem similitudinem 145
Generis nomen ambiguum 1.179
Quatuor ipsius significationes ibid.
Et quæ seqq.
Genus non est inclusum in conceptu vltimarum differentiarum 1.390
Genus an possit in vnica specie conseruari 1.198
Genus metaphysicum & logicum 1.199
Genus an differat à differentia per prædicari in quid 1.186
Genus & speciem posse sumi aut in ratione proprij gradus, quem exprimunt, aut in ratione attributi 1.189
Generis definitio an essentialis 189
Generis locum quid in definitione generis obtineat 1.191
Genus subalternum & species infima eodem modo de pluribus prædicantur 1.237
Genus supremum categoria substantiæ 1.458
Genus & species denotant naturas integras 1.161
Genera omnia & species synonyme prædicari de suis inferioribus 1.352
Genera si sunt diuersa, nec vnum sub altero continetur, differentia etiam species sunt diuersæ 1.361
Generis & proprij differentia 1.182
Genera omnia tam suprema, quam intermedia, & ipsum ens, habent veras & legitimas proprietates 1.302
Genus & species sunt relata 1.230
Generatio prior quantitate 1.479
Gnomon quid 1.605
Gradus intensi nomine quid intelligatur 1.614
Grande & luce inter species qualitatis recensetur 1.579

H.

Hæredi genera 1.606
Varia definitiones ibid.
Habitudo generis ad species eadem est, quæ differentiæ intermediæ ad infimam 1.271
Habitus duos dari in omnibus artibus, methodis, & pedia 1.64
Habitus speculativus & practici 1.4
Habitus distincti quorum fines distinguuntur 1.9
Habitus & affectio an ab extrinseco proueniant 1.567
Habitus principiorum an sit nobilior habitu conclusionum 2.271
Habitus forma perfecta 1.278
Habitus & affectionis differentiæ essentiales 1.577

Habitus natura 1.596
Proprietates ibid.
Definitio ibid.
Habitus primorum principiorum an sit nobis à natura inditus 2.470
Habitus esse collocandos in potentijs 1.574
Habitus intellectus ibid.
Habitus nihil operantur ibid.
Habitus & affectionis discrimen 1.571
Vt conueniant 1.572
Constituunt vnam speciem subalternam, & innominatam ibid.
Habitus alius practicus & speculatiuus 1.25
Habitus practicus qui 1.27
Speculatiuus qui ibid.
Habitus species sumunt ex artibus 1.54
Habitus scientiæ & opinionis ratio dispar 1.54
Habituum distributio 1.580
alij animi ibid.
corporis ibid.
infusi ibid.
acquisiti ibid.
intellectus 1.581
morales ibid.
Habitus prior potentia naturali 1.568
Habitus & affectio an sit species qualitatis 1.569 & 572
Habitus varia definitiones 1.569
Habitus & affectio an specie differant 1.571
Hieronymus iuxta philosophiæ diuisionem sacras literas etiam in naturales, morales, & rationales partitur 1.22
Hominis differentia maxime propria 1.254
Homo generalem habet propensionem ad omnes scientias 1.62
Homini omnes scientiæ necessariæ ratione formæ 1.63
Homo solus habet rationem diuinitatis 1.146
Homo an ab humanitate dicatur 1.348
Homo non dicitur synonyme de homine sino, & picto 1.377
Homonyma quæ 1.254
Homonymorum genera 1.340
Homonyma quæ explicatur definitio 1.339
ibid.
Homonyma & paronyma nullum supra se genus habent 1.352
Homonymorum diuisio 1.367
Homonyma quædam à casu, quædam à consilio 1.341
Homonyma à Latinis æquiuoca dicuntur 1.341
An Aristotelis de Homonymis doctrina vera sit 1.142
Homonyma vel materialiter sumi possunt 1.342
Vel formaliter ibid.
Homonymia duplex 1.343
Physica ibid.
Dialectica ibid.
Hypotheses 2.254

I.

Idea Platonis nulla 1.431
Idem in via & in termino esse nequit 2.245
Identitas duplex 1.543
Ignorantia contraria scientiæ 2.377
Imago producitur à re illa, cuius est imago 1.88
Imago rem representat, cuius est imago 1.425
Incorruptibilia priora corruptibilibus 1.429
Individuum quid 1.241
Individuum an recte fuerit à Porphyrio definitum 1.241
Individuorum etiam dantur veræ & legitimæ proprietates 1.303
Individuum an vere & proprie de vno tantum prædicetur 1.243
Individuum vagum an detur 1.245
Individuum certum quodlibet tria continet 1.246
Individuum vagum non prædicatur de inferioribus homonymis, neque synonyme, sed analogice 1.147
Inductio 2.205
Inductio & exemplum vt differant ibid.
Inductio quid ibid.
Infinita verba an collocentur in enuntiatione 2.40
Infinitum verbum de quo dicatur 2.41
Infinitum an in categoria substantiæ collocetur 1.460
Inhærentia an sit de essentia accidentis 1.463
Inhærentia secundum actum & secundum aptitudinem re ipsa distinguuntur 1.465
Instantia 2.207
Instans est terminus communis temporis 1.502
Instantia quid 2.208
Instrumenta in duplici differentia 1.24
Instrumentij facultat. naturalis an naturale sit 2.46
Intelligibile, & nomen infinitum vt differant 2.26
Intellectus cognitio triplex 2.230
Simplicium apprehensio ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Compositio ibid.
Diuisio ibid.
Intellectus cognitio omnis ex praeexistente cognitione fit 2.233
Intellectus agens non potest versari circa res immateriales 1.114
Intellectus patibilis tres functiones 2.15
Intellectus duplex, agens & patiens 1.87
Intellectus agens quomodo phantasmata illuminet 1.87
Intellectus an certius, euidentius, & intensius feratur in principia quam in cõclusiones 2.270
Intellectus agens cur à natura nobis tributus, 1.91
Intellectus alius practicus, alius speculatiuus, 1.25
Et quo sensu dicatur ibid.
Intellectus agens solum circa phantasmata versatur 1.113
Intellectus agens & patibilis reipsa differunt, 1.110
Intellectus prima & secunda operatio 2.50
Inter 1. & 2. operation. intellectus discrimen, ibid.
Intellectus cognitio 1.426
Intellectus sensilia prius, quam intellectilia cognoscit 1.425
Interrogationes proprias in qualibet scientia dari 2.341
Interrogationes impropriae an dentur 2.342
Inuentio medii 2.141
Isagoge Porphyrii necessaria ad categorias, 1.83

L.

Linea, extremitas, & corpus an sint entia positiua, & reipsa distincta 1.504
Linea an species quantitatis 1.503
Linea quid ibid.
in Linea dari duo genera punctorum 1.505
Linea quid 1.421
Locatum non potest à loco separari 1.355
Locatum vt sit in loco 1.317
Locus superior contrariatur inferiori 1.594
Locus an sit vera species quantitatis 1.506
Locus est extremitas 1.507
Locus apud Dialecticos à superficie distincta species ibid.
Locus quid 2.481
Quotuplex ibid.
Loci insiti 2.482
Interni ibid.
Locus an species quantitatis 1.503
Locus denotat simplicem & absolutam mensuram rei locatae 1.594
Locus à genere 2.485
Logica vox vnde deducta 1.2
An à λόγῳ ibid.
λόγος duplex ibid.
Logica & Dialectica aliquando inter se diuersas, & artes distinctae ibid.
Lumen sub qua specie qualitatis contineatur, 1.581
Luna vt rotunda esse probetur 2.133

M.

Malum est priuatio boni 1.607
Mare locus communis omnium aquarum 1.86
Mathematicae artes propria scientia 1.18
Mathematica quas scientias complectatur, 1.5
Materia locus 2.489
Materia intrinseca 2.414
Materia prima essentialiter perficitur à formis essentialibus 1.199
Medium omne syllogismi synonymum 1.375
Medicina ad naturalem philosophiam spectat, 1.5
Medium participationis 1.608
Inhaesionis 1.5
Media infinita inter duo extrema finita non dari 2.386
Medij inuentio 2.141
Medium duplex, naturale & logicum 1.228
Membra diuidentia debent exhaurire totam diuisionem 1.59
Membra diuidentia ex quibus totũ aliquod constatur, quaedam proxima, quaedã remota, 1.59
Membra diuidentia debent participare naturam rei diuisae 1.279
Memoria duplex 1.86
Mensura duplex 1.579
Mensura ad mensuratum relatio 1.550
Mensura & mensuratum in eadem categoria continentur 1.461
Mensura duplex 1.380
Proportionata ibid.
Improportionata ibid.
Metaphysica non est compositio rerum, sed conceptuum 1.286
Metaphysica qua ratione ars vniuersa dicatur, 1.8
Metaphysicus à Dialectico quid differat 1.103
Metaphysici in cognitione Dei quo ordine procedant 1.374
Methodus ad scientias consequendas necessaria, 1.67
Methodus in lib. de categoriis obseruata 1.335
& diuiso 1.336

Methodus certa quare ab authoribus in tradendis disciplinis obseruetur 1.1
In Dialecticis ibid.
Ab auctore nostro obseruata ibid.
Methodi vsus & praestantia 1.73
Quam necessaria in omnibus scientiis ibid.
Methodus inueniendi medii 2.148
Nullam aliam praeter traditam posse dari ibid.
Methodus diuisionis reprehensa 2.149
Methodi nomen vnde 1.74
Definitio ibid.
examinatur ibid.
Methodi diuisiones ibid.
Methodus vel naturalis, vel arbitraria, vel artificiosa 1.75
Qua naturalis ibid.
arbitraria ibid.
artificiosa ibid.
Methodus alia cõpositionis, alia resolutionis 1.75
Methodus compositionis qua ibid.
resolutionis ibid.
soluenda finitionis ibid.
Methodus quem vsum habeat in artibus & disciplinis 1.76
Methodi species quaedam praestantior ibid.
Methodi praecepta ibid.
primum 1.76
secundum 1.77
tertium ibid.
quartum ibid.
Methodi tractationem ad Dialecticum pertinere ibid.
Mobile secundum locum non est in potentia ad aliquid intrinsecum 1.593
Modi essendi diuersi 1.402
Modi dicendi per se 2.287
Modi dicendi per se an tantum quatuor, 2.293
Modi quinam conficiendis demonstrationibus apti 2.303
Modi, quibus aliqua sunt priora 1.602
Modus dicendi per se primus, an sit optimus, 2.295
an secundus modus 2.244
Modi dicendi per se quatuor 2.288
primus ibid.
secundus ibid.
tertius ibid.
quartus ibid.
Discrimen inter hos modos ibid.
Modi, quibus aliqua sunt simul 1.603
duobus modis aliqua simul esse ibid.
natura 1.604
tempore ibid.
Moralis philosophia 1.5
Motui qua contrarientur 1.605
Motus genera ibid.
diuisio ibid.
Motus an sit quantitas per se 1.510
Motus genera 1.604
Motus & terminus 1.506
Multitudo & paucitas non mutant rei naturam 1.236

N.

Natura absolutio 1.421
Natura vniuersa non sunt re ipsa à singularibus separata 1.91
Natura vniuersa an dentur 1.89
Natura vniuersa non est à parte rei, vna vnitate negatiua 1.100
Natura nulla vniuersa est vna & indiuisa, positiue, numerice, in multis indiuisis ibid.
Natura diuina nec genus, nec species ibid.
Natura rei non est species vniuersi 1.301.
Natura vniuersa à parte rei est vna per conformitatem in multis indiuiduis 1.101
Natura vniuersa tribus modis datur 1.104
Naturam esse abstractam, & separatam, quomodo intelligatur 1.106
Natura secundum se neque est vniuersa, neque singularis formaliter 1.105
Natura quando singularis ibid.
Natura an fiat vniuersa 1.110
Natura à proprietatibus singularibus quomodo abstracta 1.106
Natura generica abstrahi potest 1.115
Natura generica 1.114
Naturas vniuersas esse habere in se, quam in in indiuiduis, & in indiuiduis, quam in intellectu 1.119
Naturas vniuersas liberas esse ab omni ortu & interitu 1.121
Natura vniuersa an perpetua 1.122
Naturalis philosophia 1.5
Necessarium quid 1.61
Natura per motum & quietem definitur 1.421
Natura generica est natura synonymica 1.345
Natura nulla synonyma praedicatur per prius & posterius de suis inferioribus 1.378
Natura ex se vna est vnitate communi 1.108
Natura ex se est multiplex ibid.
Natura ex se est determinata ibid.
Natura ex se est indeterminata ibid.
Natura ex se est singularis ibid.
Natura ex se est vniuersa ibid.
explicantur singula ibid. & seqq.
Negatio non est de ratione & essentia alicuius entis positiui 1.211

Universidad de Deusto
Biblioteca

Necessarii & contingentis connexio in tertia figura 2.130
Necessitas duplex 2.236
Physica ibid.
Metaphysica ibid.
Necessarii & contingentis mixtio 2.125
Necess. & possibile contrarie opponuntur 2.91
Necessaria non habent causam liberam, à qua dependeant 1.130
Necessitas absoluta 2.68
Necessitas duplex ibid.
Nigredo cornis & parietis vt differant 1.571
Nigredo an cornicidens inseparabile 1. 308
Nomen infinitum quid significet 2.26
Nomina infinita an tam de eo dicuntur, quod, quam quod non est 2.26
Nomina significantia in naturas significatas possunt deducere 1.148
Nominum in nomina prima & secunda notionis diuisio 1.147
Nomina vna in mente dantur 2.22
Nomen mentale 2.22
Nomen debet continere rem certam 2.25
Non, dictio, & sumatur 2.25
Nomina possunt esse multis communia 1.34
Nomina concreta & abstracta quæ sint, & quo modo inuicem differant 1.151
Nomina abstracta & concreta 1.151
Nomina & verba in quibus conueniant 2.33
Nomen significat substantiam 2.21
Nomen dicitur à nominando 2.29
Nominum & verborum significatum 2.39
Nomen est signum & nota rei 1.342
Nomen homonymum, si per se proferatur, nihil significat 1 342
Nomina exponũt potius, quid sit res, quam quod non sit 2.26
Notionu definitio 1 146
Nominu diuisio 1.146. & seq.
Notionis prima subiectiua definitio 1.147
Secunda ibid.
Notiora & priora aliqua esse duobus modis dicitur 1.566
Notionis diuisio 1 89
Notio prima 1 89
Notio secunda ibid.
Vtriusque diuisio ibid.
Secunda duplex ibid.
Notio quid 1.88
Notio prima & secunda an sint formaliter relationes rationis 1.147
Notio vniuersi dupliciter sumitur 1.110
Notio secunda an actio intelligendi 1.148
Notiones secundæ an prædicentur de primis 1.160
Notiones secundæ significãt tantum relationem expressam ad suos terminos, & non ad intellectum 1.150
Notio secunda generis quid 1.197
Notiones secundæ an de secundis possint prædicari 1.162
Notiones primæ an in concreto de se inuicem prædicentur 1.153
Notiones primæ an in abstracto possint de aliis in abstracto prædicari 1.157
Notiora nobis 2.255
Natura ibid.
Notiones dialecticæ duobus modis sumi 1.338
Notionum secundarum altera alterius fundamentum esse potest 1.162
Notiones secundæ vniuersæ tantum prædicari poterunt de primis vniuersis in concreto, & notiones secundæ singulares de notione prima singulari 1.164
Notiones secundæ an dici possint de primis singularibus 1.164
Nouenarius numerus æquilaterus 2.309
16. *æquilaterus* ibid.
12. *altera parte longior* ibid.
Numerus an sit species infima, vel subalterna 1. 493
Numerus an sit species quantitatis 1.491
Numerus est ens rei, non rationis 1.492
Numerus quid 1.497
Numerus an differat reipsa à rebus numeratis 1.494
Numerus quantitatiuus vt mensuretur 1.495
Numerus categoria quantitatis differt a rebus numeratis 1.495
Numerus transcendens 1.495
Numerus quilibet an sit vnus numero 1.498
Numerus vnus an ex alio fiat ibid.
Numerus in quo subiecto 1, 499
Numerus quantitatiuus an reperiatur in substantiis separatis ibid.

O.

Obiectum in omnibus scientiis multiplex esse non debet 1.375
Obiectum libri Arist. de categoriis 1.348
Obiectum intellectus est actu intelligibile 1.107
Obiectum potentiæ æternæ debet esse æternũ 1.121
Obiectum scientiæ dupliciter sumitur 1.15
Obiectum Dialecticæ 1.39
Duplex ibid.
Materiale ibid.
Formale ibid.
In formali duo considerari ibid.
Formale triplex ibid.

Formale quid 1.41
Formale & adæquatum totius dialecticæ quid & quale ibid.
Obiecti rationem formalem duplicem esse 1. 51
Obiecta vel materialiter, vel formaliter sumuntur 1.54
Obiectum sensus est vnum vnitate communi 1. 101
Oder est in pomo, tanquam in subiecto 1. 356
Modi, quibus aliquid in aliquo esse contingit 1.356
Primus ibid
Secundus ibid.
Tertius ibid.
Quartus ibid.
Quintus ibid.
Sextus ibid.
Septimus ibid.
Octauus ibid.
Alias singularis modus etiam datur, ibidem
Omnes homines an eiusdem speciei à parte rei 1. 109
Operis huius diuisio 1.11
Opinio perfecta 2.423
Imperfecta ib.
Opinio an sit habitus 2.419
An esse cum formidine sit de natura opinionis 2.421
Oppositio contradictoria an omnium maxima 1.612
Oppositio priuatiua includit oppositionem contradictoriam. 1 612
Oppositiones contrariæ opponi secundum affirmationem & negationem 2 97
Oppositionu relatiuæ ratio in quo sit constituta 1.609
Oppesita relatiue duobus modis sumi 1 609
Oppositio an sit genus ad quatuor genera contrariorum 1.611
Orbes cœlestes an in categoria substantiæ contineantur 1.457
Orationis definitio, & quid in ea definiti locum obtineat 2 53
Oratio & opinio possunt contraria recipere 1. 417
Oratio an sit species quantitatis 1.500

P.

PÆdia analytica nomine quid Arist. intelligat 1.77
Paronyma 1.340
Paronyma 1.346
Latine cognominata ib.
Quæ ibid.
Eorum cum synonymis & homonymis conuenientia ibid.
Paronyma vt sint, tria necessaria ibid.
In iis spectantur tria 1 347
Res denominata ib.
Denominans ib.
Et denominatiuum ib.
Definitio eorum ibid.
Examinatur ib.
Participium an verbum 2.35
Pars non potest prædicari de suo toto 1.158
Partes naturæ priores toto 2.98
Pars duplex physica & metaphysica 1.154
Partes per se & indirecte, an in substantiæ categoria contineantur 1.447
Partium duo genera 1.337
Intrinseca ib.
Extrinseca ib.
Patium ad totum & contra, locus 2.486
Partes definitionis sunt etiam partes definiti 2. 213
Particeps rationis competit omni homini 1.290
Paternitas & filiatio veræ relationes 1.461
Patriæ nomine quid veniat 1.180
Per se, vocis significatio 2.294
Peripatetici apud Porphyrium quinam dicantur 1 83
Philosophiæ partes omnes inter se impermixtæ sunt 1.21
Philosophiæ partes omnes in rerum contemplatione versantur 1.21
Philosophiæ definitio 1.22
Varia proponitur ib.
Explicatur ib.
Diuisio ib.
In naturalem, moralem, & rationalem ibid.
Vnde hæc orta ibid.
Explicatur ibid.
Mysterium SS. Trinitatis continere Augustino videtur ib.
Philosophiæ partes non habent eundem gradum nobilitatis 1.24
Pondus an sit qualitas 1.578
Post categoriarum tractatio quem authorem agnoscat 1.304
Potentia cuius est, eiusdem est & actus 1.304
Potentia & actus in eadem categoria continentur 1.482
Potentia naturalis 1.581

Universidad de Deusto
Biblioteca

Potentia duplex 1.10
Physica ibid.
Logica ibid.
Potentia sensitiua vnita actu apprehendunt subiectum & attributum 2.50
Porphyrii Isagoge an necessaria Dialecticam 1.82
Probatur late 1.9
Porphyrius author operis de Predicabilibus 1.79
Porphyrius quis fuerit 1.79
Vnde nomen Porphyrio ibid.
A Christiana religione deficit ib.
Christianorum grauissimus hosti ibid
Secta Platonicus 1.80
Quo tempore vixerit ibid
Isagogen de quinque predicabilibus conscribit ib.
Rogatu Chrysaori, discipuli, patricii Romani ibid
Isagoge Porphyrii, de quinque predicabilibus, an pars sit Philosophiæ 1.80
Et quem ordinem ad alias partes Dialecticæ obseruet ib.
Diuiditur in partes tres ib.
Et quæ sint ibid. & seq.
Methodus qua conscriptus 1.81
Ad quæ vtilis 1.82
Collectus ex monumentis doctissimorum Philosophorum ib.
Præcognitiones subiecti 2.234
Præcognita demonstrationis 2.227
Predicamenta per se prolata, an affirmationem significent 1.364
Predicabilia an tantum quinque 1.165
An pauciora ibid.
Quænam 1.166
Predicabilia quinque specie differunt 1.172
Predicabile an possit habere locum generis 1.193
Predicari in quid aut in quale 1.148
Predicari aliquid de aliquo dupliciter 1.195
Predicari esse actionem quandam 1.197
Præmissæ & conclusio an eadem actione intellectus cognoscantur 2.248
Præteriti & futuri ratio dispar 2.70
Præteritum & futurum vt sumantur 2.75
Praxis, (vocabuli) significatio 1.25
Varia ibid.
Explicatur ib.
Nihil aliud, quam actus voluntatis ibid.
Quid sit 1.26
An in intellectu detur 1.28
Principia prima an sint naturaliter cognita 2.499
Principiorum duo genera 1.402
Principia generalia duo, iuxta quæ omnes syllogismi regulandi 2.100
Principia duobus modis sumi 2.249
primo ibid.
secundo ib.
Principia debent esse cognita ante conclusionem 2.254
Principiorum diuisio ibid.
Principia communia an ingrediantur demonstrationem 2.340
de Principiis an solum præsci debeat, illa vera esse 2.243
Priora aliqua esse, duobus modis contingit 1.70
Prius duobus modis sumi 2.248
Priora tempore 1.603
Priora natura 1.603
Ordine ibid.
Dignitate ib.
Reciprocatione ibid.
Primorum principiorum habitus 2.462
Priora aliqua, duobus modis dici 1.430
primo ib.
secundo ibid.
Prius natura potest esse sine posteriori 1.301
Prius qua cognoscantur 1.425
Primum & immediatum inter se aduersantur 2.261
Prius, posterius & in notionibus Dialecticis non datur 1.336
Priora aliqua esse duobus modis dicitur 1.183
Priuatiua qua 1.600
Priuationem & esse priuatum non sunt idem & vnum ib.
à Priuatione ad habitum an detur regressus 1.615
priuationes & negationes per se in categoria non continentur 1.410
priuatio contrariatur formæ 1.443
priuatio forma imperfecta 1.278
priuationes vt intelligantur 1.145
priuatio aliquando pro vera contrarietate sumitur, aliquando pro omni forma imperfecta 1.278
priuationes in propria & peculiari ratione formali, sunt à parte rei extra operationem intellectus 1.137
priuationem duobus modis sumi 1.135
Problematum diuisio 1.21
in Problemata contemplationis ibid.
Actionis ibid.
Instrumentaria ib.

Proble-

Problemata Dialectica & voces vniuersæ quid differant 1.168
Problematum Dialecticorum genera 1.33
progressus in infinitum an in attributis dari possit 2.398
pronuntiatum, propter vnum quodq; tale illud magis est tale 2.268
in hoc pronuntiato, quomodo particula, propter, intelligatur 2.269
pronuntiatorum copia & varietas 2.138
Proœmiales quæstiones 1.1
propositiones infinitæ in argumentatione 2.159
propositiones quæ in secundo modo dicendi per se, sunt necessariæ, & semper veræ 1.300
propositiones futuri contingentis an sint determinate veræ 2.73
propositio in qua proprietas superioris prædicatur de inferiori, sit in secundo modo 2.245
propositio an cognoscatur prius quam conclusio 2.243
propositionum futuri contingentis quæ diuisio 2.73
propositio per se, an possit in aliam conuerti, quæ sit etiam per se 2.306
propositio omnis per se, debet etiam esse necessaria 2.307
propositio vera negatiue quæ dicatur 1.128
propositio immediata an sit illa, quæ non habet medium, à quo queat confirmari 2.266
propositio immediata 2.267
Quædam affirmans ib.
Negans ib.
propositiones æternæ veritatis 1.129
propositio per se nota quæ 2.278
propositio omnis per se, an sit etiam necessaria 2.322
propositiones necessariæ semper veræ 1.126
propositionum de omnibus generibus 2.191
propositio & quæstio Dialectica quid 2.480
Quotuplex ibid.
propositiones modificatæ 2.91
Earum natura ibid.
Quæ ibid.
Modi constituendi eas ibid.
Regulæ circa eas obseruandæ ibid.
propositio per se nota triplex 2.279
Explicantur singulæ ibid.
propositio omnis immediata per se nota 2.279
propositio in qua prædicatur proprietas de subiecto, an sit per se nota 2.281
ad propositionem per se notam constituendam, quæ requirantur 2.282
omnis propositio per sensum, an sit etiam nobis nota 2.284
Propositio simplex & modificata 2.284
Affirmans ibid.
Negans 2.202
Vniuersa ibid.
Particularis ibid.
De his theoremata quædam ibid.
Explicantur ibid.
Propositiones modificatæ quædam affectæ modo, necesse, quædam contingens 2.14
Proprium quid 1.287
Sumitur duobus modis ibid.
Aliæ significationes proprii ib. & seq.
Proprium triplex 1.288
Ad aliquid ib.
Aliquando ibid.
Simpliciter ib.
proprietates veræ & legitimæ inter accidentia reperiuntur 1.197
Proprietas vna ex alia oritur 1.197
Proprietates an re ipsa differant à suis subiectis 1.198
Proprietates substantiæ esse in triplici differentia 1.199
Proprietates transcendentes, & illæ, & ordinantur ad recipiendam formam substantialem, non differunt re ipsa à suis subiectis 1.199
Proprietates transcendentes 1.199
Proprietas an in accidentibus vna ex altera oriatur 1.197
Proprietates omnes in suo subiecto oriuntur 1.197
Proprietates omnes fluunt à natura subiecti 1.194
propter vnum quodque tale, illud magis est tale 1.352
proprietatem tripliciter cognosci 2.240
primo ibid.
secundo ibid.
tertio ibid.
proprietatis naturam dupliciter perfecte cognosci 2.240
proprietas nulla indicat actum, sed aptitudinem 1.446
proprij & accidentis communitates & differentiæ 1.325
proprii definitio 1.289
Explicatur ibid.
Distribuitur ibid.
proprietatis subiectum duplex 2.242
Adæquatum ibid.
Adinæquatum ibid.
punctum quid 1.504

Quadra

Universidad de Deusto
Biblioteca

Q

Qvadratum quid 1.605
Quæstiones quænam facilius, & quæ difficilius confirmantur 2.137
Quæstionum quatuor esse genera 2.436
Quæstionem omnem esse medij 2.437
Quæstiones quomodo eadem dicantur 2.457
Quale dictio, tribus modis sumitur 1.187
Qualitatis definitio ab Aristotele tradita an vera 1.565
Qualitas patibilis & perturbatio an sint distincta species qualitatis 1.575
Qualitatis species optimo ordine traditas esse 1.568
Qualitatis proprietates an recte ab Arist. traditæ 1.582
An prima ibid.
An secunda ib.
An tertia 1.583
Qualitates prima, vel secunda, vt calidum frigidum, lene, vel asperum ibid.
Qualitates contrariæ an possint esse in gradibus remissis in eodem subiecto 1.613
Qualitatis species 1.567
An tantum quatuor ib.
Qualitas patibilis vt ab habitu & affectione distinguatur 1.577
Qualitatis species secunda, an à prima distinguantur 1.57
Quando natura & proprietates 1.591
Quantitas & relatio per suos effectus formales definiuntur 1.566
Quantitatis diuisio examinatur 1.490
Quantitas an reipsa distinguatur à substantia 1.487
Quantitas an sit genus ad coniunctam, & deiunctam, ad habentem situm in partibus, & non habentem 1.489
Quantitas deiuncta quid 1.500
Quantitatis essentia an diuidi possit 1.482
Quantitatis diuisio 1.464
Quantitas quid. ibid.
Quantitas coniuncta ib.
Discreta ib.
Quantitatis significatio 1.476
Definitio ibid.
Examinatur ibid. & seq.
An de ea prius agendum, quam de aliis categoriis 1.479
Quantitatis proprietas an sit, esse mensuram, & diuidi posse 1.485

R

Raimundus Lullius quis fuerit 2.365
Eius doctrina, quatenus sequenda ib. & seq.
Rarum & densum, asperum & lene an in categoria qualitatis contineantur 1.579
Ratiocinationum omnium an eadem sint principia 2.415
Ratiocinatio falsa 2.201
Ratiocinationes, quæ ex ambobus contingentibus in tertia figura struuntur 2.129
Ratiocinationem omnem debere ad tres figuras reuocari 2.131
Ratiocinatio ex contrarijs 2.198
Ratiocinationes ex ambobus pronuntiatis contingentibus in 2. figura 2.128
Ratiocinatio dialectica quid sit 2.479
Rationes probabiles circa idem obiectum generãt diuersas opiniones 2.405
Rationem formalem duplicem esse 2.434
Relatorum an tantum tria fundamenta 1.536
Relatio an reipsa distinguatur à suo fundamento 1.538
Relatio quæ fundatur in accidentibus, reipsa distinguitur à suo fundamento, distinctione rei, secundum essentiam 1.541
In relatione duo esse 1.542
Relatio an à fundamento obtineat realitatem 1.545
An à termino ibid.
Relatum vnum an sit definiendum per alterum 1.546
Relatum vnum non est de essentia alterius 1.547
Relatum vnum an terminet alterius relationem sub ratione absoluta 1.548
Relata inter se reciprocantur 1.515
Sunt simul natura 1.516
Relata non in concreto sed abstracto ab Arist. definita 1.517
Relata quædam mutua 1.518.
Non mutua ibid.
An eorum doctrina, qualitatis doctrinam præcedere debeat 1.519
Relatio an sit ens rei, vel rationis 1.520
Relationes omnes an reales 1.521
an dentur Relationes rationis à parte rei, absq; operatione intellectus 1.522
an Relatio constituat peculiarem categoriam, ab alijs distinctam 1.524
an in ea categoria sint duo genera suprema 1.525
An omnia relata in hac categoria comprehensa 1.52
Relationes quæ fundantur immediate in substantia, non sunt prædicamentales 1.529
Rationale vox simplex 1.365
Ratiocinationum resolutio 2.151
Reciprocari in syllogismis 2.203
Reciprocatio propositionum 2.101
Reciprocatio vel conuersio quid ibid.
Relatum non datur in relato 1.234
Relatio prædicabilis non constituit totam & adæquatam rationem speciei 1.234
Relata secundum esse, quæ 1.149
Relatio rei duplex 1.45
Relata qua 1.409
Relata sunt simul natura 1.183
Relatio à quo vnitatem obtineat 1.554
Relationes rationis, vt cognoscantur 1.141
Relatio similitudinis in parte rei datur 1.101
Relatio an denotet aliquam perfectionem 1.557
Relationes rationis 1.136
Ratiocinationem omnem constare tribus terminis 2.135
Omnem constare duobus pronuntijs 2.136
Relata eiusdem ordinis quæ sint 1.551
Relatio an multiplicetur, multiplicatis terminis 1.552
Relationes, quarum termini differunt, debent multiplicari ad multiplicationem terminorum ib.
Relatum vnum per eandem relationem possit ad plures terminos referri 1.553
Relatio prædicamentalis vt inhæreat subiecto, eget aliquo fundamento 1.529
Relationes transcendentes non continentur in categoria relatorum 1.534
Relationes secundum dici 1.530
Relationes an possint in accidente relato fundari ibid.
Relationum proprietas prima an recte fuerit ab Arist. tradita 1.551
An secunda 1.531
An tertia 1.535
Repugnantia vera debet in omnibus reperiri, non in aliquibus tantum 2.96
Res nulla potest vnari cum altera immediate 2.40
Rerum, quæ vocibus exprimuntur, quædam significantur nominibus, & aliæ definitionibus 1.340
Res qualibet propensionem habent naturalem, ad suam propriam operationem 1.62
Res denominata an magis præcipue formam, quã subiectum significet 1.351
Res corporea non potest agere in spiritum 1.83
Res per effectus diffiniuntur 2.215
Rerum, quæ per affirmationem probe non possunt definiri, duo genera 1.322
Rem vnam & eandem diuerso modo sub variis categorijs contineri 1.576
Resolutio ratiocinationum 2.151
Rosa definitio 2.278
Rosa in hyemepereuntes, an facultate in planta remaneant 1.122

S.

Scientia an differat à fide, & opinione 2.428
Scientia & opinio an possint esse simul in eodẽ, de vna & eadem re 2.430
Scientia inter se finibus differunt 2.259
Scientia aliqua an possit confirmare sua principia 2.333
Scientia an possit confirmare suum subiectum esse 2.237
Scientias omnes duobus modis fundari 2.235
Scientia per experientiam inuenta 2.235
Scire est rem per causam cognoscere 2.317
Scientiam tribus modis posse corrumpi 2.316
Scientia an quoque corrumpatur, re, quæ scitur, corrupta 2.317
Scientiæ definitio 2.256. & seq
Scire est rem per causas intelligere 2.213
Scientia & demonstrationis diffinitiones 2.250
ad Scientiarum subalternationem quæ requirantur 2.365
Scientia subalternata obiectum an sit vnum per se 2.367
Scientia non est rerum singularium 1.92
Scientia & opinio quomodo differant 2.416
Scientiarum duplex obiectum 2.47
Formale ibid.
Materiale ibid.
Formalis duplex ratio ibid.
Scientia subalternata an in sua obiecta ferantur 2.371
Scientia subalternata an progrediatur per causam remotam 2.372
Scientia est habitus per demonstrationem atq; situs 1.50
ad Scientiam consequendam quæ requirantur 1.55
Scientiam duobus modis sumi 1.156
Fundamentaliter & naturaliter ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Formaliter ib.
Scientia simplex est qualitas, & onus habitus, ibid
Aliquando sumitur pro solo habitu acquisito, aliquando pro tota arte 1.66
Scientia quarum rerum detur 2.413
Scientia diuina 2.67
Scientiarum & artium ordo 1.69
Scientia agunt de rebus perpetuis 1.121
Scientiam vnitatem suam à quo petant 2.405
ad Scientiam qua requirantur 1.14
Principia ibid.
Subiectum ibid.
Proprietates ibid.
Scientia obiectum dupliciter sumitur 1.15
Scientia vna altera nobilior 1.16
Scientia omnis per propria & determinata principia progreditur 1.19
Scientia vsus non est scientia 1.20
Scientiam speculatiuam tribus modis posse 1.26
Vt speculatiua dicatur, qua requirantur 1.27
Scintillationis stellarum causa 2.349
Sensus interioris duo potissimum officia 1.86
Primum ibid.
Secundum ibid.
Sensus ad sciendum necessarios esse 2.382
Sensus & intellectus discrimen 1.90
Sensus & intellectus discrimen 1.106
Natura vt sit vniuersa formaliter qua requirantur 1.106
Sensus est singularium intellectus naturarum vniuersarum 1.91
Sensus interiores 1.86
Explicantur Singuli ibid.
Sensus quid 1.75
Sensus vel externi, vel interni 1.86
Externi quinque, visus auditus, gustus olfactus & tactus 1.86
Interna res, sensus communis vis imaginandi, vel phantasia, cogitatiua, vel æstimatiua ibidem
Obiectum sensuum 1.86
Obiectum per se, vel per accidens ibid.
Obiectum proprium ib.
Commune ibid.
Obiecta propria quinque ibid.
Color ib.
Sonus ib.
Odor ib.
Sapor ibid.
Signa esse in duplici differentia 2.324
Signum genus vt sit 2.27
Signum quid 2.25
Significat tempus, & significare cum tempore per aliud 2.23
singularia numero infinita, vniuersum tantum vnum 1.95
singularibus peremptis an pereant natura vniuersa 1.121
singularibus peremptis, an pereant res vniuersa, quoad veritatem mutationum 1.124
singulare, vox ambigua 2.256
singularia, vt sunt singularia non posse definiri 1.434
simplicia in decem summa genera distributa 1.363
Simplicia in categoriis continentur 1.365
Situm esse categor. eiusque proprietates 1.595
Varia significationes ib.
Solertia 2.418
Quid ib.
Sonus ad quam speciem qualitatis reuocetur 1.587
Sophistica Dialectica pars, ad qua vtilis 1.69
Species tribus modis sumitur 1.193
Species alicuius generis vt sumi possint 2.52
Species logica non potest in vnico individuo conseruari 1.201
Species alicuius generis sunt simul natura 1.69
Species vna ex altera non componitur 1.489
Species quid 1.493
Speciei & proprii communitates & discrepantia 1.326
Species intellectibiles duplex 1.143
Species hominis an remaneat, sublatis omnibus hominis individuis 1.125
Species non predicatur per se de suis differentiis constituentibus 1.211
Species ratione differentia nobiliores esse genere 1.275
Differentias dividentes aliquod genus secundum essentiam, non esse vere & propria contrarias 1.275
Species intelligibiles 1.87
Intellectus agere qua præstet 1.87
Specierum intelligibilium & phantasmatum discrimina 1.88
Species intelligibiles à phantasmatibus illustratis produci 1.88

Speciei varia definitiones 1.218. & *sequentib.* & 221
Speciem superare genus duobus modis intelligitur 1.264.
Speciei eiusdem quæ sunt, habent vnam & eandem rationem 1.268
Speciei definitio à Stoicis assignata 1.226
Speciei & differentia communitates & discrepantia 1.325
Species quid 1.270
Species qualibet gradum aliquem essentialem sibi proprium, & peculiarem continet 1.267
Species vniuersi formalis naturam singularem nõ denominat 1.309
Species atoma an infinitæ 1.239
Species infima an possit esse genus 1.255
Species vnius an vna tantum sit proprietas 1.303
Species atoma 1.415
Species vna non præditatur de altera 2.34
Species vt subiicitur generi, an sit vniuersi 1.252
Species an synonyme dicatur de specie prædicabili, vel subiicibili 1.253
In specie duæ relationes ibi.
Subiectio duplex formalis & materialis 1.227
Subiecti præ notiones 2.234
de Subiecto quid præscendum 2.239
Subiectum duplex 1.316
Inhæsionis ib.
Denominationis ibid.
Subiectum concurrit ad ortum suarum proprietatum in genere causæ efficientis 1.194. 195
Subiectum non est causa efficiens proprietatis 2.104
Subiectum sine attributo intelligi duobus modis 1.319
Subalternationis quatuor proprietates 2.366
prima ibid.
secunda ibid.
tertia ibid.
quarta ibid.
Substantia definitio 1.414
Substantiarum secundarum definitio ib.
prima maxime substantia ib.
Substantiam duobus modis sumi 1.423
Substantia an sit prior tempore accidentibus 1.423
An cognitione 1.425
Substantia est commune subiectum omnium accidentium 1.417
Substantiæ nomen ambiguum 1.418
Explicatur ib.
Secundarum definitio 1.419
Substantia an sit prior accidentibus definitione 1.420
Substantiæ sex proprietates 1.416
prima ibid.
secunda ibid.
tertia ibid.
quarta ibid.
quinta 1.417
sexta ibid.
Substantia prima definitio examinatur 1.421
Substantiæ cognitio perfecta vnde dependeat 1.427
Substantia an cognoscatur per propriam similitudinem 1.428
Substantia secunda an sit magis substatia quam altera 1.48
Substantiæ an sit essentia, per se existere 1.439
Substantia nomine quid auctor intelligat 1.440
Substantiæ essentia quid 1.441
Substantia tres priores proprietates ab Arist. tradita 1.442
Substantiæ separatæ an in categoria substantia collocentur 1.459
Substantiæ quarta proprietas ab Aristot. tradita 1.443
Substantiæ sexta propriatas, an sit proprietas quarto modo 1.446
Substantiam dupliciter sumi 1.444
Substantia an recipiat magis & minus 1.445
Substantia cognoscitur ab intellectu per propriam 1.428
Substantiæ singulares an merito primæ vocentur 1.429
Substantia non componitur ex non substantiis 1.45
Substantia nulla per se diuidi potest per accidentia 1.161
Substantiæ diuisio in primam & secundam an sit optima 1.434
Substantiæ primæ an sint magis & perfectiores substantiæ, quam secundæ 1.436
Substantia non recipit magis & minus 1.436
Substantia vnde dicta ibid.
Substantias posse inter se ferri 1.437

Universidad de Deusto
Biblioteca

Subesse magu aliquid, duobus modis contingit 1. 437
Substantia prior accidentibus 2.21
Substantiuum & verbum 2.39
Suprema genera non possunt supra se aliud genus habere 1.169. 173
Syllogismi definitioni an addi debeat particula & concessis 2.212
Syllogismus, inductio, enthymema & exemplū an differant specie 2.216
Syllogismorum reciprocatio 2.192
Syllogismi ducentes ad incommodum 2. 194
Syllogismi directi & ad incommodum ducentis comparatio 2.197
Syllogismus potissimum obiectum Dialectica 1. 43
Syllogismus Physiognomicus 2.209
Syllogismi definitio 2.210
Syllogismum eundem posse inferre varias conclusiones 2.158
Syllogismos hypothiticos difficile reuocari ad modos figuratum 2.157
Syllogismi quomodo mutuo resoluantur, 2. 158
Synonymia triplex 1.376
Synonyma quæ sint 1.375
Synonymia duplex 1.312
Synonymia 1.340
Synonyma quæ 343
Explicatur definitio ib.
Alio modo sumuntur apud Oratores 1. 344
Poetas ibid.
Philosophos ibid.
Eorum cum homonymis discrimen ibidem
Synonymia triplex 1.ib.
Physica ib.
Logica ib.
Metaphysica ib.
Logica duplex ibid.
Essentialis ib.
Accidentaria ibid.
An Aristotel. de his doctrina, vera, ibid. & sequen.
Synonymorum & analogorum discrimen 1. 395

T.

Tempus an per se sit species quantitatis 1. 509
Tempus est quantitas per se, non per accidens 1.509
Temporaneum an à tempore possit separari 1. 1.156
Tempus 1.591
Eius species 1.592
Denotat mensuram rei successiuæ ibid.
Diuisio ibid.
Terminus quid 2.30
Varia apud philosophos eius significationes 2.30
Quidam synonymi ib.
Quidam homonymi ib.
Analogi ibid.
Mensales ibid.
Vocales ibid.
Scripti ibid.
Singulorum definitiones ibid.
Categorematici ibid.
Syncategorematici ib.
Communes 2.31
Singulares ibid.
Collectiui ib.
Diuisiui ibid.
Absoluti ibid.
Connotatiui ib.
Prima notionis ibid.
Secunda ibid.
Consequentes ibid.
Inconsequentes ibid.
Terminus immediatus quid 1.205
Terminus adæquatus quid ibid.
Terminus communis an sit actu in magnitudine 1.502
Terminus quid 1.502
Communu quid ibid.
Terminus in omni relatione constituendus 1. 149
Theoremata tria ad principia demonstrationis spectantia 2.254
Primum ibid.
Secundum ibid.
Tertium 2.255
Thesis
Totius diuisio 1.485

V

Vbi (categoria) proprietates 1.594
Vbi quid sit 1. 593
An à loco differat ibid.
Quæ illius natura ibid.
Proprietas ibid.
Vbi & locus secundum rem non differunt, sed ens *num*

unum sunt & idem ibid.
Verba transposita non mutare sensum 2.79
Verbi partes separatæ 2.31
Verbum significat accidens 2.21
Verbum, con, significat cum tempore 2.35
Verba adiectiua simplicia sunt, non coniuncta, 2.40
Verba adiectiua an voces simplices 2.40
Verbum an sit pars enuntiationis 2.37
Verbum in enuntiatione semper se habet ex parte attributi 2.38
Verba adiectiua an partes legitima enuntiationis 2.38
Vnitas vltima an sit forma numeri 1.496
Veritas in vocibus simplicibus non reperitur, 2.15
Veritatem in simplici operatione intellectus reperiri 2.15
Veritas generica categoria relationis 1.555
Verum quomodo ex falsis sequatur 2.164
Verum quomodo sumatur 1.119
Veritas rei quid ibid.
à Virtute non dicimur quales 1.565
Virtutes cœlorum influxus, &c. auferunt contingentiam ab inferioribus 2.69
Vis animæ 1.581
quotuplex ibid.
recensentur & declarantur ibid.
Vis, siue potentia naturalis 1.581
Viuens duobus modis sumi 1.129
Vnitas specifica relationis 1.555
Vnitatem significare, & determinate veritatem exprimere, differunt 2.72
Vnum quid 1.50
eius definitio plena ibid.
Vnitas triplex 2.406
generica ibid.
specifica ibid.
numerica ibid.
Vnitas aliqua communis an in natura detur. 1.96
Vnum vel vnum genere, vel specie, vel numero, 1.97
explicantur singula ibid. & seq.
Vnitas naturæ formalis duplex 1.98
Vnitas vel positiua, vel negatiua 1.98
positiuæ diuisio ibid.
negatiuæ quid ibid.
Vnitas formalis, quæ competit naturæ a parte rei, non est indifferens, & communis multis indiuiduis 1.99
Vniuersum formale est notio secunda, 1. 309
Vniuersi generici ad effformationem duplicem abstractionem requiri 1.115
Vniuersum formale an sit in rebus præter operationem intellectus 1.102
Vniuersum formale in actu & habitu duplex, 1. 110
Vniuersum duplex 1.105
Vniuersum an sit materia subiecta libri de quinque vocibus 1.174
Vniuersum & prædicabile se habent eodem modo, quo subiectum, & proprietas, 1. 175
Vniuersum omne prius est subiecto, de quo prædicatur 1.313
Vniuersum duobus modis sumi 1.170
Vniuersa affirmans, & particularis affirmans, vniuersa negans, & particularis negans, sunt subalterna 2.91
Vniuersum an sit genus ad quinque voces prædicabiles 1.169
Vniuersa quomodo à nobis cognoscantur, 2. 382
Vniuersum bifariam sumi 1.390
Vniuersi definitio 2.58
Enuntiationis aduersæ 2.59
Vniuersum obiectiuum 1.112
Vniuersum diuerse sumitur 1.90
Vniuersum materiale à parte rei datur, 1. 90
Vniuersum sua natura incorruptibile, 1. 89
Vniuersum an separatum esse possit secundum rem ab indiuiduis, & proprietatibus, 1.92
Vniuersalia quædam esse in prædicando, 2. 272
in causando ibid.
Vniuersa sumuntur aut secundum rem, aut secundum essentiam 1.93
Vniuersum vox ambigua 1.94
eius sex diuersæ significationes ibid.
explicantur singula ibid.
Vniuersum aliud ante rem, aliud in re, 1. 94
Vniuersum duplex 1.95
secundum rem ibid.
& secundum rationem ibid.
Vnum vni tantum est contrarium, 1. 276
Vniuersum formale quid 1.113

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX.

Vsus duplex 1.7
Actiuus ibid.
Passiuus 1.7
Vocem duobus modis sumi 2.14
Vox an fundamentum nominis 2.14
Voces infinitæ an vocentur recte nomina, 2. 25
Voces coniunctæ in tres voluti formas & membra distribuuntur 1.344
Voces explicantes æquipollentiam propositionum modificatarum 2.92
Vox an sit materia, vel genus nominis, 2. 23
Vox quid 2.22
Voces homonymæ si applicãtur vni ex suis significatis fiunt synonymæ 1381
Vox analoga vniuersa esse non potest, 1. 310

FINIS.

Christianus Hintzen
Monstensis

Hic possidet Hunc Librum
Anno 1665
die Maij Vltimo

Universidad de Deusto
Biblioteca